BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE III
14
33 Q
9

14 33.9.9

PETRI VICTORII
COMMENTARII
IN X. LIBROS ARISTOTELIS
DE MORIBVS AD NICOMACHVM.

Poſitis ante ſingulas declarationes Graecis verbis auctoris: iiſdemque ad verbum Latine expreſsis.

ACCESSIT RERVM ET VERBORVM *memorabilium Index pleniſsimus.*

4-4-H-9

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
14-12-K-6



FLORENTIAE
EX OFFICINA IVNCTARVM
CIↃ IↃ LXXXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE


PETRVS · VICTORIVS · FLORENTINVS · ANNVM · AGENS · LXXXVI ·

SERENISSIMO
FRANCISCOMARIAE
DVCI VRBINATIVM

Petrus Victorius Sal.

VERE Laetus, fauſtusq; mihi fuit dies ille, quo tu SERENISSIME PRINCEPS Florentiam veniſti, viſendi MAGNI noſtri DVCIS cauſa, & de communibus, publiciſq; rebus vna cum ipſo colloquendi: cum enim ego tempore illo anni, valde apto, vel neceſſario potius, poſt maximos calores, corpori reficiendo, ruſticarer, poſcente te hoc, ſubito euocatus ſum, in vrbemq; redire iuſſus, quod feci libenter, ac ſponte mea etiam praeſtitiſſem, ſi ante à quolibet de tuo aduentu certior factus eſſem: multa enim antea audieram à multis de ſingulari humanitate tua, magnitudine ingenij, & praeclara optimarum artium ſcientia: quare feſtinaui, & ad voluptatem capiendam ex his animi tui eximijs dotibus, aduolaui: ſtatim autem vt veni, mihi mandatum fuit, vt tibi obſequerer, ac voluntati tuae cunctis in rebus parerem: gauiſus igitur magnopere ſum: vidi enim, me compotem cito futurum eius, quod vehementer ſemper optaui, ſermonem tecum habendi de optimis ſtudijs, quae inde etiam perſpexi, tibi admodum grata, & accepta eſſe; quia, cum multa alia in vrbe viſenda forent, quae ob vetuſtatem, & nobilium operum ſplendorem, cupide ab exteris hominibus ſpectantur, quibus non minora, neque pauciora inferiore hac aetate addita

ſunt à noſtris MAGNIS DVCIBVS: illi enim quoque valde in ornatum vrbis incubuere: ſtudioq; ſuo ac cura plurimum dignitatis ipſi adiunxere, tu, rebus illis poſthabitis, & alij tempori reſeruatis, accedere voluiſti ad vetuſtam, & copioſam omnis generis ſcriptorum bibliothecam Mediceam, quae & multitudine librorum, & antiquitate, cum Graecorum tum Latinorum, quemadmodum etiam ceterarum eruditarum linguarum, vincit omnes laudatas magnopere, ac celebres ſcriptorum ſupellectiles, in quo honeſto conſilio explendo, & digno omni nobili & praeſtanti perſona, ego tibi operam meam praebui, fidelem, & accuratam, ob veterem meum vſum, & tractationem ipſius. Hac igitur, prima tibi oblata, voluptate, magnopere PRINCEPS optime delectatus es, meritoq; commendari ipſam, & in caelum ferri ſummis laudibus affirmaſti. Neque tamen tantam vim antiquorum auctorum ita admiratus es, tamquam domi copiam bonorum non habeas: nam nobilem etiam bibliothecam nactus es, à maioribus tuis ſedulo comparatam, ac tibi relictam, ſecuti ſunt ita duo, treſve dies, pleni laetitiae, & eruditorum ſermonum, quibus ego praeſto tibi ſemper fui, & quantum mihi licuit, a latere tuo numquam diſceſſi; quippe cum ad menſam etiam conſtiterim, & doctorum, iucundorumq; veſtrorum ſermonum particeps fuerim vna cum alijs nobilibus & grauibus viris, quorum ingenio, & lepore ambo vos SERENISSIMI, atque optimi DVCES, epulas veſtras condiebatis, quarum etiam ipſe diſputationum pars aliqua fui. Verum, quia res humanae infirmae & caducae valde ſunt, repente ego totus immutatus ſum, omneq; meum gaudium in acerbiſſimum dolorem, luctumq; conuerſum eſt: nepos enim alter meus, ex leui, falſo putato, morbo, ſubito mihi ereptus eſt, quem ego vehementer amabam, & omni polita arte, atque ingenuo adoleſcente digna, inſtruxeram, ſtudio etiam meo, atque opera magna in eo poſita: quare abdidi me, atque ex oculis veſtris eripui: neque enim tam graui vulneri leniter ferendo me parem eſſe intelligebam, & maerore, lacrimiſq; meis gaudium veſtrum turbare nolebam. Quam inuitus autem id fecerim, non opus eſt, me exponere: quis enim neſcit, quam durum, moleſtumq; ſit,

cogi

cogi ſubito relinquere, quod magnopere ames? videbam enim oculos ciuium in te conuerſos: paſſimque voces audiebantur laudantium virtutes tuas, & honeſta facta maiorum tuorum commendantium. Quae autem tunc ego libenter audiſſem, eadem illa nunc, poſt ſpatium magnum temporis, cognita mihi ex hiſtorijs, alijs narrabo, occaſionem huius rei egregiam nactus: moremque aliorum ſecutus, qui monumentum aliquod ingenij ſui principibus viris dicant: inflammati enim amore illorum cuncta vndique colligunt, quae valent ad perſonas eorum decorandas; ſeque optimum de illis conſilium cepiſſe ſignificandum. Quis enim neſcit, te antiqua admodum ſtirpe natum eſſe? cuique incognita eſt Feretriae familiae dignitas? cuius nomine, ac virtute, nati ex illa maiores tui multis in locis, nobilibusq; vrbibus regnarunt, semperq; in praeclaris factis, militaribusq; ſtudijs magna cum laude floruerunt, ſummum locum in rebus gerendis, copijsq; ducendis tenentes. Sed quia nimis longum foret, gradus amplos honoris, quos illi consecuti fuere apud varios magnos Principes, ac Reges, & res eorum, quae ſatis notae, perſpectaeq; ſunt, commemorare: eſſet enim hoc hiſtoriae, non epiſtolae proprium, ac fortaſſe multarum hiſtoriarum argumentum: ad magis vicinos, propinquosq; aetati noſtrae veniam, qui geminos fontes ſuae nobilitatis, ſummaeq; virtutis habuerunt: contigit enim, vt Gvidvs Vbaldvs poſtremus eorum, natus vnicus è Federico, qui & ipſi ambo Dvces extitere, ſine liberis maribus mortuus ſit, atque ita terminus, finisq; illius, vt vetuſtae, ita celebris admodum gentis, inuentus. Hic autem eſt Gvidvs Vbaldvs ille, qui magnopere dilexit ſtudia litterarum, & vt ipſe omni ingenua arte inſtructus fuit, ita etiam vehementer amauit homines liberali doctrina excultos: quare ad eum multi, deditiоptimi ſtudijs, ac nobiles admodum viri confluxerunt, delegeruntq; ſibi Vrbinvm, tamquam domicilium quoddam Muſarum; horum vero duo fuerunt omni liberali doctrina praediti; Petrus Bembus, & Federicus Fregoſius; qui ambo poſtea, ob vitae probitatem, & omnem nobili viro dignam ſcientiam, in Cardinalium ordinem cooptati ſunt: neque enim omnes appellare hic libet, cum magnus numerus

eorum extiterit, cunctiq; honeſte nominati ſint in commentarijs elegantibus eruditorum, & ingenioſorum virorum. Hoc igitur FERETRIORVM Illuſtriſſimo genere paene extincto, ſucceſſit in eorum PRINCIPVM locum FRANCISCVS MARIA, DVX belli clariſſimus, ortus ex IOANNA FEDERICI filia, & IOANNE SORAE DVCE, Senogalliaeq; Domino, multisq; alijs magnae ſuae poteſtatis gradibus ornato: nam decoris plurimum ac dignitatis attuliſſe huic honeſtiſſimae domui, profectos ex ipſa, duos Pont. Max. SIXTVM IIII, & IVLIVM II. quis non videt? Pater vero tuus GVIDVS VBALDVS è proxime ſuperiore potentiſſimo, & fortiſſimo belli DVCE natus, te feliciter procreauit, quem ſperare non ſine cauſa poſſumus, ſi vſus veniat, vt opera, conſilioque tuo, vti velit maximus HISPANIARVM REX, munere hoc etiam egregie functurum, cum apud eum educatus ſis, & adoleſcens adhuc illius horribilis naualis pugnae particeps fueris, qua victa proſtrataq; fuit ingens Turcarum claſſis: vnde te ſibi mature, fortitudinemque tuam aſtrinxit prouidens REX, ſtipendio non paruo, tamquam pignore, obligatum. Vidit autem ille, ſtultam prorſus eſſe, falſamq; opinionem illorum, qui putant, ſtudium ſapientiae officere bellicae virtuti, ſcientiaeq; Ducis exercitus, nec virtutes has coniungi vllo pacto poſſe; quin potius Philoſophia prodeſt, vt reliquis honeſtis artibus, ita etiam muneribus imperatorijs recte obeundis: cuius rei teſtimonio ſunt Epaminondas, Xenophon, Polybius, & alij non pauci, qui Philoſophi magni & clari Imperatores extitere. Incumbe igitur, vt facis, in tuam iſtam, laudis & gloriae plenam viam; non temere hoc dico: mihi enim compertum eſt, te certas quaſdam horas diei ſepoſitas habere, quas cotidie conſumas cum iis, quos domi habes magna, variaq; doctrina, ornatis viris; incumbe inquam in rationem iſtam, quae te non ſolum iuuabit, ſed populos etiam, quos regis, ſi vera eſt vox Platonis, beatos reddet; cuius magni fructus & emolumenti ipſorum certa iam & maxima ſigna viſuntur. Ego autem, qui honeſtiſſimum hoc conſilium, inſtitutumq; tuum non ſolum probo, ac laudo, verum etiam omni re, qua poſſum, adiuuare debeo, mitto ad te tamquam ſolum, ac fundamen-

tum

tum ipſius, libros hos de moribus ſummi doctoris, quos ego magno ſtudio ac cura ornare conatus ſum, vt ſiquid addi poteſt inſitae tuae, vel potius innatae voluntati, ac propenſioni animi ad virtutem, & praeclara facta, hinc petas, & te vndiq; perfectum, abſolutumq; reddas. Hortata quoque me fuerunt, vt ad te labores hos meos mitterem, ea quae ſupra à me breui expoſita ſunt de indicijs quibuſdam magni tui amoris erga me; & quod vidi, te ſtudia haec mea minime deſpicere, ſed amare & colere. Multum etiam ad hoc valuit, quod ſperaui, me gratum facturum FRANCISCO MEDICI MAGNO DVCI ETRVRIAE, cui ſeruio, cuique in primis placere debeo, cum videam, ipſum te valde diligere, iunctosq; vos inter vos eſſe ſumma beneuolentia, & omnium honeſtarum rerum ſocietate, vt oporteret eſſe cunctos vicinos inter ſe populos & ciuitates. Dicerem etiam (niſi arrogantiae crimen reformidarem, ni vererer inquam, ne de meis tenuibus rebus nimis inepte ſentire exiſtimarer) me confiſum eſſe, maiorem gratiam apud eum initurum, ſi hoc praeſtitiſſem, quam ſi ipſum munere hoc amplificare ſtuduiſſem; cum probi viri ac perfecti amici, qualis profecto ille erga te eſt, proprium ſit; id quod in his doctiſſimis libris a ſapientiſſimo ſcriptore memoriae proditum eſt, dare operam, vt amicus potius ipſius honorem aliquem adipiſcatur, quam ipſe ille dignitate ea augeatur. Vale PRINCEPS optime. Florentia VIII. K. Octobr. CIↃ IↃ LXXXIIII.

tum ipſius, illos hos [illegible] [illegible]
[illegible] ſtudio [illegible]
[illegible] tempore, vel [illegible] [illegible]
[illegible] ad virum [illegible], [illegible]
[illegible] ſuum, [illegible]
vt ad [illegible] [illegible]
expoſita [illegible]
me; & quod [illegible]
amare & colere [illegible],
me gratum [illegible] futurum. F[illegible] [illegible]
Dvci Etrvriae, cui [illegible]
Leo, cum [illegible]
vos eſſe ſummo [illegible]
ſocietate, vt [illegible] & [illegible]
[illegible]. Dicere etiam [illegible]
[illegible], ni vereri [illegible] [illegible]
inepte ſentire exiſtimarer, [illegible] conſilium [illegible]
tiam apud eum [illegible], [illegible]
munere hoc amplificare [illegible];
[illegible] amici, quem [illegible] [illegible] ergo te eſt, [illegible] id quod
in his doctiſſimis libris a ſapientiſſimo [illegible] tore [illegible]
[illegible] eſt, dare operam, [illegible]
aliquem adipiſcatur, quam ipſe ille dignitate ea augeatur.
Vale Princeps optime. Florentiæ VIII. Id. Octob.
CIↃ IↃ LXXXIIII.

LECTORI.

VT RELIQVAS *duas philoſophiae partes diligenter perſecutus eſt, litteriſq; copioſe mandauit Ariſtoteles. (etſi me non fallit, maluiſſe Peripateticos pleroſq; rationem differendi eſſe inſtrumentum, quàm partem philoſophiae) ita etiam exiſtimauit oportere ſe tradere, recteq;, atque ordine explicare, quae ad vitam & mores pertinent, cum doctrinam hanc à paucis ante ſe tactam, & illis quidem non ſatis erudite, perfecteq; explanatam putaret: fuerunt autem illi, Pythagoras, Socrates, Plato: à quibus tamen omnibus aliqua in re diſcrepauit: quare veriorem viam illarum rerum tractandarum excogitauit, accuratiusq; ac plenius de virtutibus, ac vitijs diſputauit. Extant autem opera tria, philoſophi noſtri nomine notata, quae diſciplinam hanc continent: non tamen cuncta eundem finem, exitumq; nacta: ipſorum enim duo manca, imminutaq; ad nos peruenerunt, eaq; de cauſa non plenum nobis, integrumq; fructum ferre poſſunt: quae autem illa ſint, apertum eſt: nam vulnera, quae corporibus ipſorum impoſita ſunt, non ſinunt nos de hoc dubitare: ſolutum enim liberumq; hoc graui malo quod manſit, eſt volumen, miſſum ab eo ad Nicomachum filium. Acceßit huic incommodo, quod à quibuſdam dubitatum eſt: extantq; quaeſtiones non paruae de veris auctoribus omnium horum de moribus librorum: quam tamen rem, non arbitror valde me ſollicitare debere, cum vetus magnusq; interpres Ariſtotelis, Simplicius, de hoc, vt communis opinio eſt, ſenſerit: non videtur autem debere dubitari, quin* Νικομάχεια, *verum, certumq; Ariſtotelis opus ſint: cum, praeter ſuperius Simplicij teſtimonium, Alexander quoque ſingularis quidam amator philoſophi, & qui ſtudium omne*

ſuum poſuit in monimentis eius declarandis, Ariſtotelis opus hoc eſſe ſemper voluerit, nec dubitare ſe vmquam de hoc, oſtenderit. Scrupulus fortaſſe quempiam pungeret de duobus illis, qui neſcio cur magni vocentur, cum minime reſpondeant numero reliquorum, propeve ad ipſum accedant, & de rebus ipſis, quas attingunt, breuius, conciſiusq; praecipiant: nam initium eorum non poſſum, non laudare, ſatisq; id mihi huic diſciplinae accommodatum videtur, quo ſignificatur, ſtudium hoc, de re tantopere nobis vtili, à veteribus doctis viris fuiſſe paene neglectum. Reſtat, vt exponam, quid exiſtimem de opere librorum, quorum index eſt ἠθικὰ Εὐδήμεια, *quia ad Eudemum illud miſſum eſt: fuit enim Eudemus hic natione Cyprius, qui Athenas venit, ad Platonisq; amicitiam ſe applicauit, cum domo exularet, vnde etiam familiaritatem Ariſtotelis conſecutus eſt, cum & ipſe ſtudiis ſapientiae delectaretur, familiarisq; foret omnium, qui ſcholam Platonis frequentabant: neque tamen coleret ſolum honeſti otii ſtudia, & quietis, verum etiam militiae ac belli: nam, cum Athenis multum Eudemus vixiſſet, beneuolentiam quoque adeptus eſt Dionis Syracuſani, qui Dionyſio ſuſpectus, illic viuebat, & inceptam amicitiam in Sicilia cum Platone recolebat, vnde factum fuit, vt opera Eudemi Dion vteretur in cogenda clam manu militum ad Dionyſium ex iniuſto illo regno exigendum. Hic igitur eſt Eudemus ille, vnde opus, quod praedico, Eudemium appellatum eſt: nam de virtute ipſius, & magna animi probitate mentionem etiam fecit M. Cicero in primo libro de Diuinatione, quo loco praeclara quaedam ſomnia narrauit: in ipſis enim expoſuit tria quaedam, quae magno huic, & pluribus eximiis virtutibus ornato viro viſa ſunt. Quia autem omnis haec narratio in claro admodum loco expoſita eſt, qui plane cuncta intelligere voluerit, locum hunc ipſum adeat: nam cum auctoris, apud quem haec legerit, non meminerit M. Cicero, puto, ab Ariſtotele id memoriae mandatum fuiſſe in libro, quem ſcripſit de animo, ab hoc illuſtri viro, vocato Eudemo: id quod narrauit Plutarchus in commentario de conſolatione ad Apollonium. Magnum autem damnum, vt arbitror, factum eſt, quod hi libri iniuria ſuperiorum temporum amiſſi ſunt: erant enim referti magna doctrina, vt ex multis locis coniicere licet eorum librorum, qui elapſi fuere, & quamuis mendoſi, non ſine fructu tamen leguntur. Loci autem cuiuſdam ipſorum memini in IX. librum, quo ſignificatur, quomodo acceptae duae ſententiae de amicitia, quae*

magno-

pere contrariae inter ſe videntur, ſibi ipſis conſentiant, cuius etiam auxilio emendatur locus, foedißime maculoſus, in vita Ariſtotelis, quam ſcripſit Laertius. Volo etiam tibi amice lector cognitam eſſe rationem omnem huius mei longi laboris. Plures enim iam ſunt anni, quibus ego opus hoc de moribus ſummi doctoris, amare coepi, & quo magis partem aliquam ipſius manibus tenebam, accurateq; legebam, eo magis amore illius incendebar, & quam magnus fructus ex lectione eiuſdem capi poſſet, perſpiciebam. Cum igitur aliquid ita me profeciſſe putarem, volui experiri, an poſſem in eo declarando ſtudioſis bonarum artium adoleſcentibus aliquid prodeſſe, ſanctißimaq; hac diſciplina ipſos inſtruere: in quo plurimum temporis conſumpſi. Cum vidiſſem autem auctam non nihil eſſe in me facultatem hanc, auſus ſum, creſcente cotidie deſiderio in me excolendi optima ingenia, & omnem vitij labem è pectoribus eorum delendi, labores, quos ſuſtinuiſſem in conatu hoc meo, publicare. Vnum vero in primis arduum, & moleſtum mihi fuit, cuiq; remedium adhiberi vix poteſt, valde repugnans illud quidem conatibus his, & honeſtis ſtudijs, ſenectus inquam ſumma & grauis: paucis enim contingit id, quod Iſocrati vſu venit, vt vſque ad extremum tempus aetatis commentari ſemper aliquid, & ſcribere valeret: huic autem rei ſuccurrit, vetus amicus meus, ſingularis ingenij vir, & non minoris eruditionis, Carolus Oricellarius: nam de eximia probitate hominis, ſummaq; fide & amore in rebus amicorum gerendis, nihil opus eſt dicere, cum cognita omnibus, & probata illa magnopere ſit. Cum igitur alia multa monimenta Ariſtotelis ſimul legiſſemus, quae ſcripta ab ipſo fuere de natura, & rebus occultis, in hoc, quod ego ſeorſum mihi declarandum ſuſcepi, ille quoque ſtudio magno ſuo, non paruam mihi opem tulit, & laborem meum minuit: quod ego honoris eius cauſa, & verae amicitiae, qua inter nos coniuncti ſumus, omnibus notum eſſe volui.

PETRI VICTORII COMMENTARII IN ARISTOTELIS LIBROS X.

De moribus ad Nicomachum.

ΠΑ͂ΣΑ τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ. διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τ᾽ἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται.

OMNIS ars, atque omnis ratio, ac via: ſimiliterq́ actio, & electio bonum aliquod appetere videtur. Quapropter bene enunciarunt ſummum bonum eſſe id, quod omnia appetunt.

QVI ſit finis operis, quod modo conficiendum ſuſcepit, & huius de moribus diſciplinae, quae, vt ſingulos mortales inſtruit; vitamque eorum perpolit, ita vniuerſam ciuitatem ornare, atque excolere in animo habet; oſtendere ſe oportere initio exiſtimauit; cuius conſilij ſui cauſam etiam attulit. Primum igitur ſignificat hoc commune eſſe omnium artium, & ſcientiarum, vt propoſitum ſibi aliquid habeant, quo ferantur, finemque vtilem vitae, atque honeſtum, quod probat, collectis, appellatisque rationibus pluribus, ac vijs, quae nos ducunt eo, quo volumus: nominat autem quattuor, ideſt artem, ac rationem omnem, viamque alicuius rei cognoſcendae: nec non actionem, & electionem, quae duo requiri maximè videntur, cum ad gerendum aliquid publicè incumbimus. Omnem igitur huiuſcemodi viam percipiendi aliquid, videri inquit ante oculos habere, eoque contendere, bonum aliquod. Cum autem ſecum faciat, adfert definitionem boni, cuius auctores fuere docti viri ante ipſum: eamque laudat, dixerant enim illi, ſummum bonum, vereque bonum eſſe illud, quod omnia appetant: quomodo enim ſummum eſſe non poteſt id, quod communi iudicio, ſententiaque omnium comprobatur? Vſus autem eſt eodem quaſi exordio diſciplinae huius tradendae in libris, quorum index eſt ἠθικὰ μεγάλα: dixit enim illic oportere primum videre ſcientiae omnis, ac facultatis finem quemdam eſſe, & ipſum quidem bonum: quae namque ſupra expoſuerat, pertinent ad eos commemorandos; qui primi vitam hominum optimis motibus ornarunt, & partem hanc philoſophiae attigerunt. Cum vero aliquibus videri poſſet minime verum, quod dictum eſt, cunctos mortales inflammatos eſſe deſiderio boni, cum planum ſit inueniri non paucos, qui ardenter appetant, quod ſibi malum detrimentoſumque eſt, intelligendum eſt, hoc fieri errore illorum, qui arbitrantur bonum eſſe, quod ſimulatum bonum eſt: vmbramque tantum eius rei habet, vnde a Graecis φαινόμενον vocatur. Animaduertendum autem, quod ab Argyropylo adnotatum hic eſt,

vſum eſſe auctorem ordine praepoſtero: ſic enim locutus eſt: methodus namque antecedit artem, & ſcientiam, quamuis veteres Graeci interpretes Ariſtotelis tradiderint, methodum aliquando valere idem, quod ἐπιστήμη, & non ſolum illius ipſius ſcientiae, certaeque percipiendae rationem; cum ſaepe idem inueniatur hoc ipſum praeſtitiſſe. Nam non multo poſt eundem hunc ordinem verborum ſeruauit, ac non nullis alijs in locis. Sed etiam arbitror graues, & bene inſtitutos viros, quique magnum rerum vſum habeant, multa recte facere ſine praecedente deliberatione: tunc enim deliberationi locns eſt, cum ſcrupulus, ac dubitatio aliqua eſt in re. Nam alienum etiam non eſt, putare hoc ipſum feciſſe, quia magis nobis ſaepe cognitae ſunt actiones, quàm deliberationes atque electiones ipſarum agendarum. Videtur autem, cum primo methodum appellauit, hoc nomine intellexiſſe rationem ac viam illius artis, doctrinaeque percipiendae.

Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν, ἐνέργειαι· τὰ δὲ παρ' αὐτὰς, ἔργα τινά.

Differentia autem quaedam perſpicitur eſſe finium: quidam enim ſunt muneris functiones: alij praeter ipſas, opera quaedam.

PERSPICVVM eſſe tradit, fines ſuperiorum artium, & ſcientiarum non eſſe pares, aequaleſque inter ſe, & vt ipſarum, ita etiam reliquarum omnium, ſimilium ipſis, ſed inueniri diſcriminis aliquid inter ipſos, quippe cum certarum quarundam fines ſint, ſtudia ipſa ac functiones alicuius muneris, quae in tractandis illis artibus ſuſtinentur, quibus cum illae ipſae artes functae fuerint, ſe perfeciſſe quod ab ipſis expectari poterat, arbitrantur: qualis eſt oratoris ars, quae cum praeſtiterit, vt reus damnetur, ſiue abſoluatur, officio functa eſt; eodemque pacto medici, cum ille aegrotum ſanauit: neque enim bona valetudo, quam, pulſo inde morbo, in corpus ipſius inſeruit, aſpicitur, manuve tangitur. Alius eſt, inquit, quarum poſt functiones illas extat praeterea opus aliquod, quod cerni, tangique poteſt; vt pictorum ars eſt, & eorum, qui ſigna fabricantur, ceterorumque opificum.

Ὧν δ' εἰσὶ τέλη τινὰ παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα.

Quarum autem ſunt fines opera quaedam praeter actiones, in his opera, ſua vi meliora ſunt actionibus.

ADMONERE etiam voluit in illis ipſis artibus, quarum poſt labores, in ipſis exercendis, ſuſceptos, extant opera quaedam, praeſtantiora eſſe opera, quae reſtant, viſunturque, quàm functiones illae antecedentes, quae viliores ſunt; nec laudem vllam magnam adipiſcerentur, niſi inde naſcerentur opera quaedam, quae aliquo modo vtilia ſunt vitae, & ſanè omne id, quod ex aliquo munere obito exiſtit, melius eſt ſtudio in eo efficiendo, poſito: laudis autem quidquid in ipſum cadit, ſiue illa tenuior eſt, ſiue amplior, proficiſcitur a laude, commendationeque operis; quae collatio non cadit in eas, quae nihil, quod oculis appareat, moliuntur, cum in ipſis ſolum functio ſit, ſtudiumque poſitum in rebus illis adminiſtrandis, requiſitis ab illa arte, velut in illo, qui ducit exercitum: victoria enim, quo tendit omni ſuo conatu, non aſpicitur corporis luminibus, ſed animo intelligitur: variauit autem nomina & ἔργα, τέλη, fineſque appellauit, eodemque pacto pro ἐνέργεια vſurpauit πρᾶξιν. Recte autem admonuit, in quibus hoc contingeret, cum extent facultates plures, quae functionibus contentae, illas ipſas gignant praeſtantiores, quàm ſint opera artium etiam honeſtarum.

Πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν, καὶ τεχνῶν, καὶ ἐπιστημῶν, πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη· ἰατρικῆς μὲν γὰρ, ὑγίεια· ναυπηγικῆς δὲ, πλοῖον· στρατηγικῆς δὲ, νίκη· οἰκονομικῆς δὲ, πλοῦτος.

Cum multae autem ſint actiones, & artes, & ſcientiae, multi etiam exiſtunt fines: artis enim medicorum finis eſt, bona valetudo: naualis artis, nauigium: artis ducentis exercitum, victoria: domeſticae diſciplinae, diuitiae.

MANET

MANET in eodem propoſito declarandi nobilitatem, fructumque, qui capitur, non ex functionibus, aut operibus, quae ſumuntur ex vnius, eiuſdemque artis ſtudio, collatis inter ſe; ſed e variarum, diuerſarumque artium finibus, & ipſis diſcrepantibus inter ſe. Primum autem oſtendit, varios illos eſſe, diſſimiles que, vt ſunt artes ipſae diſpares, inquit igitur, cum multae ſint actiones, & artes, nec non ſcientiae, multos etiam extare fines; quod probat, enumeratis non nullis, atque inductione denique; artis enim medicorum inquit, finis eſt, morbo liberare aegrotos, fabrorum naualium, nauigium, ducis exercitus, victoria, domeſticae diſciplinae, diuitiae. Quaeſitum hic eſt, quomodo dixerit copiam rei familiaris eſſe finem, cum planè diuitiae ſint inſtrumentum, id quod ipſe quoque alijs in locis teſtatus eſt; nihil tamen prohibet, quin eadem finis ſint, non tamen vnius, & eiuſdem artis, ſed diuerſarum, vt vſu venire videmus in multis: frenum enim eſt finis artis eius, quae fabricat frena, idemque inſtrumentum equeſtris artis; infra quoque auctor affirmat, diuitias non eſſe bonum illud, cui inueſtigando incumbit haec de moribus diſciplina: non negat igitur, quin diuitiae ſint finis, ac bonum, ſed non ſummum illud, quod hic quaeritur. M. quoque Cicero, cum interpretaretur indicem libri Xenophontis, quem ſcripſit de hac diſciplina, vocauit ipſum de tuenda re familiari; cum tamen officium videatur eſſe potius patrisfamiliae, quaerere rem, quàm tueri: praecedit enim hoc, partesque magis videntur eſſe matrisfamilias hoc facere: parumque ſtudio, ac labore viri patrimonium ſeruare. Sed fortaſſe, neque quaerere, neque tueri rem, verus finis eſt oeconomicae, cum pecunia, diuitiaeque ſint inſtrumentum; ſed honeſtius quiddam, ideſt, recta diſciplina totius familiae, optimaque inſtitutio liberorum: quare accommodat ſe ad opinionem multitudinis.

Ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων, ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετὴν καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν, χαλινοποιητικὴ: καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἱππικῶν ὀργάνων εἰσὶν (αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας) ἐν ἁπάσαις δὲ, τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν, τέλη, πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ' αὐτά: τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται.

Quaecunque autem talium ſub vna quapiam virtute collocatae ſunt: veluti ſub equeſtri, quae frena fabricat, & quaecunque aliae equeſtrium inſtrumentorum ſunt. (haec vero, & omnis actio bellica ſub arte ducis, eodemq; modo aliae ſub alijs): in cunctis vtique fines earum, quae principem locum in ipſis tenent, ſunt magis expetendi, quàm fines earum; quae ſub ipſis ſunt: harum enim cauſa & ipſi requiruntur.

CVM & multas eſſe artes, ac ſcientias, & fines etiam ipſarum plures, variosque oſtendiſſet, tradit cunctas illas è numero ipſarum, quae collocatae ſunt ſub vna quapiam earum, & quaſi miniſtrae quaedam ſunt, ſeruiuntque alicui ſuperiori arti, ſiue facultati, hoc commune habere, vt fines principum earum, & quae tamquam praecipiunt ipſis, ſint praeſtantiores, & magis expetendi, quàm inferiorum, & veluti famularum: cuius dignitatis ipſarum cauſam eſſe oſtendit, quod minores percipiuntur, vt ad maiores, honeſtioresq; recta via, ordineque perueniamus. Antequam autem abſolueret ſententiam, concluderetque, docuit quae huiuſcemodi forent, vt merito dici poſſent conſtitutae ſub aliqua ſcientia grandiore, vnamque earum appellauit, eam inquam, quam ſupra ego expreſſi. Idem etiam verum eſſe inquit, atque vſu venire in alijs affirmat, eodemque pacto, rei aperiendae, atque illuſtrandae cauſa, conijcit in medium illam etiam ipſam, quae veluti domina foret, & eius, quae fabricat frena, & cetera inſtrumenta equeſtris artis, alio nomine ancillam eſſe, & vt ipſam, ita etiam reliquas, quae bellicae arti, atque omni militari actioni accommodatae ſunt, arti ac virtuti imperatoris, quod in alijs etiam contingere ſimilibus inquit. Hac parte non omnino certa eſt lectio: ſunt enim exemplaria, in quibus legitur ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετήν, ſunt alij itidem, calamo exarati libri, qui pro ἀρετὴν habent δύναμιν, quae ſcriptura ſine dubio eſt planior: propriè namque δύναμις, facultasque appellatur ratio, peritiaque ducendi exercitum: altera illa, vt puto, verior, quam reddit etiam vetus tralatio, vt vſus ſit impropriè ἀρετῆς nomine, vt conſuetudo ſaepe facit, quae omnem induſtriam, peritiamque vocat virtutem; eodem autem pacto auctor alijs in locis locutus eſt.

Διαφέρει δ' οὐδὲν τὰς ἐνεργείας αὐτὰς εἶναι τὰ τέλη τῶν πράξεων, ἢ παρὰ ταύτας ἄλλο τι, καθάπερ ἐπὶ τῶν λεχθεισῶν ἐπιστημῶν.

Intereſt autem nihil vtrum functiones ipſae ſint fines actionum, ſiue praeter has aliud quippiam, veluti in ſcientiis, quae modo dictae ſunt.

QVIA dixerat fines artium, quae principatum in aliquas obtinent, magis expetendos eſſe, quam inferiorum, collocatarumque ſub ipſis: finesque docuerat eſſe duum generum, cum ipſorum quidam ſint operae, ſtudiaque poſita in rebus illis obeundis: alij vero opera, quae reſtant atque apparent, nequis error exoriretur, putaretque aliquis id verum eſſe ſolum in his finibus, qui viſuntur, operaque vocantur, inquit, nihil intereſſe, ſint ne illi fines functiones munerum quorundam, ſiue opera, quae permanent, vt expoſitum eſſe dicit: nonminus enim in illis, quae quaſi fugiunt ſenſus noſtros, quam in his, quae cernuntur, hoc verum eſſe affirmat, vt fines ſcilicet meliores, magisque expetendi ſint, quam ea, quae referuntur ad fines.

Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν, ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα: τὰ ἄλλα δὲ διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα (πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν, καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν) δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἄριστον.

Si igitur eſt aliquis finis rerum agendarum, quem propter ſe volumus: ceteros autem propter hunc, & non cunctos propter alios expetimus (progrediuntur enim ita res in infinitum, vt neceſſe ſit inanem eſſe, fruſtraq́ ſuſceptam appetitionem) perſpicuum eſt, hoc futurum eſſe ſummum bonum, atque optimum.

CVM cognitum iam ſit, cunctarum artium, actionumque humanarum extare finem aliquem, quaerendum putat, an exiſtat finis aliquis rerum agendarum, quem finem propter ſe optemus; adipiſcique cupiamus, cum ceterorum finium compotes fieri ſtudeamus, vt nobis opitulentur ad hunc plenum, integrumque conſequendum, & niſi omnia, quae in mentem nobis veniunt, vt velimus, propter aliud expetimus, &, vt auxilio nobis illa ſint ad aliquid vlterius impetrandum, quod credendum non eſt: adfert enim hoc tamquam abſurdum; perſpicuum nobis eſſe poteſt, hoc eſſe verum, ſummumque bonum, & id, quod cetera omnia bonitate, ſuaque perfectione vincit. Quid incommodi autem naſceretur, docuit, niſi hoc extaret, quod malum vt vitetur, concedendum dixit in rebus humanis inueniri, quod vim hanc & poteſtatem habeat: ſitque terminus fixus rerum agendarum: aliter enim inquit, inanis, & temerè in nobis excitata foret ipſius appetitio: neque enim vllo ſtudio, aut cura perueniri poteſt ad id, quod infinitum eſt.

Ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν, καὶ καθάπερ τοξόται, σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος.

Numquid igitur ipſius cognitio ad vitam magni momenti eſt, & veluti ſagittarii, ſigno propoſito melius adipiſcemur id, quod opus eſt:

CVM patefactum ſit, ac vera ratione comprobatum, extare abſolutum hoc, & perfectum bonum; quaerit, & quaſi interrogat, an perceptio ipſius ad noſtram vitam habeat propenſionem aliquam, & illam quidem magnam, cuius ſententiae ipſe eſt, & ſimili id declarat, eorum, qui telum aliquò iaciunt, ſagittaque ferire deſtinatum locum cupiunt: notam enim ſtatuunt in pariete, ad quam dirigunt oculos; ita igitur quoque nos adipiſcemur, quod volumus, fungemurque munere noſtro, ſi idem fecerimus, mentiſque aciem ad hoc conuerterimus.

Εἰ δ' οὕτω, πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτὸ τί ποτ' ἐστὶ, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν, ἢ δυνάμεων.

Quod ſi ita ſe res habet, enitendum eſt, vt craſſo modo percipiamus ipſum, quidnam ſit, & cuius è numero ſcientiarum, vel facultatum.

QVOD ſi hoc addit, eundem fructum ferre poteſt, huc tranſlatum, danda opera eſt; conandumque nobis craſſo modo, leuiterque complecti ipſum: videreque cuiuſmodi ſit, & auxilio cuius potiſſimum ſcientiae, ſiue facultatis hoc obtinere valeamus. Quod ſi non extaret finis hic, quem ſignificat, aut ſi nullo ſtudio; laboreque in eo perdiſcendo, poſito, cognoſci poſſet, fruſtra in id inueſtigandum tradendumq; incumberetur, quare labor ipſius irritus eſſet, conſiliumq; nullum eius, qui hanc curam ſuſcepiſſet, quae fructum nullum ferret: contra autem, cum res aliter ſe habeat, dicit aperte, ſcriptionem hanc ſuam valde vtilem futuram: finem autem, quem intelligit, eſſe eum, ad quem ceteri referuntur: ipſe autem ad nullum referatur apertum, is autem eſt, beatitudo. Simili eodem hoc ſagittariorum, valde apto ad res illuſtrandas, vſus eſt quoque Aeſchylus in fabula, cuius eſt index; Agamemnon; haec ipſius verba ſunt. Ἔκυρσας, ὥστε τοξότης ἄκρος, σκοποῦ. Non eſt autem corollarium hoc, vt putauit Argyropylus, in quem errorem ipſum traxit, quòd initium huius particulae rectè verſum non fuit ab ipſo: auctor enim manet adhuc in eadem ratione, & quaſi dubitat, an cognitio huius ſummi boni ſit momenti alicuius ad bene, beateque viuendum. Declarant, opinionem meam veram eſſe, verba, quae ſequuntur; oſtenduntque ipſum nullo modo aſſeueranter locutum.

Δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης, καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. τοιαύτη δὴ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται· τίνας γὰρ εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ποίας ἑκάστους μανθάνειν, καὶ μέχρι τίνος, αὕτη διατάσσει. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας· οἷον στρατηγικήν, οἰκονομικήν, ῥητορικήν.

Videri autem poſſet illius, quae ſummam poteſtatem habet, & maxime tamquam regina reliquarum eſt. Huiuſcemodi autem facultas ciuilis perſpicitur eſſe: quas enim opus eſt ſcientias eſſe in ciuitatibus, & quales ſingulos perdiſcere; & quatenus, haec ſtatuit. Videmus autem & facultates eas, quae maximo in honore ſunt, ſub hac eſſe, ceu artem ducis exercitus, diſciplinam domeſticam, artem dicendi.

VIDERI poſſe inquit hoc cognoſcere, officium eſſe ſcientiae illius, quae maximam vim, & poteſtatem habeat in ciuitate, & quae tamquam illic regnat, plurimumque iuris habet in reliquas. Reſtabat igitur oſtendere, quaenam potiſſimum haec foret: huiuſcemodi igitur eſſe tradit; id quod ſatis apparere dicit, rationem rectè gubernandi ciuitatem, quod confirmat duobus argumentis, quorum prius eſt: quòd haec ſtatuit, quas ſcientias decet eſſe in ciuitate, & è numero ipſarum quales oporteat ſingulos ciues diſcere, & vſque ad quam aetatem, ſiue ad quem ipſarum terminum: notum enim eſt longo temporis ſpatio priſcos illos Romanos in vrbe non habuiſſe medicos; & inferioribus temporibus eieciſſe mathematicos è ciuitate. Quin etiam ſapientiſſimum virum Socratem cenſuiſſe leuiter attingendam geometriam, & tantum illius deguſtandum, quantum ſatis eſſet ad fundum emendum, vendendumque iuſta menſura.

Χρωμένης δὲ ταύτης ταῖς λοιπαῖς πρακτικαῖς τῶν ἐπιστημῶν· ἔτι δὲ νομοθετούσης τί δεῖ πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τὸ ταύτης τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων· ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τἀνθρώπινον ἀγαθόν.

Cum autem haec vtatur reliquis ſcientiis, quae in agendo verſantur: praetereaq; legibus ſtatuat quid agere opus eſt, & à quibus ſe abſtinere oporteat, huius finis complecteretur fines aliarum; quapropter hoc eſſet humanum bonum.

ALTERVM videtur hoc argumentum eſſe, quod & ipſum valet ad dignitatem, praeſtantiamque ciuilis facultatis oſtendendam, ductum a fructu, quem ipſa capit è reliquis ſcientijs, artibuſve, poſitis in rebus agendis, vitaque ciuium ornanda, & politiore reddenda. Quod enim ab illis efficitur, adhibita multa cura, redundat in eam, ſpeciemque ipſius adiuuat; & vt inde intelligi poſſit, ait principatum eius, ita etiam à poteſtate, quam habet ferendi leges, ſtatuendique quid eos, qui illic viuunt, oporteat facere; & in quae ſtudia, factaque incumbere; à quibuſque ſibi, vt inutilibus, detrimentoſiſque reipublicae temperare: quare inquit finis huius complectitur fines reliquarum, incluſoſque in ſe habet,

ipſos, continetque, vt ſuas partes; vnde concludit dubitari non poſſe, quin hoc humanum bonum ſit.

Εἰ γὰρ καὶ ταυτόν ἐστιν ἑνὶ, καὶ πόλει, μεῖζόν γε, καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν, καὶ σώζειν. ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ: κάλλιον δὲ, καὶ θειότερον ἔθνει, καὶ πόλεσιν.

Si enim idem eſt, quod prodeſt vni, & ciuitati, maius vtique, & perfectius perſpicitur eſſe ciuitatis bonum, & adipiſci, & tueri, amandum enim eſt, vni, ac ſoli: pulchrius autem, & diuinius genti, ac ciuitatibus.

Cvm quod praecepit, perficiat vnum etiam quemlibet hominem, ſingulorumque mortalium bonum merito vocari poſſit; quo modo à ſe dictum ſit publicum bonum, & commune ciuitatis totius declarat, adiungens: maius profecto, perfectiusque eſſe quod vniuerſum aliquem populum perpolit, ac ciuitatem, quam quod vnum tantum mortalem, ſiquis opera, ac ſtudio ſuo id nanciſci potuerit; non quia laudem in ſe non habeat, amarique plurimum ab eo debeat, ſicui etiam hoc contigerit; ſed quia pulchrius, diuiniusque eſt collatum in gentem aliquam, ac ciuitatem. Pulchrius id eſſe inquit, quia maiorem ſplendorem habet, iuuare ingentem numerum mortalium, totamque gentem, quàm vnum aliquem, aut paucos homines: diuinius autem, quia propius accedit ad diuinam naturam, prodeſſe vniuerſo populo, ac genti.

Ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται, πολιτική τις οὖσα.

Ratio igitur, nobis propoſita, haec concupiſcit, quae ciuilis quaedam facultas eſt.

Post ſuperiora tradita & confirmata, teſtatur ſe explanaſſe, quae ſint ea, quae ſibi propoſit haec ratio ac via, quam ſuſcepit explicandam, ipſam vero cuiuſmodi ſit, docere etiam voluit, aitque illam eſſe partem quandam ciuilis facultatis. Quomodo autem hoc accipi debeat, declarauit Alexander in primo libro commentariorum in analytica priora: ſignificat enim conſilium Ariſtotelis fuiſſe, optimum ciuitatis ſtatum informare, cum de vita, & moribus praecipere incepit, verum autem ordinem ſequutum eum in hac diſciplina fuiſſe: quomodo enim reſpublica recta inſtitui poterat, niſi prius bonis moribus inſtructae partes eius fuiſſent, ideſt ciues ipſi, & domus ſingulae: quare in primis diſſeruit de moribus, deinde tradidit diſciplinam domeſticam, poſtremo de optima rep. diſputauit. Statim autem in principio ἠθικῶν, quae vocata ſunt magna, cum quaeſiſſet, cuius pars ſit de moribus ſcribere; affirmauit, non alius eſſe diſciplinae munus, hoc facere, niſi eius, quae πολιτικὴ nuncupatur; id quod certis rationibus comprobauit, poſt quod affirmat, iure bono poſſe hanc ſcriptionem, opusque appellare politicum. Quod Argyropylus hic admonuit, duobus modis accipi poſſe, quod in vertendo hoc loco dixit, iſta appetit doctrina, dubitationem nullam habet in Graecis verbis auctoris; perſpicuum enim eſt intelligi debere methodum, ac doctrinam.

Λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη: τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς δημιουργουμένοις. τὰ δὲ καλὰ, καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν, καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ, μή. τοιαύτην δέ τινα πλάνην ἔχει, καὶ τ' ἀγαθὰ. διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ' αὐτῶν: ἤδη γάρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον: ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν.

Dictum autem fuerit ſatis, ſi, vt patitur materies, quam tradendam ſuſcepimus, omne declaratum fuerit: exquiſitum enim in cunctis diſputationibus requirendum non eſt; quemadmodum vſu venit in opificum operibus: honeſta enim facta, ac iuſta, de quibus facultas ciuilis quaerit, tantam in ſe

differen-

differentiam habent; & errorem, vt videri poſſint opinione tantum conſtare: non autem natura: huiuſcemodi vero quempiam errorem habent etiam bona; quia multis mortalibus euenerunt detrimenta ab ipſis: iam enim periere quidam ob poſſeſſionem diuitiarum: aliis autem interitum attulit fortitudo. M

OSTENDIT nunc quae vera ratio ſit, ipſique accommodata, tradendi hanc diſciplinam. Cum autem vitae huius beatae explicationem ad extremum huius operis reſeruet, reliqua, quae antecedunt, quomodo tractanda putet, admonere initio voluit: oſtendereque quam rationem ipſi accommodatam cenſeat. Diligenter igitur de hoc diſſeruit; docetque, exquiſitam ac ſubtilem nullo modo idoneam futuram fuiſſe: quia non conuenit huic materiae. Vtilis autem valde, vel potius neceſſaria fuit haec praeceptio: cum multi in hoc labantur ac peccent, vt fortaſſe etiam non nulli fecerunt eorum, qui ſtudio ac labore ſuo declarare hos libros voluerunt: inſeruerunt enim huc multas, & difficiles quaeſtiones, quae vt obſcurae ſunt, ita etiam ſaepe aliquando nihil, aut parum faciunt ad hanc de moribus diſciplinam, potiusque perturbant, quam iuuent. Quòd ſi hunc locum attendiſſent, conſiliumque, & auctoritatem ſummi doctoris ſecuti eſſent, minime in hanc fraudem incidiſſent: Argumento huius rei eſſe poteſt, quod D. Thomas ſapientiſſimus vir, nullas, aut paucas admodum huiuſcemodi in ſuas doctiſſimas elucubrationes in hos libros inſeruit. Sed hoc nunc relicto, inquit Ariſtoteles, tradi poſſe hanc diſciplinam, ita vt ſatis exiſtimari debeat; ſi, vt natura huius materiae eſt, patiturque ipſa, explanetur, quod conſtituit dicens, non poſtulari debere exquiſitam rationem in omni genere doctrinae eodem pacto, id quod declarat, verumque eſſe docet, quòd in iis etiam, quae ab opificibus fiunt, operibusque ipſorum idem ſeruatur: neque enim quae ſeruiunt vilibus miniſteriis eundem ornatum requirunt, quem honeſta opera, & praeclara: indicat autem, quod requirebatur, talem eſſe materiam horum librorum, in quibus omnis opera conſumitur in factis honeſtis, iuſtisque explicandis, quae ſibi proponit videnda, perpendendaque ciuilis ratio, & diſciplina de moribus: ipſa enim affirmat, ita incerta eſſe, expoſitaque tot tantiſque mutationibus, vt videri poſſint, opinionibus, inſtitutisque conſtare, non natura: vnde autem nata ſit haec opinio de illis, aperuit: talem enim varietatem in ſe habere dicit, atque ita lubricas eſſe res bonas, quia conſtans opinio eſt, incommoda, & mala non parua euenire inde multis; quippe cum perierint iam aliqui crudeliterque interfecti ſint, quia amplum patrimonium habebant, alii vero, quia fortes erant, & magno animo praediti; vnde iniuſtis principibus ſuſpecti ſunt. Non eſt autem dubium, quin virtutem intelligat, non vires corporis: fortes enim magnoque animo praediti, non validi, ac robuſti periculoſi ſunt tyrannis, quod teſtatur etiam Salluſtius, qui regibus dixit virtutem periculoſam eſſe. Declarat etiam errorem, & obſcuritatem huius rei, quod aliquando contrariae quaedam res ſaluti aliquibus fuere; cum memoriae proditum ſit, iniuſtos illos viros, qui Thebis dominatum paucorum inſtituerant, cum plurimos optimos ciues, & opulentos viros è ciuitate eiecissent, vni pepercisse Epaminondae, quia videbant eum & pauperem eſſe, & ſtudiis ſapientiae deditum; vnde ſibi timendum eſſe non exiſtimarunt, cum, qui occupati ſunt in litteris, non ſoleant magnopere curare, delectati otio illo ſuo, a quibus reſp. regatur, & ſi velint, etiam non valeant ob tenuitatem aliquid moliri: in iudicio autem de illo faciendo, vt res declarauit, mirifice illi decepti ſunt: virtus enim eius viri cuncta ſuperauit.

Ἀγαπητὸν οὖν, περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς, καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι, καὶ περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἀποδέχεσθαι χρεὼν ἕκαστον τῶν λεγομένων: πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ᾽ ἕκαστον γένος, ἐφ᾽ ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται: παραπλήσιον γὰρ φαίνεται, μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι: καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν.

Dictum igitur erit ſatis de huiuſcemodi rebus, & argumentis ab iiſdem ſumptis, ſi craſſo modo, ac forma verum declaratum fuerit, & de rebus, quae plerumque contingunt, huiuſcemodi quaedam concluſa fuerint. Eodem autem modo accipere opus eſt ſingula, quae dicta fuerint: partes enim ſunt hominis

instructi

inſtructi ad bonas artes, tantum in omni genere ſubtilitatis poſtulare, quantum natura rei patitur: aſsimile namque videtur eſſe, mathematicum probabilibus vtentem probare, & ab oratore demonſtrationes poſcere.

MANET in eodem propoſito, oſtendens & materiã ipſam, & argumenta, quibus confirmantur ſententiae propriae ipſius hoc velle, nec ſpernendam eſſe ab ijs, qui auſcultant rationẽ hanc, quamuis craſſam, & pingui Minerua traditam: res namque quae certae, ac definitae non ſunt, non poſſunt firmis argumentis, vacuisque ab omni errore demonſtrari, & inique facturum eum, imperiteque, qui hoc poſtulat: vt enim prius inſtruxit praeceptorem huius diſciplinae, ita nunc auditorem, & qui ipſam accipit: eruditi enim viri proprium eſſe adiungit, flagitare illud ipſum exquiſitum, quod exiſtit in eo genere, & non accuratius, ac ſubtilius aliquod, quàm ea materia requirat. Quam inſulſe autem faceret, qui hoc contentus non foret, ſimili declarat valde illuſtri, & ad exagitandum hunc errorem in primis accommodato. Perinde enim, inquit, eſſet hoc facere, ac probare mathematicum, qui in conſtituendis theoremaſin illis ſuis vteretur argumentis aptis ad perſuadendum, & non certis, firmisque rationibus; idemque eadem inſcitia ductus poſceret ab oratore demonſtrationes exquiſitas, quae ſunt alienae à ſtudio ipſius: In primo quoque libro de moribus ad Eudemum, vbi de honeſta vita diſſerit, & quomodo ipſa paretur, reiectis rationibus, quae meritò placere non poſſunt, inquit; poſitam autem ipſam eſſe in ſemetipſo excolendo, ſtudioſoque reddendo, factisque ſuis itidem honeſtis κοινότερον, eſſe & vt hic locutus eſt θειότερον, quomodo vtrumque ipſi tribuiſſet, declarans; poſterius autem ideſt diuinius eſſe, à ſe dictum inquit, quia poſita eſt vita beata in ſemetipſo ſtudio ſuo ornando, factisque ſuis ad dignitatem dirigendis.

Ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς, ἃ γινώσκει. καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος: ἁπλῶς δὲ, ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος: ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων: οἱ λόγοι δὲ ἐκ τούτων, καὶ περὶ τούτων.

Vnusquiſque enim exiſtimat rectè de illis, quae cognoſcit, & ipſorum eſt bonus exiſtimator: ſingularum autem rerum, is qui peritus earum eſt: ſimpliciter autem, qui in omni re peritus eſt. Quapropter ciuilis facultatis non eſt ſuus, propriusque auditor adoleſcens: vſum enim nullum habet actionum, quae in humanam vitam incurrunt: rationes autem ſumuntur ex his, & de his quaerunt.

QVI diligenter attendet, non magno negotio intelliget, hoc aptum eſſe è ſuperiore ſententia: peccaſſeq; interpretem, qui aliter accepit, vt cum proprium ſit periti viri, quem πεπαιδευμένον vocat (eius autem iam mentionem fecerat) probe exiſtimare, tradat ſingulos homines poſſe rectè exiſtimare, de rebus ijs, quas norunt: vnde ſequitur non eſſe ſuum, ac proprium auditorem huius diſciplinae adoleſcentem, quia cum rerum humanarum propter aetatem ignarus ſit, non poteſt exiſtimare, an, qui tradit hanc diſciplinam, rectè, & ordine ſe gerat. eſt igitur illud. Quapropter ciuilis rationis, & quae ſequuntur, corollarium quoddam, quam tamen ſententiam confirmat alio argumento; ex verbis autem ipſis auctoris percipitur hoc, quod dixi verum eſſe: nam quae ſupra collocata eſt particula, δὲ, oſtendit id non eſſe initium nouae ſententiae; praeterea διὸ habet eam vim, vt oſtẽdat id, cui praepoſita eſt, naſci à ſuperiore ſententia. Supra, cùm de perito loqueretur, ac leuiter ſaltem inſtructo alicuius ſcientiae, diuiſit ipſum: docuitq; inueniri quempiã, qui talis ſit in vna quapiam materia, & arte; in qua non nihil ſtudij poſuerit: alium vero qui idem praeſtare poſſit in omni re, ac ſcientia, quẽ ſimpliciter, ac non verbo aliquo indicata peritia illa, dicit peritum. Animaduertendum autem, nõ reijcere penitus, arcereq; Ariſtotelem adoleſcentem ab hac optima diſciplina, quae valde vtilis ipſi eſt, ac plurimum aetati illi prodeſt; ſed indicare, non eſſe eum, quem ipſe vult, ac requirit ijs de cauſis, quas exponit: hoc enim apertè valet, non eſſe eum οἰκεῖον, ideſt ſuum & vndique ipſi accommodatum: duorum argumentorum, quibus vtitur ad hoc comprobandum, prius eſt, quod imperitus eſt rerum, quae hominibus in vita contingunt: rationes autem ad ſententias probandas ſumuntur, nec de alia vlla re quaeritur, nec diſputatur in his libris, niſi de vita, & humanis factis. Quod ſi alia materia

foret huius ſcriptionis, & non diſſereret de rebus bonis, ac malis, fieri poſſet, vt aliquis non valde alienus à voluptatibus, ſed potius illis deditus, laudaretur in cognitione illius ſcientiae, qualis traditus ab ipſo fuit; in fragmento extremo librorum de moribus ad Eudemum, Hippocrates quidam geometricus: dictus enim eſt fuiſſe mollis, ac tener, atque etiam imprudens, id quod argumentis probat.

Ἔτι δὲ τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὤν, ματαίως ἀκούσεται, καὶ ἀνωφελῶς: ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις. διαφέρει δ' οὐθὲν νέος τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός: οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν, καὶ διώκειν ἕκαστα: τοῖς γὰρ τοιούτοις ἀνόνητος ἡ γνῶσις γίνεται, καθάπερ τοῖς ἀκρατέσι.

Praeterea, cum motibus animorum pareat, fruſtra audiet, & inutiliter: quia finis eſt non cognitio; ſed actio. intereſt autem nihil aetate adoleſcens ſit, ſiue moribus iuuenilis: non enim à tempore proficiſcitur quod deſideratur in ipſo, ſed quod viuit, vt motus turbidus vult, & ſequitur ſingula: huiuſcemodi autem omnibus nullum fructum fert cognitio: veluti incontinentibus.

Hoc alterum argumentum eſt, quo idem conſtituit, non eſſe inquam ſuum ac verum auditorem horum de moribus librorum adoleſcentem, hoc autem eſt, quia eſt propenſus ad corporis voluptates, & quaſi praeda perturbationum. Cum igitur talis ſit, fruſtra inquit, auſcultabit haec praecepta, nec fructum vllum inde capiet: nam finis huius operis eſt non perceptio, & cognitio, ſed actio, animusque promptus, ac paratus ad ea, quae ſunt efficienda. Corrigit autem ſtatim aliquo modo, quod dixerat: nihil enim intereſſe docet, ſiue ille aetate, annisque iuuenis ſit, ſiue moribus, ingenioque iuuenilis, ideſt deditus voluptatibus: quod enim addit, deſideratur in illis, non proficiſcitur à temporis breuitate, qua manſit adoleſcens in vita, ſed quia paret libidinibus: ſequiturque cuncta; vnde ſperat ſe expleturum eſſe corporis voluptates: huiuſcemodi autem omnibus, ſiue adoleſcentes ſint, ſiue aetate prouecti, ac ſenes, nihil prodeſt haec doctrina: veluti inquit, incontinentes nihil iuuat ratio, quia integra non eſt, ſed debilitata; quare contra naturam magis obtemperant appetitui, quàm conſilio, & rationi.

Τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις, καὶ πράττουσι, πολυωφελὲς ἂν εἴη τὸ περὶ τούτων εἰδέναι. καὶ περὶ μὲν ἀκροατοῦ, καὶ πῶς ἀποδεκτέον, καὶ τί προτιθέμεθα, πεφροιμιάσθω τοσαῦτα.

Illis vero, qui rationem ſequuntur in rebus appetendis, valde vtile erit, notitiam harum rerum habere, ac de auditore quidem, & quomodo rectum eſt haec accipere, & quid nobis proponimus, prooemii more haec dicta ſint.

Veritus, ne nimis multos exiſtimaretur, dehortatus eſſe ab hac optima diſciplina (non pauci enim mortales dediti ſunt libidinibus, ceteriſque animi turbidis motibus) auget nunc alteram partem, affirmatque illis, qui in deſiderijs ſuis naturalibus ſatiandis adhibuerint in conſilium rationem, ſtatuerintque, ea ſibi in vita, rebusque gerendis ſeruanda eſſe, quod poſtea praeſtent, hanc accuratam cognitionem morum, diſputationemque de virtutibus, ac vitijs ingentes fructus laturam: poſt quae commemorat paucis, repetitque quod adhuc effecerit, ab extremo incipiens, ordinemque contrarium cuſtodiens: ſignificat enim ſe de auditore diſſeruiſſe, & quae ratio ſit tradendi haec, vt de fine, quodque ſibi propoſitum habet haec diſciplina, expoſuiſſe, quae cuncta teſtatur vim prooemij habere.

Λέγωμεν δ' ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις, καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ὀρέγεται, τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι. καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν.

Dicamus autem, his repetitis. Quia omnis cognitio, & electio bonum aliquod appetit, quid eſt illud, quod dicimus ciuilem facultatem appetere, & quid, quod ſummum eſt omnium bonorum, quae ſub actionem cadunt.

Cum

CVM fuſe adhuc, & exordij more, de extremo huius diſciplinae ac fine locutus eſſet, repetit nunc ea, quae dixerat, accurateque incipit de his rebus diſſerere: cum autem initio libri quattuor appellaſſet: quorum prima duo pertinebant ad cognoſcendum, intelligendumque: reliqua duo ad agendum, pro primis illis duobus, ideſt arte ac ſcientia, cognitionem ponit, pro reliquis duobus, proprijs rerum agendarum, ideſt actione, & electione, altero ipſorum contentus fuit, atque inquit, poſtquam ratio omnis cognoſcendi aliquid, ac voluntas, ſtudiumque quippiam gerendi propoſitum habet aliquod bonum; quid eſt, quod ſimilis ratio (ita enim rurſus à fine, quem habet, vocat doctrinam hanc de moribus) deſiderat, totaque in ipſum adipiſcendum conuerſa eſt, & quid quod ſummum, ac praeſtantiſſimum omnium bonorum; ita igitur quaſi interrogat, cum, vt infra declarat, obſcurum hoc, incertumque foret, propter varias doctorum hominum de ipſo opiniones.

Ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται· τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν, καὶ οἱ πολλοὶ, καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι. τὸ δὲ εὖ ζῆν, καὶ τὸ εὖ πράττειν, ταυτὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν. περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τί ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι. καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν.

De nomine igitur inter plurimos nulla quidem controuerſia eſt: beatitudinem enim, & multi, & politi homines dicunt. bene autem viuere, & bene rem gerere, idem eſſe arbitrantur, quod beatum eſſe: de beatitudine vero, quid eſt, litigant: & non ſimiliter multi, ac ſapientes ipſam reddiderunt.

TAMQVAM reſpondet modo ei, quod ipſemet de ſe quaeſiuerat. inquit igitur, verbo ferè cunctos mortales inter ſe de hoc conſentire, quippe cum & multitudo, turbaque omnis, & politi, atque honeſti viri velint, ipſam eſſe beatitudinem: arbitrantur autem bene viuere, & bene rem gerere, vnum, atque idem eſſe, quod beate viuere: litigant autem poſtea de re ipſa, diſcrepantque eorum ſententiae de beatitudine: neque enim indoctum vulgus, & ſapientes homines, cum aperire volunt, quid beatitudo ſit, vnum, atque idem afferunt: cum valde diuerſa inter ſe eſſe haec hominum genera, oſtendere vellet noſter hic Dux in II. de moribus ad Eudemum, vocauit, quos hic multitudinis nomine notat, φαύλους; alteros autem σπουδαίους. Lucretium, purum Latini ſermonis auctorem, leues priores illos: graues autem poſteriores, vt longe meliores appellaſſe notum eſt. Quoniam autem incidi in diſputationem de nominibus, non alienum eſt, quod magis hic conuenit, teſtari, me in exprimenda Graeca voce εὐδαιμονία non ſeruaturū eſſe conſuetudinem huius aetatis noſtrae, ac ſuperioris etiam doctorum virorum, qui vertunt felicitatem, cum apud veteres illos Romanos felicitas ſit, quae à Graecis appellatur εὐτυχία: longe autem aliud eſſe εὐδαιμονίαν ab εὐτυχία apertum eſt. M. Cicero plerunque hoc ſeruauit, qui felicem dixit,
„ quem illi vocant εὐτυχῆ, vt cum in II. Philippica inquit, In quo Caeſar fuit felicior: magis enim ipſum fortunatum fuiſſe in conſilio ſuo ad exitum perducendo, ſignificauit. Virgillus tamen, iam tum deleta paenè omni nobilitate, & plena vrbe peregrinorum, felicem manifeſto vocauit εὐδαίμονα, cum cecinit.
„ *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.*
σοφία enim efficit hominem εὐδαίμονα, beatumque, non felicem, ſed ſatis hoc ſit: neque decet de re aperta accuratius diſputare, neque metuere debeo, ne reprehendar, qui perpetuo hoc ſeruarim.

Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἐναργῶν τι, καὶ φανερῶν. οἷον ἡδονὴν, ἢ πλοῦτον, ἢ τιμήν: ἄλλοι δὲ, ἄλλο. πολλάκις δὲ, καὶ ὁ αὐτὸς ἕτερον: νοσήσας μὲν γὰρ, ὑγίειαν, πενόμενος δὲ, πλοῦτον, συνειδότες δὲ ἑαυτοῖς ἄγνοιαν, τοὺς μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας, θαυμάζουσιν: ἔνιοι δὲ ᾤοντο παρὰ τὰ πολλὰ ταῦτα ἀγαθὰ, ἄλλο τι καθ' αὑτὸ εἶναι, ὃ καὶ τοῖσδε πᾶσιν αἴτιόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθά.

Hi namque quippiam eorum, quae ſunt perſpicua, et aperta, veluti voluptatem, vel diuitias, vel honorem, alii vero, aliud: ſaepe autem, et idem, aliud: cum enim aegrotarit, valetudinem, paupertate autem grauatus, diuitias:

nitias: qui autem ſuae ignorationis rerum conſcii ſibi ſunt, admirantur eos, qui magnum aliquid, et ſupra captum ingenii ſui, dicunt. Nonnulli autem putarunt praeter multa haec bona extare aliud quippiam per ſe, quod etiam his omnibus, vt bona ſint, cauſa ſit.

Explanat, quod dixerat, varias eſſe ſententias de vita beata: magnopereque inter ſe diſcrepantia iudicia non ſolum imperitorum virorum, verum etiam eorum, qui habiti ſunt, dictique ſapientes: cum quidam ipſorum (primum enim tangit opiniones multitudinis) putarint voluptatem efficere vitam beatam; de qua tamen eodem pacto ſenſerunt etiam quidam docti viri, vt ante ipſum, Ariſtoxenus, vt poſt eum Epicurus, ſi credendum eſt, ipſos eandem voluptatem, quam vulgus, intellexiſſe: nam cum conueniſſe dicat in hoc omnibus, vt exiſtimarit vnam aliquam rerum euidentium, ante oculosque poſitarum id praeſtare, planè videtur voluptatem corporis ipſam intellexiſſe: alios autem ait putare diuitias hanc vim, poteſtatemque habere: alios vero non nullos honorem, popularem ſcilicet; & quoſdam etiam alios huiuſcemodi quippiam aliud, exempli gratia indolentiam, aut ſecuritatem. Adiungit etiam ſaepe vſu quoque euenire, vt vnus, atque idem mortalis, diuerſis temporibus, diuerſas admodum res velit gignere hoc bonum, mutato corporis habitu, aut ſtatu fortunarum ſuarum, quemadmodum etiam variata condicione animi: cum enim inquit, graui morbo oppreſſus eſt, arbitratur beatum eum, qui valet, cum premitur paupertate, tribuit vitam beatam diuitijs; qui autem addit, conſcij ſibi ipſis ſunt ſuae inſcitiae honeſtarum artium, admirantur, beatosq; putãt, qui, pluſquam ipſi, ſciunt; vt fertur Alcibiadi contigiſſe, cum audiſſet integerrimum ſenem de virtute diſputãtem. Quod contingere vulgo hominibus narrat hic Ariſtoteles, notum eſt, Horatium diligenter praedicare, poſitisque multis exemplis confirmare initio ſtatim primae ſatyrae.

Ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας ματαιότερον ἴσως ἐστίν· ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον.

Cunctas igitur opiniones perſcrutari inanius fortaſſe foret: ſatis autem eſſe debet, eas, quae maxime in promptu ſunt, vel quae videntur rationem aliquam habere.

Cum affirmaſſet multas extare opiniones de vita beata; magnopereque inter ſe diſcrepantes; nec tamen omnes illas collegiſſet, aliquo modo nunc ſe purgat, quod non cunctas ſedulo indagaſſet, & quales forent, docuiſſet. Significat igitur ſe rectè feciſſe, ſuperuacaneumque futurum fuiſſe, ſi omnes illas perſcrutari diligenter voluiſſet: ſeque hoc praeſtitiſſe tradit in illis, quae in promptu forent, magisque celebres: ſiue quae cum aliqua ratione, atque argumento editae forent. In hoc autem conſiderandum eſt, cum appellarit δόξας ἐπιπολαζούσας ſententias, quae inanes non forent, neque inſulſae; vt ſtatim eploderentur; capi autem plerumque id verbum, vt valeat in promptu eſſe, ac ſuperficie tenus tales; hic tamen videri aliud valere, ideſt id quod dixi, contrariumque demum, ac Latinum, quod & ipſum ita plerumque capitur, vt profecto à M. Cicerone ſumptum eſt in
„ Lucullo, vbi inquit: A me enim, quae in promptu erant, dicta ſunt: à Lucullo autem re-
„ conditiora deſidero; quae in promptu ſunt enim illic valet, quae inania ſunt, & tamquam ſupernatant. In primo quoque libro de moribus ad Eudemum hunc locum perſecutus eſt, ac plenius quidem & accuratius: cauſas enim attulit diligenter, cur meritò repudiandae forent ſententiae illorum omnium, quos contemnit; illi autem ſunt pueri, aegroti, & inſani: ceterique ipſis ſimiles, quibus in mentem veniunt res abſurdae admodum, atque Inanes. Adiungit etiam, quae vera ſit ratio refellendi eos, & tantum animi errorem corrigendi.

Μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς, ὅτι διαφέρουσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι, καὶ οἱ ἐπὶ τὰς ἀρχάς· εὖ γὰρ καὶ Πλάτων ἠπόρει τοῦτο, καὶ ἐζήτει, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς ἐστιν ἡ ὁδός. ὥσπερ ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας· ἢ ἀνάπαλιν. ἀρκτέον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων. ταῦτα δὲ διττῶς· τὰ μὲν γὰρ, ἡμῖν· τὰ δὲ, ἁπλῶς. ἴσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωρίμων.

Fallere autem nos non debet, diſcrepare rationes, quae proficiſcuntur à principiis, ab illis, quae referuntur ad principia: bene namque Plato de hoc dubitabat, ac quaerebat: vtrum à principiis, ſiue ad principia iter faciendum eſſet; veluti in ſtadio, vtrum à carceribus ad calcem ſiue contra. incipiendum enim à notis: haec autem duobus modis: quaedam enim nobis nota dicuntur: quaedam vero ſimpliciter. Fortaſſe igitur nobis incipiendum eſt à notis nobis.

QVAESTIO magna eſt, vnde initium ducere debeant, qui ſcientiam aliquam, diſciplinamve tradunt, vt melius, planiusque praecepta illarum ab ijs, qui audiunt, percipiantur: duplex enim via, & ratio eſt ipſarum explicandarum: ſiue enim ab vltimo fine, & origine prima ordiendum eſt; ſiue ab ijs, quae inde profecta ſunt, & exitum conſequnta, quod ſane perpetuum non eſt: neque eodem tenore in omni ſcientia cuſtodiendum: mutatis enim artibus, ac rationibus, mutatur etiam, variaturque via ipſarum tradendarum. Admonuit igitur rectè, ordineque, vt ſedulo videremus, quod fallere nos minime oportere teſtatur: aliter enim valde peccaretur: vias autem duplices, ac contrarias inter ſe has eſſe docet: ſiue enim à principijs incipiendum eſt, cauſisque, ſiue ab ijs, quae orta ſunt de cauſis, atque effecta: magni enim hoc referre ſignificat. Laudat autem Platonem, qui diſcrimen hoc cognouit, diligenterque de ipſo quaeſiuit, vtrum ſcilicet oporteret à principijs, quaſi proficiſci, pergereque verſus exitus: ſiue contra ab extremis reuerti ad principia, & tamquam fontes inde natorum. Simili autem hos oppoſitos inter ſe quaſi curſus oſtendere, illuſtrareque volens, inquit, veluti a carceribus ad calcem: ita enim Latini homines loquebantur, cum mos eſſet Graecorum, contra atque nos hodie facimus, curſoribus praemia collocare initio ſtadij, & non in extremo. Vt autem hic πέρας vocat extremum ſtadij, curſusque, ita in III. de arte dicendi: eodem enim ſimili illic quoque vſus eſt: nam initium, carceresque a Latinis vocatos, vt hic ab auctore, ita etiam a M Cicerone in libello de amicitia notum eſt. Aperit autem iudicium ſuum, in quo ipſi conuenit eum doctiſſimo, politiſſimoque duce ſuo; ſumendum enim eſſe ait principium à rebus notis, quas ſtatim tradit non vnius generis eſſe, cum duobus modis, non tamen ijſdem, res notae, perſpectaeq; dicantur, quaedam enim ita vocantur, quia ſunt nobis notae: quaedam vero ſimpliciter naturaeque ipſi notae, & ipſi cognitae.

Διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἤχθαι καλῶς τὸν περὶ καλῶν, καὶ δικαίων, καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν, ἀκουσόμενον ἱκανῶς.

Quapropter oportet conſuetudinibus pulchre inſtitutum eſſe eum, qui de rebus honeſtis, ac iuſtis, demumq; de pertinentibus ad ciuitatem, ita vt ſatis ſit, auditurus eſt.

QVARE inquit, non quia obſcurum hoc ipſi, incertumque foret, fortaſſe igitur nobis incipiendum eſt, à nobis apertis; cognitisque; quod cum ita ſit, opus eſt, verum auditorem, propriumque huius diſciplinae bene inſtitutum eſſe: probisque moribus ſaltem tinctum, cum auditurus ſit non de alia quapiam re, aliena, ſeiunctaque ab hoc ſtudio emendandi vitam; ſed de rebus honeſtis, ac iuſtis: demumque de his omnibus, quae accommodata ſunt ad bonum ciuem inſtituendum, qui enim rudis foret; experſque penitus huius diſciplinae non ſatis idoneus eſſet ad haec optima praecepta accipienda. Varietas hic quaedam lectionis eſt, quae manet in prima littera huius nominis, & ipſa quidem non valde mutata; cuius tamen notio non parum diſtincta ſit: cum enim in excuſis ſcriptum foret ἔθεσιν, calamo exarati habent ἤθεσιν & ſignificat conſuetudinem potius, & inſtitutum, quàm morem firmum, & ſtabilem, ac naturae impreſſum, videtur enim ſignificare, oportere eum, qui vtilis auditor horum praeceptorum futurus ſit, magnosque fructus capturus ex hac diſciplina, ſemina quaedam in animo habere honeſtae vitae, quae ſiue à natura acceperit aucta poſtea ſtudio ſuo, & amore virtutis, & odio flagitiorum: arduum enim nimis foret, inſerere in pectus alicuius honeſtatem, qui antea ſemper ab ipſa abhorruiſſet. Vetus autem tralatio & Graecus interpres videntur ſuo in exemplari ἤθεσιν habuiſſe; Quod etiam Ariſtoteles inquit in VII. libro πολιτικῶν, τὰ μὲν γὰρ ἐθιζόμενοι μανθάνουσι, τὰ δ' ἀκούοντες.

dubitanti: videtur iuuare hanc lectionem; nam quin conſuetudo inſtruat ad virtutem accipiendam: eademque longior, ac diuturna gignat ipſam, ac pariat, dubitari non poteſt.

Ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι. καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι: ὁ δὲ τοιοῦτος ἢ ἔχει, ἢ λάβοι ἂν ἀρχὰς ῥᾳδίως, ᾧ δὲ μηδέτερον ὑπάρχει τούτων, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου.

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα, καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Principium namque eſt rem eſſe, & ſi hoc perſpectum fuerit ſatis, nihil praeterea opus erit ratione: cauſaque eius allata. ita autem inſtitutus vel iam habet, vel accipere facile poterit principia, cui autem neutrum contigit, audiat Heſiodum. Hic profecto omni ex parte optimus eſt, qui ipſe ſibi cuncta accommodata excogitabit, declaratis iis, quae ad finem adipiſcendum meliora fuerint. Bonus autem & ille qui recte ſuadenti, obtemperarit. Qui autem neque ipſe mente ſua viderit: neque audito alio in pectus conteterit, hic nulli rei idoneus homo eſt:

Reddit rationem huius, quod modo dixerat, quia nouum ad aures aliquorum peruenire potuiſſet, cum repugnet rationi ſcientiarum tradendarum, quae cauſam rerum perſcrutantur, nec contentae ſunt ſimplici cognitione ipſarum; Principium igitur, & quaſi fundamentum huius doctrinae de moribus, atque honeſta vita, quae ex praeceptis ipſius agitur, inquit eſt, intelligere rem eo pacto ſe habere, quod ſi perſpectum, ſatisque exploratum fuerit, nihil praeterea opus erit, cauſam eius tenere, & cur id tale ſit, ſiatque, ſedulo inueſtigare. Addit autem qui natura, conſuetudineque ita factus eſt ſine doctoris opera, auctoritateque: ſiue cum principia, ſeminaque huius ſcient ae habet, paruo negotio reliqua percipit: ille vero, inquit, qui neutrum horum habet, ideſt, qui neque domi bene inſtitutus eſt, neque extra à magiſtro aliquo vitae eruditus fuit, auſcultet Heſiodum, qui quàm inutilis homo, & planè nequam is ſit, ipſi declarabit: malo enim ipſum hoc à graui poeta, bonoque auctore vitae, quàm à me accipere: Sententia autem haec celebris, peruulgataque eſt, & à T. etiam Liuio in hiſtoria commendata, qui fecit eam laudari ab eo, qui cum prius vehementer peccaſſet: nec vnus eorum eſſe potuiſſet, qui primum locum in hoc tenent, errore ſuo cognito, ſaltem poſteriorem ſe velle eſſe ſignificauit. Eadem & à M. Cicerone celebrata eſt: adeo enim communis, ac peruagata erat, vt in forenſi ordine recte attingi poſſet.

Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν. τὸ γὰρ ἀγαθὸν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν, οὐκ ἀλόγως ἐοίκασιν ἐκ τῶν βίων ὑπολαμβάνειν.

Nos autem eo redeamus, vnde digreſſi ſumus: bonum enim, & beatitudinem non ſine cauſa videntur homines exiſtimare è vitis ſpectatis.

Incoeperat auctor recitare ſententias veterum illorum de ſummo bono, ipſaſque confutare; migrauerat autem inde, cum vellet oſtendere, quae via, ratioque foret huius facultatis tradendae, quae cauſa fuit, vt diceret nunc ſe reuerti eo, vnde digreſſus fuerat: bonum enim inquit, & beatitudinem, qui iudicant, quale ſit, ſpectatis moribus hominum, animaduerſoque illo, quod valde amant in vita, non videntur id omnino ſine cauſa facere: habent enim quoſdam quaſi duces ſuae opinionis,

Οἱ μὲν πολλοὶ, καὶ φορτικώτατοι, τὴν ἡδονήν. διὸ καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν: τρεῖς γάρ εἰσι μάλιστα οἱ προὔχοντες, ὅ, τε νῦν εἰρημένος, καὶ ὁ πολιτικὸς, καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός.

Multi enim, & maximo odio digni, voluptatem. vnde vitam amant deditam perfruendis rebus iucundis: tres enim ſunt vitae, quae maxime eminent, quae modo dicta eſt, & ciuilis, & poſita in contemplatione.

INITIVM ducit ab illis, qui voluptatem ſectantur, quos multos eſſe inquit: eosque pleno turpitudinis nomine appellat, non ſolum φορτικούς, ſed, tertia collatione, maxime tales: bona enim magnaque pars multitudinis corporis voluptatem poſitam ante oculos habet, vitamque colit, quae ſenſus oblectat; ac libidini potiſſimum, ventrique paret. Socrates autem, cum hos vituperaret; qui voluptatem finem eſſe bonorum, ac malorum vellent, contraque ipſos acriter diſputaret, dicere ſolitus erat, vt Plato commemorat in Philebo; ſi cuncti etiam & boues, & equi id affirmarent, ſe perſuaderi non poſſe; id quod etiam narrauit Porphyrius in III. eorum librorum, quos ſcripſit περὶ ἀποχῆς, mutatis tantum generibus animalium; pro bobus enim, & equis nominauit ſues, & capros, quorum amborum priores, vt ventri explendo accuſauit; poſteriores vero, vt ſalaces, ac libidinoſos. Notum eſſe arbitror, Alexandrum eruditam & elegantem quaeſtionem confeciſſe de hoc loco: rationem enim reddidit diligenter, cur tam turpi nomine in ipſis notandis vſus foret Ariſtoteles; φορτικούς que ipſos vocaſſet. Cum aliquo modo monſtraſſet, vnam hanc eſſe vitam, quae propter numerum magnum hominum, qui eam amarent, collocanda foret in numero vitarum; quae eminent, meminiſſe voluit caeterarum vitarum, quas tres cum hac ipſa eſſe inquit; alteram enim eſſe ait, quam colunt, qui remp. adminiſtrant, clauumque ipſius tenent; tertiam, quae poſita eſt in contemplatione rerum, quae, vt nobilitate antecellit ſuperioribus, ita numero ſectatorum vincitur.

Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται, βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι. τυγχάνουσι δὲ λόγου, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ.

Multi igitur penitus mancipiorum ſimiles eſſe viſuntur, pecudum vitam ſibi ſumentes: non omnino autem ſtultè facere putantur, quia multi eorum, qui ſummam poteſtatem habent, ſimiles ſunt, quod ad animi affectus pertinet, Sardanapalo.

PONDERAT nunc has vitas, eodem ipſarum ordine ſeruato, & quemadmodum incoeperat, primam illam vexat omnibus contumelijs: dicit enim multitudinem ſimilem eſſe mancipiorum; viuereque vitam propriam beluarum, vnde autem naſcatur, vt, cum talis ſit, indignaque natura hominis, non tamen deſpiciatur, vel potius cara, acceptaque multis ſit, indicat: non omninoque ipſam vacuam à ratione eſſe inquit, quia non pauci eorum, qui facultatem eius potiundae nacti ſunt; ſummumque locum in ciuitate obtinent, viuunt vitam ſimilem vitae, quam vixit, infamis eo nomine, Sardanapalus: Plures omni tempore extitiſſe, qui vitam amarint refertam turpibus voluptatibus exiſtimandum eſt, ac fortaſſe non minus in hoc peccauerint, quàm Rex hic Aſſyriae: cuncti tamen qui ipſam infamare voluerunt, exemplo ipſius vſi ſunt: & ſi in primo libro de moribus ad Eudemum Ariſtoteles, cum ſignificaret, cunctos, qui beatos huiuſcemodi homines putant, collocaſſe vitam in gaudio, ac laetitia, comitem illi adiunxit Smindyridem Sybaritem. Alexander huius etiam loci meminit in quaeſtione XIII. quarti libri, cum oſtenderet Ariſtotelem ſeruile eſſe dicere, beatitudinem collocare in corporis voluptatibus, ac vita vndique dedita perſequendis iucunditatibus: abundeque id comprobaſſe; quia & mancipia, & pecora talem vitam expetunt, vt exemplo etiam Sardanapali declarauit. Cum ſententia autem ſatis aperta ſit, reſtat videre vim, rationemque nominis, quo auctor huiuſcemodi turpes homines notauit; φορτικωτάτους que tertia collatione eſſe dixit: vt enim verum fatear, olim mihi eſſe coepit ſignificatus ipſius obſcurus ac dubius, non deſtiti etiam opinionem aliorum quorundam, doctorum, & acutorum virorum, quaerere, nec tamen vmquam valui quippiam, quod exploratum mihi eſſet, inde haurire: cognoui autem modo, cum ſcholia Dionyſij Lambini, doctiſſimi viri in hos libros de moribus legerem, hoc ipſum etiam ei negotium feciſſe, & vt ipſi, ita etiam Adriano Turnebo, cuius ipſe ſententiam citat, cum magna, & vera laude, valde in omni genere doctrinae, excellentis viri. Quid igitur duo haec, praeclara Galliae lumina, de hoc ſenſerint, licet illic videre, cum igitur mihi quoq; quidam

dam in mentem venerit, quod niſi fallor, vt non apertum, certumque eſt, ita fortaſſe, non omnino ineptum, libet ipſum notum facere. Arbitror igitur, videndum, an φορτικῶς ſignificare magnae culpae affinem potuerit hoc pacto: φόρτος enim onus valere omnibus notum eſt, vnde φορτικὰ πλοῖα, naues onerariae, mercibusque in longinquas terras portandis accommodatae, appellatae ſunt. Si igitur, quod contingit in noſtro patrio ſermone, locum etiam habuiſſet in vetere Attico, prorſus verum foret, quod ſuſpicatus ſum, vt quemadmodum onus, ponduſve premit corpus, ita etiam idem nomen, aliter vſurpatum, grauaret famam, atque exiſtimationem. Nos certè ita loquimur, veluti cum quempiam dicimus, hauere il tal carico, id eſt putari affinem eſſe illi culpae, ac crimini. Ariſtophanes quoque videtur ſuam vocem ita cepiſſe, cum ait Pluto. Ἐκποδὼν ἄν του φορτικοῦ γενοίμεσθα. id eſt, niſi fallor, declinaremus, amoliremurque à nobis hanc turpem notam. Studui ſi poſſem, monſtrato fonte, origineque huius nominis, quod tam dubium modo eſt, apud etiam doctos admodum viros, cauſam oſtendere huius varietatis, lucisque aliquid ipſi adferre.

Οἱ δὲ χαρίεντες, καὶ πρακτικοὶ, τιμήν: τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο τὸ τέλος. φαίνεται δὲ ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου: δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι, ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ: τἀγαθὸν δὲ, οἰκεῖόν τι, καὶ δυσαφαίρετον εἶναι μαντευόμεθα.

Politi vero homines, & ii, qui in rebus agendis verſantur, honorem: vitae namque ciuilis fermè hic finis eſt: perſpicitur autem inanior eſſe eo, quem quaerimus: videtur enim in arbitrio potius eſſe eorum, qui illum deferunt, quàm in eo qui honoratur: ſummum autem bonum, ſuum, ac proprium illius, & quod aegre inde auferri poſſit, eſſe auguramur,

TRANSIT ad ſecundam vitam honeſtam & non paruae dignitatis: politi enim homines inquit atque elegantes; ijdemque dediti rebus agendis, propoſitum ſibi habent honorem, cum, vt teſtatur, fermè cuncti, qui hanc vitam colunt, ante oculos ipſum habeant, eoque dirigant cogitationes ſuas. Ferme autem addidit, quia reperiuntur non nulli, qui fructum aliquem inde, ac quaeſtum ſequuntur; nec gratis reip. ſeruiunt, qui non ſunt veri politici. Quid autem ſentiat de hoc fine, aperit, traditque ipſum leuiorem eſſe, magisque in promptu ſitum; quàm illum, quem ſedulo quaerit; cuius ſuae ſententiae geminas rationes reddit: quarum prior eſt, quod videtur honor potius in manu, poteſtateque poſitus eſſe eorum, qui tribuunt ipſum, quàm eorum, quibus tribuitur: contingit enim aliquando, vt honeſti viri, vtilesque reip. deſpiciantur; improbi autem homines, perditique ciues honores adipiſcantur: Nos autem inquit, vaticinamur, ſummum bonum, proprium, ſuumque eſſe illius, qui nanciſcitur ipſum, vixque ipſi demi, euellique ab eo poſſe.

Ἔτι δὲ ἐοίκασι τὴν τιμὴν διώκειν, ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι. ζητοῦσι γοῦν ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ᾽ οἷς γιγνώσκονται: καὶ ἐπ᾽ ἀρετῇ. δῆλον οὖν, ὅτι κατά γε τούτους ἡ ἀρετὴ κρείττων.

Amplius videntur homines honorem ſequi, vt credant ſeipſos bonos eſſe. Student igitur ſibi à prudentibus honorem haberi, & ab iis, à quibus cognoſcuntur, & propter virtutem: patet igitur, iudicio quoque horum, virtutem eſſe meliorem.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo oſtendit, videri, honeſtos etiam viros ſequi, expetereque honores, vt firmius credant ſe eſſe probos viros. Non ſtultè autem faciunt, qui in iudicio de ſemetipſis faciendo, plus tribuunt alienae ſententiae, quàm ſuae: metuunt enim ne φιλαυτία ipſos decipiat; quod declarat, quia ſtudent à prudentibus hominibus honorari; & qui verum iudicium de rebus faciunt, & ab ijs etiam, eadem de cauſa, à quibus cognoſcuntur, & tamquam teſtimonio, auctoritateque ipſorum, de ſuo illo magno bono, fidunt. Hanc autem certam ſententiam eſſe huius loci, declarat, quod in VIII. etiam horum librorum, ſignificat eos, qui ſtudent ſibi honores tribui ab hominibus rerum peritis, & qui cognitos ipſos habeant, id facere, quia volunt, quam habent opinionem de ſua pro-

priaque virtute, eorum quaſi teſtimonio confirmari. Tertium etiam quoddam eoſdem requirere ait in perſona eorum, qui ipſos ornant, vt honor ipſis habeatur, laudenturque ob virtutem, qua praediti ſint, non alio vllo nomine. Indicio igitur, confeſſioneque etiam horum conſtare dicit Ariſtoteles, extare aliud bonum, quod maius honore ſit, cum honorem ament propter virtutem.

Τάχα δὲ καὶ μᾶλλον ἄν τις τέλος τοῦ πολιτικοῦ βίου ταύτην ὑπολάβοι. φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα, καὶ αὕτη: δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι, καὶ καθεύδειν, ἔχοντα τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου.

Fortaſſe autem magis quiſpiam finem ciuilis vitae hunc exiſtimaret: perſpicitur autem imperfectior haec etiam eſſe: videtur enim contingere poſſe, vt aliquis dormiat, qui virtutis particeps ſit, vel tota vita ſua nihil gerat.

Cvm dixiſſet tamquam conuinci ſuo iudicio illos, qui tantum honori tribuerint, vt vellent ipſum eſſe finem: iidemque potiſſimum amarent honorem, quem adipiſcerentur commendatione virtutis; ita enim fatebantur extare quiddam, quod praeſtantius foret honore, nunc oſtendit, ne illam quoque merito exiſtimari poſſe finem eſſe, quia imperfecta eſt, atque pluribus modis impeditur: finis autem integrum, & abſolutum quoddam eſſe debeat. Quaſi diuinus fuit hac parte philoſophus, qui multo ante vidit, quod fieri debebat: non enim vnus aliquis, aut alter, ſed multi, & totus denique grex ſapientum extitit, qui non ſolum plus virtuti tribuit, quàm honori, ſed ipſam ſolam etiam, deſtitutam ceteris omnibus bonis, ſatis eſſe exiſtimauit ad beatam vitam praeſtandam, cõtra quorum opinionem, non dum exortam, ſedulo diſſerit, totamque multis nominibus refellit, atque explodit, fuiſſe autem hos Stoicos vocatos, apertum eſt. Primum igitur contra ipſam eicit, intelligi facile vſu venire virtuti idem, quod honori, vt minus perfecta ſit, quàm requirat finis, ac beata vita; quia contingere poteſt, vt virtute praeditus totam vitam dormiat, nec aliquid vmquam rerum gerat.

Καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν, καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα: τὸν δὲ οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων. καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις: ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν.

Et praeter haec conflictetur variis caſibus, atque maximis in rebus aduerſa fortuna vtatur: hominem autem, qui ita viuat, nemo beatum putaret, niſi ſententiam ſemel poſitam tueri vellet: ac de his quidem ad ſatietatem dictum eſt, quod ſatis enim eſſe poteſt, in encycliis libris de ipſis dictum eſt.

Hoc alterum argumentum eſt, quo idem confirmat. Praeterea inquit vſu venire poteſt, vt incidat in grauia mala, conflictetur que aduerſa admodum fortuna: hominem autem, inquit, qui talem vitam ducat, nemo diceret beatum, niſi tueri vellet ſententiam ſibi prius falſo probatam, & tamquam ſolum, ac fundamentum ſuae rationis iactum. Ariſtoteles in III. libro περὶ οὐρανοῦ, ita quoque locutus eſt, cum inſimularet quoſdam, qui abſurdae ſententiae nimis addicti forent; nec conuicti etiam deponere ipſam vellent: dixit enim eos ſimiles eſſe iiſdem, quos hic accuſat eodem nomine; verba eius à me expreſſa ſunt, quibus praeterea declarat rationem huius vocis. Hi vero propter horum amicitiam, & quia diligunt has ſententias, idem facere videntur atque illi, qui in diſputationibus tuentur quas ratas habent, firmasque prorſus cenſent: quicquid enim incommodi in eos cadit, fortiter ſuſtinent, tamquam initia vera habeant. Huiuſcemodi autem homines, pertinaces in diſputando, videtur M. Cicero notaſſe, cum in Lucullo inquit: Illud autem ſuperius, ſicut caput, & famam tuam, defendere tibi neceſſe erit.

Τρίτος δ' ἐστὶν ὁ θεωρητικός. ὑπὲρ οὗ τὴν ἐπίσκεψιν ἐν τοῖς ἑπομένοις ποιησόμεθα.

Tertia autem vita eſt, quae in contemplatione rerum poſita eſt, de qua in iis, quae ſequuntur conſiderabimus.

TERTIAM vitam, de qua reſtabat diſſerere, eſſe inquit eam, quae poſita eſt in cognitione, & ſcientia rerum diuinarum, & naturalium, cauſisque ipſarum cognoſcendis, quam multi graues, doctique viri valde amarunt, & de qua variae ſententiae eorundem extiterunt, quam modo ſtatuit ſibi quaerendam non eſſe; ſed differt hanc perobſcuram quaeſtionem in aliud tempus, ideſt in X. horum librorum: neque enim putandum eſt aliud ipſum opus intelligere, dicatum huic muneri, cum polliceatur ſe hoc facturum eſſe ἐν τοῖς ἑπομένοις, quo verbo plane indicare videtur locum accommodatum huic quaeſtioni; qui profecto eſt ille: praeterquam quod hoc eo loco ſedulo facit.

Ὁ δὲ χρηματιστὴς, βίαιος τίς ἐστι, καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι, οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν· χρήσιμον γὰρ καὶ ἄλλου χάριν. διὸ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα, τέλη τις ἂν ὑπολάβοι· δι' αὑτὰ γὰρ ἀγαπᾶται. φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα. καίτοι πολλοὶ λόγοι περὶ αὐτὰ καταβέβληνται.

Quae autem rei quaerendae dedita eſt, violenta quaedam eſt, & diuitiae profecto non ſunt bonum, quod quaerimus: quiddam enim ſunt, quod accommodatum eſt vſibus mortalium, & propter aliud expetitur: quapropter magis, quae prius dicta, fines aliquis exiſtimaret: propter ſe enim cara nobis ſunt. perſpiciuntur autem ne illa quidem, etſi multae rationes ad illa conſtituenda conſumptae ſunt.

VIDEBAT aliam quandam vitam extare, quam non enumerauit in vitis honeſto, proboque viro dignis, & quae ratione magna aliqua expetantur: quia tamen multos amatores habet, & qui cupide ipſam ſequuntur, vitam quoque hanc appellauit, & quid ſentiret de ipſa, libere locutus eſt: intelligit autem vitam hominum, qui omnes cogitationes ſuas conſumunt in quaerenda pecunia, & illam, quacunque arte queunt, cogunt, vt ſunt foeneratores, & huiuſcemodi omne genus hominum. accuſans autem ipſam duobus argumentis vſus eſt: primum enim inquit, eam violentam eſſe; niſi enim forent, qui valde egerent, ſiue omnes cupiditates ſuas explere cuperent, non tanto damno patrimonij ſumerent, quos igitur ſubleuare oporteret, premunt; neque poteſt facile aliquis grandem pecuniam parare, niſi aliquo modo vim adhibeat, viamque inueniat, qua eripiat cuipiam, quod ſuum eſt: plures autem viae ſunt hoc faciendi: cunctaeque planae, atque vt iniuſtae, ita plenae violentiae Deinde addit, praeterea non eſſe pecuniam bonum illud, quod nunc inueſtigat, docet, cuius rei ſtatim cauſam affert, quae eſt, inſeruire ipſam alijs rebus parandis, propter quas expetitur, cum bonum, in quo quaerendo toto animo nunc occupatus eſt, propter ſe expetatur, finisque ſit. Quare inquit, (eſt autem hoc corollarium, quod elicitur à ſuperioribus ſententijs, proximaque hac.) potius inueniretur, qui ſupra expoſitas res exiſtimaret eſſe fines: gratae enim illae ſunt, acceptaeque hominibus propter ſe, ſiquis tamen, addit, attendat, facile intelliget, ne eas quidem fines eſſe, etſi non defuerunt, qui multis rationibus, fruſtra in ipſis ornandis, conſumptis, id probare conati ſunt.

Ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω. τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι, καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται· καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης γινομένης ζητήσεως, διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη. δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας: ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.

Haec igitur dimittantur. Uniuerſum autem fortaſſe melius exiſtimare, & quaerere, quomodo dicitur: etſi ardua nobis haec eſt quaeſtio: quia amici homines ideas in hanc diſputationem attulerunt. Uideri autem fortaſſe melius poſſet, atque oportere, vt veritas ſtatum ſuum tueretur, etiam ſuas, propriasque opiniones interimere, praeſertim qui ſapientiae ſtudioſi ſunt: cum

enim ambo haec amica nobis ſint, ſanctum, piumque eſt in maiore honore habere veritatem.

Cvm declaratum ſit, haec quae falſo talia putata ſunt, defenſaque à non nullis, non eſſe ſumma bona, neque fines exiſtimari debere; fuerunt autem illa, vna aliqua è genere eorum bonorum, quae ſatis clara, apertaque ſunt: aggreditur differere de bono ſeiuncto, atque vniuerſo de formiſque illis aeternis, quas Plato valde amauit, appellauitque ipſas ἰδέας. purgat autem ſe primum, quod neceſſitate ſe cogente, aduerſaturus ſit ſententiae ſui doctoris: vnde vocat hanc quaeſtionem arduam, quia amici ipſius homines, auctores fuerunt idearum: induxeruntque ipſas in diſputationem de ſummo bono: dignum vero ſe oſtendit eſſe, cui ignoſcatur; ac fortaſſe etiam, qui laudetur, cum officio fungatur: à philoſopho enim veritas in primis amplexanda eſt, ceteriſque rebus omnibus anteponenda, quare oportet etiam ſuas proprias opiniones confutare, cum cognitae poſtea ſunt alicui vitio, aut errori affines; id quod memoriae proditum eſt, feciſſe Hippocratem, qui non veritus eſt fateri, ſe in ſutura humani capitis aliquando deceptum fuiſſe.

Οἱ δὲ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην, οὐκ ἐποίουν ἰδέας ἐν οἷς τὸ πρότερον, καὶ τὸ ὕστερον ἔλεγον· διόπερ οὐδὲ τῶν ἀριθμῶν ἰδέαν κατεσκεύαζον. τὸ δὲ ἀγαθὸν λέγεται, καὶ ἐν τῷ τί ἐστι, καὶ ἐν τῷ ποιῷ, καὶ ἐν τῷ πρός τι· τὸ δὲ καθ᾽ αὑτὸ, καὶ ἡ οὐσία πρότερον τῇ φύσει, τοῦ πρός τι· παραφυάδι γὰρ τοῦτ᾽ ἔοικε, καὶ συμβεβηκότι τοῦ ὄντος. ὥστ᾽ οὐκ ἂν εἴη κοινή τις ἐπὶ τούτων ἰδέα.

Qui autem attulerunt hanc opinionem, non faciebant ideas in iis rebus, in quibus prius, & poſterius dicebant. quapropter neque numerorum ideam fingebant. bonum autem dicitur, & cum quaeritur quid eſt, & in quali, & in eo, quod refertur ad aliquid: quod autem per ſe eſt, & eſſentia prius natura eſt, quam quod ad aliquid: adnato enim cuipiam hoc ſimile eſt, & accidenti eius, quod eſt, quapropter non eſſet communis quaedam in his idea.

Cvm, multorum numero, dicat, qui principes & auctores fuere huius opinionis, ſignificare videtur, non Platonem ſolum amaſſe ideas, & in quaeſtionem de communi bono, & quod in vniuerſum tale eſt, ipſas comportaſſe, ſed habuiſſe illum ſocios non nullos huius inuenti, & nouae ſententiae. Vel potius, & ſi vtitur numero plurium, vnum illum intelligit: conſuetudo enim eſt ita loqui; ipſeque & de ſe, & de alijs ſingulis hominibus loquens, numerum variauit: praeterea, ſi alios quoſpiam notare voluiſſet, non ſtatim, vt fecit, famam ſuam defendiſſet: neque enim diſſentire ab alienis culpam vllam in ſe continet. Proditum tamen eſt memoriae, Epicharmum illum Siculum, qui ſane acuti ingenij vir fuit, & non paruae prudentiae, formas has aeternas excogitaſſe, vidiſſeque primum mente ſua extare ipſas, quarum imitatione opifices, & qui egregium aliquod opus, ſiue ingenio, ſiue manu molirentur, opus illud ſuum perfectius, abſolutiusque efficerent: ipſas autem Plato aut ab ipſo acceptas, aut à ſe inuentas, valde celebrauit, quibus auditor ipſius, noſter autem doctor, ſedulo ſemper aduerſatus eſt; atque ipſas frangere & labefactare ſtuduit: nam & in cunctis, quos ſcripſit de moribus libris, non ſolum in his ad Nicomachum miſſis, incubuit toto animo in hanc curam, & in analyticis, vt notum eſt, poſterioribus: eodemque pacto in metaphyſicis: quin etiam in exotericis, qui appellati ab ipſo ſunt, quamuis communioribus libris, non ceſſauit contra ipſas diſputare, quod litteris mandatum fuit à Plutarcho in libello, quem ſcripſit contra Colotem Epicureum, cui ſane non placuit, vt graui admodum viro: ſingularique amatori Platonis, tantum ſtudium adhibitum ab Ariſtotele fuiſſe in ſententia hac euertenda eius, à quo diſciplinam acceperat, & quem tamquam Deum colere debebat; nam quod, poſtquam in animum induxerat repugnare auctoritati in hac re optimi ſui magiſtri, potiſſimum ſe purgat in his libris, ſcriptis de moribus, atque officijs, quod alibi non fecit, loco ipſum hoc facere, & cum maxime oporteret, D. Thomas adnotauit, veriſimile eſt, & acute, recteq; cogitatum, & ſi in alijs, accurate quoque à ſe ſcriptis ethicis, hoc non tetigit, neque ſe excuſauit: ſed his relictis, primum argumentum explicemus: Ait igitur, duces & quaſi ſabios harum

aeternarum formarum non ſolitos fingere, neque moliri ideas in his rebus, in quibus exiſteret prius; & poſterius: quam rem impuliſſe eos tradit, vt non ſtruerent, fabricarentq; ideas numerorum: non enim dubium eſt, quin in numeris ſit ſeries atque ordo, & quidam eorum praecedant; alij ſequantur: eſt autem hoc, quod de numeris addidit, corollarium: valet tamen ad declarandum, quod dixerat de rebus, in quibus perſpiceretur varietas ordinis: contra ſententiam autem ipſorum differens, ait in his, quae praedicamenta vocata ſunt, quae planè paria non ſunt, neque aequalia, cum pendeant à primo: indeque quaſi profecta ſint, inueniri tamen in inferioribus horum, & in primo, quae eſſentia vocatur, veluti in quanto, in quali, in his quae conferuntur cum aliquo, & eodem pacto in ceteris. Quin autem quod per ſe manet, nec aliunde aptum eſt, natura prius ſit, quam quod ad aliud refertur, dubitandum non eſt. Illuſtrauit autem ſimili, & vno eorum, quae percipiuntur ſenſu: inquit enim relatiuum appellatum, par, ſimileque virgulto, & pullo arboris, & quaſi accidenti eius, quod prius ſit, vnde concludit exiſtere non poſſe in his, cum diſparia ſint inter ſe, communem formam, & quae cuncta eodem tenore infra ſe poſita, complectatur; quod proprium eſt munus ideae. κομίζων δόξαν. quomodo hic auctor locutus eſt, longe aliud valet apud Euripidem in Hippolyto: ſignificat enim ex aliquo facto capere, & quaſi domum reportare laudem, & gloriam, ὡς δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.

Ἔτι ἐπεὶ τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι: καὶ γὰρ ἐν τῷ τί, λέγεται. οἷον ὁ θεός, καὶ ὁ νοῦς: καὶ ἐν τῷ ποιῷ, αἱ ἀρεταί, καὶ ἐν τῷ ποσῷ, τὸ μέτριον: καὶ ἐν τῷ πρός τι, τὸ χρήσιμον: καὶ ἐν χρόνῳ, καιρὸς: καὶ ἐν τόπῳ δίαιτα, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι καθόλου, καὶ ἕν: οὐ γὰρ ἂν ἐλέγετο ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις, ἀλλ' ἐν μιᾷ μόνῃ.

Praeterea quia ſummum bonum tot modis dicitur, quot modis dicitur id quod eſt, & cum quaeritur enim quid eſt, dicitur, veluti Deus, & mens: & in quali, virtutes: & in quanto, mediocre: & in eo quod ad aliquid, vtile: & in tempore, occaſio: & in loco, manſio: atque alia huiuſcemodi. Planum apertumque eſt, non exſtare commune aliquid vniuerſum, & vnum: neque enim dictum fuiſſet in omnibus praedicamentis, ſed in vno tantum.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo probat, non extare commune quoddam atq; vnum, quod conueniat omnibus bonis, cum illa ſint inter ſe diſcrepantia: ideòque in diuerſis praedicamentis collocata; ſi namque vniuerſum hoc foret, omnia complecteretur, quod non facit: Inquit igitur, quia quot modis dicitur aliquid eſſe, tot modis bonum dicitur: declarat autem hoc, oſtendens in cunctis illis decem generibus rerum, quae vocata ſunt κατηγορίαι, exiſtere ſuum, ac proprium ipſarum bonum: cum reperiatur in quaeſtione de eſſentia & natura rerum: in ea enim ſummum bonum eſt Deus, & mens. Quid enim melius, perfectiusque his duabus rebus inueniri poteſt? itidem cum quaeritur de quali, virtutes enim huiuſcemodi ſunt, & in quanto inquit: moderatum enim, & quod iuſtam menſuram conſequutum eſt, tale eſt, & quae ſequuntur, quare inquit, apertum, planumq; eſt, non extare commune, atque vnum bonum; neque enim in pluribus, ac diuerſis, ſed in vno tantum praedicamento inueniretur.

Ἔτι δ', ἐπεὶ τῶν κατὰ μίαν ἰδέαν, μία καὶ ἐπιστήμη, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, ἦν μία τις ἐπιστήμη. νῦν δ' εἰσὶ πολλαὶ καὶ τῶν ὑπὸ μίαν κατηγορίαν, οἷον καιροῦ, ἐν πολέμῳ μὲν, στρατηγική: ἐν νόσῳ δ', ἰατρική: καὶ τοῦ μετρίου, ἐν τροφῇ μὲν, ἰατρική: ἐν πόνοις δὲ, γυμναστική.

Adhuc autem, quia eorum, quae ſunt ſecundum vnam ideam, vna quaedam ſcientia eſt: bonorum etiam omnium vna quaedam extitiſſet ſcientia: nunc vero ſunt multae; eorum etiam quae ſunt ſub vno praedicamento, veluti occaſionis, in bello quidem facultas ducis: in morbo autem ars medicorum.

&

& medioeris, in cibo, ars medicorum: in laboribus, ars, quae tradit corporis exercendi rationem.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quo idem conſtituit: inquit enim, quia illorum omnium, quae ſub eadem ſunt idea, vna quoque eſt, eademque ſcientia, ſequeretur vt bonorum omnium vna aliqua ſcientia foret, quod vſu non venit: non ſolum enim omnium bonorum in diuerſis etiam ideis poſitorum non eſt eadem ſcientia, ſed ne illorum quidem, quae in eadem idea ſunt, veluti eſt idea boni: bonum autem in ſingulis praedicamentis locum habet, diuerſiſque ſcientijs percipitur, vt accurate docet: exempli gratia enim inquit, occaſionis, temporiſque oportuni ad quamlibet rem gerendam, ſunt plures ſcientiae, veluti inquit in bello, temporis oportuni ad pugnam conſerendam, ſcientia ducis: in morbo curando, veluti in ſanguine mittendo, ars medicorum, in alio praedicamento menſurae iuſtae rerum, variae; in cibo ſumendo ars medicorum, in laboribus, corporiſque exercitationibus, gymnaſtica. Eodem autem hoc argumento vſus eſt, contra ideas itidem diſſerens in priore libro ἠθικῶν, quae μεγάλα vocata ſunt, & ſi non omnino iiſdem exemplis illic, quibus hic vtitur, nec tamen valde diſſimilibus, plenius autem illic, apertiusque totam rem explicat; eius initium eſt, [illegible].

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, τί ποτε καὶ βούλονται λέγειν αὐτοέκαστον, εἴπερ ἔν τε αὐτοανθρώπῳ, καὶ ἀνθρώπῳ, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου. ᾗ γὰρ ἄνθρωπος οὐδὲν διοίσουσιν. εἰ δ' οὕτως, οὐδ' ᾗ ἀγαθόν.

Quaereret autem aliquis quidnam potiſſimum dicere volunt ipſum adplicantes ſingulis rebus, ſiquidem & in ipſo homine; & homine, vna, & eadem eſt ratio hominis: qua enim homo eſt, nihil differunt: quod ſi hoc ita ſe habet, neque qua bonum.

QVARTO hoc, tamquam argumento, coarguit ideas, & rem commenticiam, ſuperuacaneamque eſſe tradit: inquit igitur, quaereret ſecum aliquis poſſet, quaenam ratio ipſos impulit, vt particulam αὐτὸ, ponerent initio cunctarum earum rerum, quas oſtendere volebāt ſeiunctas à materia eſſe, & tamquam exemplar rerum humanarum, ac caducarum, & quid appendix illa valeat, iuncta cum aliquo nomine, verbi gratia in αὐτοανθρώπῳ, quae valet ipſum hominem, ideſt, ideam, & formam aeternam hominis, & αὐτοΐππῳ, ideſt ſpecie equi, & qui ſine materia ſit. Nam non ſine cauſa gignere poſſe hoc nouum nomen ſcrupulum in animo alicuius ſignificat; cum in ipſo homine, vt ſimpliciter homine, vna, atque eadem ratio ſit hominis, naturaeque eius, & nullam in partem diſſimilis: nam ſiquis attendat naturam hominis, & qua ratione homo eſt, idem prorſus valere ipſas intelliget, quod ſi hoc, inquit, verum eſt, idem etiam continget de bono.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ ἀΐδιον εἶναι μᾶλλον ἀγαθὸν ἔσται, εἴπερ μηδὲ λευκότερον, τὸ πολυχρόνιον τοῦ ἐφημέρου.

At vero neque quod perpetuum eſt, magis bonum erit, ſiquidem neque quod diuturnum eſt, album magis eſt, quàm quod vnum diem manet.

OCCVRRIT ei, quod contra ſimile, extremumque ſuperioris argumenti dicere aliquis potuiſſet; non eſſe cur aliquis putet, ipſum bonum, ideſt formam boni, quia ſempiternum eſt, magis bonum eſſe, quia longitudo temporis hoc non praeſtat, neque vim eam habet, vt reddat res meliores, ſed oportet hoc à natura earum rerum non aliunde proficiſci. Ad hoc quoque illuſtrandum vſus fuit ſimili, eadem ſcilicet ratione, qua album, quod diuturnius eſt, non eſſe magis album, quam id, quod breue eſt, ac ſpatio tantum vnius diei manet, poſtea dilabitur. Inquit igitur, prolixius aliquid eſſe, atque etiam perpetuo manere, non eam vim habet, vt reddat ipſum melius, quàm breuius, & quod facile extinguitur, ſed tantum declarat ipſum diuturnius eſſe & longiore temporis ſpatio perdurare.

Πιθανώτερον δ' ἐοίκασιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν περὶ αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν

συστοιχίᾳ τὸ ἕν. οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἐπακολουθῆσαι δοκεῖ: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἄλλος ἔστω λόγος.

Probabilius autem de eo videntur Pythagorei dicere, qui collocarunt in ordine rerum bonarum vnum, quos ſane videtur etiam Speuſippus ſecutus fuiſſe, verum de his alia erit diſputatio.

CONFERT nunc ſententiam Pythagoreorum cum opinione Platonis, traditque, ducem eius diſciplinae, & eos, qui auctoritatem ipſius ſequuti, defenderent illam, locutos eſſe probabilius de bono: neque enim dicit, eos vere omnino, atque exquiſite de ipſo diſſeruiſſe, ſed tantum magis accommodate ad perſuadendum, & fidem faciendam iudicium ſuũ laudat autem in ipſis, quod collocarunt in ordine rerum bonarum, tamquam tabula, vnum, cum multa contra è regione illius conſtituerint in rebus malis. Notum autem eſt Samium illum ſapientem, quaſi in tabula, ſiue pariete geminos ordines, ſerieſque deſcripſiſſe, in quarum vna res bonas, & vtiles vitae: in altera vero oppoſita, malas, & quae incommodi multum gignerent, notauit; vocatae vero illae ſunt συστοιχίαι eadem ratione, qua σύστοιχα à magiſtris dicendi, & auctore hoc noſtro, appellata ſunt, quae coniugata M. Cicero nominauit: quae vero res vim, & poteſtatem boni, quae itidem mali haberent, occultum eodem pacto eſſe non poteſt, quia Graeci interpretes Ariſtotelis in ſuis commentarijs accurate illas, & deſcripſerunt, & declararunt, vt Simplicius in primum naturalis auſcultationis. Adiungit autem hic Ariſtoteles Speuſippum, auditorem Platonis natumque ex eius ſorore, & quem ille philoſophiae quaſi heredem reliquerat, eodem pacto, vt ipſe facit, de hoc ſenſiſſe, antepoſuiſſeque eorum ſententiam opinioni de hac re ſui doctoris; veruntamen de hac re modo ſe quaerere nolle; ſed in aliud tempus differt accuratum ſermonem de ipſa.

Τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησίς τις ὑποφαίνεται, διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοὺς λόγους εἰρῆσθαι: λέγεσθαι δὲ καθ' ἓν εἶδος, τὰ καθ' αὑτὰ διωκόμενα, καὶ ἀγαπώμενα: τὰ δὲ ποιητικὰ τούτων. ἢ φυλακτικά πως, ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικά, διὰ ταῦτα λέγεσθαι, καὶ τρόπον ἄλλον. δῆλον οὖν ὅτι διττῶς λέγοιτ' ἂν τἀγαθά: καὶ τὰ μὲν, καθ' αὑτά: θάτερα δὲ, διὰ ταῦτα.

His autem, quae dicta ſunt, alia quaedam ſubeſt controuerſia: propterea quod de omni bono ſermones habiti ſunt: dicuntur autem vna ſpecie ea, quae per ſe quaeruntur, & amantur, quae autem efficientia horum, ſiue conſeruantia aliquo modo: ſiue vim, & poteſtatem habentia contrariorum prohibendorum, propter haec dicuntur, & alio modo. Perſpicuum igitur dupliciter dici bona: et haec quidem per ſe; alia vero propter haec.

VIDEBAT Ariſtoteles, quia non diſtinxerat bona, nec quot forent ipſorum genera docuerat, obſcure ſe aliquo modo locutum, & ita, vt dubitatio aliqua inde in animo alicuius exoriretur, quare inquit. In his, quae dicta à me ſunt, controuerſia quaedam leuis perſpicitur, atque id, quia vt de omni bono rationes à me dictae ſunt; cum plura ſint, & non vnum: nam vno modo bonum dicitur; conficiuntque genus quoddam bonorum illa, quae propter ſe quaeruntur & chara habentur: quae vero efficientia ſunt horum abſolutorum bonorum, tuenturque ipſa aliquo modo, cum parta ſunt, vel obſtruunt viam contrarijs; nec ſinunt mala eo irrumpere, appellantur bona propter illa, & alio modo. Planum igitur eſt, addit, perſpicuumque duobus modis dici bona, quorum modorum vnus continet propria, meraque bona: alter vero quae commendatione priorum illorum nomen bonorum adepta ſunt.

Χωρίσαντες οὖν ἀπὸ τῶν ὠφελίμων τὰ καθ' αὑτά: σκεψώμεθα, εἰ λέγεται κατὰ μίαν ἰδέαν.

Cum ſeiunxerimus igitur ab iis, quae opitulantur, ea, quae ſunt propter ſe: conſideremus, ſi dicuntur vna idea.

QVAE R E inquit, cùm ſeparauerimus per ſe vocata bona ab ijs, quae iuuant illa, ornantque, conſideremus, ſi ita dici poſſunt contenta eadem idea. Quod vero attinet ad varietatem lectionis huius loci, quam indicauit Argyropylus: cuiuſq; veſtigia ſunt in vetere tralatione, cuius auctor vtramq; expreſſit; arbitror ambas poſſe defendi; ſed tamen veriorem duco, in qua abeſt particula negandi, vt dixerit, poſſe quempiam haerere animo, quia adhuc a ſe diſputatum ſit de bono communiter, ac generatim, & non diſtincta prius ipſius vi ac natura, vt πάντως valet ὅλως. Quod ſi quiſpiam delectatur magis altera lectione illa, in qua eſt μὴ, valebit, ſcrupulum hunc male habere aliquem; quia non ſit diſputatum ab Ariſtotele de omni bono, ideſt de omni ſpecie boni, ſed tantum confuſe, & craſſo quodam modo de omni bono. Nam quod idem ponit Euſtratium in illis, qui ſequitur lectionem habentem μὴ, vereor ne verũ ſit; praecipue autem me mouet, quod ipſe tradit Ariſtotelem de hoc hactenus diſputaſſe συγκεχυμένως, & ἁπλῶς ideſt pingui Minerua. Eſt autẽ, videre quomodo ipſe acceperit, alicuius momenti, propter vetuſtatem, ad iudicium faciendũ de fidelitate ſcripturae.

Καθ' αὑτὰ δὲ ποῖα θείη τις ἄν, ἢ ὅσα, καὶ μονούμενα διώκεται. οἷον τὸ φρονεῖν, καὶ ὁρᾶν: καὶ ἡδοναί τινες, καὶ τιμαί: ταῦτα γάρ, εἰ καὶ δι' ἄλλό τι διώκομεν, ὅμως τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν θείη ἄν τις. ἢ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν, πλὴν τῆς ἰδέας. ὥστε μάταιον ἔσται τὸ εἶδος.

Per ſe autem qualia ponat aliquis? an cuncta, quae ſola etiam relicta, expetuntur, veluti ſapere, et videre: et voluptates non nullae, et honores: haec namque, etſi propter aliud quippiam ſequimur, tamen partem bonorum, quae ſunt per ſe aliquis ponat: an ne aliud vllum bonum praeter ideam. Quapropter fruſtra ſuſcepta erit idea.

CVM diuiſerit bona: reieceritque ab hoc ſermone, quae propter aliud bonorum nomen adepta ſunt, & nõ quia ipſa ſua vi & propter ſe talia ſunt, quaerit nunc quomodo tuto ipſa intelligere valeamus, inquit igitur, quaſi interrogans, qualia illa ſint, & quae exiſtant eorum notae & indicia; reſpondetque, an haec habenda ſunt talia, quae vacua ab alijs fructibus facta, quos parerent, & ſola relicta; tamen expetuntur, & cara habentur, veluti inquit ſapere, & cernere, praeterea que voluptates non nullae, atque honores haec enim, etſi ſectamur ob alia quaedam, quae ſaepe gignunt; quaeque nobis emolumento ſunt, non tamen indigna putantur, quae propter ſe bona exiſtimentur, & in numero bonorum propter ſe collocentur. Verum eſſe, quod traditur hic de ſenſibus, praeſertim illo oculorum, declarauit etiam M. Tullius, iucundum nobis eum eſſe per ſe quoque: narrat enim ab honeſto & erudito viro, oculis capto, ſe ſaepe audiuiſſe, cum ſe lucis magis, quàm deſiderio vtilitatis moueri diceret. Verba haec, in extremo huius partis poſita; ἢ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν, πλὴν τῆς ἰδέας, putat Euſtratius ab auctore εἰρωνικῶς prolata eſſe, quaſi dixerit, ſi cuncta abiecerimus, quae omnium conſenſu per ſe bona exiſtimata, dictaque ſunt, atque euidentiam deſpexerimus; ſolamque voluerimus eſſe per ſe bonum, ideam, plane tamen apparebunt bona eſſe, quae demonſtrata ſunt; quare ſine cauſa videtur huc comportata eſſe idea, ſi namque in rebus noſtris nulla extarent huiuſcemodi bona, ideſt per ſe, de quibus, quin ſint, dubitari non poteſt; neceſſe fortaſſe fuiſſet huiuſcemodi quippiam excogitare, quod foret per ſe tale, ad quod cetera omnia bona referrentur. Nunc vero, cum promptum id, paratumque ſit, quid opus fuit ideas fingere ac comminiſci? haec eſt huius loci declaratio, quam probat Graecus interpres: in excuſo ipſius exemplari mendum eſt, quod tuto tamen tollitur, pro [illegible] enim, vna immutata littera, [illegible] legi debet; ob ſimilitudinem autem harum vocum multi loci apud interpretes Ariſtotelis corrupti ſunt. Quod ad ſententiam facit, videndum eſt, an ſine ironia locum ita accipere melius ſit, vt ſignificaret Ariſtoteles, haec, quae ſupra tradita ſunt, fateri debere aliquem bona eſſe per ſe, aut nihil aliud apud nos bonum tale eſſe: quod ſi verum foret, ideae illae formaeque aeternae, irritae prorſus eſſent, atque in caſſum fabricatae: neque enim inde aliquid conformaretur, cui rei efficiendae inuentae ipſae videntur.

Εἰ δὲ καὶ ταῦτά ἐστι τῶν καθ' αὑτά, τὸν τ' ἀγαθοῦ λόγον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἐμ

φαίνε

φαίνεσθαι δεήσει, καθάπερ ἐν χιόνι, καὶ ψιμμυθίῳ, τὸν τῆς λευκότητος. τιμῆς δὲ καὶ φρονήσεως, καὶ ἡδονῆς, ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι, ταύτῃ ᾗ ἀγαθά. οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθὸν κοινόν τι κατὰ μίαν ἰδέαν.

Si vero haec quoque pars eorum, quae ſunt per ſe, bonique rationem in omnibus ipſis eandem conſpici oportebit, veluti in niue, et ceruſſa, albedinis: honoris autem, et prudentiae, et voluptatis aliae ſunt, et diſcrepantes rationes, hac qua bona ſunt: non eſt igitur ſummum bonum commune quiddam ſecundum vnam ideam.

Pergit diſſetere contra Platonem, & hoc qnoqne argumento frangit ideas. Si namqne ait, haec quoque ſunt bona per ſe, oportebit rationem boni vnam, eandemque perſpici, & cognoſci planè eſſe in cunctis ipſis: hoc autem prius quam concludat, requiri, ſimili declarat, vt videmus inquit in niue, atque in ceruſſa, vnam atque eandem prorſus eſſe rationem albedinis, quod non contingit in his, quae modo appellata ſunt, & in bonis ennmerata: honoris namque, & prudentiae, ac volnptatis longè aliae ſunt rationes, ac valde inter ſe diſcrepantes, ſi attendantur, cogitenturque ea ratione, qua bona ſunt; quare addit, concludens. Non eſt igitur commune quoddam bonum, vt illi volebant ideam, qua continentur cetera omnia bona.

Ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται; οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις, ἀλλ' ἆρά γε τῷ ἀφ' ἑνὸς εἶναι, ἢ πρὸς ἓν ἅπαντα συντελεῖν; ἢ μᾶλλον κατ' ἀναλογίαν. ὡς γὰρ ἐν σώματι, ὄψις, ἐν ψυχῇ, νοῦς: καὶ ἄλλο δὴ ἐν ἄλλῳ.

At quomodo iam dicitur? non enim ſimile eſt iis, quae fortuito aequiuoca ſunt: numquid igitur, quòd ab vno ſint, ſiue ad vnum omnia referantur: ſiue potius quod proportione conſtent: vt enim in corpore viſus, ita in animo mens, et aliud itidem in alio.

Ex ijs, qnae ſupra tradita ſunt, exoritur ſcrupulus quidam, quem euellit Ariſtoteles. Eſt autem ille, quo pacto bonnm complectatur bona plura infra ſe poſita, dicaturque de illis: ſunt enim modi plures, indicati ſuo loco ab auctore, diligenterque exemplis explanati ab eius interpretibus, qnos non arbitror opus eſſe accuratè hic explicari; praeſertim cum Argyropylus ſedulo hoc fecerit. Inquit igitur noſter doctor, quaſi interrogans, hoc commune bonum quomodo dicitur de illis, quae infra ſe collocata ſunt: non enim omnino planum eſt, nec tamen exiſtimari poteſt, ita dici de ipſis, vt bonum aequiuocorumque genus omne, quod cadit in ea, quae caſu, fortuitoque eodem nomine vocata ſunt, quemadmodum pes in animante dicitur (ne ſemper canis nomen in medium veniat) in tripode in beta, in naui: nimis enim haec inter ſe remota ſunt. Quare inquit videndum potius, an ſimile ſit illis, qnae ab vno profecta ſunt, ſiue illis, quae cuncta eidem rei proſunt, ac ſeruiunt: quae ambo ſatis nota ſunt, quibns etiam minime conuenire haec ipſa putat, ſed illis potius, quae proportione eodem nomine, ac ſimilitudine rationum vocata ſunt: exemplum ipſe ponit: Id, quod praeſtat oculus in corpore; idem mens in animo: ſed alia etiam huic ſimilia, & quae diſſimilibus in rebus idem efficerent, inueniri tradit: veluti Archytas ille Tarentinus aiebat, aram, & arbitratum idem eſſe, quia ad vtramuis harum confugerent, qui iniuriam accepiſſent, rogantes, vt remedium adhiberetur ab illis ſuo malo.

Ἀλλ' ἴσως ταῦτα μὲν ἀφετέον τὸ νῦν: ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν, ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἰδέας, εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθὸν, ἢ χωριστόν τι αὐτὸ καθ' αὑτὸ, δῆλον, ὡς οὐκ ἂν εἴη πρακτὸν: οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπῳ. νῦν δὲ τοιοῦτόν τι ζητεῖται.

Sed fortaſſe haec quidem modo ſunt omittenda; exquiſite enim differere ſu-

per

per his alius philoſophiae proprium magis munus eſt. ſimiliter autem et de idea. ſi enim eſt vnum aliquod bonum, quod communiter de omnibus praedicatur, aut ſiquod eſt per ſe ſeparatum quoddam, perſpicuum eſt non eſſe illud accommodatum ad res agendas; neque poſſideri poſſe ab homine, nunc autem huiuſcemodi quoddam quaeritur.

Videbat quaeſtionem hanc de bono, quod dicitur aequiuoce atque alijs eiuſdem rationibus, accommodatam non eſſe huic materiae & loco; ſeque id ſolum attigiſſe ipſius, quod relinquere non poterat; quare teſtatur, non oportere modo exquiſite ipſam explicare, id quod etiam de idea vſu venire affirmat: cuius iudicij ſui rationem affert, affirmans, ſi extaret etiam vnum aliquod bonum, quod diceretur communiter de reliquis inferioribus, terreniſque bonis: idque ſeiunctum foret ab omni materia, per ſeque ſtaret, vt naturae illae caeleſtes, diuinaeque, quae ea de cauſa χωριστὰ vocata ſunt; nihil tamen faceret ad res agendas; neque obtineri ab homine poteſt, quia ponitur omne ſtudium in his libris ad res humanas, factaque intelligenda atque purganda: longeque aliud eſt, quod in ipſis quaeritur.

Τάχα δὲ τῷ δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι γνωρίζειν αὐτὸ πρὸς τὰ κτητὰ, καὶ πρακτὰ τῶν ἀγαθῶν. οἷον γὰρ παράδειγμα τοῦτ' ἔχοντες, μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθά: κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν.

Fortaſſe autem cuipiam videretur praeſtare, cognitum ipſum habere ad vſum eorum bonorum, quae poſſideri poſſunt, & cadunt ſub actiones, tamquam enim exemplar hoc habentes magis intelligemus, quae bona nobis ſunt, vt ſi intellexerimus, ipſa conſequemur.

Commentvm hoc Platonis inquit, ſiquis tamen ipſo delectaretur: (neque enim negat, quin acutum ipſum, elegansque ſit, & à magno ingenio profectum;) magis fortaſſe prodeſſet artibus quibuſdam tractandis, & ad bona humana perpolienda, & meliora reddenda, quae parantur, tenenturque ab hominibus: ac valent ad res gerendas. Quomodo autem hoc contingat, declarat: exemplar enim inquit hoc habentes, figentesque oculos in ipſum, melius intelligemus ea, quae nobis bona eſſe poſſint, quaeque vim, ac poteſtatem iuuandi nos habeant, cognitiſque ipſis, ac perſpectis ipſa adipiſci, ac conſequi ope ipſius poterimus.

Πιθανότητα μὲν οὖν ἔχει τινὰ ὁ λόγος: ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις διαφωνεῖν: πᾶσαι γὰρ ἀγαθοῦ τινος ἐφιέμεναι, καὶ τὸ ἐνδεὲς ἐπιζητοῦσαι, παραλείπουσι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ. καίτοι βοήθημα τηλικοῦτον ἅπαντας τοὺς τεχνίτας ἀγνοεῖν, καὶ μὴ δ' ἐπιζητεῖν, οὐκ εὔλογον.

Probabilitatem ſane quandam habet haec ratio: videtur autem à ſcientiis diſſentire: cunctae namque bonum aliquod appetentes, atque id, quod ipſis deeſt, conquirentes, omittunt cognitionem ipſius: tantum autem adminiculum vniuerſos opifices ignorare, & non conquirere, non eſt conſentaneum.

Fatetvr rationem hanc, & inuentum de formis his aeternis accommodatam eſſe non nihil ad perſuadendum: neque enim penitus ipſam vim hanc, & poteſtatem habere concedit, facileque irrepere in animum quorundam: nihil tamen habere in ſe firmitatis, & quod planè rem demonſtret, quod requiritur ab his, qui tradunt artem, ſcientiamque aliquam: neque enim cuncta, quae valent non nihil ad perſuadendum, vera ſunt, ac ſolida; opponit igitur illi bono, auctor: bonum enim profecto fuit: ornatque ipſam, quod ait eſſe eam probabilem; quod repugnat, aduerſaturque ſcientijs atque artibus; quod quale ſit, declarat: cum enim inquit, omnes appetat bonum aliquod; eaedemque ſedulo quaerant,

ant, ſiquid in ipſis merito deſideretur: neque enim ſtatim, vt inuentae ſunt artes aliquae, perfectae, abſolutaeque eſſe poſſunt, id quod verum eſſe intelligitur ex his, quae inferiori aetate excogitatae, inuentaeque ſunt, valde vtiles vitae: cum enim ipſae primis illis temporibus rudes admodum & impolitae fuerint, poſtea ſtudio, & opera multorum, qui in ipſas incubuerunt, integrae, perfectaeque redditae ſunt; & tamen inquit auctor, cunctae omittunt perceptionem idearum, neque ad eas mentem conuertunt quod veriſimile non eſt ipſas facturas fuiſſe: nec tantam opem, adminiculumque ad eas perpoliendas & perficiendas opifices earum relicturos fuiſſe. M. Ciceronem recepiſſe ideas, exiſtimaſſeq; opifices cogitatione ipſarũ opera ſua integriora, abſolutioraq; facere, notum eſt. Optimus certe artifex, cum ex eo quaeſitum eſſet; vnde expreſſiſſet Iouem illum tantopere laudatum, memoriae proditus eſt reſpondiſſe, ex Homeri verſu, qui ingenio ſuo egregie ipſum deſcripſerat. Nam nemo dubitat, quin etiam Bonarrotius noſter è Dantis, tamquam pictura, portitorem illum inferorum deſcripſerit, id quod etiam ille fateri ſolitus eſt, cum amator magnus eius poetae fuerit.

Ἄπορον δὲ καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης, ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην, εἰδὼς αὐτὸ τἀγαθόν. ἢ πῶς ἰατρικώτερος, ἢ στρατηγικώτερος ἔσται, ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τεθεαμένος: φαίνεται μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ ἰατρός, ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου. μᾶλλον δ᾽ ἴσως τὴν τοῦδε: καθ᾽ ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει. καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

Non eſt autem facile inuentu, quid emolumenti capiet textor, aut faber ad artem ſuam, ſi intellexerit ipſum bonum, aut quomodo magis ad medici munus, aut ducis exercitus obeundum idoneus erit, qui ideam ipſam ſpectauerit: perſpicitur namque neque bonam valetudinem ita inſpicere medicus, ſed hominis: magis autem fortaſſe huius ipſius: ſingillatim enim quempiam curat, & de his quidem hactenus dictum ſit.

PRIMVM ſignificauit artes cunctas, ſi fructum aliquem ſibi laturam putaſſent cognitionem huius vniuerſi, ſeiunctique à rebus noſtris boni, numquam ipſam neglecturas fuiſſe: nec qui ipſas tractant, tantum praeſidium, quod inde caperent, aut ignoraturos, aut ſua culpa ſe ipſo ſpoliaturos, nunc, quaſi laudans ipſos, recteque feciſſe oſtendens, qui nullam operam poſuerint in ſeme ipſis eo bono ornandis, dicit, arduum eſſe, nec facile alicui in mentem venire poſſe, quomodo iuuetur, ac melior fiat textor, aut faber aliquis in arte ſua, ſi didicerit commune, idem etiam vſu venire adiungit in alijs alterius generis, artibus: eodemque pacto affirmat, medicum nullum meliorem medicum effici poſſe, ſiue exercitus ducem meliorem ducem, ſi cognorit, ſpectaueritque ideam ſui muneris, quod obit, aut artis. Quantopere autem diſſenſerit M. Cicero à noſtro hoc ſummo doctore, notum eſt, qui, perfectum oratorem informaturus, hinc initium duxit; quod aperte ſignificauit ſe facere velle: ſequebatur autem auctoritatem Platonis, vt in ceteris rebus, ita etiam in hoc. Verba eius, quibus conſilium ſuum teſtatur, haec ſunt: quia enim valde ac-
» commodata ſunt huic loco, non alienum erit hic ipſa collocare. Sed ego ſic ſtatuo, nihil
» eſſe in vllo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id ſit, vnde illud, vt ex ore aliquo,
» quaſi imago, exprimatur, quod neque oculis, neque auribus, neque vllo ſenſu percipi po-
» teſt, cogitatione tantum, & mente complectimur. Itaque, & Phidiae ſimulachris, quibus
» nihil, in illo genere, perfectius videmus, & his picturis, quas nominaui, cogitare tamen
» poſſumus pulchriora. Nec vero ille artifex, cum faceret Iouis formam, aut Mineruae, con-
» templabatur aliquem, è quo ſimilitudinem duceret, ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies
» pulchritudinis, eximia quaedam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius ſimilitudinem,
» artem & manum dirigebat. Poſt longam autem accuratamque diſputationem contra ideas indicat Ariſtoteles reuerti ſe velle ad ea, quae magis huius temporis, locique ſunt, cum ſatis, ſuperque diſputatum ſit de externis, & aliquo modo alienis.

Πάλιν δ᾽ ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν, τί ποτ᾽ ἂν εἴη: φαίνεται μὲν γὰρ ἄλλο ἐν ἄλλῃ πράξει, καὶ τέχνῃ: ἄλλο γὰρ ἐν ἰατρικῇ, καὶ στρατηγικῇ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ὁμοίως. τί οὖν ἑκάστης τἀγαθόν, ἢ οὗ χάριν τὰ λοιπὰ πράττεται. τοῦτο δ᾽ ἐν ἰατρικῇ μὲν, ὑγίεια: ἐν στρατηγικῇ δὲ, νίκη: ἐν οἰκοδομικῇ δὲ, οἰκία: ἐν ἄλλῳ δὲ, ἄλλο. ἐν ἁπάσῃ δὲ

πράξει, καὶ προαιρέσει, τὸ τέλος· τούτου γὰρ ἕνεκα, τὰ λοιπὰ πράττουσι πάντες. ὥστ' εἴ τι τῶν πρακτῶν ἁπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν· εἰ δὲ πλείω, ταῦτα.

Rurſus autem redeamus ad bonum quod quaeritur, quidnam potiſſimum ſit: perſpicitur enim eſſe aliud in alia actione, atque arte: aliud enim in arte medicorum: aliud in ducum exercitus, & reliquis eodem pacto. quid igitur ſingularum bonum eſt? an id cuius gratia reliqua fiunt. hoc autem in arte quidẽ medicorum, bona valetudo: in arte autẽ ducis exercitus, victoria: in arte aedificandi, domus: in alio autem aliud: in omni autem actione, & electione, finis: huius enim cauſa reliqua agunt omnes: quapropter ſiquid eſt omnium rerum, quae aguntur, finis, hoc vtique eſſe debebit bonum, quod ſub actionem cadit: ſi plura autem, haec ipſa.

PROPOSITVM auctori fuerat, diſſerere de ſummo, & perfectiſſimo bonorum omnium, quibus homines fruuntur in vita, & ad quod reliqua, quae bona & ipſa putata ac dicta ſunt, tamquam ad finem referuntur: oſtenderatque extare hoc. Cum vero declarare vellet, quid foret; in medio huius diſputationis, quaeſiuit de ſeiuncto à rebus humanis bono; & quod eſſet quaſi forma quaedam reliquorum humanorum bonorum, cum ipſum diuinum, ſempiternumque ſit; quam ideam noſtrorum bonorum, aut excogitarat, aut ſaltem valde amarat & celebrarat Plato, contra quam cũ ſedulo hic quoq; diſputaſſet, refellereque ipſam, ac labefactare omnibus ingenij viribus ſtuduiſſet: primum enim ſignificauit eam ſpeciem non extare, totamque hanc rem fictam & commenticiam eſſe: deinde docuit, ſi maneret etiam, nihil prodeſſe poſſe factis humanis; perceptionemque eius inutilem & infructuoſam eſſe huic ſcriptioni, ac diſciplinae morum: cumque ita confirmaſſet, neceſſariam eſſe, inquiſitionem humani boni; relicta illa, redit ad propoſitum, totumque ſe confert ad ipſum explicandum, & ante oculos ponendum eorum, qui deſiderio ipſius cognoſcendi tenerentur. Affirmat igitur ipſum variari, variatis factis hominum atque artibus; aliudque ac diuerſum eſſe in ipſis mutatis: veluti inquit, aliud bonum in arte medicorum, aliud in officio imperatoris; eodemque pacto in reliquis artibus; quare videndum, vt deſcribamus ipſum, communiterque de eo loquamur, quod potiſſimum ſingularum bonum ſit. Addit autem, an illud tale eſſe exiſtimandum eſt, cuius obtinendi gratia, quae antecedunt, cuncta fiunt; veluti inquit, in arte medicorum bona valetudo, ſaluſque data aegrotis; in munere ducis exercitus obeundo, victoria; in arte illorum, qui domos aedificant, domus: eodemque pacto in alia omni re aliud: atque ipſum quidem (hoc enim cuſtodiendum eſt, vt admonet) quod finis ſit in omni actione atque facto, de quo deliberauerimus, meliuſque id eſſe ſtatuerimus: huius enim cauſa reliqua cuncti mortales agunt. Quapropter inquit, ſi quod rerum omnium, quae geruntur ab hominibus in vita, eſt finis, & vltimum bonorum, hoc ipſum bonum erit, quod cadit in actionem hominum, quod ſi non vnum illud eſt, ſed plura, haec ipſa ea erunt.

Μεταβαίνων δὴ ὁ λόγος εἰς τὸ αὐτὸ ἀφῖκται. τοῦτο δ' ἔτι μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον.

Tranſiens iam oratio ex hoc in aliud ad idem peruenit. huius vero adhuc magis declarandi periculum faciendum eſt.

NISI fallor, hoc valent haec verba; oſtendereque voluit accuratus doctor, ſe non omnino potuiſſe adhuc efficere, quod conatus eſt, atque hinc depellere caliginem, quam cupiebat: quare indicat ſe rurſus incumbere in hoc velle, dareque operam, vt ſecundo curſu, vt aiunt, id cõſequatur: & ab eodem quaſi initio orditur totã rem aperire; orationem autem ſuam & diſputationem, quam habuit de ſeparato bono, dixit aliquo modo exiſſe è finibus ſuis, & in alienum campum migraſſe: hoc enim valet μεταβαίνων: vnde in fabulis, & tragicis, & comicis μετάβασις vocatus eſt locus, cum ſtatus, condicioque illarum rerum, quae tunc ſunt in manibus, totus mutatur, atque è bonis, ſecundiſque illae malae, & aduerſae incipiunt

fieri:

deri: ſiue contra è duris, magnopereque turbatis, proſperae ac tranquillae. Eadem igitur vis ratioque eſt huius verbi, vt opinor; transferat enim, relicta ſua materia; accommodataque humanae beatitudini, in formas illas aeternas, quae locum hic non habent, & quarum cognitio difficilior, obſcuriorque eſt; nedum illae poſſint fugare hinc tenebras: quod requirebatur à noſtro doctore: locusque hic profecto poſtulabat.

Ἐπεὶ δὲ πλείω φαίνεται τὰ τέλη, τούτων δ' αἱρούμεθά τινα δι' ἕτερα, οἷον πλοῦτον, αὐλοὺς, καὶ ὅλως τὰ ὄργανα: δῆλον ὡς οὐκ ἔστι πάντα τέλεια: τὸ δ' ἄριστον, τέλειόν τι φαίνεται. ὥστ' εἰ μέν ἐστιν ἕν τι μόνον τέλειον, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ζητούμενον: εἰ δὲ πλείω, τὸ τελειότατον τούτων.

Quia autem plures perſpiciuntur eſſe fines: horum autem ſumimus quoſdam propter alios, veluti diuitias, tibias, demumq; inſtrumenta: perſpicuum eſt non eſſe ipſos cunctos perfectos, quod autem optimum eſt, perſpicitur eſſe perfectum quiddam: Quapropter ſi eſt vnus aliquis ſolum perfectus, hic erit ille, quem quaerimus: ſi autem plures, qui perfectiſſimus omnium eſt.

RECTAM viam & apertam init, qua declarat, quod vult, iacto firmo huius rei quaſi fundamento: ſumit enim ſententias certas & notas, quibus vtitur ad explanandum, quod probandum erat: inquit igitur. Quia plures perſpiciuntur eſſe fines variarum ſcilicet artium, ac vitae degendae rationum; quorum finium non nullos eligimus, vt auxilio nobis ſint ad alias res, quarum deſiderio incenſi ſumus, impetrandas; quae autem huius generis bona ſint, exemplis poſitis, teſtatur: veluti enim inquit diuitias, tibias: demumque ea cuncta, quae inſtrumentorum nomine oſtenduntur perſpicuum eſt inquit (haec enim redditio eſt illius ἐπεὶ, quod initio huius partis poſuit) non eſſe haec omnia perfecta & abſoluta: quod autem optimum eſt, addit, perfectum quiddam eſſe intelligitur: quomodo enim quod inchoatum, imperfectumque eſt, optimum eſſe, & praeſtantiſſimum poteſt. Quapropter inquit, concludens rationem, ſi eſt vnum aliquod ſolum, & non plura, perfectum, illud ipſum profecto erit, quod quaerimus, ac diligenter inueſtigamus: ſi vero plura, id quod erit è numero ipſorum maximè perfectum.

Τελειότερον δὲ λέγομεν τὸ καθ' αὑτὸ διωκτὸν, τοῦ δι' ἕτερον. καὶ τὸ μηδέποτε δι' ἄλλο αἱρετὸν, τῶν καθ' αὑτὰ, καὶ διὰ τόδ', αἱρετῶν, καὶ ἁπλῶς δὴ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν ἀεὶ, καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο. τοιοῦτον δ' ἡ εὐδαιμονία μάλιστ' εἶναι δοκεῖ: ταύτην γὰρ αἱρούμεθα ἀεὶ δι' αὑτὴν, καὶ οὐδέποτε δι' ἄλλο. τιμὴν δὲ καὶ ἡδονὴν, καὶ νοῦν, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἱρούμεθα μὲν καὶ δι' αὐτά: μηθενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἑλοίμεθ' ἂν ἕκαστον αὐτῶν. αἱρούμεθα δὲ καὶ τῆς εὐδαιμονίας χάριν, διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσειν. τὴν δ' εὐδαιμονίαν, οὐδεὶς αἱρεῖται τούτων χάριν: οὐδ' ὅλως δι' ἄλλο.

Perfectius autem dicimus, quod propter ſe perſequendum eſt, quàm illud, quod propter aliud, & quod numquam propter aliud expetendum eſt, quàm illa, quae & propter ſe, & propter hoc, expetenda ſunt, & ſimpliciter iam perfectum, quod per ſe expetendum ſemper, & numquam propter aliud. huiuſcemodi autem beatitudo maxime videtur eſſe: hanc enim ſumimus ſemper propter ipſam, & numquam propter aliud. honorem vero, ac voluptatem, & mentem, & omnem virtutem expetimus & propter ſe, etſi namque nihil inde ad nos perueniret, tamen vnumquodque horum expeteremus: expetimus autem, & beatitudinis gratia, vi horum, ac poteſtate exiſtimantes nos vitam beatam conſecuturos: beatitudinem autem nemo expetit harum rerum gratia, neque funditus propter aliud.

Qvomodo cognoſcatur aliquid eſſe perfectius alio, docet; atque id duobus argumentis declarat; quorum prius eſt: collatis enim inter ſe duabus rebus, quarum altera expetitur propter ſe, & propter ſe, altera vero propter aliud, tradit eam, quam homines ſectantur propter ſe, & vt illa ipſa fruantur, perfectiorem eſſe ea, quam propter aliud ſpe ipſius parandi ſequun-tut Alterum vero argumentum eſt quod inquit, id bonum, quod numquam expetitur pro-pter aliud, verum ſemper per ſe, perfectius, meliuſq; eſſe illis, quae duabus de cauſis expe-tuntur, ideſt, & propter ſe, & propter aliud. Adiungit autem his duobus quaſi indicijs, per-ſpiciẽdi & diſtinguendi perfectius bonum à minus perfecto ſimpliciter ac ſine collatione, perfectum eſſe bonum id, quod per ſe ſemper expetendum eſt, & numquam propter aliud, quod in primis beatitudini contingit: vereque de ipſa praedicatur: ipſam enim expetimus ſemper propter ſe, & vt illa ipſa fruamur, & non, vt ope, adiumentoque ipſius vtamur ad aliud quippiam bonum, extra ipſum poſitum, obtinendum. Oſtendit etiam, quae ſint bona, quae bona gemina de cauſa nos ad ſe alliciunt, & quia eximia, praeſtantiaque ſua vi ſunt; taliaque demum vt ſine vlla ſpe quaeſtus expeti meritò à nobis debeant: praeter quam quod fructus etiam magnos nobis ferunt: appellatque quattuor, ideſt honorem, vo-luptatem, mentem, ac virtutem: teſtaturque verum eſſe quod de illis dixit, addens nos, quamuis exploratum haberemus, nihil commodi ad nos peruenturum aduentu eorum, ta-men eiuſdem animi futuros erga ipſa: expetiturosque ea eſſe: expetimus tamen ipſa bea-tae vitae cauſa. ſperantes fidenteſque praeſidio illorum benè beateque nos victuros. Con-tra autem inquit, nemo ſtudet adipiſci vitam beatam, vt auxilio ipſius conſequatur haec ipſa bona, ſiue alia vlla praeter haec.

Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας τὸ αὐτὸ συμβαίνειν: τὸ γὰρ τέλειον ἀγαθὸν, αὔταρ-κες εἶναι δοκεῖ: τὸ δ᾽ αὔταρκες λέγομεν, οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ ζῶντι βίον μονώτην, ἀλλὰ καὶ γονεῦσι, καὶ τέκνοις, καὶ γυναικὶ, καὶ ὅλως τοῖς φίλοις, καὶ πολίταις: ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸν, ἄνθρωπος.

Perſpicitur autem idem confici etiam ex eo, quod cuique ſatis eſt: perfectum enim bonum ſatis cuique eſſe videtur: contentum vero ipſo eſſe debere, non ca-pimus, quòd ipſi ſoli ſatis ſit, viuenti vitam ſolitariam, ſed & parentibus, & liberis, & vxori, demumq́ & amicis, & ciuibus: quia natura ciuile animal eſt homo.

Perspicitvr autem, inquit: ſatiſque planum eſt, idem concludi, beatitudinem in-quam non expeti propter aliud, ſed eſſe optimum, atque vltimum finem; ſi cogitemus cu-iuſmodi ſit, quod contentum eſt ſuis bonis. expletumque ijs omnibus, quae perficiunt i-pſum atque abſoluunt; non egere alia vlla re, quod beatitudini contingit: nactam autem eam eſſe αὐτάρκειαν hanc declarat dicens: bonum enim quod perfectum eſt, ſemetipſo con-tentum eſſe videtur: Monſtrare autem, aperireque voluit, quomodo accipi velit, quod dixit αὔταρκες; & qui homo vere ita vocetur: neque enim ſe intelligere inquit, velleque eum eſſe αὐτάρκη; vitamque eius refertam eſſe bonis omnibus putare, qui ſibi tantum pro-uideat: degatque vitam in ſolo, ac deſerto locò, remotamque demum à coetu hominum ac frequentia: puſilla enim, tenuiaque admodum huic ſatis eſſe poſſunt, ſed eum, qui co-pia ſuâ prodeſſe poſſit ijs omnibus, quos enumerat; cum homo natura ſit animal factum ad ciuitatem colendam: nec alienus eſſe poſſit ab ijs officijs, quae conueniunt ciui: de hac enim beatitudine loquitur, & de hac vita, non de illa quae poſita eſt in cauſis rerum co-gnoſcendis: mentemque totam conuerſam habet ad res obſcuras contemplandas. Cum πολιτικὸν exprimere vellet M. Cicero inquit. Itaque natura ſumus apti ad coetus, concilia, ciuitates.

Τούτων δὲ ληπτέος ὅρος τις: ἐπεκτείνοντι γὰρ ἐπὶ τοὺς γονεῖς, καὶ τοὺς ἀπογόνους, καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους, εἰς ἄπειρον πρόεισιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἐπισκεπτέον. τὸ δ᾽ αὔταρκες τίθεμεν, ὃ μονούμενον, αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον, καὶ μηδενὸς ἐνδεᾶ: τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι.

Horum autem terminus quidam conſtituendus eſt: proferenti enim hoc ad

paren-

parentes, & poſteros, & amicorum amicos, res in infinitum procederet: verum hoc quidem rurſus conſiderandum eſt. Ponimus autem id ſatis eſſe, quod ſolum relictum, vim tamen habet expetendam vitam efficiendi, & nulla re indigentem: huiuſcemodi autem quiddam beatitudinem putamus eſſe.

DIXERAT non poſſe vere vocari αὐτάρκης, quod vni alicui ſatis foret, atque expleret cuncta ipſius deſideria, qui ſcilicet vnus ſibi ſoli proſpiceret, viueretque vitam ſolitariam: requiri enim vt iuuare poſſit eos, quos expoſuit, qui multi, varijque ſunt. Videns igitur hoc large ſumptum, arduum nimis eſſe futurum: ſeque duram admodum condicionem ferre, docet, quomodo accipi velit: figendumque terminum eſſe inquit, qui tranſiri non debeat; nam aliter incommodi multum inde naſceretur; resque in infinitum procederet, quod ſemper merito declinatur, vt incertum, plenumque erroris & quod percipi non poteſt: verum de termino hoc, atque extremo, ſignificat nunc ſe praecipere nihil velle: in aliudque tempus, ac locum quaeſtionem hanc differre: intelligit autem opus, quod confecit de optimo ſtatu ciuitatis. Quale etiam bonum ſatis eſſe putandum ſit: contentumque ſemetipſo, admonere voluit: eſſeque illud tradit, quod nudatum etiam reliquis omnibus fructibus, quos fert: ſolumque relictum tamen adhuc efficit vitam expetendam, & quae merito cara nobis eſſe debeat; nulliusque rei penuria prematur. Huiuſcemodi autem inquit, eſſe arbitramur, beatitudinem, de qua ſcilicet vere hoc praedicatur. Μὴ φὴν certe valet hoc, quod oſtendi, quod verbum non multo etiam ſupra vſurpauit M. Cicero in II. libro de finibus, vbi honeſtum definit, videtur his verbis ipſum expoſuiſſe. Quod tale eſt,
„ vt detracta omni vtilitate, ſine vllis praemijs, fructibuſue, per ſe ipſum poſſit iure laudari.

Ἔτι δὲ πάντων αἱρετωτάτην, μὴ συναριθμουμένην: συναριθμουμένην δὲ, δῆλον ὡς αἱρετωτέραν μετὰ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἀγαθῶν, ὑπεροχὴ γὰρ ἀγαθῶν γίνεται τὸ προστιθέμενον: ἀγαθῶν δὲ τὸ μεῖζον, αἱρετώτερον ἀεί. τέλειον δή τι φαίνεται, καὶ αὔταρκες ἡ εὐδαιμονία, τῶν πρακτῶν οὖσα τέλος.

Amplius autem maxime omnium expetendam ſolam, & cum alio nullo bono numeratam, iunctam autem cum quolibet planè optabiliorem, cum minimo etiam bonorum omnium: efficitur enim quod appoſitum eſt praeſtantia bonorum: è bonis autem quod maius eſt, magis expetendum ſemper. Perfectum igitur quiddam perſpicitur eſſe, & quod ſe contentum ſit, beatitudo, quae finis eſt omnium rerum agendarum.

HAEC alia deſcriptio eſt beatitudinis: tradit autem eam magis expetendam eſſe, quàm aliud vllum bonum, cum quo conferatur, quamuis id iunctum ſit, concretumque è pluribus bonis, vinceteque illud ſua bonitate; ſi tamen hoc animaduertatur, ſeruetur que diligenter: ne in illis ipſis bonis, cum quibus confertur, ipſa quoque collocetur: numerumque eorum augeat: Ita enim verum hoc non eſſet, vt docet: vinceretur que vita beata, ſi vna ipſa quoque foret, plurium illarum rerum concurſu, cum quibus ipſa ſola confertur, non ſolum ſi plures illic res, magnaeque forent, verum etiam, ſi vna tantum, & ea quidem minuta, atque exilis. Cauſam huius rei adfert: vtiturque quodam ad hoc comprobandum, quod in vniuerſum verum eſt: id enim inquit, quod admotum ei fuerit, appendixque illa, fit praeſtantia quaedam · ſuperiorque gradus bonorum, ſiue altitudo, atque excellentia: hoc ipſum enim verbum Graecum ὑπεροχὴν facile crediderim Ciceronem intellexiſſe,
„ cum inquit, Extrue animo altitudinem, excellentiamque virtutum: ſemper autem bonorum, quod maius eſt, atque amplius, magis expetendum eſt. His duobus argumentis re confirmata, adiungit. Nunc intelligi poſſe, conuenire vitae beatae, quae de ipſa, ornans eam, dixerat, eſſe inquam eam, perfectum quoddam, & quod contentum ſit ſuis bonis: nec praeterea aliud requirat; quodque finis ſit rerum agendarum. Locus vero hic, vt videre licet, exhibuit multum negotij ſuperioribus interpretibus horum librorum: lapſiq; illi videntur in vera ſententia inde eruenda; quod magna ex parte profectum eſt, quia nō rectè acceperunt vim, notionemque eius nominis συναριθμουμένην; nec perſpexerunt, quid

hic valeat συναριθμούμενον; quod mihi videor oſtendiſſe. Vt tamen hinc omnem caliginem diſcutiam, exempla, quae rem aperiant, ponam. Beatitudo ſola magis expetenda eſt corporis ſanitate, nobilitate, diuitijs, pulchritudine, viribus, alijsque etiam huiuſcemodi bonis; quod ſi in numero plurium horum bonorum collocetur, numereturque beatitudo, non tantum ipſa cum eo comitatu bonorum plurium, & non contemnendorum ſuperabit, vinceтque vitam beatam deſtitutam illis, verum etiam ſi tantum vnum habuerit puſillum, minutumque bonum; Vtitur autem, ſuae verae ſententiae auctor, tamquam crepidine quadam, loco illo, ſemper maius bonum magis expetendum eſſe paruo. Alexander cum interpretaretur parem huic locum è tertio libro topicorum, plura bona paucioribus bonis magis expetenda, eruditè, diligenterque de omni hac re diſputauit: verbumque hoc ipſum appellauit, cum huius etiam loci, quem nunc habemus in manibus illic meminiſſet. Puto autem hoc verbo vſos fuiſſe Stoicos, cum illud exponerent, quod commemorauit M. Cicero in IIII. de finibus ita expreſſum ab eo. Si ad illam vitam, quae cum virtute agatur, ampulla, aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam vitam potius, quo haec adiuncta ſint.

Ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον λέγειν, ὁμολογούμενόν τι φαίνεται. ποθεῖται δὲ ἐναργέστερον, τί ἐστιν ἔτι λεχθῆναι.

Sed fortaſſe, beatitudinem optimum eſſe, dicere, controuerſiam non habet: requirit autem res, vt euidentius tradatur, quid ſit.

IPSEMET fatetur, ſe nondum expleſſe munus ſuum: cum enim hic locus poſceret, vt beatitudinem explanaret, monſtrauerat ſane, quae illa foret, vſus communibus quibuſdam laudibus ipſius, quae non facile alij vlli rei conuenirent, in quibus dixerat eam optimam omniū rerum eſſe; quare nunc exquiſitius ipſam tradere aggreditur, magis proprijs eius dotibus ex ipſa erutis atque ita ea declarata: inquit igitur fortaſſe beatitudinem optimum eſſe dicere, ab omnibus concederetur: nec quiſquam, quin verum id ſit, repugnaret, ſed tamen non ſatis eſt hoc; neque ſatisfacit penitus voluntati eorum, qui planius, euidentiusque naturam ipſius intelligere cupiunt; ita autem loquitur de illis, vt ſignificet ipſos magno deſiderio teneri huius rei plene percipiendae; quod fortaſſe ait, continget illis, ſi è nobis ſumptum, cognitumque fuerit, quod potiſſimum ſit officium hominis, propriumque ipſius munus.

Τάχα δὴ γένοιτ' ἂν τοῦτο, εἰ ληφθείη τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. ὥσπερ γὰρ αὐλητῇ, καὶ ἀγαλματοποιῷ, καὶ παντὶ τεχνίτῃ, καὶ ὅλως ὧν ἐστιν ἔργον τι καὶ πρᾶξις, ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τὸ εὖ, οὕτω δόξειεν ἂν καὶ ἀνθρώπῳ, εἴπερ ἐστί τι ἔργον αὐτοῦ.

Fortaſſe autem extiterit hoc, ſi ſumptum fuerit munus hominis. quemadmodum enim tibicini, & fabro ſtatuarum: atque omni opifici: demumq; illis omnibus, quorum eſt opus aliquod, & actio: in opere videtur bonum manere, ac laus: ſic videretur, & homini, ſiquidem eſt aliquod opus ipſius.

EXTARE certum quoddam officium hominis: in quo ipſi commune quiddam eſt cum operibus artium, opificumque ipſorum, declarat exemplo non nullarum artium. Quemadmodum enim inquit, tibicini, & illi, qui ſimulacra deorum, & hominum, ſtatuaſque facit: omnique demum artifici, ac praeter ipſos, cunctis illis, quorum ſtudio opus aliquod reſtat, ſine actio, omnis laus, & commendatio manet in opere, quod moliuntur, & gerunt, ita exiſtimari debet in homine, ſi volumus aliquod opus eius extare, quod gerant, & adminiſtrent ſimpliciter, vt homines, participesque rationis animantes, non vt praediti aliqua arte, & ipſa inſtructi.

Πότερον οὖν, τέκτονος μὲν, καὶ σκυτέως ἐστὶν ἔργα τινὰ, καὶ πράξεις: ἀνθρώπου δὲ οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἀργὸν πέφυκεν.

Vtrum igitur fabri, & ſutoris ſunt opera aliqua, & actiones: hominis autem nullum eſt: ſed ignauus à natura factus eſt.

IDEM

Idem conſtituit exemplo humilium artium, opificum quarum cum ſint opera quaedam ſua ac propria, & vt opera, ita etiam & facta, quomodo putandum eſt non extare opus certum hominis? neque enim illi, cum incubuerunt in artes eas tenues, auxerunt dignitatem ſuam, ſed potius minuerunt, ac contriuerunt: homo enim maioribus rebus adminiſtrandis: muneribusque obeundis honeſtioribus à natura genitus eſt; quare non videtur in vita ignauus, inersque eſſe debere; neque conuenit tam nobili animali, vt perpetuo vitam otioſam degat: πράξεις autem cum res geſtae ratione, ac conſilio in rep. adminiſtranda vocatae ſint; videtur hic πράξεις appellaſſe curas, quas illi ſuſcipiunt, cum initio ipſae inuentae ſunt, in illis perpoliendis, perfectioribusque reddendis.

Ἢ καθάπερ ὀφθαλμοῦ, καὶ χειρὸς, καὶ ποδὸς, καὶ ὅλως ἑκάστου τῶν μορίων, φαίνεταί τι ἔργον, οὕτω καὶ ἀνθρώπου παρὰ πάντα ταῦτα θείη τις ἂν ἔργον τι;

An veluti oculi, & manus, et pedis, atque omnino ſingularum partium perſpicitur eſſe aliquod opus, ita et hominis praeter haec cuncta ponat aliquis eſſe opus quoddam?

Cvm, quod dixit de artificibus, tamquam incertus, ac dubius edidiſſet; nunc magis fidens ſententiae ſuae, ac iudicio de hac re, quaſi euellit illum ſcrupulum, exemplo illuſtriore vſus, ideſt partium noſtri corporis, ac membrorum, quae partes, etſi ſeruiunt animo, ac voluntati totius illius animantis, tamen propria quaedam munia habent, ſatis aperta, & omnibus nota. An igitur inquit, cū perſpiciantur eſſe opera quaedam oculi, manus, pedis, ceterarumque partium corporis, non ita etiam credendum eſt, hominis ipſius eſſe, quod conſtat, & quaſi factum, concretumque eſt ex partibus illis; quod cum iam ſatis declaraſſe argumentis his ſibi viſus eſſet, quod reſtabat, inquit videndum eſſe, quod potiſſimum hoc ſit: Quare toto animo incumbit in hanc conquiſitionem.

Τί οὖν δὴ τοῦτ' ἂν εἴη ποτέ; τὸ μὲν γὰρ ζῆν, κοινὸν εἶναι φαίνεται καὶ τοῖς φυτοῖς· ζητεῖται δὲ, τὸ ἴδιον. ἀφοριστέον ἄρα τὴν θρεπτικὴν, καὶ αὐξητικὴν ζωήν. ἑπομένη δὲ αἰσθητική τις ἂν εἴη. φαίνεται δὲ καὶ αὕτη κοινὴ, καὶ ἵππῳ καὶ βοῒ καὶ παντὶ ζώῳ.

Quid nam igitur hoc potiſſimum erit: viuere namque commune ipſi cum iis omnibus, quae oriuntur è terra: quaeritur autem proprium: exterminanda igitur qua alimur, atque augeſcimus, vita: ſequitur ordine hanc ea, quae ſentiendi vim, ac poteſtatem habet: perſpicitur enim et haec communis ei eſſe cum equo, cum boue, et omni animali.

Antequam declaret, quod opus hoc ſit, primum excludit ea, quae falſo aliquis imperitus putaret eſſe opera propria hominis: incipitque ab eo, quod valde inde remotum eſt; communeque ipſi homini non ſolum cum brutis, verum etiam cum ſtirpibus: atque iis omnibus, quae oriuntur è terra, Illud autem eſt viuere, nam viuunt etiam herbae: alterum autem eſt, beluae, quae, praeter quam quod viuunt, ſenſibus praeditae ſunt. Inquit igitur quaerendum, indagandumque eſſe, quod proprium ſit; quod cum ita ſit, propriumque requiratur, vna cum ea, qua aluntur animantes, & augeſcunt, exterminanda eſt etiam animi pars, quia ſentimus; nam expertes etiam rationis animantes vtuntur ſenſibus, vt equus, bos, ceteraeque beluae.

Λείπεται δὴ πρακτική τις τοῦ λόγον ἔχοντος. τούτου δὲ τὸ μὲν, ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ· τὸ δ', ὡς ἔχον, καὶ διανοούμενον. διττῶς δὲ καὶ ταύτης λεγομένης, τὴν κατ' ἐνέργειαν θετέον· κυριώτερον γὰρ αὕτη δοκεῖ λέγεσθαι.

Reſtat igitur quaedam, quae in agendo verſatur partis eius, quae rationem habet, huius autem quiddam, quod obtemperat rationi, quiddam vero,

quod

quod ipſam habet, et cogitat. cum autem haec quoque duobus modis dicatur, ea, quae munus aliquod obit, ponenda: magis enim proprie haec dici videtur.

EXPLOSIS duabus vitis, ac repudiatis, quarum prior eſt rerum, quae aluntur & augeſcũt, altera autem, quae praeterea ſentiunt, reſtare dicit vitam, quae in agendo verſatur, muneribusque obeundis, quae ſine ratione geri non poſſunt, quae vita eſt propria animantis praediti ratione, non contentus diſtinxiſſe hominem à ſtirpibus, & brutis, affirmaſſeque ſolum ipſius vitam participem eſſe rationis, diuiſit etiam animi partem, in qua ratio inuenitur, quae non ſemper vno pacto capitur: huius enim animi pars, quaedam particeps eſſe rationis dicitur, non quia ipſa in ſe rationem continet, ſed quia paret aliquando, obtemperatque rationi, cum altera in ſe ſitam ipſam habeat, cogitetque & munera obeat rationis, non aliunde petat, & tamquam precario accipiat. Cum autem pars haec animi, quae in ſe rationem habet, nec cogitur, cum vti ipſa vult, accerſere eam aliunde; duobus modis talis eſſe dicatur: rationisque particeps; nunc enim agit, geritque aliquid, quod proprium ſit ipſius: alio autem tempore ceſſat, tradit verius ipſam talem vocari poſſe, anteponendamque tamquam alteri, ſibi ipſi, nihil gerenti, & quaſi quieſcenti: quod enim fungitur ſuo munere verius eſſe tale intelligitur.

Εἰ δ᾽ ἔστιν ἔργον ἀνθρώπου, ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον, ἢ μὴ ἄνευ λόγου. τὸ δ᾽ αὐτὸ φαμὲν ἔργον εἶναι τῷ γένει τοῦδε, καὶ τοῦδε σπουδαίου, ὥσπερ κιθαριστοῦ, καὶ σπουδαίου κιθαριστοῦ. καὶ ἁπλῶς δὴ τοῦτ᾽ ἐπὶ πάντων, προστιθεμένης τῆς καθ᾽ ἀρετὴν ὑπεροχῆς πρὸς τὸ ἔργον. κιθαριστοῦ μὲν γὰρ τὸ κιθαρίζειν, σπουδαίου δὲ, τὸ εὖ.

Si autem eſt opus hominis functio animi iuncta cum ratione, ſiue quae vacua à ratione non ſit: idem autem affirmamus eſſe genere huius, et ſtudioſi, veluti cithariſtae, et ſtudioſi cithariſtae, ac ſimpliciter iam hec in omnibus, admota operi illi praeſtantia, quae proficiſcitur à virtute: cithariſtae namque munus eſt citharam pulſare. boni autem cithariſtae, bene.

INCVMBIT nunc in declarandum, quod ſit verum officium hominis, & proprium ipſius munus; quod quale ſit, inueſtigat ſedulo, vtens certis rationibus, & quae diſtinguunt ipſum à non nullis, quae ſimilitudinis aliquid cum eo habent. Ita igitur argumentatur. Si autem officium eſt hominis animi actio, quae in ſe habet rationem, ſiue non penitus ab ipſa vacua ſit. In ſe habere rationem dictus eſt animus ille, qui in ſe poſitam ipſam habet, non ſine ratione aliquid gerere, cum animus aliter dicitur vti in aliquo facto ratione, cum ad ſe illam vocat, adhibetque ſibi in conſilium, Cum hoc iam edidiſſet, accommodatum ei, quod oſtendere volebat, ſumit aliud, quod & ipſum requirebatur, vt poſſet conficere, & concludere, quod oportebat; eſt autem ipſum vnum, atque idem officium eſſe alicuius, qui ſub eodem genere collocatus ſit: quamuis in eo perfectus non ſit: vt eius, qui abſolutus in ipſo ſit, & ad ſummum peruenerit: quod exemplo confirmat: verumque eſſe docet: addidit enim eadem ratione, qua idem citharedi munus eſt cuiuslibet, & boni, perfectiq; citharedi, ideſt vti cithara. Idem autem contingere, & vſu venire docet in omnibus alijs artibus, veluti poetae, & boni poetae idem officium eſt, ideſt, condere carmen: ſolum enim inquit, adiungitur praeſtantia, virtusque ad illud officium, quod diuerſum non eſt, cum ſimpliciter citharedi munus ſit, vti cithara: boni autem citharedi rectè id efficere, & cum laude.

Εἰ δ᾽ οὕτως, ἀνθρώπου δὲ τίθεμεν ἔργον ζωήν τινα: ταύτην δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν, καὶ πράξεις μετὰ λόγου. σπουδαίου δ᾽ ἀνδρὸς εὖ ταῦτα, καὶ καλῶς. ἕκαστον δὲ εὖ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἀποτελεῖται.

Quod ſi hec ita ſe habet, hominis autem ſtatuimus officium eſſe vitam quandam, hanc autem animi functionem, atque actionem iunctam cum ratione: ſtudioſi autem viri bene haec, ac pulchre gerere: vnumquodque autem, quod

recte

recte adminiſtratum eſt, ſua, et propria virtute conficitur.

QVOD ſi inquit res ita ſe habet, vt demonſtratum eſt, nullusque error in hac mea ratione exiſtit; ideſt, ſi in omni opere, ac facto proprium eſt ſtudioſi viri rectè ſe gerere, ac quidquid boni locum illic habet adipiſci: ſtatuimus autem, volumusque hominis opus eſſe vitam quandam, quae vita quid ſit, declaratum eſt. Eſt enim illa animi actio conſilio geſta, & adminiſtrata, vt in alijs factis proprium erat ſtudioſi viri ſuum, propriumque munus recte conficere, ita etiam in hac actione vitae, quae rationi paret, commendatio, ac laus comitabitur ſtudioſo: quidquid autem addit, recte, ordineque adminiſtratur in omni arte ac ſtudio, illud à ſua propriaque virtute proficiſcatur neceſſe eſt, non ab aliena, qua etiam ſorte ornatus eſſe poſſit.

Εἰ δ' οὕτω, τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν, ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταὶ, κατὰ τὴν ἀρίστην, καὶ τελειοτάτην.

Quod ſi hoc ita ſe habet, humanum bonum erit animi functio iuncta cum virtute, quod ſi plures virtutes ſunt, cum optima omnium, & perfectiſſima.

CONCLVDERE rationem volens, ita agit, vt modo fecerat, orditurque orationem ab eadem particula, condicioneque. Si enim inquit haec, quae poſita ſunt, maneut firmaque ac ſolida ſunt, bonum quod cadit in homines, fit animi actio geſta virtute, quod ſi plures virtutes ſunt, actio erit, quae geſta, & adminiſtrata cum optima omnium, ac perfectiſſima virtute fuerit. Euſtratius accurate animaduertit illud γίνεται, quo vſus auctor hic eſt in definiendo humano bono: non enim ſine cauſa putat eum fieri ipſum dixiſſe, & non eſſe, neque tamen certus eſt, quid haec mutatio valeat: duobus enim modis capi poſſe arbitratur, quos ambos ſedulo exponit; eorum autem prior eſt hic, vt fieri dixerit, quia numquam ceſſat: neque remotum eſt, ſeiunctumque à bono, quod ſemel obtinuit; cum omnibus temporibus, cunctiſque in factis, quae gerit, appareat veſtigium aliquod ipſius: nihil enim culpae admittit, quidquid in vita faciat contra vllam virtutem, & quae plenius in hanc ſententiam edidit. Alter modus eſt; exiſtimat enim, quod in alijs quibuſdam rebus exiſtit, idem etiam in hac vſu venire, vt numquam ipſae integrae, plenaeque ſint, vt in partibus temporis contingit, hora inquam, die, menſe, & anno, vt fabulis eodem pacto, quae aguntur in theatro. Horum enim omnium quodlibet totum non ſimul manet, ſed ſuccedunt partes ſibi ipſis, & prior abit cum altera, quare inquit, accommodatum non fuiſſet dicere, eſt, ſed fit, cum rerum harum natura hoc non patiatur.

Ἔτι δὲ ἐν βίῳ τελείῳ: μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. οὐδὲ μία ἡμέρα. οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα, μία ἡμέρα. οὐδ' ὀλίγος χρόνος.

Amplius autem in vita perfecta: vna namque hirundo ver non facit, neque vnus dies: ſic neque fortunatum, ac beatum efficit vnus dies, ac puſillum tempus.

ALTERA condicio, quae requiritur in vita beata explenda; debetque hoc quoque diligenter obſeruari, eſt, vt diuturna ipſa ſit: niſi enim ſecundae res longo temporis ſpatio permanſerint, & paenè ad extremum vitae ſe ſocias ipſi praebuerint, violatur magnopere beatitudo, vel potius frangitur tota, & diſſipatur. Exempla multa, & magna huius rei afferri poſſent; clarum autem in primis eſt, & ante oculos poſitum, exitus Cn. Magni, quo nemo vmquam felicior, antequam victus in acie Pharſalica, in Aegyptum fugere coactus eſt, qua in terra miſerabiliter interfectus fuit. Oſtendere volens auctor, non vnam, aut alteram, valde etiam proſperam rem, vim & poteſtatem habere efficiendi hominem beatum, vſus eſt peruulgato prouerbio, quo traditur, vnam tantum hirundinem, quae auis nuntia eſt veris, non efficere, & indicare ver, ſed expectandas eſſe plures eius generis aues, quemadmodum etiam vnum diem, qui laetus ſit, ac vernam ſuauitatem oleat, idem non praeſtare: eodem igitur pacto vnus dies, in quo aliquis nactus fuerit rerum ſuarum omnium ventos admodum ſecundos, beatum eum reddit, neque etiam puſillum tempus. M. quo-

que

que Cicero vidit longitudinem temporis, continuationemque rerum proſperarum obſeruandam eſſe: nec aliter merito quempiam beatum vocari, cuius haec verba ſunt. Neque enim in aliqua parte, ſed in perpetuitate temporis vita beata duci ſolet; nec appellatur omnino beata vita, niſi confecta, atque abſoluta.

Περιγεγράφθω μὲν οὖν τἀγαθὸν ταύτῃ. δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον. εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι. δόξειε δ' ἂν παντὸς εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρῶσαι τὰ καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ. καὶ ὁ χρόνος τῶν τοιούτων εὑρετὴς, ἢ συνεργὸς ἀγαθὸς, εἶναι. ὅθεν καὶ τῶν τεχνῶν γεγόνασιν ἐπιδόσεις; παντὸς γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον.

Deſcriptum igitur ſit ſummum bonum hoc pacto: eſt enim fortaſſe opus primum leuiter formare; deinde poſtea deſcribere: videri enim poſſet, cuiuslibet eſſe, vlterius proferre, atque enucleare, quae belle ſe habuerint in rudi illa deſcriptione: tempusque huiuſcemodi rerum inuentor eſt, ſiue adiutor bonus; vnde natae ſunt acceſſiones artium; cuiuslibet enim hominis eſt admouere quod deſideratur.

CONSTITVIT officium ſuum, ordinemque, quem adhuc ſecutus eſt, in ſummo bono indagando, verum fuiſſe teſtatur, accommodatumque his rebus recte explicandis: oportere enim inquit, primum, more pictorum, leuiter deſcribere opus, quod conficere velis, & quaſi adumbrare, deinde pingere, & adhibitis veluti coloribus, ac ceteris pigmentis perpolire. Prouidet autem laudi ſuae, & honori: cum enim ſibi viſus eſſet primum horum egregie feciſſe, docet eum, qui huiuſcemodi aliquid inuenerit, inchoatum ſanè, & quantum prima illa requeſiuerat non negligenter tractatum, commendari debere, cum paruus labor ſit, & quaſi in manu omnium poſitum negotiũ, ipſum producere, & omnibus ipſius partibus ſtudioſe ornatis, & expolitis abſoluere, ſi tamen ipſum recte in illa ſua prima rudi opera magiſtri deſcriptum fuerit. Adiungit etiam tempus ſolere huiuſcemodi res inuenire, ideſt viam oſtendere, rationemque tradere, quomodo ea perficiantur, & vt inuenire, ita etiam ſe tamquam ſocium vtilem, adiutoremque praebere ad ea abſoluenda. Vnde inquit profectae ſunt acceſſiones artium, quae artes primo ſuo ortu, & cum in lucem venerunt, rudes admodum extitere. Addit etiam ad extremum, vel potius repetit, quod ſignificarat, non requirere maximum ingenium, neque exquiſitam artem, ſed quemlibet hominem, qui laborare voluerit, addere, quod deſiderabatur. Idem quod hic, aliquo modo narrat in extremo σοφιστικῶν ἐλέγχων, non magno negotio aliquem addere poſſe, quod deſideratur in arte inchoata, & quae antea à quopiam inuenta fuerit, magno ingenio praedito, cum principia omnium rerum rudia ſint, & imperfecta: nouo autem ſtudio aliquorum, & beneficio temporis eadem fiant meliora, & exquiſitiora; quare vtitur illic, de acceſſione artium loquens, eodem verbo, quo hic vſus fuit, cum dixerit, vt hic ἐπίδοσις τῶν τεχνῶν ita eo loco & ἐπιδεδώκασιν ὑπὸ τῶν παραλαβόντων, & ἐπίδοσιν λαμβάνειν. Quod tẽpus inquit, magnopere iuuare, adminiculique multum ad hoc adferre, ſatis certum, & exploratum eſt: videmus enim ſtudio, & opera aliquorum fieri, vt quae iam excogitata, & reperta erant, meliora & abſolutiora reddantur quemadmodum etiam contra non nulla, quae noua cura quorumpiam, non omnino integra, ac perfecta derelicta fuerint, paulatim deleri, atque extingui: quod non ſolum docti viri tradidere, ſed etiam graues poetae teſtati ſunt; hoc enim prorſus ſignificat illud Sophoclis in Oedipode Coloneo, plenum ſapientiae documentum: vbi inducit Oedipum extorrem cum Theſeo, Athenarum rege de hoc accurate diſſerentem; erroremque magnum ex animo ipſius eripientem, qui tantam vim eſſe temporis videbatur arbitrari, vt cuncta immutaret: inquit enim, exemplis etiam poſitis, totius huius rei. Ὦ φίλτατ' Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ κατθανεῖν ποτε, τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος. φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος. θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία. & quae ſequuntur.

Μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρή, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ. καὶ γὰρ τέκτων καὶ γεωμέτρης, διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν: ὁ μὲν γὰρ,

ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον· ὁ δὲ, τί ἐστι, ἢ ποῖόν τι· θεατὴς γὰρ τἀληθοῦς. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ποιητέον, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται.

Recordari autem oportet & ea quae prius dicta ſunt: atque exquiſitam rationem in omnibus non peraeque poſtulandam eſſe: ſed in ſingulis, vt patitur ſubiecta materia, & tantum, quantum accommodatum eſt rationi: faber namque & geometres non eodem pacto exquirunt angulum rectum: hic enim quantum vtilis eſt ad fabricam; alter autem, quid eſt, & quale: veritatis enim ſpectator eſt: eodem igitur modo in aliis ſe gerere oportet, ne quae ſunt extra opus plura ſint, quàm opera ipſa.

REDIGIT nobis in memoriam, id quod non longè ab initio huius libri admonuerat, ideſt quae ſit ratio huius diſciplinae tradendae, & quomodo factus, paratusque ad eam accedere debeat, qui ipſa imbui vult. Primum autem, vt mihi videtur, docet, quod ſit officium doctoris, & quam viam ille ſequi debeat, nullo modo ſcilicet exquiſitam, & quae vtatur neceſſarijs argumentis. Deinde quae ſunt partes auditoris: oſtendit enim non oportere illum poſcere, vt cuncta diligenter probentur: incipit igitur erudire auditorem ex eo loco. Non poſtulanda autem, & quae ſequuntur. quae dicta ſunt, vſque ad haec, ſeruiunt doctori ipſi, ac magiſtro. Intelligitur autem maxime hoc verum eſſe ex illis verbis, Ne quae ſunt extra opus, plura ſint, quam opus ipſum: declarat enim culpam, in quam doctor incideret, ſi ſtuderet, omnia ſubtiliter comprobare: tunc enim quae ſunt extra rem plura forent, quam ſua, ac propria eius materiae: non poſſet enim incumbere in accuratam explicationem eorum ſine magna opera, & prolixitate verborum, ἐπ' αὐτῶν διατρίβειν, ſignificat conari eſſe exquiſitum, dare operam huic rei ſummo ſtudio. Monſtrare vero volens, hoc verum eſſe: conſiliumque ſuum comprobare, vtitur ſimili ſatis claro: inquit enim fabrum, & materiarum, & illum, qui aedificat aliquid, & geometrem itidem angulum rectum longè alio conſilio ad ſe pertinere putare: vterque enim eorum, & ipſo vtuntur ad opera ſua dirigenda: quantumque ſuae arti accommodatum eſt: geometres vero quaerit, quid ille ſit, & quomodo diſcrepet ab acuto, & obtuſo, quaeque inde commoda capiantur ad res proprias ſui ſtudij, exquiſitaeque ſcientiae videndas, cum ille non opus aliquod moliatur, ſed toto animo verſetur in veritate indaganda; quod exemplo anguli illuſtrauit auctor: poterat etiam alijs rebus communibus vtriuſque ſtudij ſignificare veluti lineae, normae, & perpendiculi; vnde M. Cicero accuſauit fabrum, qui magnopere in his inſtrumentis vtendis peccauerat. inquit enim. Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus collocarat, eas ſcilicet demolietur, & aliquando linea, & perpendiculo diſcet vti.

Οὐκ ἀπαιτητέον δ' οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἐν ἅπασιν ὁμοίως, ἀλλ' ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι καλῶς, οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς, τὸ δ' ὅτι, πρῶτον καὶ ἀρχή.

Non eſt autem poſtulanda cauſa in omnibus vno & eodem pacto. ſed ſatis putari debet in non nullis rem eſſe, pulchre demonſtratum eſſe, veluti in initiis ſcientiarum, rem vero eſſe, primum & principium eſt.

FACIT hoc ad officium eius, qui audit, oſtendendum, quem docet non oportere vno, & eodem pacto poſcere rationem ſibi à doctore reddi, cauſamque accuratè adferri eorum, quae ipſi traduntur in omni re ac materia: debereque eum contentum eſſe cognitione quarundam rerum, leuiter monſtrata ac patefacta, quod cum contingit, idque iam impetratum eſt, non decet eſſe moleſtum praecipienti: velleque prorſus eum illius, quod iam patet, ſatisque putandum eſt ad vitam informandam, cauſam adferre. Cum enim quaeſtiones duae ſint, quarum vna tradit rem eſſe, altera cur ſit, percepta iam veritate, inutile eſt quarundam rerum cauſam ſubtiliter indagare: dummodo illud ipſum eſſe, rectè declaratum ſit. nec poſſit dubitari de veritate eius ſententiae: nam ſi declaratum adhuc illud non foret, aliter ſe res haberet; nec importuna eſſet eius, quod adhuc incertum, obſcurumque eſt, iuſta flagitatio. Poeta noſter grandis; & vt illa tempora ferebant, magna, grauique doctrina imbutus, certe diuino ingenio praeditus, idem hoc ſignificauit, cum cecinit.

„ State contenti buona gente al quia, & quae ſequuntur, niſi quod, quia apud ipſum τὸ ὅτι, & quod eſt, ſignificare uidetur: cum tamen id potius oſtendat τὸ διότι. Sed etiam idem ille arbitratur id faciendum non eſſe propter difficultatem eius quaeſtionis: philoſophus autem, quia res iam ſatis ſatiſque, illo etiam modo expoſita, eſſe debet. Probare vero volens Ariſtoteles ſe admonere rem non nouam omnino, & quae reiſci debeat vt aduerſantem ſcientijs, addit, idem ſeruari in principijs ſcientiarum, quae vt firma, certaque ponuntur, nec ſtudij aliquid, curaeque ponitur à doctoribus earum, vt confirmentur.

Τῶν ἀρχῶν δὲ, αἱ μὲν, ἐπαγωγῇ θεωροῦνται: αἱ δὲ, αἰσθήσει: αἱ δὲ, ἐθισμῷ τινὶ καὶ ἄλλαι δὲ ἄλλως.

Principiorum autem, haec quidem inductione ſpectantur, alia vero ſenſu: quaedam conſuetudine, & alia aliter.

Cvm affirmaſſet principia initiaque ſcientiarum percipi non poſſe, cauſis adlatis earum rerum: nec tamen oporteret penitus veritatem ipſarum incertam, & obſcuram eſſe, vnde reliqua deberent, plena caliginis, ac tenebrarum, illuſtrari, docet, quomodo ipſis lux aliqua tribuatur; rationesque id efficiendi plures, variasque eſſe declarat, & quaeque ipſarum ſingulis aperiendis accommodatae ſint; nec tamen omnes enumerat, ſed tres tantum, alias autem quaſdam reſtare teſtatur. Primam earum eſſe inquit inductionem: quod enim in multis, multiſque contingere videmus, atque illo modo prorſus ſe habere, idem etiam in reliquis eius generis non immutari, exiſtimare debemus; Quod inductionem primam nominat rationum harum, notum eſt principijs ſcientiarum, ita fidem auctoritatemque comparari: Senſu autem elementorum vocatorum, qualitates intelligi, vt ignem calefacere, aquam frigidam eſſe, & eodem pacto ceteras; vnde iriſi fuere, qui niuem atram eſſe dixerunt, magis credentes rationi, quàm ſenſui, cum ſcirent aquam, vnde illa conflata eſt, eſſe nigram. Tertium modum eſſe inquit, conſuetudinem, quae & ipſa in varijs rebus vſurpata vtilis valde eſt veritati illarum rerum intelligendae, exempli cauſa, vt à peruulgatis exemplis diſcedamus, quod Lucretius cecinit. „Conſuetudo concinnat amorem; „ planè cognoſcimus verum eſſe, cum videamus ſtudia quaedam, & artes iis, qui in ipſis diu verſati fuerint, quamuis ſua vi plenae laboris, moleſtaeque ſint, initioque odioſae extiterint, iucundas eſſe, & cum voluptate tractari; quod addidit, alias praeterea quaſdam aliter cognoſci; putatur vna eſſe harum, quas reticet, experientia.

Μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πεφύκασι, καὶ σπουδαστέον ὅπως διορισθῶσι καλῶς: μεγάλην γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα. δοκεῖ γὰρ πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχὴ, καὶ πολλὰ συμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητουμένων.

Aggredi autem ſingula oportet, atque in id incumbere, qua ratione ipſa tradi facta ſunt: adhibendaq́ cura eſt, vt definiantur recte: magnam enim propenſionem habent ad ea, quae ſequuntur. Videtur igitur pluſquam dimidium eſſe principium: ac multa fieri aperta, claraq́ vi ipſius, de quibus antea magna dubitatio erat.

Cvm conſilium auctoris foret inueſtigare definitionem beatitudinis, non ſine cauſa, vt melius illa, exquiſitiusque inueniretur, quaeſtionem de principijs huc retulit, ſed apte, & acutè: principium enim eſt definitio, vnde dixerat de ipſa, non oportere cauſam ſedulo de ea poſcere, ſed ſatis eſſe, ſi cognouerimus, aliquoque modo nobis perſpectum fuerit, tale illud eſſe, quale definitio ſignificat, quae quod in vno illo nomine incluſum eſt, aperit, atque euoluit. Cum igitur modos indicaſſet, quibus principia intelliguntur, qui ſunt varij ac diſcrepantes inter ſe; admonet nunc, vt accedamus ad principia haec explicanda, accommodate, & vt vis naturaque eorum patitur, quae namque inductione patefiunt, fortaſſe ſenſu non declararentur: eodemque pacto, contraque, in primis autem dandam nobis operam iudicat, vt recte cuncta definiantur, quam curam, diligentiamque affirmat, magnum fructum nobis laturam, cum valde proſint, momentique magni ſint ad ea, quae

inde

inde naſcantur, cognoſcenda. Id autem confirmat peruulgata voce, quam vocem non ſolum probat, verum etiam veritatem eius auget: cum enim ſententia haec eſſet, vt Horatius quoque in epiſtola ad Lollium exponit, Dimidium facti, qui coepit, habet, ipſe plus addidit, de principioque itidem dicit: ipſius ope, adminiculoque multa perſpicua fieri, quae prius obſcura erant, & non parum nos perturbabant.

Σκεπτέον δὴ περὶ αὐτῆς, οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσματος, καὶ ἐξ ὧν ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς· τῷ μὲν γὰρ ἀληθεῖ πάντα συνᾴδει τὰ ὑπάρχοντα· τῷ δὲ ψευδεῖ ταχὺ διαφωνεῖ τἀληθές.

Conſiderandum igitur eſt de ipſa, non tantum ex concluſione, & ex iis, quibus conſtat ratio, verum etiam ex iis, quae de ipſa feruntur: veritati enim omnia aſſentiuntur, quae in ea ſunt, à vanitate autem cito diſſentit veritas.

CVM, definita iam beatitudine, tranſiſſet in diſputationem de principijs, non alienam à fine ſuo, ſed contra, accommodatam ei rei accuratè tradendae, nunc reuertitur ad definitionem illam declarandam: affirmatque oportere eam perpendi & examinari, non ſolum ſpectata, diligenterque conſiderata concluſione: ijſque, quae ſumpta ſunt ad rationē concludendum, quae praepoſitiones vocantur, ſi firmae illae ſunt, poteſtatemque habent conficiendi illius, cui praeſtando adhibitae ſunt: neque hoc tantum ponderandum ex ipſis, probatis doctis viris, ſed etiam ex illis, quae vulgo dicuntur: hoc enim arbitror auctorem ſignificare voluiſſe, cum inquit ἐκ τῶν λεγομένων: haec enim proprie videntur digna, quae ἔνδοξα appellentur: ſine enim argumentis vllis hi homines, quod ſentiunt de qualibet re, edere conſuerunt; cum autem plurimae concurrunt, talium etiam opiniones, idest non eruditorum, neque prudentium, non omnino inanes putantur; ſunt enim huiuſcemodi quoque participes veritatis, nec veriſimile eſt, eos nulla in parte verum videre, ſed penitus & vndequaque decipi. ipſe ita confirmat, quod praecipit: cuncta enim, quae in rebus exiſtunt, verae orationi de ipſis habitae concinūt reſpondentque; contra autē vanitati rerum cito aduerſatur veritas orationis. Non eſt autem nouum vti Ariſtotelem ad definitionem confirmandam ſententijs aliorum: hoc enim quoque fecit in III. libro φυσικῆς ἀκροάσεως, cum conſtituere vellet definitionem motus, à ſe excogitatam: veram enim illam eſſe inquit intelligi poſſe, ex ijs etiam, quae ab alijs de ipſa dicuntur. H

Νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν, ἐκτὸς λεγομένων: τῶν δὲ, περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν, καὶ μάλιστα ἀγαθά. τὰς δὲ πράξεις, καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ψυχικὰς, περὶ ψυχὴν τίθεμεν. ὥστε καλῶς ἂν λέγοιτο κατά γε ταύτην τὴν δόξαν, παλαιὰν οὖσαν, καὶ ὁμολογουμένην ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων.

Cum igitur bona tres in partes diſtributa ſint, & haec quidem vna ſint eorum, quae extra nos dicuntur: alia vero in animo, & corpore. quae in animo ſunt proprie bona, & maxime bona dicimus: actiones autem, & functiones quae proficiſcuntur ab animo, in animo conſtituimus. Quapropter recte diceretur, vt cenſet haec opinio, quae & vetus eſt, & omnium doctorum virorum iudicio comprobata.

CVM, definiens beatitudinem, dixiſſet illam eſſe actionem animi, quae virtuti omnibus in rebus pareret; ipſum hoc modo comprobat, vereque ſumptum oſtendit, citata vetere diuiſione bonorum, quorum bonorum quaedam dicta erant, eſſe extra nos, alia in animo, tertium ipſorum genus in corpore; cum tamen & veteres illi, & ipſe quoque veriora bona, & magis rata eſſe voluerint, quae animi dicta ſunt: facta autem, & actiones. quae animi dicuntur eſſe, ortumque inde ducunt, animo ſe tribuere dicit in ea definitione. Quare recte dictum id eſſe putare omnes debent, qui tueri volunt definitionem eam, quam & vetuſtam eſſe & conſenſu omnium doctorum virorum firmatam, affirmat. Quae vero ſint bona extra nos poſita, & quae in corpore ſita non oportet commemorare: eodemque

D pacto

pacto quae dicantur animi bona: conſtat enim huius generis eſſe, virtutes, & ſcientias. Cum autem alijs omnibus locis, quibus meminit diuiſionis bonorum, tradat, tria eſſe genera ipſorum, videndum, quomodo initio ſecundi libri de moribus ad Eudemum, duo tantum eorum genera faciat: corporis enim relinquit: niſi aliquis putet, cum diuiſerit illic bona ea, quae ſunt, extra, & in bona animi, non intellexiſſe ipſum extra nos, ſed extra animum. Quomodo ſanè videtur locutus hic infra eſſe, & ſi prius diuiſiſſet bona trifariã, tamen inquit. ὅτι γὰρ τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται, καὶ οὐ τῶν ἐκτός; aduerbio enim illo videtur complexus fuiſſe bona etiam corporis. Verba Ariſtotelis ſunt in altero illo opere, πάντα δὴ τὰ ἀγαθὰ ἢ ἐκτὸς, ἢ ψυχῆς, ſuſpicari tamen poſſet quiſpiam, quam opinionem non temerè ſequẽdam iudico, defeciſſe eo loco tertium membrum, cum calamo exaratos libros eius de moribus operis viderim nulla re illic variatos. Animaduertẽdum etiam, cum planè hic tradat Ariſtoteles diuiſionem hanc bonorum non ſuam eſſe ſed priſcam, etſi ipſam vehemẽter probat, & ſemper ſequitur, videri peccaſſe M. Ciceronem, qui in III. libro de finibus, Peripateticorum eſſe dicit; nulli enim ante Ariſtotelem hoc nomine vocati ſunt: ipſe vero dux eius familiae, antiquiorem ſe illam eſſe tradit: Cicero tamen ita locutus eſt. Ne illud quidem eſt conſentaneũ, vt ſi, cum tria genera bonorum ſint, quae ſententia eſt Peripateticorum, eo beatior quiſque ſit, & quae ſequuntur. An facile ille defenditur ac vere: neque enim Cicero dicit hanc diuiſionem fuiſſe Peripateticorum, ſed hãc ſententiam; nam quin ipſi quoque huius iudicij fuerint, dubitari non poteſt, atque princeps eorum hoc apertè teſtatur.

Ὀρθῶς δὲ καὶ ὅτι πράξεις τινὲς λέγονται, καὶ ἐνέργειαι, τὸ τέλος· οὕτω γὰρ τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται, καὶ οὐ τῶν ἐκτός.

Recte autem & illud, actiones quaſdam dici eſſe, & functiones finem: ſic enim erit animi bonorum, & non eorum, quae ſunt extra nos.

Hoc quoque valet ad firmandam definitionem beatitudinis: recte namque à ſe factum eſſe dicit, quod ſtatuerit finem noſtrum eſſe poſitum in agendo: & actiones conficere vitam beatam, non habitus animorum, quamuis integros, & ab omni labe vacuos: declarat enim ipſam manere in animo, a boniſque ipſius proficiſci, non à corporis, aut extra nos poſitis: nam quod dixit actiones quaſdam, non ſimpliciter actiones, vim hanc & poteſtatem habere, neceſſe fuit hoc addere: neque enim cunctae actiones, quae ab animo proficiſcuntur, hoc praeſtant: improbae enim actiones ortum ducunt à vitijs, quae, & ipſa in animis, ſed corruptis & deprauatis ſedem ſuam habent.

Συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ, καὶ τὸ εὖ ζῆν, καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα· σχεδὸν γὰρ εὐζωΐα τις εἴρηται, καὶ εὐπραξία.

Concinit autem huic orationi, & bene viuere, & bene rem gerere beatum virum: fermè enim bona quaedam vita dicta eſt, & bona actio.

Adiungit, adſentiri eidem definitioni, quod fertur vulgo, in oreque hominum eſt, bene viuere, & bene rem gerere beatum: nam à nobis quoque ferme illa dicta eſt eſſe bona vita, & proſperitas; ſecundusque curſus omnium rerum ſuarum. Exiſtimari autem poteſt Ariſtoteles, addidiſſe σχεδὸν idest paene, ac ferme, quia ſciebat maiorem partem hominum longè aliam, atque ipſe duceret & cuncti fere ſapientes dicti; vitam bonam, & propitiam putare. id quod ipſe in primo eorum librorum de moribus, quos miſit ad Eudemum, narrauit Anaxagoram reſpondiſſe cuidam, qui quaeſiuerat ex eo, quem putaret eſſe maxime beatum, nemo inquit eorum, quos tu arbitraris, ſed crẽderetur hic à te potius, quam beatus, ſtultus homo eſſe, & planè contemnendus. Graeci quoque, docti viri, quorum vnus fuit Plato, cum litteras mittebant ad amicos, & familiares, morem habebant, initio ipſarum ponere χαίρειν. καὶ εὖ πράττειν: quibus verbis oſtendebant ſe cupere, & optare illos beatos eſſe; eos autem imitatum fuiſſe Horatium initio epiſtolae, quã ſcripſit ad Celſum, notum eſt: inquit enim, Celſo gaudere, & bene rem gerere Albinouano.

Φαίνεται δὲ καὶ τὰ ἐπιζητούμενα περὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἅπαντα ὑπάρχειν τῷ λεχθέν-

τι: της

ι: τοῖς μὲν γὰρ, ἀρετὴ, τοῖς δὲ φρόνησις: ἄλλοις δὲ σοφία τις εἶναι δοκεῖ. τοῖς δὲ ταῦτα. ἢ τούτων τι, μεθ' ἡδονῆς. ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς: ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν συμπαραλαμβάνουσι.

Perſpiciuntur autem & ea, quae praeterea quaeruntur circiter beatitudinem cuncta ineſſe ei, quod dictum eſt, his namque virtus: his autem prudentia: aliis autem ſapientia quaedam eſſe videtur: his vero haec, ſiue bonum aliquod cum voluptate, ſiue non ſine voluptate: alii autem externam etiam vbertatem complectuntur.

Ostendere etiam voluit, opiniones non nullas doctorum hominum, quae videri falſo potuiſſent à ſua diſſentire, ſecum facere; diſcrepabant quidem illae inter ſe non nihil, quare ἐπιζητούμενα ipſa appellauit, ideſt praeterea quaeſita, & ſupra ea, quae iam expoſita ſunt: cuncti enim hi toto animo inueſtigabant, quid potiſſimum faceret vitam beatam, non tamen ſtudio illo ſuo eodem ferebantur, ſed prope ad verum accedebant; quare affirmat auctor omnia illa ſpectari, planeque eſſe cognoſci, in definitione illa ſua, vt accuratè ipſe docet: quibuſdam enim eorum inquit, videtur, vita ſcilicet beata, eſſe virtus: cenſebant enim hi virtutem, ſolam etiam, deſtitutamque reliquis rebus, efficere hominem beatum; quam ſententiam poſtea arripuerunt, qui Stoici ſunt vocati; alij prudentiam arbitrabantur vim hanc, & poteſtatem habere, qui fortaſſe vocarunt σοφίαν ſcientiam: ita enim boni auctores aliquando appellarunt cognitionem rerum: alijs credebatur eſſe eadem ſapientia quaedam, iuuentos etiam quoſdam dicit, qui voluptatem adiungerent his appellatis virtutibus, qui non putarent ſine ipſa manere poſſe vitam beatam, eorum vero non nulli coniungebant voluptatem cum vna quapiam ipſarum, ſiue cum prudentia, ſiue cum ſapientia, exiſtimantes prudentiam ac voluptatem copulatas, vim hanc & poteſtatem habere, parereque vitam beatam, & vt has, ita etiam ſapientiam illam, quam intelligit cum eadem; cum alij, non cum vna ſolum, ſed cum omnibus virtutibus ipſam iunctam, id praeſtare crederent, tamquam illae ſolae, & ſi cunctae, ſiue vna quaepiam ipſarum ſine voluptate, efficiendo homini beato pares non forent. Animaduertendum, cum primam trium harum, quibus tantum tribuit, nominauerit ἀρετήν, nec dubium ſit, quin reliquae duae, prudentia inquam, & ſapientia, ſint & ipſae virtutes, cur illam potiſſimum virtutis nomine ſignificarit, quaſi illae duae virtutes non ſint, quae principatum in omnibus tenent; An virtutem eam vocauit communi nomine virtutum omnium, quia eſt alterius generis virtus, ſignificauitque ipſa cunctas eorum virtutes. Non defuiſſe etiam narrat alios quoſdam, qui non contenti ſociam ſe adhibuiſſe virtuti voluptatem ad abſoluendam vitam beatam, amplexati etiam ſunt vbertatem, & copiam externorum bonorum: non ſolum ad illam ornandam, ſed etiam explendam, perfectamq; vndique reddendam: quia non videtur poſſe ſine coniunctis ſecum ſanguine, amicis, ſplendore ſui generis, diuitijs, reſp. commode beneque adminiſtrari, quae laus, & gloria gignit magna ex parte, & auget vitam beatam, εὐετηρία, quo nomine vtitur, proprie eſt prouentus magnus agrorum, annuſque vber ac fertilis; poſtea copia, & abundantia omnium bonorum.

Τούτων δὲ τὰ μὲν, πολλοὶ, καὶ παλαιοὶ λέγουσι: τὰ δὲ, ὀλίγοι καὶ ἔνδοξοι ἄνδρες: οὐδετέρους δὲ τούτων εὔλογον διαμαρτάνειν τοῖς ὅλοις, ἀλλ' ἕν γέ τι, ἢ τὰ πλεῖστα, κατορθοῦν.

Atque horum haec quidem multi, & priſci homines dicunt: haec vero pauci, & plenι laudis viri: neutros autem horum conſentaneum eſt penitus labi, ſed aliqua tantum in re, maiore autem in parte veritatem adipiſci.

Diuidit opiniones, quas expoſuerat: auctoritatiſque plurimum ipſis comparat. Laudans partem eorum, qui ita ſenſerunt, & à numero magno, & à vetuſtate: παλαιοὺς enim ipſos vocauit, ideſt priſcos; nomen autem hoc dignitatem oſtendit, non inſcitiam, & paruum, aut nullum vſum rerum: non facile enim eſt hos decipi: antiquitati enim merito ſemper multum tributum eſt: reliquos autem à fama ſapientiae, & exiſtimatione iudicij, quam apud omnes conſequuti ſunt: neutros autem horum veriſimile putat eſſe labi penitus, atque errare, & nullam partem veritatis attingere. quod ſi dandum eſt, hos quoque ſimi-

D 2 leſque

les que ipſis peccare, in vno tantum aliquo eos falli concedendum eſt: in plurimis autem recte exiſtimare, ac veritatem attingere. Quis non miretur Euſtratium interpretem, Graecum hominem in ſententia Graecorum horum verborum declaranda, lapſum fuiſſe, quae ſatis plana, & aperta eſt: putat enim, dicere Ariſtotelem in vno tantum verum vidiſſe, quos laudat: quorum tamen inquit poſtea dignitate motus ſe emendare voluit; in maxima parte ipſos recte, & ordine ſe geſſiſſe addens.

Τοῖς μὲν οὖν λέγουσι τὴν πᾶσαν ἀρετὴν, ἢ ἀρετήν τινα, συνῳδός ἐστιν ὁ λόγος: ταύτης γάρ ἐστιν ἡ κατ' αὐτὴν ἐνέργεια.

His igitur, qui dicunt omnem virtutem, ſiue virtutem quampiam, conſonat noſtra ratio: huius enim eſt functio, qua ipſa dirigitur.

CVM dixiſſet cunctos, qui accurate quaeſiuerunt de beatitudine, aliquo modo à ſua ſententia non aberraſſe: plures autem illi fuerant, oſtendit nunc è numero ipſorum iis, qui dixere ipſam conſtare omnem virtutem, ſiue vnam certam aliquam virtutem, definitioni ſuae beatitudinis congruere. cum, quod ipſe voluit, virtutis actio ipſa ſit: cum autem auctoritate quoque eorum definitionem ſuam muniſſet, docet tamen ſe melius naturam illius expreſſiſſe.

Διαφέρει δὲ ἴσως οὐ μικρὸν ἐν κτήσει, ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν. καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ: τὴν μὲν γὰρ ἕξιν, ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν. οἷον τῷ καθεύδοντι ἢ καὶ ἄλλως πως ἐξηργηκότι: τὴν δὲ ἐνέργειαν, οὐχ οἷόν τε: πράξει γὰρ ἐξ ἀνάγκης, καὶ εὖ πράξει.

Intereſt autem fortaſſe non parum in poſſeſſione, ſiue in vſu, quod optimum eſt, poſitum exiſtimare: atque in habitu, ſiue functione muneris alicuius: habitum enim contingit nihil boni moliri, etſi ineſt, veluti in eo, qui dormit, ſiue alio quopiam modo ſegnis, & ignauus eſt: quod in functionem non cadit: aget enim neceſſario, ac recte aget.

AFFIRMAT autem magni referre in poſſeſſione, ſiue vſu fructuque poſitum ſummum bonum dicere; ſed quia duo haec nomina, poſſeſsio inquam, & vſus non ſunt propria huius rei: videntur enim magis conuenire inſtrumentis, & rebus extra nos poſitis ſignificandis; pro illis ſumit habitum & actionem: affertque cauſam, cur merito antepoſuerit actum: fieri enim poſſe inquit, vt habitus animi egregius nihil boni vnquam pariat, velut inquit in eo, qui magnam vitae partem ſomno traducat, aut aliqua ratione ſegnis, remotusque à rep. fuerit, quod in actum cadere non poteſt: repugnant enim inter ſe agere, & otioſe viuere; aget igitur homo beatus inquit, & recte aget. Timoleon ille Corinthius optimus & patriae amantiſſimus vir, cum multa domi geſſiſſet; omni laude digna, in ipſis tetigit quiddam, quod omni ex parte laudari non poterat: praecipue autem matri diſplicuit: fratrem enim, inſidiantem libertati, necauit, cum precibus prius ipſum ab eo prauo conſilio reuocare non potuiſſet. Veritus igitur matrem, intelligensque ſe offendiſſe apud quoſdam ciues, relicta vrbe, in agrum conceſſit, in quo manſit, omni cura, cogitationeque reip. abiecta, ſpatio xx. annorum; contigit poſtea, vt dux cum exercitu mittendus eſſet ad liberandas Syracuſas, quare, quamuis abſens, idoneus in primis viſus eſt illi praeclaro operi gerendo: creatusque imperator, quae geſſerit ſatis nota ſunt, & ab omnibus celebrata: iacuit igitur praeclara ipſius virtus, & quaſi dormiit ad id tempus, ac niſi occaſio illa nata foret, otioſus in deſerto loco vixiſſet. Hoc eſt igitur, quod metuit Ariſtoteles, quodque perſuaſit ipſi, vt in honeſto aliquo munere obeundo vitam beatam collocaret; nec vllo pacto vellet eam ceſſare.

Ὥσπερ δὲ ὀλυμπιάσιν, οὐχ οἱ κάλλιστοι, καὶ ἰσχυρότατοι στεφανοῦνται, ἀλλ' οἱ ἀγωνιζόμενοι: τούτων γάρ τινες νικῶσιν, οὕτω καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν κἀγαθῶν, οἱ πράττοντες ὀρθῶς ἐπήβολοι γίγνονται.

Veluti autem in ludis Olympicis, non formoſiſſimi, & robuſtiſſimi coronantur, ſed illi qui pugnauerint: horum enim aliqui vincunt, ſic & eorum, quae ſunt in vita honeſta ac bona, compotes fiunt, qui ſe recte gerunt.

SIMILI quoque ſententiam ſuam firmauit: inſtitutique mentionem fecit, quod ſeruaretur in ludis olympicis; non enim mos illic erat imponere coronam, victoriae inſigne, capiti eorum, qui cum aduerſario non pugnaſſent, ſed corpore tantum facti: paratique eo veniſſent, verum illis, qui certaſſent: quorum aliqui neceſſario vincunt. eodem pacto ait, cum ſint multae res, & honeſtae in vita, qui ipſas ſtudio, & labore ſuo adipiſcentur: qui incumbere in eas toto animo voluerint, recteque ſe in ipſis ſibi comparandis geſſerint: ij laude, & honore digni ſunt.

Ἔστι δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῶν καθ' αὑτὸν ἡδύς· τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι, τῶν ψυχικῶν· ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος, οἷον ἵππος μὲν, τῷ φιλίππῳ· θέαμα δὲ, τῷ φιλοθεώρῳ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ δίκαια, τῷ φιλοδικαίῳ, καὶ ὅλως τὰ κατ' ἀρετὴν, τῷ φιλαρέτῳ.

Eſt autem & vita ipſorum ſua vi iucunda: perfundi enim voluptate, vnum eſt eorum, quae ad animum pertinent: vnicuique autem homini iucundum eſt id, ad quod dicitur cupidus illius, veluti equus, cupido equorum, ſpectaculum, cupido ſpectaculorum: eodem autem pacto, & quae iuſta facta ſunt, cupido rerum iuſtarum: & demum quae geſta fuerint ex virtute, cupido virtutis.

CVM oſtendiſſet extare vitam beatam, quidque ipſa foret indicaſſet, dat operam nunc, vt aperiat, quae in ipſa ſunt, cauſamque eorum declarat: multa autem illa, & praeclara. Docet igitur primum, vitam beatorum hominum eſſe per ſe iucundam, quod probat, affirmans, capere voluptatem vnum eorum eſſe, quae animo ſentiuntur, non vt multi falſo putarent, corpore, quod, vt conſtituat, verumque eſſe probet, altius argumentum ducit: traditque hoc vſu venire in omnibus rebus, vt cunctis iucunda, plenaque voluptatis ſint, quorum deſiderio magno incenſi dicuntur: hoc enim profectò valet; φιλοτοιοῦτος; quod nomen cum iunctum ſit è duabus vocibus: poſterior eius pars non certam aliquam rem ſignificat, ſed plura, quorum amore aliqui corripiuntur: vt locutus etiam eſt in primo de arte dicendi, inquit enim illic καὶ μάλιστα ἕκαστοι πρὸς ἃ φιλοτοιοῦτοι: id autem illic quoque exemplis illuſtrauit, veluti inquit, φιλόνικοι, ſi victoriam adipiſcetur. hic vero alijs vſus eſt, atque amatori equorum, qui φίλιππος à Graecis dicitur, gratus eſt, iucundusque equus: ſtudioſo ſpectaculorum, quem ijdem φιλοθέωρον vocant, iucundum eſt ſpectaculum. Quare inquit, eodem pacto facta iuſta iucunda erunt, ſtudioſo rerum iucundarum: aut iuſtarum: eodemque pacto ait, vt relictis ſingularibus virtutibus ad genus ipſarum accedamus, quae geſta ſunt, adminiſtrataque vi alicuius virtutis, iucunda erunt φιλαρέτῳ, ſtudioſoque virtutis.

Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς τὰ ἡδέα μάχεται, διὰ τὸ μὴ φύσει τοιαῦτ' εἶναι· τοῖς δὲ φιλοκάλοις ἐστὶν ἡδέα, τὰ φύσει ἡδέα· τοιαῦται δὲ αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις. ὥστε καὶ τούτοις εἰσὶν ἡδεῖαι, καὶ καθ' αὑτάς.

Quae autem multitudini iucunda ſunt, ea pugnant inter ſe, quia non ſunt natura huiuſcemodi: iis autem, qui honeſtatis cupidi ſunt, iucunda ſunt, quae natura talia exiſtunt: huiuſcemodi autem ſunt actiones virtutis, quapropter & iis ſunt iucundae, ac per ſemet ipſas.

CVR, quod vſu venit rudibus hominibus, & imperitis, ac multitudini denique ipſi, vt va-

tias voluptates ſequantur in vita, atque illas quidem inter ſe repugnantes, non contingat grauibus viris, ſtudioſisque rerum honeſtarum, docet: dicit igitur, quae ſunt iucunda non paucis eorum, alijs iucunda non eſſe; ac ſaepe etiam triſtia & odioſa, quia quae ſectatur multitudo, non ſunt natura, ſuaque vi iucunda: ſtudioſis autem dignitatis eſſe iucunda, nec variantur vmquam, quia ſenſus eorum, ac voluntas ab omni mutatione aliena eſt; quae vero ſint ea ſignificat, addens, huiuſcemodi autem ſunt facta, quae à virtute proficiſcuntur, quae profecto ipſis illis iucunda ſunt, & ſuauem pariunt voluptatem eis. Cum vinum autem vnum eorum ſit, quod maximè delectat mortales, qui puras voluptates numquam guſtarunt, varijque ſapores ipſius ſint, qui cuncti etiam meritò placere poſſunt, non tamen omnibus illos eodem pacto gratos eſſe; declaratur autem indicio Terentianae Bacchidis, quae in cena ita cum Chremete egerat. Aſperum pater hoc eſt, aliud lenius, ſodes vide.

Οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν. ὥσπερ περιάπτου τινός, ἀλλ᾽ ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ.

Nihil iam praeterea eget voluptate vita ipſorum, tamquam amuleto quopiam, ſed continet voluptatem in ſe.

Hoc dictum eſt aduerſus eos, qui voluptatem neceſſariam putabant explendae vitae beatae, & eam quidem alienam, & illuc importatam, quaſi beatitudo non eam inſitam, ac propriam haberet, & quae inde ſeiungi non poteſt. Vt autem magis eos deſpiceret ac falſo ſentire oſtenderet addidit, tamquam amuletum, & ſuperuacaneam, inutilemque appendicem: περίαπτα enim haec Graeci vocabant, quae à ſuperſtitioſis mulieribus infantiū collo, ad faſcinationes amoliendas, appendebantur: quod commemorat Plutharcus Pericli etiam contigiſſe, longo, & graui morbo vexato: cum enim è numero amicorum quidam hominem viſiſſet, in lectulo iacentem, illo Pericles, quaſi ſigno quodam, oſtendit ipſi, quàm malus ſtatus ipſius foret, poſtquam appendi ſibi illud paſſus eſſet. Narrat autem grauis ſcriptor hoc memoriae prodidiſſe Theophraſtum in libris, quos, & ipſe ſcripſerat de moribus, cum quaereret, an graues caſus, qui incurrunt in mortales, morbique corporis, animi ſenſus prudentiamque & optimas cogitationes inde eijciant.

Πρὸς τοῖς εἰρημένοις γὰρ, οὐδ᾽ ἔστιν ἀγαθὸς, ὁ μὴ χαίρων ταῖς καλαῖς πράξεσιν: οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδεὶς ἂν εἴποι, τὸν μὴ χαίροντα τῷ δικαιοπραγεῖν: οὔτε ἐλευθέριον, τὸν μὴ χαίροντα ταῖς ἐλευθερίοις πράξεσιν: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. εἰ δ᾽ οὕτω, καθ᾽ αὑτὰς ἂν εἶεν αἱ κατ᾽ ἀρετὴν πράξεις ἡδεῖαι.

Praeterea enim, quae dicta ſunt, neque vir probus eſt is, qui non gaudet honeſtis factis: neque enim iuſtum quiſquam appellaret eum, qui non gaudet iuſtis factis, neque liberalem, qui non gaudet factis proprijs liberalitatis; eodem autem pacto ſe res habet in alijs. Quod ſi ita eſt, per ſe eſſent actiones, quae virtutis ſunt, iucundae.

Adiungit his, quae iam dixerat, nouum argumentum, quo declarat non requiri ad vitam beatam coagmentandam, extrinſecam voluptatem: docet enim, generatim primum loquens, deinde ad ſingulas virtutes accedens, non poſſe vocari quempiam probum virum, qui non gaudeat honeſtis factis: non enim ſatis eſt rectè facere, ſed libenter & cum laetitia illa gerere oportet: non nullis autem virtutibus appellatis, quod in vniuerſum dixerat, explanat: nemo enim inquit iuſtum virum appellaret eum, qui quamuis iuſtè aliquid faceret, non tamen laetanti animo, gaudensque id gereret, neque liberalem, qui non gauderet factis, quae referunt virtutem illam: eodem autem pacto inquit, ſe res habet in ceteris rebus: quibus verbis ſignificat genus argumentationis, inductionem vocatum; Ad extremum inquit, concludens rationem; quod ſi haec ſtant, per ſe ſunt, ſuaque vi, facta, quae proficiſcuntur à virtute, iucunda.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ μὴν, καὶ ἀγαθαί γε, καὶ καλαὶ, καὶ μάλιστα τούτων ἕκαστον, εἴπερ καλῶς κρίνει περὶ αὐτῶν ὁ σπουδαῖος. κρίνει δ' ὡς εἴπομεν.

Quinetiam & bonae, & honeſtae, & maxime vnumquodque horum, ſiquidem bene exiſtimat de iis vir ſtudioſus; exiſtimat autem vt diximus.

Cvm iam probaſſet, iucunda eſſe facta, quae parit virtus, addit, eſſe praeterea ipſa, & bona, & honeſta plenaque dignitatis, quod vſu non venit omnibus rebus, quae iucundae ſunt, cum non nullae ipſarum, & malae, & turpes ſint: Addit etiam ſummum ſe gradum ipſis, & ſuauitatis & bonitatis, & honeſtatis meritò tribuere potuiſſe, quod vt conſtituat: videbat enim plurimos inueniri, qui de ipſis aliter ſentirent, argumentatur ἀπὸ τῆς κρίσεως: ſignificatque ita videri illi, qui recte de hoc exiſtimare poteſt, ideſt ſtudioſo viro, cuiuſque iudicium verum ſemper eſt: ipſum autem ita exiſtimare affirmat.

Ἄριστον ἄρα, καὶ κάλλιστον, καὶ ἥδιστον ἡ εὐδαιμονία, καὶ οὐ διώρισται ταῦτα κατὰ τὸ δηλιακὸν ἐπίγραμμα. Κάλλιστον, τὸ δικαιότατον: λῷστον δ', ὑγιαίνειν. Ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν: ἅπαντα γὰρ ὑπάρχει ταῦτα ταῖς ἀρίσταις ἐνεργείαις: ταύτας δὲ, ἢ μίαν τούτων τὴν ἀρίστην, εἶναί φαμεν τὴν εὐδαιμονίαν.

Optimum igitur, & pulcherrimum, & iucundiſſimum eſt beatitudo: neque diſtincta ſunt haec, vt facit Deliacum epigramma. Pulcherrimum eſt id, quod eſt maxime iuſtum, optimum omnium, valere. Iucundiſſimum adipiſci id, cuius amore vnuſquiſque correptus eſt; cuncta namque haec inſunt in optimis actionibus: has autem, ſiue vnam harum, quae optima eſt, eſſe affirmamus beatitudinem.

Cvm definiſſet vitam beatam, actionem eſſe, ortam à virtute: nec quicquam ab ipſa declinantem: factaque itidem virtutis eſſe docuiſſet, & optima, & pulcherrima, & iucundiſſima, has ſummas omnes dotes tribuit beatitudini, quae abeſſe ab ea non poſſunt, cum inueniantur in eis, quae ipſam conſtituant: concludit igitur, praedicatque ipſius laudes, in qua vna tot bona, & illa quidem praeſtantiſſima omnium, incluſa ſint. Cum autem ſciret in claro & illuſtri loco notatum eſſe carmen, quod haec ſeiungeret, neceſſe habuit ſententiam ipſius refellere. Quare illo hucallato, docet haec non debuiſſe ſeparari: peccaſſeque illum, qui hoc fecerat; cum omnia reperiantur in optimis actionibus, quas omnes, ſiue vnam aliquam earum, quae optima & praeſtantiſſima eſt, affirmat eſſe beatitudinem. Quod autem hic fecit Ariſtoteles poſt longam & accuratam diſputationem de rebus, quae initio huius diſciplinae de moribus quaeri deberent, vt ſcilicet confutaret ſententiam huius Deliaci epigrammatis, ipſum ſtatim feciſſe in adituque primi libri de moribus poſuiſſe ad Eudemum, notum eſſe puto: ſi verum illud initium eſt eius voluminis. Indicare etiam volo apud Stobaeum, quo loco collegit ſententias multorum doctorum virorum de vita beata, legi tres ſenarios, in quibus itidem ſeiunguntur bona eadem, vt in illo epigrammate, cuius auctoritatem poeta ſequutus fuerat.

Φαίνεται δ' ὅμως, καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη καθάπερ εἴπομεν: ἀδύνατον γὰρ, ἢ οὐ ῥᾴδιον, τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα: πολλὰ μὲν γὰρ πράττεται καθάπερ δι' ὀργάνων, καὶ διὰ φίλων, καὶ πλούτου, καὶ πολιτικῆς δυνάμεως.

Perſpicitur tamen praeterea egere ipſam bonis externis, vt diximus; fieri enim non poteſt, aut ſaltem non facile, vt aliquis res honeſtas agat, qui nullum ſumptum facere poſſit: multa enim geruntur tamquam inſtrumentis, & opera ac ſtudio amicorum, & diuitiis, & ciuili potentia.

bonis praeditam eſſe vitam beatam docuerat, quibus maiora nulla excogitari poterant: quaeque perfectam ipſam & abſolutam vndique reddere viderentur, addit tamen nunc, quamuis talis ſit, perſpici tamen ipſam praeterea egere bonis, extra nos poſitis; cum enim eniteat illa, res honeſtas agendo, ſiue non poteſt fungi muneribus ſuis ſine ſtudio, & opera amicorum, ciuilique poteſtate atque opibus; & grandi aliqua pecunia, ceteriſque rebus, quae magnopere proſunt rebus agendis; corrigit tamen leuiter, quod dixerat, addens, aut non ſatis facile illi, qui vacuus ſit ab his bonis; cum careat inſtrumentis valde accommodatis, & paene neceſſarijs ad res plenas dignitatis adminiſtrandas; quae autem illa ſint, ipſe monſtrat. Neceſſe vero habuiſſe Ariſtotelem emendare, quod praeciſe nimis dixerat, declarauit Epaminondas ille Thebanus, qui cum pauper foret, primum vna cum principibus eius ciuitatis patriam liberauit, oppreſſam à Laconibus, & poſtea ſolus imp. duobus magnis proelijs vicit illos, qui patriae ſuae iugum ſeruitutis impoſuerant, & neruos eius bellicoſae gentis incidit. Liber admonere corruptam eſſe primam partem declarationis huius loci apud Euſtratium in excuſis libris: cum enim ita illic legatur, εἰ καὶ αὐτὸ τέλος, legi debet εἰ καὶ αὐτοτελές.

Ἔνιοι δὲ τητώμενοι, ῥυπαίνουσι τὸ μακάριον: οἷον εὐγενείας, εὐτεκνίας. κάλλους: οὐ πάνυ γὰρ εὐδαιμονικὸς ὁ τὴν ἰδέαν παναίσχης. ἢ δυσγενής. ἢ μονώτης, καὶ ἄτεκνος: ἔτι δ' ἴσως ἧττον, εἴ τῳ πάγκακοι παῖδες εἶεν, ἢ φίλοι ἢ ἀγαθοὶ ὄντες, τεθνᾶσι, καθάπερ οὖν εἴπομεν, ἔοικε προσδεῖσθαι καὶ τῆς τοιαύτης εὐημερίας.

Quibuſdam autem rebus orbati inquinant vitam beatam, veluti nobilitate, liberis, pulchritudine: non valde enim idoneus eſt ad vitam beatam, qui admodum deformis eſt, vel ignobilis, & infami familia satus; vel quaſi deſtitutus, & ſolus relictus, & ſine liberis. adhuc autem fortaſſe minus, ſi cui filii nequiſſimi eſſent, ſiue cum boni forent, moriere, quemadmodum igitur diximus, videtur praeterea egere huiuſcemodi proſperitate beatitudo.

ADIUNGIT, non nullos etiam, qui valde inſtructi ſunt, paratique ad vitam beatam adipiſcendam, atque illam ipſam iam obtinuere, ſi vno aliquo eorum bonorum, quae appellauit, caruerint, deformatam illam aliquo modo & inquinatam habituros. Quae autem illa ſint, quae tamquam maculae in pulchro corpore, violant ipſam, nec ſinunt integram eſſe, exponit. Primum autem nominat ignobilitatem, quam putare debemus Iphicrati, duci Athenienſium; non nihil labis, impedimentique attuliſſe ad victorias illas praeclaras conſequendas, quam tamen maculam numquam ille verbis & oratione conatus eſt extenuare, ſed virtute, & factis penitus deleuit. Quod vero pertinet ad deformitatem, & eam quidem non mediocrem, quis neſcit Ageſilaum, ob vitium hoc corporis, & quia claudus erat, paene exturbatum fuiſſe regno ſuae patriae. Eodem etiam pacto Philopoemen praetor Achaeorum ab hoſpita Megarenſi ſpretus eſt: cum enim auditum eſſet, venturum praetorem Achaeorum; foret autem illa, abſente viro, valde occupata in caena curanda, trepidaretque, mandauit illi humile, ſordidumque miniſterium, cum putaſſet eum vnum quempiam famulorum Philopoemenis eſſe, vidiſſetque ipſum non ſatis honeſta facie, ac vili etiam veſtimento indutum: reuerſus autem forte vir, indignatusque inquit, quid geris Philopoemen? cui ille, quid aliud? quàm turpis mei aſpectus poenas pendo. Addit etiam Ariſtoteles violare vitam beatam alicuius, ſi liberis ille caruerit; de quo queſti etiam fuere cum Epaminonda familiares ipſius, cum morti propinquum viderent poſt Leuctricam pugnam, quam tamen orationem ipſorum fortis vir contempſit, errare illos oſtendens, cum diceret ſe duas filias relinquere: ita enim appellauit geminas illas victorias, virtute ipſius partas. Adiungit autem minus adhuc beatum illum vocari poſſe, qui, cum liberos procrearit, valde improbos illos & conſceleratos nactus eſt; quemadmodum etiam eum, cui ſi probi nati ſunt, & magna virtute praediti, erepti illi ipſi morte fuerunt. Hoc autem omne, quod modo dixit, declarare inquit id, quod prius ipſe ſignificarat, egere vitam beatam ſecundis his rebus, & vbertate fortunae.

Ὅθεν εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ: ἕτεροι δὲ τὴν ἀρετήν.

Vnde

Unde factum eſt, vt quidam habeant eodem loco felicitatem, & beatitudinem: non nulli alii virtutem.

HINC etiam factum eſſe ait, vt non nulli voluerint; vnum atque idem eſſe felicitatem, & beatitudinem: cum enim viderent magnam vim habere ad beatitudinem & ornandam, & inquinandam fortunae bona, non ſine cauſa ſe putabant multum illi tribuère; atq; vnum, idemque eas eſſe falſo arbitrabantur, non parum ſanè inter ſe diſcrepantes: alios autem inquit, qui melius de hoc exiſtimabant coniungere tradit virtutem cum beatitudine, qui tamen & ipſi errabant, vt teſtatur optimus magiſter, & toto animo nunc probat. Quod reddidi, εὐτυχίαν exprimere volens, felicitatem, contra conſuetudinem multorum, qui hoc nomine appellant vitam beatam, non temere id feci, ſed veram rationem Latini ſermonis ſequutus, de quo accuratè ſupra etiam diſſerui: ſimulque, auctoritatem noſtri doctoris, qui etſi vult non eſſe deſtitutam fortunae bonis vitam beatam, non tamen ipſa tantam vim habere arbitratur, vt efficiant ſola ac ſine virtute vitam beatam.

Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται: πότερόν ἐστι μαθητὸν, ἢ ἐθιστὸν, ἢ ἄλλως πως ἀσκητὸν, ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν, ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται.

Unde etiam exoritur quaeſtio, vtrum à doctore accipiatur, ſiue conſuetudine paretur, ſiue alio quopiam modo exercitatione quaeratur, ſiue vi alicuius diuinae ſortis, ſiue etiam beneficio fortunae.

CUM tot, tantopereque inter ſe diſcrepantes ſententiae de vita beata extent, oritur quaeſtio inquit, ac controuerſia non parua, quomodo ipſa comparetur, vndeque ortum ducat, vtrum à doctore accipiatur, qui eam tradat, vt geometria, muſica, grammatica perdiſcitur, & ceterae, quae ſcientiae appellantur, ſiue alia ratio, viaque ſit ipſius conſequendae, id eſt conſuetudine, ſtudioque, ſiue alio quopiam genere exercitationis, ſiue quod quartum eſt, munere Deorum, & diuina quadam voluntate, vt qui ipſam conſecuti ſunt, planè cognoſcantur diligi à Dijs, ſiue caſu & fortuna ad eos peruenerit ſine vllo ſuo labore, aut merito. Haec igitur ſunt, quae dubitationem afferunt: nec ſinunt facilè ipſos ſtatuère ſecū, vnde tantum bonum accipiatur. In libris de motibus, quos Ariſtoteles miſit ad Eudemum, addit etiam, ſolere quaeri, an beatitudo à natura quibuſdam hominibus tribuatur; quemadmodum magnitudo corporis, & exilitas, ceteraque, quibus corpora noſtra diſtinguuntur vt colores etiam, cum quidam eorum candidi ſint, alij rufi. Quod ad exercitationem pertinet, inquit Ariſtoteles in IX horum librorum, cum probaret non debere carere amicis virum beatum praeter alios fructus, quos inde caperet, affirmauit futurum eſſe, vt è conſuetudine illorum melior paratiorque fieret ad virtutem colendam; cum ſe communi animo exercerent in honeſtis dictis, ac factis.

Εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τι θεῶν ἐστι δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶν, καὶ μάλιστα τῶν ἀνθρωπίνων, ὅσῳ βέλτιστον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως: ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον.

Siquod igitur aliud eſt donum dignum quod detur hominibus à Diis, conſentaneum eſt & beatitudinem à Diis datam eſſe, & maxime bonorum, quae in hominem cadunt, quanto ipſum optimum omnium eſt: ſed hoc fortaſſe alius animaduerſionis magis proprium eſt.

CUM ambigere mortales oſtendiſſet, quomodo participes ipſi fiant beatitudinis, & vnde tantum boni perueniat ad eos, qui compotes ipſius fiunt: in illisque poſuiſſet fieri poſſe, vt voluntate Deorum, amoreque magno erga aliquos probos viros id paretur, ſignificat hanc opinionem non eſſe contemnendam: conſentaneumque eſſe, ſi quod donum, morem illi habent, dilargiri hominibus, hoc potiſſimum eſſe dignum, quod inde accipiatur, cum optimum omnium bonorum ſit, quae natura noſtra capit: non tamen ſe modo ſubtiliter de hoc diſſerere velle, cum quaeſtio haec, etſi ab hoc loco aliena non eſt, magis tamen pro

pria ſit alterius diſputationis, grauioris quidem illius, & obſcurioris, in qua quaeritur de natura Deorum, & conſilijs diuinis.

Φαίνεται δὲ κἂν εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν, καί τινα μάθησιν, ἢ ἄσκησιν παραγίνεται, τῶν θειοτάτων εἶναι· τὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἆθλον, καὶ τέλος, ἄριστον φαίνεται, καὶ θεῖόν τι καὶ μακάριον.

Perſpicitur autem, etſi à Diis ad nos immiſſa non eſt, ſed peruenit ad nos ope virtutis, & alicuius doctrinae ſiue exercitationis, vna rerum diuiniſſimarum eſſe: praemium enim virtutis, & finis, optimum perſpicitur, & diuinum quoddam eſſe, ac beatum.

NON inanem putat hanc opinionem, ſed in aliud tempus locumque ipſam reijcit: inquit tamen nunc, quod prope ad ſententiam illam accedit, etſi ſtatim à Dijs non mittitur ad eos, quos maxime diligunt, ornareque volunt, ſed virtute paritur, & genere quodam doctrinae, ac ſtudio magno, atque exercitatione, eſſe tamen ipſam vnam rerum diuiniſſimarum: cum praemium virtutis, & finis optimus eſſe debeat, ac diuinum quoddam bonum beatumque: aliter enim non conueniret illis factis, quibus decorandis, & compenſandis inuentum eſt. Quod fieri poſſe inquit, vt ipſum ἀσκητὸν ſit, ideſt magna opera, & longa exercitatione comparetur: reſpondet ſuperioribus illis duobus ἢ ἐθιστόν, ἢ ἄλλως πως ἀσκητόν. Nam illic vſus eſt ἀσκήσει. ideſt exercitatione tamquam genere quodam conſuetudinis, cum plures rationes ſint ſe exercendi.

Εἴη δ' ἂν καὶ πολύκοινον· δυνατὸν γὰρ ὑπάρξαι πᾶσι, τοῖς μὴ πεπηρωμένοις πρὸς ἀρετὴν, διά τινος μαθήσεως, καὶ ἐπιμελείας.

Eſſet autem, & valde communis: fieri enim poteſt, vt obtineatur ab omnibus, qui non ſunt manci, ac debiles ad virtutem conſequendam, ope alicuius doctrinae ac diligentia in ea re adhibita.

SI ſtudio igitur, vſuque ac diligentia magna in ea adhibita, obtinetur beatitudo, non caſu, ac fortuna, bonum erit valde commune, & cuius omnes, qui laborare voluerint, ac toto animo in ipſum ſibi parandum incumbere, participes fieri poterunt. Vnum tantum genus hominum excipit, qui aſpirare ad ipſum nequeunt, cum ſint manci ac debiles, non corpore, ſed animo; nec quia capti aliquo membro ſint, ſed quia imbecilli conſilij, ac tardi admodum ingenij: nullo enim pacto hi conſequi virtutem poſſunt, cuius munere comparatur in primis vita beata.

Εἰ δ' ἐστὶν οὕτω βέλτιον ἢ διὰ τύχην, εὐδαιμονεῖν, εὔλογον ἔχειν οὕτως. εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκεν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τέχνην: καὶ πᾶσαν αἰτίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρίστην. τὸ δὲ μέγιστον, καὶ κάλλιστον ἐπιτρέψαι τῇ τύχῃ, λίαν πλημμελὲς ἂν εἴη.

Quod ſi ſic melius eſt, quàm fortunae temeritate beate viuere, conſentaneum eſt ita ſe rem habere ſiquidem ea, quae natura fiunt, quam fieri poteſt optime, ita fiunt. Simili modo & quae ex praeceptis artis, atque omni cauſa, maxime autem ob eam, quae optima eſt. quod eſt autem omnium maximum, ac pulcherrimum mandare fortunae, graue crimen foret.

NON defuerant, qui arbitrarentur beatitudinem proficiſci à fortuna, accipique praeclarum hoc bonum ab ea, tamquam domina ipſius; qui erant, vt opinor, ijdem illi, qui non diſtinguebant εὐτυχίαν ab εὐδαιμονίᾳ ideſt felicitatem à beatitudine, quos nunc refellit, oſtendens, ſi verum etiam foret, vt poteſtatem aliquam fortuna haberet dilargiendi beatitudinem, quibus vellet, praeſtantius tamen eſſe illam à firmioribus cauſis accipere, ideſt à virtute,

tute, & doctrina quadam, & exercitatione ac ſtudio, in ea paranda poſito: videmus enim inquit cuncta, quae fiunt à cauſa aliqua certa, fieri optime, quantum natura rerum illarum fert, veluti à natura, ab arte, à quauis alia ratione & cauſa, vnde putandum eſt, quae ab optima cauſa gignuntur, & ipſa optima eſſe, talis autem eſt virtus; Argumentum igitur ductum eſt ab inductione; Cum autem iam oſtendiſſet hoc pacto, quod conſentaneum eſt, ſignificat etiam, quam prauum foret, & flagitioſum, contrarium facere, ideſt maximum & optimum omnium bonorum committere fortunae, ac temeritati.

Συμφανὲς δ᾽ ἐστὶ καὶ ἐκ τοῦ λόγου τὸ ζητούμενον: εἴρηται γὰρ ψυχῆς ἐνέργεια κατ᾽ ἀρετὴν ποιά τις, τῶν δὲ λοιπῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν ὑπάρχειν ἀναγκαῖον: τὰ δὲ, συνεργὰ, καὶ χρήσιμα πέφυκεν ὀργανικῶς.

Quod quaeritur autem apertum, planumq́ eſt ex ratione: dicta enim eſt eſſe functio quaedam è virtute qualis: ceterorum autem bonorum, quaedam in ea eſſe neceſſe eſt: non nulla alia adiuuare, atque vſui eſſe more inſtrumentorum.

Qvod quaerimus nunc inquit, quomodo inquam compotes fieri poſſimus beatitudinis, & quae via ſit eximium hoc bonum impetrandi, apertum nobis etiam, perſpicuumque eſſe poteſt ex definitione, qua patefecimus, quod incluſum eſſet in eius nomine, cui definitioni accuratè confirmatae fides habenda eſt: dicta enim illa eſt actio animi eſſe, quae ſequatur virtutem. Quare quod hic primum poſitum eſt, cauſam eſſe vitae beatae putandum eſt, etſi non in virtute otioſa, & inerte conſtitutam ipſam eſſe velit, ſed agente aliquod honeſtum opus ac ſe dignum: hoc enim ſignificare videtur voluiſſe, cum addidit, oportere actionem illam eſſe qualem, reliquorum autem bonorum, quae requiri inquit, quaedam neceſſaria eſſe dicit, quae ſunt bona corporis, vt ſcilicet ipſum valeat, integrumque ſit, nec deformatum, aut mancum; reliqua autem quae ſunt extra nos, vt cognati, amici, ac diuitiae, vt ipſis vti poſſimus tamquam inſtrumentis, adminiculisque ad res honeſtas facilius gerendas.

Ὁμολογούμενα δὲ ταῦτ᾽ ἂν εἴη καὶ τοῖς ἐν ἀρχῇ: τὸ γὰρ τῆς πολιτικῆς τέλος, ἄριστον ἐτίθεμεν: αὕτη δὲ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται, τοῦ ποιούς τινας, καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι, καὶ πρακτικοὺς τῶν καλῶν.

Et ſane haec conſentiunt ſibi ipſis, atque iis, quae initio diximus: finem enim diſciplinae ciuilis optimum conſtituimus: haec autem plurimam curam ſuſcipit de ciuibus inſtituendis, & qualibus, probisq́ reddendis: iisdemq́ aptis ad res honeſtas gerendas.

Se ſtatim ab initio indicaſſe ſignificat, quantum virtuti tribuendum foret; cum finis ciuilis diſciplinae, cuius hi libri de moribus pars ſunt, ſit beata ciuium vita, & adipiſci id, quod optimum eſt. Virtus autem eſt, quae in hoc incumbit, & ſtudium omne ſuum ponit, vt ciues quales ſint, ideſt probi viri, & amatores legum, publicorumque inſtitutorum; iidemque toto animo incumbant ad res honeſtas agendas. Vere igitur dixit, quod modo inquit conuenire illis, quae initio protulit: nec vllam in partem ab illis diſcrepare.

Εἰκότως οὖν οὔτε βοῦν, οὔτε ἵππον, οὔτε ἄλλο τι τῶν ζώων οὐδὲν εὔδαιμον λέγομεν: οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οἷόν τε κοινωνῆσαι τοιαύτης ἐνεργείας.

Iure bono igitur. neque bouem, neque equum, neque aliud vllum animal beatum dicimus: nullum enim ipſorum particeps eſſe poteſt huius functionis.

Hoc tamquam corollarium eſt, quod elicitur è ſuperioribus ſententijs, definitioneque beatitudinis, quae tradita eſt eſſe functio muneris alicuius, vſusque animi, ſequentis virtutem. Quomodo igitur cadere poteſt in animantes expertes rationis, ceu in bouem, equũ, & alias pares his, cum, vt oſtendit, participes non ſint horum munerum, atq; actionum:

quare

quare merito inquit eas communique conſilio eiectas eſſe è numero rerum earum, quae dici poſſunt beatae.

Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν· οὔπω γὰρ πρακτικὸς τῶν τοιούτων διὰ τὴν ἡλικίαν. οἱ δὲ λεγόμενοι, διὰ τὴν ἐλπίδα μακαρίζονται· δεῖ γὰρ ὥσπερ εἴπομεν, καὶ ἀρετῆς τελείας, καὶ βίου τελείου.

Eandemq́ ob cauſam, neque puer beatus eſt: nondum enim aptus eſt ad haec agenda propter aetatem: qui autem ipſorum beati vocantur, propter ſpem beati appellantur: opus eſt enim, vt diximus, virtute perfecta, & vita perfecta.

EADEM de cauſa inquit, puer beatus non eſt, etſi particeps rationis eſt, quod impedimentum proficiſcitur ab aetate, quae non ſinit eum ob imbecillitatem conſilij verſari in rebus agendis. Animaduertendum ipſum eſſe, qui affirmet pueros non eſſe beatos, cum prius dixiſſet cunctos mortales vno eodemque animo non vocare bruta animalia beata: nam è multitudine non paucos inueniri, qui appellent ita non nullos pueros, ipſemet commemorat; quos interpretatur id facere, quia ſpes magna ipſos tenet futuros eos eſſe beatos, cum aetas acceſſerit: aliter non recte vocari poſſe beatos declarat, cum tanta laus, ac gloria requirat, vt virtutem perfectam, non inchoatam, & vitam itidem perfectam, non fractam, quae ambae res non inueniuntur in teneris illis annis.

Πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται, καὶ παντοῖαι τύχαι κατὰ τὸν βίον· καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστα εὐθενοῦντα, μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς Τρωικοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται. τὸν δὲ τοιαύταις χρησάμενον τύχαις, καὶ τελευτήσαντα ἀθλίως, οὐδεὶς εὐδαιμονίζει.

Multae enim commutationes naſcuntur, ac varii caſus in vita: contingitq́ eum, cuius res maxime proſperae ſunt, in valde aduerſas res incidere in ſenectute, quemadmodum heroum temporibus fabulae ferunt de Priamo: eum autem, qui grauibus his caſibus conflictatus fuerit, miſerabiliterq́ mortuus, nemo beatum dicet.

CVR nolit honeſtos etiam viros, & qui in anteacta vita praeclare ſe geſſerint, nec indigni tunc viſi fuerint, qui beati vocarentur; vere beatos putandos, declarat: vitaeque noſtrae infirmitatem, & humanos caſus ponit nobis ante oculos, quos multos, varioſque eſſe ſignificat; fierique poſſe inquit, vt qui valde ſecundas res in praeterita vita nactus fuerit, in ſenectute poſtea incidat in aduerſam admodum, ac miſeram fortunam. exemplo autem hoc declarare volens, vſus eſt priſco, & à poetis decantato, etſi non deerant recentia, propinquaque ſuae aetati, Priami inquam calamitate, poſt quod inquit, inueniri quempiam non poſſe, qui hominem oppreſſum tam grauibus malis, & qui vitam finierit miſere, beatum audeat appellare. Et tamen non multo poſt ipſum inuenti ſunt, qui ita ſentire non dubitarent; totaque familia, ducem Zenonem ſecuta, M. Regulum etiam illum in crucem actum à Carthaginienſibus, & omnibus ſupplicijs affectum, vitam beatam non amiſiſſe, exiſtimarint.

Πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέον, ἕως ἂν ζῇ· κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν.

Vtrum igitur neque alius quiſpiam mortalium beatus à nobis dicendus eſt, donec vixerit, vt cenſuit autem Solon, ſpectare oportet vltimum vitae.

CVM, valde illuſtri exemplo declaratum ſit, tutum non eſſe, quempiam vocare beatum, dum adhuc viuit: neque enim facile inueniretur, qui diutius fortunatior fuerit, quam heroum aetate, Priamus, neque qui poſtea in maiores calamitates inciderit, quaerit, oporteat

nent ne nullum alium mortalem beatum vocare, antequam ad vltimum, extremumq; vitae peruenerit: ſequendaque ſit ſententia & auctoritas Solonis, qui huius iudicij fuit.

Εἰ δὲ δὴ, καὶ θετέον οὕτως, ἆρά γε καὶ ἔστιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, ἢ τοῦτό γε παντελῶς ἄτοπον: ἄλλως τε καὶ τοῖς λέγουσιν ἡμῖν ἐνέργειάν τινα τὴν εὐδαιμονίαν.

Quod ſi hoc ita eſt, ſtandumq; nobis ipſo eſt, numquid beatus eſt tunc, cum mortem obierit: an hoc quidem penitus abſurdum eſt, praeſertim autem nobis repugnat, qui volumus beatitudinem eſſe functionem quandam.

QVOD ſi probandum, itaque ſtatuendum eſt inquit, reſtat videre quomodo id, quod ille dixit, accipiatur: numquid inquit oſtendere Solon voluit, tunc beatum quempiam eſſe, cum mortuus fuerit, quod prius illi non contigerat. Reſpondet autem ſtatim ſibi ipſi Ariſtoteles, aitque hoc funditus eſſe abſurdum atque explodendum, aliquem beatum eſſe, poſtquam interierit; praeſertim autem ait id contra ſententiam ipſius eſſe, qui cenſet beatitudinem actionem quandam eſſe: munusque quod obeat vir ſtudioſus, non animi habitum otioſum, ac ſegnem: quomodo autem, qui vita iam functus eſt, agere aliquid poteſt. Quare verius aliquid quaerendum eſſe, quod Soloni perſuaſerit, vt dixerit expectandum finem vitae. Sententiam autem hanc Solonis mirifice probatam fuiſſe, & à poetis Graecis, & Latinis celebratam, ſatis notum eſt; nam & Sophocles in Oedipo Tyranno, & in Trachinijs, & Euripides in Andromacha ipſa vſi ſunt; ſed cui demum illa non valde placuit.

Εἰ δὲ μὴ λέγομεν τὸν τεθνεῶτα εὐδαίμονα, μὴ δὲ Σόλων τοῦτο βούλεται, ἀλλ᾽ ὅτι τηνικαῦτα ἄν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον, ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα, καὶ δυστυχημάτων, ἔχει μὲν καὶ τοῦτο ἀμφισβήτησίν τινα: δοκεῖ γὰρ εἶναί τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν, καὶ ἀγαθόν: εἴπερ καὶ τῷ ζῶντι, μὴ αἰσθανομένῳ δὲ, οἷον τιμαὶ, καὶ ἀτιμίαι καὶ τέκνων, καὶ ὅλως ἀπογόνων εὐπραξίαι τε καὶ δυστυχίαι.

Si autem non dicimus mortuum beatum, neque ſane Solon hoc vult, ſed intellexit tunc poſſe aliquem tuto beatum hominem vocare iam extra mala cuncta, & infortunia: habet quidem & hoc in ſe controuerſiam quandam: videtur enim quiddam eſſe mortuo & boni, & mali quod euenerit: ſi quidem & viuenti, non ſentienti autem, veluti honores, & ignominiae, ac liberorum demumque poſterorum res valde bonae, ac valde malae.

ATQVIVS nunc interpretatur vocem Solonis, liberatque ipſum ea culpa, vt voluerit, vita iam functum hominem beatum eſſe poſſe: docetque hunc videri fuiſſe ſenſum ſapientis illius viri, vt cum aliquis, cuius ſecundae admodum res prius fuerint, cuſtodita vſque ad extremum vitae proſperitate illa, occubuerit, tunc ſine periculo poſſit appellari beatus, quia poteſtatem nullam amplius fortuna in ipſum habet, ſolutusque ſit ab omni metu rerum aduerſarum; iniuriaque ipſius. Quod conatur refellere Ariſtoteles; verumque omnino non eſſe probare, cum putet bona liberorum & poſterorum, atque mala pertinere non nihil ad ornandam, inquinandamque memoriam mortuorum; id quod confirmat, veriſimileque eſſe docet, cum dubium non ſit, quin ad viuentem pertineant ambae illae, contrariae inter ſe, res; magno etiam interuallo terrarum ſeiunctos, & non ſentientes; quare non alienum eſt, exiſtimare idem etiam vſu venire mortuis, quibus conuenit cum his in non ſentiendo. Notum eſſe arbitror hanc ſententiam Solonis monimentis proditam fuiſſe ab Herodoto in primo libro hiſtoriarum, cum accuratum & longum ſermonem exponeret, quem Solon habuit cum Croeſo Lydorum rege. Admonere etiam libet Ariſtotelem in II. libro de moribus ad Eudemum, laudare ipſam: beneque hoc à Solone dictum fuiſſe affirmare: etſi nunc videri poteſt eam temptare, atque ipſi euertendae ſedulo operam dare. Neque enim impedire debet, quod perperam illic pro καλῶς, in excuſſis libris κακῶς legitur: nam praeter quam quod à calamo ſcriptis libris mendum illud abeſt, perſpicitur ex iis, quae prius dicit, & ex ijs etiam, quae illic ſequuntur, hanc veram lectionem eſſe.

E Ἀπορία

Ἄτοπον δὲ καὶ ταῦτα παρέχει· τῷ γὰρ μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως, καὶ τελευτήσαντι κατὰ λόγον, ἐνδέχεται πολλὰς μεταβολὰς συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν, ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ τυχεῖν βίου τοῦ κατ' ἀξίαν. τοὺς δ', ἐξ ἐναντίας. δῆλον δ' ὅτι καὶ τοῖς ἀποστήμασι πρὸς τοὺς γονεῖς παντοδαπῶς ἔχειν αὐτοὺς ἐνδέχεται. ἄτοπον δὴ γίνοιτ' ἄν, εἰ συμμεταβάλλοι καὶ ὁ τεθνεώς· καὶ γίνοιτο, ὁτὲ μὲν εὐδαίμων, πάλιν δὲ ἄθλιος. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μηδέν, μηδ' ἐπί τινα χρόνον συνικνεῖσθαι τὰ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν.

Faciunt autem haec quoque vt animo haereamus: vſu enim euenire poteſt, vt ei, qui beatè vixerit vſque ad ſenectutem, mortemque obierit, vt conſentaneum erat, eueniant multae mutationes in poſteris, atque ipſorum hos quidem bonos eſſe, adipiſciq́; vitam pro dignitate: alios vero contra: perſpicuum autem eſt, & interuallis erga maiores multis, variiſq́; modis ipſos ſe habere poſſe. Abſurdum igitur foret, ſi vnà cum ipſis mutaretur etiam mortuus, efficereturq́; quodam tempore beatus: rurſus autem miſer. Abſurdum autem & hoc eſt, nihil neque ad aliquod puſillumq́; ſpatium temporis peruenire fortunas poſterorum ad genitores.

VBIQVE anguſtias inueniri docet: vt enim oſtenderat veriſimile eſſe, vt poſterorum res bonae, ſiue malae ornarent, aut minuerent vitam beatam ſuperiorum, vnde illi orti eſſent, ita nunc ſignificat, ſi hoc concedatur, expoſitam eſſe multis, magniſque varietatibus vitam beatorum illorum, qui cum laude vixerunt, ventoſque omnes rerum ſtatum ſecundos habuerunt: extremumque tempus, atque exitum vitae nacti ſunt reſpondentem praeteritae proſperitati. Quin autem huiuſcemodi multa, quae vim boni alicuius magni, ſiue mali habeant, contingere illis poſſint, dubium non eſt: quare ita etiam variabitur non parum beatitudo maiorum fato functorum. Inſtabilis igitur valde erit, lubricaque beatitudo non ſolum viuorum, verum etiam mortuorum: Vnde inquit ſtultum admodum erit, mutari tantopere mortuum, fierique modo beatum, modo miſerum: ſed ratione etiam caret, inquit, ſiquis, hoc incommodum vitare volens, inficietur, nihil pertinere, neque peruenire ad mortuum iam, ſaltem breui aliquo temporis ſpatio, caſus, fortunaſque minorum qui inde procreati ſint. non multo antea vita functorum, tamquam recentia illa, ac propinqua multo magis laedere, ac violare vitam eorum valeant, quam vetera, & obſoleta.

Ἀλλ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὸ πρότερον ἀπορηθέν· τάχα γὰρ ἂν θεωρηθείη καὶ τὸ νῦν ἐπιζητούμενον ἐξ ἐκείνου. εἰ δὴ τὸ τέλος ὁρᾶν δεῖ, καὶ τότε μακαρίζειν ἕκαστον. οὐχ ὡς ὄντα μακάριον, ἀλλ' ὅτι πρότερον ἦν, πῶς οὐκ ἄτοπον. εἰ ὅτε ἐστὶν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύεσθαι κατ' αὐτοῦ τὸ ὑπάρχον, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοὺς ζῶντας εὐδαιμονίζειν, διὰ τὰς μεταβολάς, καὶ διὰ τὸ μόνιμόν τι τὴν εὐδαιμονίαν ὑπειλῆφθαι, καὶ μηδαμῶς εὐμετάβολον· τὰς δὲ τύχας πολλάκις ἀνακυκλεῖσθαι περὶ τοὺς αὐτούς.

Sed redeundum eſt ad id, de quo prius dubitatum eſt: fortaſſe enim inde cognoſci poterit, quod modo quaeritur. Si iam finem ſpectare oportet, ac tunc beatum quempiam vocare, non quod tunc beatus ſit, ſed quod prius erat, quomodo non abſurdum eſt, ſi quando beatus eſt, non vere dicetur de ipſo id, quod ei ineſt, quia eos nolunt, qui adhuc viuunt, beatos dicere propter ſtatus humani commutationes, & quia cõceptum habent in animo inſtabile quiddam eſſe beatitudinem, & quae nullo pacto facile mutari poſſit, cum humanae ſortes, condicionesq́; voluantur crebro circa eoſdem.

VT nodus hic penitus diſſoluatur, commodum eſſe putat, reuerti ad ſuperiorem dubitationem; vnde ſperat futurum, vt ſcrupulus hic euellatur; quaeſtionem autem, vt aperit, intelligit, quae oriebatur ex ſententia Solonis, qui ante obitum, negabat vocari quempiam poſſe beatum. Si igitur inquit expetere oportet atque attendere vltimum, extremumque, quod ſi reſponderit anteactae vitae bene, beateque, tunc liquido, ac ſine metu vlio, poſſumus illum dicere beatum, non quia velimus eo tempore ipſum beatum eſſe, quando non eſt, ſed quia, dum vixit, fuit, quomodò non inſulſum ac ridiculum eſt, ſi quando beatus fuit, noluimus ipſum vlio pacto beatum vocare, quod verè facere poteramus; erat enim profecto; atque id ob metum humanorum caſuum, qui aliquando in medio curſu frangunt vitam beatam, & quia volunt beatitudinem ſtabile quiddam, ſolidumque eſſe: fortunae autem hominum, ſtatusque varientur, & aliquando eoſdem nunc ſecundae, nunc aduerſae inuadant. Duo autem in primis mortales, vt memoriae proditum eſt, vaſtam admodum fortunam ſenſerunt in rebus ſuis: Demetrius ille Poliorcetes, & M. Antonius, qui ambo ad extremum ſpoliati omnibus fortunis miſerè, & contra veterem dignitatem moriere: nam quod in monſtranda crebra mutatione vitae huiuſcemodi virorum Ariſtoteles hic inquit, fortunas eorum ſaepe ἀνακυκλοῦσθαι, eodem verbo vſus ipſe eſt in III. de caelo, inquit enim. οἱ μὲν οὖν ἠρεμοῦν, τὸν αὐτὸν κυκλώσομεν λόγον, quem locum, cum Simplicius alio verbo exprimeret inquit, παλιλλογήσομεν λόγον.

Δῆλον γὰρ ὡς εἰ συνακολουθοίημεν ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα, καὶ πάλιν ἄθλιον ἐροῦμεν πολλάκις: χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες, καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον.

Non enim dubium eſt, quia ſi humanos caſus ſequamur, eundem beatum, & rurſus miſerum ſaepe dicturi ſimus. Chamaeleontem quendam virum beatum eſſe declarantes, & in lubrico collocatum.

ADDITVM eſt hoc ad declarandum: ante oculosque ponendum, falſam eſſe, inanemque opinionem eorum, qui putarent, poteſtatem habere ſingulos caſus humanos euertendi vitam beatam, penitusque ipſam labefactandi: ſignificat enim, ſi concederetur hoc, oportere nos fateri lubricam admodum eſſe, & inſtabilem vitam beatorum, & ita infirmam, vt breui momento temporis mutetur, quod valde alienum eſt à natura vitae talis. Cum vero crebras mutationes ipſius oſtendere vellet, & ſtatum valde inſtabilem, exemplo Chamaeleontis vſus eſt, quae beſtiola eſt lacertae ſimilis, cuius color variatur, variato colore rerum, ſupra quas graditur, motus eius valde tardus. viſuntur ſaepe non nullae in Hiſpania ex Africa, vbi naſcuntur, aduectae, ſed ad nos etiam aliquando comportatae; vbi difficilius viuunt propter frigus noſtri caeli.

Ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν οὐδαμῶς ὀρθόν: οὐ γὰρ ἐν ταύταις τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλὰ προσδεῖται τούτων ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπομεν: κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας: αἱ δ' ἐναντίαι, τοῦ ἐναντίου.

An humanis caſibus fortunaeq; comitari nullo modo rectum eſt: non enim in his poſitum eſt bene, vel male viuere: ſed praeterea eget his humana vita, vt diximus: dominae enim ſunt beatae vitae actiones cum virtute adminiſtratae, contrarii autem, contrariae.

INITIVM hoc eſt diſſoluendi nodi, qui nos quaſi vinctos tenebat: oſtendit enim errorem omnem inde naſci, quod nimis tribuebatur fortunae, caſibusque humanis, qui etſi violant vitam beatam, non tamen vim tantam ac poteſtatem in ſe habent. vt ipſam funditus euertant. Non rectum igitur eſſe putat, eas ſequi, & attendere magnopere, cum in ipſis bene, aut male aliquid moliri poſitum non ſit, neque virtus, neque vitium: etſi non inficiamur inquit, quin praeter ſua & propria bona, quae ipſam conſtituunt, illae autem ſunt virtutes, egeat etiam ipſis vita humana, co ndimentumque aliquod ipſius ea ſint: ferantque

auxilij non parum ad honeſta multa agenda. Principes autem ſunt, & quaſi reginae vitae beatae honeſtae actiones, muniaque virtutum, & contrariae, profectaeque à vitijs vitae miſerae ac calamitoſae.

Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ, καὶ τὸ νῦν διαπορηθέν: περὶ οὐδὲν γὰρ οὕτως ὑπάρχει τῶν ἀνθρωπίνων βεβαιότης, ὡς περὶ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ᾽ ἀρετήν: μονιμώτεραι γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται δοκοῦσιν εἶναι. τούτων δ᾽ αὐτῶν, αἱ τιμιώταται, καὶ μονιμώταται, διὰ τὸ μάλιστα, καὶ συνεχέστατα καταζῆν ἐν αὐταῖς τοὺς μακαρίους: τοῦτο γὰρ ἔοικεν αἰτίῳ τοῦ μὴ γίνεσθαι περὶ αὐτὰ λήθην.

Comprobat autem rationem hanc id, de quo modo dubitatum eſt: in nulla enim rerum humanarum ita eſt ſtabilitas, vt in actionibus proprijs virtutis: magis enim ſtabiles, quam ſcientiae ſint, hae videntur eſſe: harum autem ipſarum, quae maximo honore dignae ſunt, eae maximè ſtabiles ſunt, quia maxime, & frequentiſſime beati viri vitam degunt in ipſis: haec enim videtur eſſe cauſa, cur non exiſtat in ipſis oblinio.

TESTATVR inquit, veram eſſe ſententiam meam, quod à me modo dictum eſt de firmitate vitae beatae, & quam illa libera debeat eſſe ab omni impetu fortunae, quod in nulla alia humana re tanta ſtabilitas exiſtit, quanta in factis, quae proficiſcuntur à virtute aliqua, veluti ſiquis, fortis homo, forte aliquod facinus geſſerit, perpetuò talis erit: cunctaque, quae inde manabunt facta, eandem virtutem referent. Idem etiam de temperante viro, & de liberali vere dicetur: neque enim Perſes ille, Macedonum rex, vere liberalis aut magnificus vmquam fuit habendus. qui in donis dandis varius admodum, & inconſtans fuit. Nullum autem humanum factum ita ſtabile eſſe, vt illa, quae proficiſcuntur à virtute, conſentaneum eſt: quae namque geruntur ope externorum bonorum, & vt horum, ita etiam illorum, quae in corpore ſita, vt illae ipſae res caducae, atque infirmae ſunt, ita quoque ipſa crebrae mutationi expoſita ſunt: ea vero, quae ab animo exoriuntur, ex accidenti tantum variantur: nam ſcientijs etiam ipſis firmiores, ſtabilioresq; virtutes eſſe conſenſus doctorum hominum eſt, cum ipſae quoque in numero ponantur rerum, quae valde ſtabiles ſunt, atque id, quia frequentius mortales in ipſis verſantur, propriumque aliquid ipſarum gerunt, quàm munus aliquod obeant profectum à ſcientia aliqua.

Ὑπάρξει δὴ τὸ ζητούμενον τῷ εὐδαίμονι: καὶ ἔσται διὰ βίου τοιοῦτος: ἀεὶ γὰρ, ἢ μάλιστα πάντων, πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ᾽ ἀρετήν.

Inerit iam id, de quo quaeritur, beato viro: eritq; dum in vita manebit talis: ſemper enim, vel ſupra ceteros omnes aget, ac contemplabitur ea, quae virtutis propria ſunt.

NON abibit inquit, ab eo, qui ſemel vitam beatam conſecutus eſt, hoc praeſtantiſſimum bonum, quamuis inciderit in aliquas res aduerſas, ſed manebit illic, cum firmas radices habeat: τὸ ζητούμενον enim, & de quo ſcrupulus iniectus eſt, appellat, an poſſit tueri vitam beatam ille, qui graui caſu oppreſſus eſt, inquit igitur perpetuò illum talem manſurum; cuius rei ratio eſt, quod ſemper geret ea, quae virtutis propria ſunt ſupra ceteros mortales, & vt illa aget, ſi in eo genere vitae verſabitur, ita melius, quàm alter ulli contemplabitur; ſi vitam colet deditam cauſis rerum cognoſcendis: quod enim apud auctorem eſt ἢ μάλιστα πάντων, puto valere quod dixi, ſuperaturum eum eſſe in hoc reliquos omnes, qui non peruenerint ad ſummum hoc bonum, atque id, quia tantum praeſidij illi non habent aduerſus fortunae vulnera. Nam quod Euſtratius putauit conferre voluiſſe Ariſtotelem hoc eximium bonum cum alijs, quae cadunt in homines, inane puto, eodemque pacto, quod excogitauit Argyropylus, cuius haec verba ſunt decla-

declarantis hunc locum; quia ſemper; quod ſi non ſemper, cum ſit homo ſaltem maximè, & quae ſequuntur.

Καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα, καὶ πάντῃ πάντως ἐμμελῶς, ὅγ' ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς, καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου.

Et caſus humanos feret pulcherrime, atque omni ex parte eleganter hic vt bonus vere, & quadratus ſine vituperio.

ADIVNGIT autem auctor, ipſum toleraturum eſſe impetus fortunae, & caſus humanos pulcherrimè, & omnia demum, quae concutere ſtatum eius poſſunt, eleganter, cum ſit vere vir probus, & tanquam quadratus ſine labe vlla ac macula. Sunt autem extrema haec verba non Ariſtotelis, ſed Simonidis melici, quibus ille vſus eſt in ode ad Scopam Theſſalum, Creontis filium, cum oſtendere vellet, quàm arduum ſit inuenire virum vere probum, & omnes numeros habentem bonitatis; talem enim ille ſignificare volens, dixit χερσί τε καὶ ποσί: νόῳ τετράγωνον ἄνευ ψόγου τετυγμένον: citantur autem à Platone in ſermone, quem à Protagora Sophiſte vocauit. Notum autem eſt ſapientem noſtrum poetam, Dantem, qui diligenter hos libros de moribus legerat, hinc ſumpſiſſe, euſtodita Graeca voce, quod cum firmum, inconcuſſumque hominem oſtendere vellet ab ictibus omnibus fortunae, cecinit. auegna ch'io mi ſenta Ben tetragono à colpi di ventura.

Πολλῶν δὲ γινομένων κατὰ τύχην: καὶ διαφερόντων μεγέθει, καὶ μικρότητι, τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, δῆλον ὡς οὐ ποιεῖ ῥοπὴν τῆς ζωῆς: τὰ δὲ μεγάλα, καὶ πολλὰ, γινόμενα μὲν εὖ, μακαριώτερον τὸν βίον ποιήσει: καὶ γὰρ αὐτὰ συνεπικοσμεῖν πέφυκεν. καὶ ἡ χρῆσις αὐτῶν καλὴ, καὶ σπουδαία γίνεται. ἀνάπαλιν δὲ συμβαίνοντα, θλίβει, καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον: λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει, καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις. ὅμως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαλάμπει τὸ καλὸν. ἐπειδὰν φέρῃ τις εὐκόλως πολλὰς, καὶ μεγάλας ἀτυχίας. μὴ δι' ἀναλγησίαν, ἀλλὰ γεννάδας ὢν, καὶ μεγαλόψυχος.

Cum autem multa fiant fortunae impetu: eaque differant inter ſe magnitudine, & paruitate, rerum proſperarum quidem paruas, eodemq; pacto contrariarum, perſpicuum eſt non facere ipſas vitae propenſionem: magnae vero, & multae, cum extiterint ſecundae, beatiorem vitam efficient: ipſae namque cum aliis vim habent ornandi vitam, & vſus ipſarum pulcher, & ſtudioſus eſt: ſi contra autem contigerint, premunt, & macerant beatitudinem: moleſtias enim adportant, impedimentoq; ſunt multis honeſtis factis, nec tamen non in his quoque fulget honeſtas, veluti cum aliquis tulerit aequo animo multas, & magnas res aduerſas, non ſane, quia non ſentiat dolorem, ſed quia generoſus ſit, & magno animo praeditus.

HOC, quod modo tradit, pertinet ad ſcrupulum euellendum, quem huc iniecerat Solon, affirmans, extremum vitae, obitumque eſſe expectandum: nec ante oportere quempiam beatum vocare, propter incertos ſtatus hominum, variosque caſus, quamuis ille tunc vigeret, ac res ſuas valde ſecundas haberet. Ponit igitur nobis ante oculos varios euentus vitae, diſcrepantesque inter ſe magnopere magnitudine, & exilitate, quomodoque illi accipiendi ſint ſiue proſperi fuerint, ſiue aduerſi, declarat; inquit enim puſillas res bonas, eodemque pacto malas, dubium non eſſe, quin parum momenti habeant ad ſtatum noſtrum, vitamque immutandam: & meliorem, deterioremque reddendam: contra autem magnas, & crebras, ſi proſperae ſunt, beatiorem vitam noſtram reddere: cuius rei cauſam ſtatim adfert, antequam, quid contrariae his faciant, oſtendat: affirmat igitur ipſas additas verioribus bonis, ideſt virtutibus, quae abeſſe non poſſunt à viro beato, vnà cum ipſis

ornare vitam illam, decoriſque aliquid ei adiungere: praeter quam quod vſus eorum bonorum honeſtus eſt, & ſtudioſi viri proprius. Si verò inquit illae contrariae extiterint, premunt, & inquinant beatitudinem, quae prius illic erat: ſecum enim feret aegritudines, & angores, ſimulque impedimento ſunt multis honeſtis factis, quae, niſi illae obſtarent, adminiſtrarentur. Verumtamen addit, quamuis illae moram adferant aduentu ſuo, repugnentque non parum, tamen in ipſis etiam rebus aduerſis, ſplendet honeſtas, & dignitas; cum tulerit aliquis patienter, aequoque animo multas & graues procellas, atque id, vt generoſus vir, & magno animo praeditus; non quia dolorem non ſentiat, quod vitij, ac labis non paruae foret, non ſingularis virtutis: id quod ſignificauit Crantor, cum contra indolentiam diſputaret, quam ſine magna mercede contingere non poſſe affirmabat, immanitatis in animo: ſtuporis, in corpore. 10

Εἰ δ' εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κύριαι τῆς ζωῆς καθάπερ εἴπομεν, οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος: οὐδέποτε γὰρ πράξει τὰ μισητὰ, καὶ φαῦλα: τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν, καὶ ἔμφρονα, πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν.

Si autem ſunt actiones dominae vitae, vt diximus, nullus beatorum eſſe poterit miſer: numquam enim geret ea, quae ſunt odio digna, & improba: illum enim, qui eſt vere vir probus, ac prudens, arbitramur cunctos caſus honeſte ferre, atque ex iis, quae in ipſo tunc exiſtunt ſemper quae pulcherrima ſunt agere.

Hoc declarat in quo peccarit Solon, ſi culpae vlli, atque errori affinis fuit: videbat enim ille magnam vim poteſtatemque habere fortunam in vitam noſtram, ac ſolere ſaepe ipſam, florentem etiam ſtatum hominis deformare: quare plurimum tribuens, & corporis, & externis bonis, diſſipatis illis, putabat vitam beatam penitus fractam euerſamque. Noſter autem auctor ait, niſi fundamentum eius temptetur, non poſſe hoc facile contingere, qui vult, quod prius docuit, virtutes, & actiones, quae inde prodeunt, dominas eſſe vitae beatae, non fortunae bona. Non poteſt igitur, inquit Ariſtoteles, ſi ſtat hoc, ſolidumque manet, qui ſemel merito beatus dictus eſt, fieri miſer: cuius rei cauſa eſt: quod numquam ille geret ſcelerata facta, & ſummo odio digna. Quin etiam addit, arbitramur, vere probum virū & prudentem, cunctas fortunae iniurias, ac saeua vulnera laturum eſſe honeſtè, & vt dignitas iubet: &, vt in ſtatu illo, in quo tunc manet, praeſentibusque rebus non bonis, ſemper geſturum eſſe, quae optima ſunt, ac meritò laudantur. Non inquit autem τὸν γὰρ ἀληθῶς ἀγαθὸν, ſed addidit particulam ὡς, dicens, ὡς ἀληθῶς ἀγαθόν. quemadmodum ſupra locutus fuerat εἴγ' ὡς ἀληθῶς ἀγαθός.

Καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν, τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα: καὶ σκυτοτόμον, ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας ἅπαντας.

Veluti imperatorem bonum eo exercitu, quem tunc ducit, vti pugnaciſſime, & ſutorem ex comportatis ad eum coriis, calceos pulcherrimos conficere: eodemque pacto ceteros opifices omnes. 11

Vti etiam voluit ſimilibus ad rem magis explanandam, quae ſimilia quantam vim habeant illuſtrandi res, non ſatis apertas, notum eſt. Duobus autem vſus eſt; quorum prius eſt dux bonus, qui exercitu non ſatis parato, inſtructoque ad vincendum, recte, & vt diſciplina militaris vult, vtitur, etſi enim victoriam non adipiſcitur; operam tamen dat, ne accipiat magnam aliquam plagā ab hoſtibus; aut ſi etiā victus eſt, per eum tamen non ſtetit, quin incommodum illud à ſuis depelleret. Hanc laudem Annibal in Africa conſecutus eſt; cum prius in aliena terra è victorijs commendari ſolitus eſſet: neque enim officio vlli prudentis imperatoris defuit, quod teſtatur T. Liuius, qui addidit etiam teſtimonio „ illi ſuo auctoritatem victoris, qui & ipſe eum valde ornauit. verba Liuij ſunt. Annibal

cum paucis eqnitibns, inter tumultum elapſus, Adrnmetum perfugit : omnia & in proelio, & ante aciem, priuſquam excederet pugna, expertus, & confeſſione etiam Scipionis, omniumque peritorum militiae illam laudem adeptus. Vt autem hnnc laudanit Latinus ſcriptor, ita fratrem eius Aſdrubalem Polybins ſummis laudibus in caelum tulit, cum & ipſe victus fuit à dnobus Romanis ducibus in Senenſi proelio. Alterum autem ſimile eſt ſutoris, qui è corio, pellibusque ſibi datis pulcherrimos calceos conficit, quantum materia illa ferebat, non ſatis idonea ad opus vndique perfectum conficiendnm. Eadem autem ratio eſt, addit, ceterornm opificum, qui meritò commendantur; peritique ſuae artis eſſe intelligtmtur, ſi ſtudio, & artificio ſuo vicerint vitium materiae, qua vtuntur. Dux tamen militaris vtitur copijs, quas regit, vt inſtrumento potius, quàm vt materia.

Εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων· οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ. οὐδὲ δὴ ποικίλος γε καὶ εὐμετάβολος· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ῥᾳδίως. οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀτυχημάτων, ἀλλ' ὑπὸ μεγάλων, καὶ πολλῶν. ἔκ τε τῶν τοιούτων οὐκ ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. ἀλλ' εἴπερ, ἐν πολλῷ τινι καὶ τελείῳ, μεγάλων, καὶ καλῶν ἐν αὐτῷ γενόμενος ἐπίβολος.

Quod ſi res ita ſe habet, miſer numquam fieri poterit vir beatus, non tamen beatus erit, ſi inciderit in Priami aerumnas: neque iam varius erit, & mutabilis: neque enim è vita beata mouebitur facile: neque à quibuslibet rebus aduerſis, ſed à magnis, ac multis, atque è talibus euaſus, numquam fieri poterit rurſus beatus breui tempore, ſed ſi impetrabit hoc, in multo quodam ac perfecto, ſi adeptus fuerit in eo magnarum, & honeſtarum rerum facultatem.

QVOD ſi inqnit, vt exemplis his, ſimilibusque oſtendimus, eodem pacto ſe res habet in vita beata, vt ſcilicet ille recte vtatur ſtatu illo ſuo, quamuis laeſo & violato à fortuna; non tamen è beato fiet miſer, in contrariumque penitus ſtatum tranſibit; beatus vero inquit amplius non erit, ſi in acerbos, & ſaeuos admodum caſus inciderit, quales oppreſſerunt Priamum cum omni ſua familia: neque etiam varius erit & inconſtans, cuiuſque ſtatus, & condicio facile mntetur: cuius ſententiae rationem qnoque reddit: neqne enim inquit è vita beata, cum ſemel eam aliquis adeptus eſt, leui momento eijcitur: neque à quibuslibet; leuibusque aduerſis rebus, ſed, cum contingit ipſi hoc, neceſſe eſt, vt mala & magna ſint & multa: aliter enim vita ſtabilis, & quae profundas, validasque radices habet non concutietur. ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ait. Quemadmodnm M. Antonius in epiſtola ad Hirtium, & Octanianum. Nec veteranos ſedibns ſuis moueri pati. Quod poſt hoc addidit, valet ad ſuperiorem ſententiam confirmandam; docendumque non eſſe varinm, lnbricumque ſtatum, ſiue beati viri, ſiue miſeri, & calamitoſi hominis, aegreque poſſe ipſos in contrarium conuerti. De illo igitur dicit, qui iniquitate fortunae, ſaeuoq; admodum caſn, è vita beata inciderit in miſeram, non poſſe ipſum fieri rurſus beatum; quod tamen, ſi ei contigerit, affirmat futnrum id eſſe nullo pacto breui ſpatio temporis, ſed longo, & perfecto, cnm erit nactus multa & ampla bona in ipſo, quod raro vſu venit mortalibns, vt multas, & magnas res proſperas conſequantur, nulla intercedente re mala, & odioſa, quae rurſus interrumpat curſum rerum illarum ſecundarum.

Τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον, ἢ προσθετέον, καὶ βιωσόμενον οὕτω, καὶ τελευτήσοντα κατὰ λόγον, ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀφανὲς ἡμῖν: τὴν εὐδαιμονίαν δὲ τέλος, καὶ τέλειον τίθεμεν πάντῃ πάντως. εἰ δ' οὕτω, μακαρίους ἐροῦμεν τῶν ζώντων, οἷς ὑπάρχει, καὶ ὑπάρξει τὰ λεχθέντα; μακαρίους δὲ ἀνθρώπους. καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον διωρίσθω.

Quid igitur prohibet dicere beatum eum, qui cuncta gerat ex praeceptis

perfectae virtutis: boniſq́, quae ſunt extra nos, mediocriter ornatus, non quolibet tempore, ſed vita perfecta. An adponendum eſt, qui ſit ita victurus, & mortem obiturus vitae actae reſpondentem, quia quod futurum eſt, nobis obſcurum eſt: beatitudinem autem finem, ac perfectum ponimus omni ſua ex parte, funditusq́. quod ſi ita eſt, beatos dicemus è numero viuentium eos, quibus inſunt, & inerunt quae dicta ſunt: beatos autem vt homines: ac de his quidem ſatis definitum ſit.

DISSENTIO non nihil hac parte ab Euſtratio, qui putat, haec dicta eſſe, non de beato viro, quem prius finxit, illo inquam, qui perpetuò res ſuas ſecundas ſeruarit, ſed de eo, de quo modo diſſeruit, quique fractam illam ſuam beatitudinem, & interruptam poſſedit: nihil enim hic video, quod pertineat ad eam amiſſam & poſtea recuperatam indicandam. Cum ſibi igitur viſus eſſet Ariſtoteles accurate confirmaſſe, quod volebat, fretus argumentis illis ſuis, quaſi interrogans aduerſarium, atque ita eum premens, ait contra ſententiam Solonis. Quid igitur vetat vocare beatum virum eum, qui gerat id, quod gerit, virtute duce, & ipſa quidem abſoluta & integra, atque ipſi illi obtemperet: ſitque ornatus externis bonis, ſi non abundanter, ſaltem quod ſatis ſit; idemque in vita maneat iuſtum tempus aetatis. Ipſemet autem, tamquam reſpondens ſibi ipſi, dicit. An haec etſi multa, firmaque ſunt, adhuc deſiderant aliquid, adiungendumque eſt ipſis, permanſurum eum eſſe in illa proſperitate vitae: eodemque pacto mortem obiturum; quae reſpondeat anteactae vitae, conueniatque virtuti talis viri. Hoc autem non ſine cauſa requiritur, vt oſtendit, quia incertum, obſcurumque admodum eſt, quid nobis futurum ſit reliquo tempore, & eo quidem longo: beatitudinem vero finem, vt perfectum, abſolutumque quiddam eſſe ponimus; cuique nulla ex parte quippiam deſit. De obſcuritate rerum futurarum, & quàm nihil certi de ipſis affirmari poſſit, Pindarus etiam ſapienter praedicauit, qui ita in XII. ode Olympiorum cecinit. Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, quorum verborum haec videtur ſententia. Rerum futurarum caliginis plena, caecaque ſunt indicia; multaque mortalibus contra ſenſum eorum euenerunt. Quod adiungit nunc, tamquam concluſio eſt eorum, quae hic tradita ſunt: & ratio, qua vindicari poſſint à vitio, in tutoque poni, quod dixit de firmitate beatae vitae, illo modo acceptae: ſi enim inquit, ſtat hoc, ſolidumque eſt, appellabimus beatos etiam contra ſententiam Solonis, è numero viuentium eos, qui praediti ſunt, ornatique his rebus, quoſque arbitrari poſſumus haec retenturos. Cum videret autem ſe, non ſolum contra iudicium ſapientis viri, ſed paene reliquorum doctorum hominum plus tribuiſſe mortali naturae, quàm illa ferre poſſet, aliquo modo corrigit & emendat ſententiam illã ſuam: beatos enim illos accipi debere ait, vt homines, ac mortales. Platonem cum Solone ſenſiſſe, ex iis verbis, quae fecit Athenienſem hoſpitem in VII de legibus loqui, plane cognoſcitur: inquit enim ille, Viuentes adhuc laudationibus, & cantibus decorare tutum non eſt: neque honos tantus mortali cuipiam tribuendus eſt, priuſquam ille decurſo ſpatio vitae, finem ipſi, extremumque honeſtum imponat.

Τὰς δὲ τῶν ἀπογόνων τύχας, καὶ τῶν φίλων ἁπάντων, τὸ μὲν μηδοτιοῦν συμβάλλεσθαι, λίαν ἄφιλον φαίνεται, καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον.

Poſterorum autem caſus, atque omnium amicorum dicere, ne tantillum quidem facere, valde alienum eſſe ab amicitia perſpicitur, & opinionibus aduerſum.

RESTABAT videre, de quo ſupra quaeſitum fuerat, quid ſentiendum ſit de malis rebus, acerbiſque caſibus poſterorum, &, vt ſanguine cum ipſis coniunctorum, ita etiam ſodalium atque amicorum: valerent ne illi inquinare, & deprauare vitam ſuperiorum, & eorum omnium, qui ipſos dilexerunt. Antequam autem vlterius progrediar, quaerendum puto, quo tempore intelligat beatos homines ſubire periculum, ne contaminentur, craſſante fortuna in poſteros ipſorum, an, vt accepit Euſtratius, & Argyropylus, à quibus non diſſentio: ſed tamen ſunt quaedam, quae faciunt, ne omnino hoc exploratum habeam.

beam. Primum antem me monet, quod neminem dubitaturum puto, quin bonae res, & malae vim magnam ac poteſtatem habeant, ſiue ornandi, ſiue maculandi vitam beatam ſuperiorum, dum illi ipſi ſoperſtites adhuc ſnnt, ac vita fruuntur. Deinde vox illa ἀπευχόμενον ole re mihi videtur mortuos, & luce iam orbatos: quin certe, ſi hoc fieret pollueretur ſplendor ipſorum, putare id nihil intereſſe, alienum ab amore, & caritate futurum eſſet, dubitari non poteſt; ſed eſt ita repugnans, ab opinionibusque remotum, vt inueniri nemo talis poſſe videatur: foret enim vt inquit ἄφιλον, diſcrepansque ab opioionibus ita ſentire de mortuis illis: communis enim eſt ſententia, pertinere ad defunctos quoque res ſecundas, aut aduerſas poſterorum; etſi non eſt ita inhumanum quod addidit, valde inhumanum, prorſusque remotum à caritate, ſententiam alteram magis adiuuare videtur.

Πολλῶν δὲ καὶ παντοίας ἐχόντων διαφορὰς τῶν συμβαινόντων, καὶ τῶν μὲν, μᾶλλον συνικνουμένων: τῶν δ', ἧττον, καθ' ἕκαστον μὲν διαιρεῖν, μακρὸν καὶ ἀπέραντον φαίνεται: καθόλου δὲ λεχθὲν καὶ τύπῳ, τάχ' ἂν ἱκανῶς ἔχοι.

Cum autem multa ſint, quae nobis eueniunt, atque ea inter ſe varia diſcrimina habeant: & haec quidem ipſorum magis nos attingant, haec vero minus, ſingillatim ipſa diſtinguere longum, & infinitum eſſe conſtat: vniuerſe vero oſtendere, & craſſo modo, fortaſſe ſatis fuerit.

V t ſignificauit res bonas, ac malas poſterorum facere ad maiores, & aut augere, aut conterere ſtatum eorum beatum; ita nunc docet, cum caſus illi, & euenta multa ſint, diſtinctaque inter ſe varijs modis: quorum euentorum quaedam propius eos attingant, quaedam longius: ſiquis à me poſtulet, inquit, vt ſingillatim ea diuidam, ac diſtinguam: doceamque quae magis premunt ipſos, & quae minus; rem duram, difficilemque admodum mihi imperaret, & ad cuius exitum, & extremum peruenire non poſſet. Quare ait hoc factum expoſitum in vniuerſum, & craſſo quodam modo ſatis eſſe exiſtimari debebit.

Εἰ δὴ καθάπερ καὶ τῶν περὶ αὑτὸν ἀτυχημάτων, τὰ μὲν ἔχει τι βρῖθος, καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον: τὰ δ' ἐλαφροτέροις ἔοικεν, οὕτω καὶ τὰ περὶ τοὺς φίλους ὁμοίως ἅπαντας.

Si igitur veluti rerum aduerſarum, quae ipſum preſſerint, quaedam pondus habent, & propenſionem quandam ad vitam, hae vero leuioribus ſimiles ſunt, ita & quae ad amicos cunctos eodem pacto pertinent.

F acit nunc quod pollicitus eſt, monſtratque rationem, qua poſſit aliquis hoc praeſtare ſatis apte, ſi non exquiſite: iubet enim attendere caſus, qui in beatum virum incurrunt: illi enim cum multi, varijque ſint, ſe natura, & magnitudine, & loco, & tempore, & ijs demum omnibus, quae περιστάσεις appellantur, eorum non nulli pondus habent, inclinareque faciunt ad deteriorem ſtatum; alij vero leuiores ſunt: nullumque maiorem motum pariunt: eadem ratio eſt inquit, amicorum, perſonarumque cararum: nomine enim amicorum videtur hos omnes complexus fuiſſe, ideſt filios, & nepotes, ceteroſque cognatos, & affines.

Διαφέρει δὲ τῶν παθῶν ἕκαστον περὶ ζῶντας, ἢ τελευτήσαντας συμβαίνειν, πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ παράνομα, καὶ δεινὰ προϋπάρχειν ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ἢ πράττεσθαι. συλλογιστέον δὴ καὶ ταύτῃ τὴν διαφοράν.

Intereſt autem grauis omnis caſus incurrat in viuentes, ſiue in mortuos, multo magis quam ſaeua illa facta, & atrocia antea extiterint in tragoediis, ſiue tunc gerantur. Conſideranda igitur quoque hoc pacto eſt differentia.

C v m oſtendere vellet auctor, graues etiam, atroceſque caſus, qui affligunt poſteros, non vehementer turbare beatitudinem illorum, qui mortui iam ſunt, maiores ipſorum, nec tantopere contaminare ſtatum eorum, vt contaminaſſent, euertiſſentque, ſi id contigiſſet;

dum illi adhuc viuerent: demumque cum haec incommoda in eos ceciderunt; vtitur ſimili tragoediarum, traditque; etſi enim, cum recitantur fabulae illae, & aliquo modo renouantur, rurſusque geruntur, ſaeui illi caſus pertinent non nihil ad eos, id tamen parum eſt, & aliquo modo vmbra quaedam, imagoque eorum ſaeuorum factorum. In ſimili autem exponendo res manet in perſona ſolum maiorum, diſcrimenque omne eſt, viui ne adhuc illi ſint, an mortui. In eo quod declarari debebat: & inferiorum illorum, & ſuperiorum perſonae attenduntur, quae in comparationem veniunt. παράνομα vocauit impia facta, plenaque ſceleris, quae illi fecerunt: vnde & opes ſuas, & vitam amiſerunt. Poſtquam autem ſimili ſibi viſus eſt rem declaraſſe, adiunxit, hoc pacto oportere cogitare diſcrimen magnum, quod eſt, ſi poſteri, natique è quopiam plectantur, illo viuo adhuc, aut mortuo.

Μᾶλλον δ᾽ ἴσως τὸ διαπορεῖσθαι περὶ τοὺς κεκμηκότας, εἴ τινος ἀγαθοῦ κοινωνοῦσιν, ἢ τῶν ἀντικειμένων: ἔοικε γὰρ ἐκ τούτων, εἰ καὶ διικνεῖται πρὸς αὐτοὺς ὁτιοῦν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε τοὐναντίον, ἀφαυρόν τι, καὶ μικρὸν, ἢ ἁπλῶς, ἢ ἐκείνοις εἶναι. εἰ δὲ μὴ, τοσοῦτόν γε καὶ τοιοῦτον, ὥστε μὴ ποιεῖν εὐδαίμονας, τοὺς μὴ ὄντας, μὴ δὲ τοὺς οὕτως μακαρίους, ἀφαιρεῖσθαι τὸ μακάριον.

Magis autem fortaſſe decet quaerere de mortuis, an boni alicuius participes ſint, ſiue contrariorum: videtur enim ex his, etſi peruenit ad ipſos quodlibet, ſiue bonum, ſiue contrarium, leue id eſſe, & puſillum ſiue ſimpliciter, ſiue illis. Sin autem, tantum, vel tale, vt non reddat eos beatos, qui non ſunt; neque ab illis, qui ſunt, valeat demere beatitudinem.

NON mutat ſententiam auctor, vt videri alicui poſſet: ſed inquit, magis dubium eſſe: ideoque huic loco accommodatius quaerere de mortuis, ſi participes illi eſſe poſſunt alicuius ſecundae rei, quae contigerit poſteris ipſorum, & vt proſperae, ita etiam aduerſae: ſi namque cognitum, exploratumque fuerit nihil huiuſcemodi ad eos peruenire; nec valere, quod cadit in poſteros aut augere, aut minuere beatitudinem defunctorum, nihil opus erit ſubtiliter perſcrutari, quantopere ipſi prodeſſe, aut obeſſe poſſit; nam incertum, obſcurumque hoc eſſe conſtat; veteresque illi de hoc magnopere dubitarunt, vt teſtimonio M. Ciceronis hoc declaratur, qui pro P. Seſtio inquit, „Quod certe, ſi eſt aliquis ſenſus in morte „praeclarorum hominum, cum omnibus Metellis; tum vero vni, viro fortiſſimo, praeſtan„tiſſimo ciui, gratiſſimum fratri ſuo fecit, ſed etiam Catullus de hoc vt dubio, locutus eſt, „cum cecinit. Si quicquam mutis gratum, acceptumque fauillis, Accidere a noſtro, Cal„ue, dolore poteſt. Sequuntur apud auctorem verba haec, quae vim habent concludendi, Perſpici poteſt ex his, quae modo a nobis definita ſunt, ſi quicquam hoc ad eos pertinet, ſiue bonum id ſit, ſiue malum, imbecillum id eſſe, & puſillum; ſiue ſimpliciter inquit, ideſt ſua vi tale, quale dictum eſt, ideſt minutum, atque exile, ſiue illis, quos ſignificat; ſi magnum etiam ipſum fuerit, imminutum valde ipſum ad eos, mortuos inquam, peruenturum.

Συμβάλλεσθαι μὲν οὖν τι φαίνονται τοῖς κεκμηκόσιν αἱ εὐπραξίαι τῶν φίλων. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ δυσπραξίαι, τοιαῦτα δὲ καὶ τηλικαῦτα, ὥστε μήτε τοὺς εὐδαίμονας, μὴ εὐδαίμονας ποιεῖν, μήτ᾽ ἄλλο τῶν τοιούτων μηδὲν.

Conferre igitur quiddam videntur mortuis res ſecundae amicorum: ſimiliter autem & res aduerſae. talia autem, & tot, vt non efficiant eos qui non ſunt, beatos: neque aliud quippiam huiuſcemodi.

SAEPE & multum cogitaui; & cum amicis etiam de hoc locutus ſum; num ſcholion hoc ſit, olim in margine alicuius libri à quopiam adnotatum, qui ante oculos poſuerit, quid de hac quaeſtione ſtatuerit Ariſtoteles, ratumque id haberi voluerit; poſtea autem inſcitia librariorum importatum ſit in ordinem verborum auctoris: nihil enim noui tot verbis exponitur; nec ſolum ſententis, ſed ne verba quidem variantur: quod valeat ad ſcrupulum

hunc

hunc meum confirmandum, ſunt etiam libri non nulli; a quibus haec verba abſunt, nec tamen negarim, quin in alijs quibuſdam legantur, ſed etiam vetus tralatio ipſa exprimit; quemadmodum ij quoque, qui inferioribus temporibus hos libros verterunt, & Euſtratius quoque ipſa agnoſcit, ſed ne D. quidem Thomae ſuſpecta ſunt, etſi non accurate, vt plana & aperta declarat: quare ſi ſcholion eſt, vetuſtum ſit, neceſſe eſt.

Διωρισμένων δὲ τούτων, ἐπισκεψώμεθα περὶ τῆς εὐδαιμονίας. πότερα τῶν ἐπαινετῶν ἐστιν, ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων: δῆλον γὰρ ὅτι τῶν γε δυνάμεων οὐκ ἔςι.

Definitis autem his, conſideremus de beatitudine: vtrum quippiam eorum ſit, quae laudari ſolent: ſiue potius illorum, quibus honos tribuitur: perſpicuum enim eſt ipſam vnam facultatum non eſſe.

TRANSIT modo ad aliam quaeſtionem de vita beata: poſtquam enim declaratum eſt, quid ſit beatitudo: quaeque ad eam definiendam ſumpta erant, explicata fuere; cum bona non ſint cuncta eiuſdem generis, ſed non parum inter ſe diſcrepantia; quibuſdam enim ipſorum honos tribuitur, debitum praemium bonitatis abſolutae ipſorum, quaedam alia laudantur, quae minoris dignitatis ſunt: nec ſemper merito commendantur, ſed ſolum cum boni aliquid pariunt. Tertium genus bonorum vocantur poteſtates, qualis eſt ars dicendi, ars diſſerendi, facultas gubernandae ciuitatis, aliaeque huiuſcemodi multae, quae cum placuerit ipſis, poſſunt etiam improbe aliquid facere. Cum igitur ita bona varientur: nec dubitetur, quin beatitudo ſit bonum, quaerit vtrum ſit vnum laudabilium bonorum, ſiue illorum, quae honore compenſantur; quod ſtatim probabilius eſſe, magiſque verum dicit. nam tertium genus penitus reijcit, alienumque eſſe à beatitudine affirmat atque id; quia mali nihil gignere vmquam beatitudo poteſt, quod vſu venit omni poteſtati; veluti etiam, quod non exhibetur honos, neque laus vere ei, qui vim ac poteſtatem habet efficiendi aliquod bonum, ſed illi, qui iam praeſtitit. Initium etiam duxit noſter hic praeclari operis, quod ſcripſit de animo, ab eadem quaeſtione: cum enim cognitionem, intelligentiamq; rerum obſcurarum oſtendiſſet, eſſe vnam rerum earum, quae honeſtae ſunt, ac laudabiles: ſignificauit illam potiſſimum, quam tunc aggrediebatur, ſuperare ceteras omnes notitias dignitate.

Φαίνεται δὴ πᾶν τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι, καὶ πρός τι πῶς ἔχειν, ἐπαινεῖσθαι: τὸν γὰρ δίκαιον καὶ τὸν ἀνδρεῖον καὶ ὅλως τὸν ἀγαθὸν, καὶ τὴν ἀρετὴν, ἐπαινοῦμεν διὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰς πράξεις: καὶ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὸν δρομικὸν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι: καὶ ἔχειν πως πρὸς ἀγαθόν τι, καὶ σπουδαῖον.

Perſpicitur autem omne quod laudari ſolet, eo nomine laudari, quod ſit quiddam quale, atque ad aliquid aliquo modo ſe habeat: iuſtum enim hominem, & fortem, & omnino probum virum laudamus, & virtutem propter opera, & facta: & robuſtum, & curſorem, & aliorum vnumquemque, qualis natus eſt, ſeque habeat aliquo modo ad bonum quodpiam, ac ſtudio dignum.

POSTQVAM indicauit, non videri beatitudinem eſſe vnum eorum bonorum, quae laude compenſantur, cum deberet hoc conſtituere, oſtendit, qua de cauſa laudetur id, quod meritò laudatur: aitque fieri hoc, quia quale eſt: & ad aliquam rem gerendam aliquo modo ſe habet, ideſt, id quod ſtatim exemplis explanat; poſitis bonis prius animi: poſtea corporis: iuſtum enim virum inquit, & fortem, demumque probum hominem & compotem alicuius virtutis laudamus, & virtutem etiam ipſam, ob opera, factaque, quae inde gignuntur: & vi horum bonorum fiunt. Eodem pacto inquit, idem ſeruari docens in bonis corporis, laudamus validum, robuſtumque, vt curſorem: naturaque & ſtudio factum ad celeriter currendum, & omnem alium huiuſcemodi aliquo bono praeditum nulla alia de cauſa, niſi quia talis natus ſit, & habeat ſe, vt nomen declarat, accommodatè, eximieque ad illud ipſum bonum.

Δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων: γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς

ἀνα

ἀναφερόμενα. τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ εἴπομεν.

Perſpicuum autem hoc eſt, ſiquis attendat Deorum laudes: ridiculi enim videntur eſſe, cum referuntur ad nos: hoc autem euenit, quia laudes fiunt relatione quadam, vt diximus.

INTELLIGI quoque poſſe, quod dixit, ita ſe habere, ſatisque perſpicuum eſſe inquit, cuncta ſcilicet illa, quae laudantur, commendari, quia referantur ad aliquam rem, quae honeſta ſit, atque laude digna; ex ſtulto conſilio eorum, qui Deos laudarent, crederentque ſic ſe illos ornare; minuerent tamen valde dignitatem eorum, reddentes eos ſimiles nobis, quod qui facere aggrediuntur, quantopere peccent apertum eſt: faciunt autem eos ſimiles mortalibus, dum ita ſe gerunt erga illos: itaque de ipſis inſulſe loquuntur, vt vere, recteque loquerentur de hominibus: hoc autem inquit, viſ ipſis venit: geruntque, rem erroris plenam, quia laudes tribuuntur relatione ad alias res: ſignificant enim eos in ipſis adminiſtrandis recte, & ordine ſe geſſiſſe, cum potuiſſent peccare, quod abeſt, remotumque totum eſt à natura Deorum.

Εἰ δ' ἐστὶν ὁ ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος, ἀλλὰ μεῖζόν τι, καὶ βέλτιον. καθάπερ καὶ φαίνεται: τούς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν, καὶ εὐδαιμονίζομεν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν: οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι, καὶ βέλτιον, μακαρίζει.

Si autem laus eſt huiuſcemodi rerum, planum eſt rerum optimarum non eſſe laudem, ſed maius quiddam, & melius. quemadmodum ſane perſpicitur fieri: Deos enim beatos eſſe dicimus, & omni honeſtiſſimo nomine celebramus: mortalium quoque diuiniſſimos quoſque beatos dicimus: eodemque pacto nos gerimus in bonis rebus: nemo enim beatitudinem laudat, veluti iuſtum factum. ſed vt diuinius quippiam & melius, beatitudinis nomine ipſam ornat.

QVOD ſi inquit, vere de huiuſcemodi rebus diſputatum eſt, lausque conuenit his ſolis, quas diximus, quae ſcilicet ad aliud referuntur: nec ſua vi tales ſunt, vt ſemper probari debeant, planum nobis eſſe poteſt, laudem non pertinere ad res optimas, & perfectiſſimas commendandas, ſed aliud quiddam maius, ac melius; quod probat more, & inſtitutis hominum, qui non conſuerunt Deos laudare, & diuinam ipſorum naturam ita decorare, ſed alia maiore verioreque ratione ipſam celebrant: neminem autem mirari oportet, quod dixit Deos non debere laudari, cum ipſi morem habeamus atque ita putemus, nos recte facere, atque ita praecepta noſtrae Chriſtianae legis ſeruare, auctorumque ipſius, qui paſſim iubent, nos hoc facere, & hanc rectam viam eſſe docent, oſtendendi nos gratos eſſe, memoresque magnorum, quae in nos contulit, beneficiorum: nolunt enim nos ita Deum laudare, vt laudamus temperantem hominem, quia cum in manu ipſius foret, alienum cubile inire, ſe ab hoc ſcelere abſtinet: neque enim hoc expectari poterat à Deo, cadebatque in ipſius optimam naturam: alio igitur pacto nos capimus laudare, ac veteres illi faciebant. Cum morem nos habeamus Deum laudandi, cum ipſum honore, ac gloria implere volumus, & omne bonum, quod ad nos peruenit ipſi acceptum referimus: de quo exquiſite, copioſeque noſtri Theologi diſſerunt, quorum ſententiam in hoc ſequimur, ac probamus, & eam omnibus alijs locis, in quibus diſſenſio aliqua apparet inter eos, ac priſcos ſapientiae ſtudioſos: a iudicijs enim, conſuetudineque mortalium primum hoc confirmat; deinde a ſententia ſapientis viri, & magnopere probati in vita. Conſueſſe igitur inquit, omnes, quorum etiam ſe vnum facit, Deos beatos vocare, & eodem pacto mortales non nullos, qui proxime accedunt ad Deos, diuiniſque ſuis factis aeternam ſibi gloriam pepererunt, quales fuere Aratus Sicyonius. T. Quintius, alijque non nulli: nam duos hos, quos nominaui, narrat Plutarchus in eorum vitis diuinos honores in Graecia conſecutos, ſolitosque eos, tamquam Deos publice carminibus, & omni genere ho-

noris

noris celebrari. Adiungit autem id, quod ſeruari mos eſt in Dijs verbis ornandis, idem cuſtodiri etiam in rebus valde bonis decorandis: neque enim illa laudantur, ſed grandiore honore afficiuntur: veluti inquit nemo beatitudinem laudat, quemadmodum etiam neque iuſtitiam ipſam, ſed vt diuinius quiddam, meliusque quàm ſint ea, quae laudantur, eodem loco habet, quo Deos ipſos, quos ſolemus ait, beatos vocare. Quod vero ſupra, vbi de Dijs loquitur, veraque ratione dignitatem eorum extollendi, iunxit duo verba, atque ait, μακαρίζομεν, καὶ εὐδαιμονίζομεν; hic vero priore eorum contentus fuit, perinde eſt, atque ſi ambobus vſus fuiſſet: eadem enim vis, notioque eſt vtriuſque verbi, vt ipſe teſtatus eſt in primo libro de arte dicendi; quo loco diſtinguit ἔπαινον ab ἐγκωμίῳ: docet enim illic, vt μακαριſμὸς longe aliud eſt à ſuperioribus his, ita nulla re differre ab εὐδαιμονισμῷ.

Δοκεῖ δὲ καὶ Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ: τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι, τῶν ἀγαθῶν οὖσαν, μηνύειν ᾤετο, ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν. τοιοῦτον δὲ εἶναι τὸν θεὸν, καὶ τἀγαθόν: πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἆλλα ἀναφέρεσθαι, ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος, τῆς ἀρετῆς: πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης: τὰ δὲ ἐγκώμια, τῶν ἔργων: ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν, καὶ τῶν ψυχικῶν.

Videtur autem & Eudoxus pulchre patrocinium ſuſcepiſſe de primo loco voluptatis: nō laudari enim ipſam, quae vnum bonorum eſt, indicare putabat melius ipſam eſſe, quàm ſint, quae laudantur: huiuſcemodi autem eſſe Deum, & ſummū bonum: ad haec enim & alia referri. laus enim virtutis eſt: parati enim ad res honeſtas gerendas efficiuntur ab ea: laudationes autem ſunt factorum, ſimiliter & eorum quae corporis ſunt, & quae animi.

Citat teſtimonium Eudoxi, Cnidij, docti & probi viri, oſtenditque illum ſecum facere, qui & ipſe arbitratus ſit, quod quaepiam non laudantur, non proficiſci ab indignitate eorum, ſed contra à meliore, honeſtioreque natura, quàm ea ſit, cui conuenit laus, & impler, tributa ipſis, exiſtimationem eorum: cum enim maximum bonum eſſe voluptatem oſtendere vellet, & quaſi palmam illi dare, vt victrici non nullarum rerum, quae cum ea de ſummo gradu contenderent: videretque ipſam a nemine laudatam; quo argumento aduerſarij vtebantur ad extenuandam eam, contra ipſe acutè dixit, illud declarare nobilitatem voluptatis, vt narrat diligenter Ariſtoteles, qui planè perſpicitur, & cognoſſe, & delectatus fuiſſe elegantia huius argumenti, ac vocis. Μηνύειν quod inquit, valere hoc verbum indicare, notum eſt, & rem prius obſcuram leuiter aperire, quo itidem vſus eſt prope extremum huius libri, vbi dixit, monita, & caſtigationes indicare, ac teſtari, vacuam à ratione animi partem obtemperare aliquo modo, & ipſam rationi. Vt autem laudem accommodatam non eſſe praeſtantiſſimis naturis, maximisque bonis ſignificauit, ita etiam in quas quadrat, adiungit: inquit enim proprium ornatum ipſam eſſe virtutis, cum excitetur ad res honeſtas agendas a virtute. Laudationem autem operum, ac factorum, & eorum, quae ortum ducunt ab animo, & aliorum itidem, quae a corpore.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις: ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τῶν τιμίων, καὶ τελείων.

Verum haec fortaſſe accommodatum magis eſt, exquiſite tradere, his, qui ſtudij multum poſuerunt in laudationibus docendis: nobis autem apertum eſt ex ijs, quae dicta ſunt, beatitudinem eſſe vnam rerum honore dignarum, & perfectarum.

Non inquit alienum a propoſito ſuo eſſe, haec attingere: non enim verum id fuiſſet, ſed ait magis proprium magisque accommodatum eſſe haec exquiſite tradere illis, qui ſtudium aliud habent: accurateque docent, quomodo laudationes, & Deorum, & clarorum virorum conficiendae ſint; quare recte feci, qui locum illum indicaui, in quo ipſe, perſona magiſtri dicendi ſuſcepta, ſubtiliter de hac re diſſeruit. Addit autem, tamquam

in viam rediens; nobis vero, qui aliud agimus, ex ijs quae ſunt expoſita, apertum eſſe poteſt, beatitudinem vnum eorum bonorum eſſe, quibus honos tribuitur, quaeque perfecta ſunt. ἐκ τῶν τιμίων, quod inquit, alijs non paucis locis, idem ſignificare volens, eodem pacto locutus eſt, vt in libro, quem habemus de arte poetarum: ἀπολαβόντες αὐτῆς ἐκ τῶν εἰρημένων τὸν γινόμενον ὅρον τῆς οὐσίας, & in primo de moribus ad Eudemum, quo loco tradidit, quae vitae putatae ſint participes eſſe vitae beatae.

Ἔοικε δ' οὕτως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ εἶν ἀρχή: ταύτης γὰρ χάριν, τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν: τὴν ἀρχὴν δὲ καὶ τὸ αἴτιον εἶν τῶν ἀγαθῶν, τίμιόν τι καὶ θεῖον τίθεμεν.

Videtur autem hoc ita ſe habere, & quia principium eſt: huius enim gratia cuncti reliqua omnia agimus: principium autem, & cauſam bonorum, honore dignum quiddam, & diuinum eſſe, ſtatuimus.

CONFIRMAT idem altero hoc argumento: videtur enim inquit verum eſſe, quod de beatitudine, diximus, honorem ipſi, non laudem conuenire, quia eſt principium, & quaſi fundamentum eorum omnium, quae gerimus in vita: cuncti enim mortales, qui aliquid ſapiunt, propoſitam ſibi in vita beatitudinem habent, ſtudentque ipſam adipiſci, vt finem ſuarum omnium actionum: etſi non omnes in eadem re poſitam illam rentur: finem autem rationem principij habere notum eſt, quia qui de aliquo cogitant, remque aliquam moliri, in animo habent, primum illam integram, & iam abſolutam animo verſant.

Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον. τάχα γὰρ οὕτως ἂν βέλτιον καὶ περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν.

Quia autem beatitudo eſt actio quaedam animi, quae obtemperat virtuti perfectae, de virtute conſiderandum eſt: fortaſſe enim ita melius de beatitudine contemplari poterimus.

QVASI fundamentum quoddam iacit diſputandi de animo, non ſubtiliter, neque exquiſitè, ſed quantum requirit haec de moribus diſciplina; orditur autem a definitione vitae beatae, quam docuit eſſe functionem quandam animi; verum, quia actionem hanc ipſam vult ſequi auctoritatem virtutis, totamque ſe ad illam accommodare; de virtute prius non nulla praecipit; cuius etiam cognitio quàm vtilis futura ſit huic operi, declarat auctor; quantoque melius, illa percepta, perſpecturi ſimus naturam beatitudinis.

Δοκεῖ δὲ καὶ ὁ κατὰ ἀλήθειαν πολιτικὸς, περὶ ταύτην μάλιστα πεπονῆσθαι: βούλεται γὰρ τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους: παράδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν, τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγένηνται. εἰ δὲ τῆς πολιτικῆς ἐστιν ἡ σκέψις αὕτη, δῆλον ὅτι γίνοιτ' ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν.

Videtur autem, & qui vere vocatur politicus: reipublicaeq́ administrandae accommodatus, in hac maxime videnda plurimum laboris ſuſcepiſſe: propoſitum enim in animo habet, vt ciues bonos efficiat, & legibus obtemperantes: exemplum autem horum habemus eos, qui Cretenſibus, & Lacedaemonijs leges ſcripſerunt, & ſiqui alij huiuſcemodi extitere: ſi autem ciuilis diſciplinae eſt conſideratio haec, apertum eſt fieri debere conquiſitionem, vt primo nobis propoſuimus, meliusq́ ſtatuimus.

INQVIT igitur videri virum vtilem reip. peritumque illius adminiſtrandae ac verè politicum, non verbo tenus, quales multi reperiuntur, plurimum ſtudij, curaeque ponere de-

bere in virtute percipienda; vt reijcit autem noſter hic ſummus doctor ab hoc munere falſo vocatos politicos, ita M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum queritur illo tempore Romae fuiſſe nullos, qui vmbram etiam huius virtutis viderint; inquit autem. Sed interea πολιτικὸς οὐδεὶς, οὐδ' ὄναρ, Vt autem hic, ita etiam in I. de moribus ad Eudemum dicit, multos è numero eorum, qui vulgo vocantur politici, falſo ita appellari, quo loco accuratè docet, qui ſunt veri politici, & qui non vere ita vocentur: diſtinctis illis, à rebus, in quas ambo incumbunt. πεπονῆσθαι autem de hoc inquit, quemadmodum ſupra eodem verbo vſus eſt de illis, quos dixit diligentiae plurimum adhibere in laudationibus conficiendis: neque enim ſine laboribus magnis praeclara opera conficiuntur. Non poſſe autem ſine virtute fungi ſuo munere politicum ſignificat; cum officium ipſius ſit reddere ciues probos, & qui legibus pareant; quod probat exemplo illorum, qui ſcripſerunt leges Cretenſibus, ac Lacedaemonijs: ipſos enim incubuiſſe toto animo huic rei notum eſt: Addidit autem, Et ſiqui alij tales extitere, qui ſeueras leges litteris mandarint: ſi autem addidit, concludere volens, haec eſt animaduerſio & propria cura ciuilis diſciplinae, quaerere de virtute, & ad ipſam hortari, perſpicuum eſſe poteſt, nos ſequi vetus propoſitum, & ordinem monſtratum.

Περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον ἀνθρωπίνης δηλονότι: καὶ γὰρ τἀγαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν: καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνθρωπίνην. ἀρετὴν δὲ λέγομεν ἀνθρωπίνην, οὐ τὴν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς: καὶ τὴν εὐδαιμονίαν δὲ, ψυχῆς ἐνέργειαν λέγομεν.

De virtute autem conſiderandum eſt, quae videlicet cadit in hominem: etenim bonum humanum quaerebamus, & beatitudinem, cuius participes ſunt homines: virtutem autem dicimus humanam, non eam, quae corporis eſt, ſed illam, quae animi eſt, & beatitudinem itidem, animi functionem dicimus.

NEQVIS error naſcatur ex hoc verbo generatim prolato, ſignificat, quam virtutem intelligat: ſunt enim plura genera virtutum: quarum etiam non nullae ſuperant captum condicionemque humanam: aliae vero inferiores ipſa ſunt, cum dicantur etiam beluarum non nullae virtutes, & partium etiam quarundam noſtri corporis, & animi etiam ipſius, quemadmodum ipſe quoque infra locutus eſt: inquit igitur, quaerendum eſſe, diligenterq; cogitandum ijs, qui tradunt hanc diſciplinam de virtute, quae cadit in hominem, quod confirmat: indeque planè cognoſci poſſe, docet; quia ab initio monſtratum eſt, quaeri in his libris de humano bono, non de diuino, ac caeleſti: eodemque pacto nos ſollicitos eſſe de beatitudine, cuius participes mortales ſunt; non de illa, quae remota eſt à natura ipſorum; quare inane eſſe, ſtultumque conſilium, ſuſcipere curam vniuerſam eam explicandi. Reſtabat adhuc ſcrupulus quidam in verbis ipſius, ſed tenuis, quem tamen euellit, ne moleſtus alicui ſit: cum enim dixerit, conquirendam eſſe humanam virtutem: virtutes autem ſuas habeat & corpus hominis, & animus, teſtatur modo ſe intelligere virtutem non corporis, ſed animi: nam beatitudinem etiam docuit eſſe actum, opusque animi, non corporis.

Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ ψυχήν, ὥσπερ καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα καὶ πᾶν σῶμα, καὶ μᾶλλον ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς. καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες, πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν. θεωρητέον δὲ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς.

Si autem haec ita ſe habent, apertum eſt oportere politicum intelligere aliquo modo ea, quae animi ſunt, veluti illum, qui oculos curaturus eſt, omne etiam corpus: & tanto magis, quanto maiore honore digna, & melior eſt diſciplina ciuilis, quàm ſit ars medicorum, atque ex omni numero medicorum, qui politi ſunt, multum ſtudij, curaeq; ponunt in cognitione totius corporis: quare officium eſt eius, qui incubiturus ſit in remp. noſſe aliquid de animo.

QVOD ſi inquit vere haec à nobis tradita ſunt, virtutem inquam, animi eſſe videndam, non corporis; itidemque beatitudinem munus eſſe, actumque animi, dubium eſſe non poteſt, quin deceat politicum cognoſſe aliquo modo animum: quaeq; partes eius ſunt, ſiue poteſtates: Aliquo modo autem inquit, ideſt, vt loqui ſolet τύπῳ, & craſſa quadā Minerua, non ſubtiliter, & exquiſitè: nimis enim magnus labor foret, & ſine cauſa fatigaret ſtudioſum huius diſciplinae percipiendae, quae non requirit tam certam, & exquiſitam ſcientiam obſcurarum illarum, ac difficilium quaeſtionum: nam non debere penitus ipſam omitti, declarat, exemplo medicorum illorum, qui cum oculis tantum mederentur, totius tamen humani corporis notitiam quandam habebant, neque à ſe alienam ipſam putabāt. Magis autem debere affirmat ponere aliquid curae in anima, aliquo modo intelligenda, illos, qui incumbunt in remp. gubernandam, quàm medicos oculorum, quanto honore dignior, ac melior multis partibus eſt facultas regendae, ornandaeque ciuitatis, quàm ars medicorum. Addit autem, ſi non omnes medicos, tamen politiores è numero ipſorum, atque elegantiores, plurimum ſtudij ac curae ponere ſolere. in partibus corporis cognoſcendis; quod alij multi non faciunt, etſi proprium munus ipſorum eſt, curare corpus s laboris enim vitandi cauſa, accedunt ad artem tractandam, non ſine periculo magno noſtri capitis, parum inſtructi ac parati. Interpres Graecus, & Latini quoque, non viderunt verum ſenſum auctoris, qui eſt is, quem oſtendi: neſcierunt enim apud veteres illos Graecos extitiſſe quoſdam, qui oculis tantum mederentur: neque alij vlli parti corporis manus adhiberent, vt etiam totius corporis ſanandi curam nullam ſuſciperent. Hoc etiam
„ M. Cicero nouerat; cuius haec verba ſunt in III. libro de oratore. An tu exiſtimas, cum eſ-
„ ſet Hippocrates, ille Cous, fuiſſe tum alios medicos, qui morbis: alios, qui vulneribus,
„ alios, qui oculis mederentur; ſed è libris etiam Galeni hoc verum eſſe planè intelligitur.

Θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα: τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν, ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων.

Videndum autem ipſi de eo harum rerum gratia, & quantum ſatis eſt ad ea, de quibus hic quaeritur: velle enim pluſquam oportet exquiſitius omnia ſcire operoſius fortaſſe foret quàm ea, quae hic nobis propoſita ſunt.

CONCLVDIT, duobus ſimilibus vſus, quae rem declarant, officium eodem pacto eſſe boni ciuis, ac periti reip. adminiſtrandae, videre aliquid de animo, & quantum perſona, munuſque, quod obit, requirit tantum ipſius didiciſſe; non tamen ita incumbere in eam intelligendam, vt faciunt, qui propoſitum id habent, naturamque animi omnem percipere ſtudent: ſed ſolum tantum ipſius ſumere, quantum valet ad eum perpoliendum: magisq; idoneum efficiendum muneri proprio ciuis explendo: Addidit etiam, velle accurate animum cognoſcere operoſius eſſe, quàm haec ipſa, quae in manibus habemus, cognoſſe.

Λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια: καὶ χρηστέον αὐτοῖς, οἷον τὸ μὲν, ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον.

Dicuntur autem de ipſo non nulla, & in exotericis ſermonibus, & quantum quidem ſatis eſt, & vtendum ipſis, veluti hoc quidem ipſius expers rationis eſſe: hoc vero rationem in ſe habere.

OSTENDERE etiam voluit, vnde quaedam ſumerentur, quae ad hunc erudiendum ſatis ſunt, ſine noua ipſius cura; narrat que in libris illis, qui ἐξωτερικοὶ vocati ſunt à ſe quaedam expoſita eſſe, quae ſatis ſunt huic officio ipſius, ſi cognita fuerint. quare poſſe illum ipſis vti, vt certis, & accommodatis his rebus tradendis: & quae ſatis auctoritatis habeant. Qui autem fuerint Ariſtotelis libri ita appellati, & veteres ipſius Graeci interpretes: & non nulli antiqui Latini ſcriptores, accurate docuerunt, & noſtrae quoque aetatis quidam docti viri, exploſo errore recentium quorundam, qui ſine cauſa ab auctoritate maiorum diſceſſerunt. Primum autem inquit, quandam animi partem eſſe expertem rationis: aliam autem quandam, participem eiuſdem.

Ταῦτα δὲ πότερον διώρισται, καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια, καὶ πᾶν τὸ μεριστὸν,

ἢ τῷ

ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστὶν, ἀχώριστα πεφυκότα, καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν, καὶ τὸ κοῖλον, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρὸν.

Haec autem vtrum diſtincta ſint, veluti corporis partes, & quidquid diuidi poteſt, ſiue ratione duo ſunt, quae natura ſeparari non poſſint, veluti in circumferentia conuexum, & concauum ad id quod modo quaerimus, nihil intereſt.

Reiicit etiam à munere politici quaeſtionem hanc, de qua graues admodum & docti viri inter ſe diſſenſerunt: nihil enim intereſſe inquit, vtro modo accipiatur, ad id, quod in manibus modo eſt; diſciplinam de moribus, Vtrum inquam hae duae partes animi ſint diſtinctae inter ſe loco, vt partes corporis, membraque noſtra quae loco ſeiuncta ſunt: ſiue ratione tantum duae ſunt, & cogitatione: re autem vnum. Nam Platonem ſeparaſſe ipſas, & in diuerſis corporis partibus, & tamquam ſedibus, illas collocaſſe, notum eſt; quod M. Cicero etiam commemorauit in prima quaeſtione Tuſculana: vt autem membra corporis ſeparari, diſtinguique loco ait; ita etiam quidquid diuidi, & ſecari poteſt, ita diuidi, exempli cauſa ponit: quae autem ſint, quae non re diſtinguantur, verum cogitatione tantum, ſimili etiam monſtrauit: hoc enim vſu venire inquit circumferentiae circuli, cuius exterior pars vocatur à Graecis κυρτὸν, interior vero κοῖλον, & à Latinis conuexum, & cauum, etſi Virgilius alterum horum aliter cepiſſe videtur, cum fecit Didonem
» dicere. Taedet caeli conuexa tueri. In II. quoque libro de moribus ad Eudemum ad rem declarandam eodem ſimili vſus eſt: cum eundem hunc locum explicaret, niſi quod non ſolum hoc περιφερὲς circumferentiaeque, ſed omni καμπύλῳ contingere illic dixit.

Τοῦ ἀλόγου δὲ τὸ μὲν ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ. λέγω δὲ τὸ αἴτιον τοῦ τρέφεσθαι, καὶ τοῦ αὔξεσθαι: τὴν τοιαύτην γὰρ δύναμιν τῆς ψυχῆς, ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομένοις θείη τις ἄν, καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις: τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην καὶ ἐν τοῖς τελείοις: εὐλογώτερον γὰρ ἢ ἄλλην τινά.

Eius autem quod rationis eſt expers, hoc ſimile communi eſt, & quod in cunctis, quae oriuntur è terra exiſtit: dico autem quod cauſa eſt, vt id alatur, & creſcat: talem enim animi vim in omnibus his quae aluntur, poneret aliquis, quin etiam in foetibus, dum adhuc in vtero ſunt. eandem autem hanc & in perfectis: conſentaneum enim eſt, magis quàm aliam quampiam.

Cvm diuiſiſſet animum in partes animi, quarum altera particeps eſt rationis: altera penitus expers: nunc vacuam à ratione rurſus diuidit; eodem pacto, quo totam diuiſerat, ideſt bifariam: dicitque alteram ipſius partem, quae vacua inquam eſt à ratione, ſimilem paremque eſſe communi animo: illi inquam, qui inuenitur in cunctis naturis participibus aliquo modo animi, quem animum magis declarans, cuiuſmodi ſit, φυτικὸν ipſum appellat, quia cuncta etiam, quae oriuntur è terra, herbae, frutices, arbores, illum in ſe habent: aliter enim ali, creſcereque nequirent. Addit autem hunc animum, vimque ipſius ac poteſtatem, vt in his omnibus quae videmus ali, extare, ita etiam in foetibus, dum in vtero matris adhuc ſunt: aluntur enim & ipſi, augeſcuntque: quam etiam in perfectis naturis inueniri tradit: idque magis conſentaneum eſſe: quod enim in inchoatis exiſtit, idem ab integris, abſolutisque abeſſe non poteſt: aliter enim integra, perfectaque non forent, quin etiam requirit in his, quae tempore ad integritatem non perueniſſent, ac paenè ſenſibus orbata, loco non mouentur, cui ſemel haeſerunt, cuiuſmodi ſunt conchae. Videtur autem Ariſtoteles diuiſionem hanc minimè probare in III. libro de animo, quae tamen ab ipſo nunc recipitur, vt accommodata huic doctrinae de moribus tradendae.

Ταύτης μὲν οὖν κοινή τις ἀρετὴ, καὶ οὐκ ἀνθρωπικὴ φαίνεται: δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις ἐνεργεῖν μάλιστα τὸ μόριον τοῦτο, καὶ ἡ δύναμις αὕτη: ὁ δ' ἀγαθὸς, καὶ κακὸς, ἥκιστα διάδηλοι καθ' ὕπνον, ὅθεν φασὶν οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀ-

ὕπνον: συμβαίνει δὲ τοῦτ' εἰκότως: ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς, ᾗ λέγεται σπουδαία, καὶ φαύλη.

Huius igitur communis quaedam virtus eſt, & nō propria hominis eſſe percitur: videtur enim in ſomnis munere ſuo fungi pars haec, ac vis, maxime: vir autem bonus, ac malus minime diſtinguuntur, cum dormiunt, vnde aiunt, nulla re diſcrepare inter ſe beatum ac miſerum dimidia parte vitae: vſu venit autem hoc merito: ſegnities enim quaedam animi eſt ſomnus, ea parte qua dicitur ſtudioſus, ac nequam.

H v i v s animi poteſtatis virtutem, ideſt decus ac laudem, communem omnium, non ſolum animantium eſſe inquit, verum etiam ſtirpium; & nullo pacto propriam ipſam eſſe hominis, cuius ſuae ſententiae rationem hanc reddit: videri enim inquit particulam hanc & poteſtatem, dum aliquis dormit, fungi munere ſuo maxime: contra autem vir probus, & improbus minime diſtinguuntur eo tempore ideſt in ſomno, & dum ſopiti ſunt. Verum autem hoc eſſe, & ita de ipſo exiſtimari debere, declarat, peruulgata voce & quae vim prouerbij obtinebat; erat autem illa, nullum diſcrimen eſſe inter beatum, ac miſerum hominem, dimidio vitae internallo, & eo ſcilicet vitae tempore, quo aliquis dormit, quod par ille eſſe volebat ei, quo vigilat. Contingere autem hoc veriſimiliter auctor inquit, editumque eſſe non omnino ſtulte: cum ſomnus ſit ſegnities quaedam, & inertia animi, hac ſcilicet parte, qua ſtudioſa illa, & affinis culpae alicui, & nequam vocari poteſt.

Πλὴν εἴπῃ κατὰ μικρὸν διικνοῦνταί τινες τῶν κινήσεων: καὶ ταύτῃ βελτίω γίνεται τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν, ἢ τῶν τυχόντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις. καὶ τὸ θρεπτικὸν ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν.

Praeter quàm ſi motus aliqui perueniunt exiliter, atque ita inde meliora fiunt viſa moderatorum virorum, quàm quorumlibet: Sed de his ſatis, & alendi vis omittenda eſt, quia hominis virtutis expers natura eſt.

C v m vſus fuiſſet ad id probandum, quod volebat, peruulgata ſententia, quae aiebat, nulla re diſcrepare inter ſe probum virum, atque improbum, dum ambo dormiunt, aliquo modo nunc eam leuiter corrigit: inquit enim, niſi forte motus quidam eo tempore perueniūt ad illos, vnde viſa ſomniorum meliora ſint in grauibus, moderatisque viris, quàm in leuibus, & flagitioſis: veriſimile enim eſt ex factis, cogitationibusque, quae anteceſſerunt, manare ad animos vtrorumque ſimulacra quaedam praeteritae vitae, quae cum tantopere diuerſa ſint, diſſimilia etiam ſomnia pariunt. vt enim iucunda erunt viſa modeſtorum hominum, ita triſtia, & perturbata vilium perſonarum & deprauatarum. Vt autem multis locis ab auctore κινήσεις hae motiones vocatae ſunt ita a M. Cicerone aliquando motus animorum appellati ſunt. Quod autem hic quaſi dubitanter Ariſtoteles dicit, in melioribus ſomnijs meliorum virorum vſu venire, id in xiij. problemate xxx. ſegmenti, audentius profert, & huius rei cauſam diligenter adfert. Idem etiam commemorat M. Tullius in I. libro de diuinatione, editum a Socrate in Platonis politia. Poſt hoc videns, quid attigerit, fatetur ſe aliquo modo prolixum fuiſſe, qui de his rebus longius praeceperit, quae non valde faciunt ad hanc diſciplinam; quare addit animi partem relinquendam, ſemouendamque eſſe ab hoc ſermone, quae valet ad alendum, quia ipſa ſtatim ab ortu ſuo aliena eſt a virtute, quae ornat hominem; nec quicquam iuuare ipſam hac parte poteſt.

Ἔοικε δὲ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς ἄλογος εἶναι: μετέχουσα μέντοι πῃ λόγου: τοῦ γὰρ ἐγκρατοῦς, καὶ ἀκρατοῦς, τὸν λόγον, καὶ τῆς ψυχῆς τὸ λόγον ἔχον, ἐπαινοῦμεν: ὀρθῶς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ.

Videtur igitur, & alia quaedam animi natura ſine ratione eſſe, quae tamen particeps eſt aliqua parte rationis: continentis enim hominis & inconti-

nentis

nentis rationem, & animi partem, quae rationem habet, laudamus: recte enim & ad ea, quae optima ſunt, allicit.

ADIVNGIT, quod alterum membrum eſt diuiſionis videri etiam extare aliam quandam animi naturam, quae & ipſa vacua ſit a ratione, ſed alio pacto vacua: neque enim penitus expers rationis eſt, cum aliqua parte audiat illam, particepsque ipſius ita fiat: declarat autem hoc ſimili hominis continentis, atque incontinentis: in quibus ambobus rationem laudamus, ſed non pariter: quae namque conſtans eſt, nec patitur ſe in illa contentione, pugnaque ſuperari, maiore profecto laude digna eſt: quae vero, poſtquam aliquantum reſtitit, cedit, manuſque dat, non ita commendatur, vt igitur in vtroque nos rationem laudare ſolere tradit. ita etiam partem animi, in qua ratio manet, vt in domicilio ſuo: merito autem nos hoc facere inquit; cum recte ſe gerat, horteturque nos ad ea, quae optima ſunt in vita, & omni laude digna, adminiſtranda. Φύσιν quod hic inquit ψυχῆς, puro ſignificare οὐσίαν, quomodo locutus eſt in I. libro πολιτικῶν cum ait, χαλκῆς φύσιν & de ortu animantium δέρματος φύσιν eodemque pacto multis alijs locis oſtendit hoc, quod contra aliquando appellat οὐσίαν vſitatius, quam φύσιν nominat. vt non longè a ſuperiore exemplo è primo πολιτικῶν, νομίσματος οὐσίαν, dixit.

Φαίνεται δὲ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸν λόγον πεφυκὸς, ὃ μάχεταί τε, καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ: ἀτεχνῶς γὰρ καθάπερ τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια εἰς τὰ δεξιὰ προαιρουμένων κινῆσαι, τοὐναντίον εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρεται, καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὕτως: ἐπὶ τἀναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν. ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι μὲν, ὁρῶμεν τὸ παραφερόμενον: ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς, οὐχ ὁρῶμεν. ἴσως δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν τῇ ψυχῇ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον, ἐναντιούμενον τούτῳ καὶ ἀντιβαῖνον. πῶς δὲ ἕτερον, οὐδὲν διαφέρει.

Perſpicitur autem in ipſis & aliud quippiam auerſum à ratione natum; quod contra pugnat, & aduerſatur rationi: planè enim veluti partes corporis diſſolutae in dexteram partem volentibus nobis ipſas mouere, contra in ſiniſtras dilabuntur, & in animo eodem pacto ſe res habet: in contrarias enim partes incontinentium appetitiones, verum in corporibus quidem aſpicimus quod peruerſe mouetur, in animo autem non aſpicimus: fortaſſe autem nihilominus & in animo exiſtimandum eſt, eſſe quippiam praeter rationem, quod repugnat huic, & contra tendit: quomodo autem diuerſum ſit, nihil intereſt.

PERSPICI in ipſis addit, continentibus inquam hominibus, atque incontinentibus, praeter partem, quae rationis eſt compos, aliud quiddam etiam eſſe, quod aduerſatur rationi, pugnatque vehementer cum ipſa: hoc autem vt facilius probet, ponatque nobis ante oculos, vt ſupra fecerat, ita hic quoque facit: vtitur enim ſimili; ſimile autem eſt hoc: inquit enim, eodem pacto, quo partes corporis membraque diſſoluta, & temptata morbo illo, qui a Graecis παράλυσις vocatur, cum laborantes illo in dexteram partem mouere ipſas volunt; contra in laeuam feruntur, ita in animo contingit. Expoſito autem ſimili, rediens ad id, quod ope illius oſtendere voluit, inquit; in oppoſitas enim partes tendunt incontinentiũ impetus animorum, atque appetitiones. Idem hoc, ſine ſimili tamen dixit in V. Tuſculana M. Cicero, cuius haec verba ſunt. Sic diſtrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates, hoc tantum diſcrimen eſt, addit Ariſtoteles, quod facit, ne vitio hoc cognito, facile vitare ipſum valeamus, quod in corporibus cernimus, quod contra ſenſum animi efficitur, peruerſeque mouetur: in animo autem id aſpicere non valeamus. Fortaſſe autem inquit, non minus in animo, quàm videmus fieri in corpore, exiſtimare debemus eſſe quiddam praeter rationem, partemque eam, quam compotem rationis eſſe nouimus; quod aduerſatur huic ipſi: ſemperque ſe illis opponat, quomodo autem pars haec ab altera diuerſa ſit, nihil ad id, quod nunc quaerimus, intereſt.

Λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἴπομεν. πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ

ἐγκρα-

ἐγκρατοῦς: ἔτι δὲ ἴσως εὐηκοώτερόν ἐστι τὸ τοῦ σώφρονος, καὶ ἀνδρείου: πάντα γὰρ ὁμοφωνεῖ τῷ λόγῳ.

Rationis autem hoc quoque perſpicitur eſſe particeps, vt diximus; obtemperat igitur rationi illud, quod in continenti eſt: adhuc autem fortaſſe multo magis audit ipſam, quod in temperante eſt, & forti viro: cuncta enim aſſentiuntur rationi.

QVOD igitur magis huic tempori, locoque accommodatum eſt, modo dicit quaerendum: id autem eſt demonſtrare partem hanc animi, quae rationis ſua vi expers eſt, vt diximus, & ipſam intelligi, apparereque indicijs quibuſdam, aliter participem rationis eſſe. Argumentum, quo hoc probat, eſt, quod videmus ipſam in homine continenti parere rationi; id quod planius adhuc perſpicitur in temperante viro: in cuius animo lis nulla & altercatio perſpicitur: quod enim placet parti animi compoti rationis, probatur alteri, poſtquam erudita eſt ab ipſa, & ita inſtructa, vt non recuſet imperium & auctoritatem ipſius; ſiue potius temperans eſt, in cuius animo ſcintilla nulla exoritur turpis cupiditatis; enim continens ſit, qui primo mouetur ad aliquid concupiſcendum, ſed non rapitur, neque abducitur a vero, & honeſto, captus illecebris voluptatis, ſpecieque pulchritudinis, in temperante autem inquit, cuncta aſſentiri rationi.

Φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον, διττόν: τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν, οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου: τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν, καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν, μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ, καὶ πειθαρχικόν. οὕτω δὴ καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν φίλων φαμὲν ἔχειν λόγον, καὶ οὐχ ὥσπερ τῶν μαθηματικῶν.

Perſpicitur igitur, & quod ſpoliatum ratione eſt duplex eſſe: quod enim proprium eſt eorum, quae gignuntur è terra; nullo modo communicat ratione, id autem in quo vigent cupiditates, demumq; appetitiones, aliquo modo particeps eſt; ea parte qua non alienum eſt ab ea audienda: ipſiq; obtemperandum: ſic igitur dicimus & patris, & amicorum rationem habere, & non quemadmodum rerum mathematicarum.

PERSPICI iam inquit ex ijs, quae modo dicta ſunt, animi partem, vacuam a ratione, non vnius generis eſſe, ſed duplicem: ipſius enim genus quoddam eſt, quod funditus expers eſt rationis, illud inquam, quod φυτικὸν appellatur, quia quae gignuntur è terra, herbae inquam, frutices, atque arbores participes ipſius ſunt, quare viuere dicuntur: alterum genus eſt, in quo cupiditates vigent: demumque quod eſt fomes appetitionum omnium, nam ὀρεκτικὸν genus eſſe; continereque in ſe & voluntatem, & iram, & cupiditatem notum eſt: hoc igitur aliquo modo particeps eſt rationis, quem modum, qui ſit, indicat: auſcultare enim ipſum inquit rationem, & obtemperare illi, cum libet: neque enim ſemper in poteſtate eius eſt; cum autem ipſum pati ſe perſuaderi de eo pronuntiaſſet, vel potius habere ipſum rationem, & ἔχειν, vt loquuntur Graeci; hocque non vno modo dicatur, ſignificat quomodo accipi hoc velit; aitque ſe hoc ſenſu edidiſſe, quomodo mos eſt dicere, quempiam rationem habere patris, & amicorum, ideſt ſequi, ac probare conſilia ipſorum; inducereque in animum ita facere, & non quomodo, mos eſt loquendi de rebus mathematicis, theorematis alicuius nos rationem habere; ideſt noſſe, quomodo ipſum demonſtrari poſſit: nec deeſſe argumentum, quo id comprobetur, ac verum eſſe intelligatur.

Ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε, καὶ παράκλησις.

Perſuaderi autem aliquo modo à ratione quod vacuum eſt à ratione, indicat & admonitio, & omnis increpatio, & hortatio.

VERVM eſſe, quod dixit, de poſteriore hoc animi geoere, vacuo a ratione, quod ſit aliquo modo particeps rationis, docet, vtens ſignis quibuſdam, quae hoc declarant: illa autem ſunt: quod mos eſt, & inſtitutum hominum admonere eos, qui in aliqua re labuntur, ac peccant, quod faciunt graues viri, & qui plurimum auctoritatis apud eos habent, & increpare etiam, maleque accipere verbis, quod gerunt ij, qui vident, eos perſeuerare in praua vitae ratione: ac ſua monita ſpernere: nec non hortari, vt deteriore via relicta; meliorem ſequantur: quorum nihil facerent, ſi putarent, fieri non poſſe, vt illi audirent, orbati facultate, monita ſua accipiendi.

Εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν, διττὸν ἔσται, καὶ τὸ λόγον ἔχον: τὸ μὲν, κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ: τὸ δὲ, ὥσπερ τοῦ πατρὸς ἀκουστικόν τι.

Si autem opus eſt & hanc dicere rationem habere, duplex erit etiam & illud quod rationem habet, hoc quidem proprie, & in ſemet ipſo poſitum; hoc autem, quemadmodum filium dicimus procliuem eſſe ad audiendum patrem.

VIDEBAT aliqno modo, quempiam inſimnlare ſe poſſe, aut ſaltem ſecum valde mirari, quod animi partem, quam primum expertem rationis feciſſet, poſtea, quaſi mutato conſilio, rationis eam participem eſſe voluiſſet; quare nunc ſe quaſi purgat, nec meritò reprehedi poſſe ſigoificat. Si eoim inquit, decet, rectumque eſt hanc quoque dicere rationem habere; duplex itidem erit geminumque genus animi, quod rationem habet, quemadmodum oſteoſum eſt, geminum eſſe vacunm ab ipſa: vnum enim ipſius genus duobus modis capitur. qoo pacto autem tale ſit, itaque vocetur, declarat; alterum eoim horum inquit proprie rationem habere dicetur, quod in ſe poſitam ipſam habeat, noo accerſitam & aliunde ſumptam: alterum autem mutuo acceptam, qnemadmodum ſupra declaratum eſt ſimili, vt ioquam dicimus, aliquem factum eſſe, inſtructumque ad auſcultandum patrē.

Διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην: λέγομεν γὰρ αὐτῶν τὰς μὲν, διανοητικὰς: τὰς δὲ, ἠθικάς. σοφίαν μὲν, καὶ σύνεσιν, καὶ φρόνησιν, διανοητικάς: ἐλευθεριότητα δὲ καὶ σωφροσύνην, ἠθικάς: λέγοντες γὰρ περὶ τοῦ ἤθους: οὐ λέγομεν ὅτι σοφὸς ἢ συνετός, ἀλλ' ὅτι πρᾶος ἢ σώφρων: ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν κατὰ τὴν ἕξιν. τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς, ἀρετὰς λέγομεν.

Diſtinguitur autem virtus quoque perinde atque differentia haec: dicimus enim ipſarum quaſdam rationis eſſe: alias autem morum: ſapientiam quidem & ſolertiam & prudentiam, rationis: liberalitatem autem, & temperantiam, morum: cum enim loquimur de more, nō dicimus quempiam ſapientem eſſe, ſiue ſolertem, ſed mitem ipſum eſſe aut temperantem: laudamus autem ſapientem quoque commendatione habitus: ex omnibus autem habitibus eos, qui laudabiles ſunt, virtutes vocamus.

CVM diuiſiſſet animi partem participem rationis, in eam, quae in ſe poſitam ratiooem habet, & in illam, quae aliunde ipſam trahit; atque ita ornatur, meliorque fit; nunc docet, diſtiogui etiam virtutem eodem pacto, ſeruataque diuiſione hac: volumus enim inquit quaſdam ipſarum in ratione poſitas eſſe, atque ita de illis loquimnr, vocantes ipſas διανοητικὰς a ſede, & quaſi domicilio ipſarum, alias, quae natura, & more perficiuntur, appellamus inde ἠθικὰς: quae vero vtraeque ſiot, nomioibus ipſarum poſitis, ſignificat: priores autem nominat, intellectiuas vocatas ab inferioribus; ſunt vero hae, ſapientia, ſolertia, prudeotia: morales dicit eſſe liberalitatem, & temperantiam; recte autem has ipſas ita, ideſt a more, naturaq; nominatas eſſe inqoit, teſtimonio, & inſtituto citato hemioum, quibus cum qnaeſitum eſt, quibus moribus aliquis praeditus eſt, non ſoleot reſpondere, illum eſſe ſapientem, ſiue ſolertem, verum dicunt, eum eſſe mitem, aut temperantem. nec tamen non inquit laudamus etiam, commendamusque ſapientem virum, quia tali habitu animi eſt, quod additum ab eo fuit, vt declararet, ipſum etiam virtutis compotem eſ-

ſe: e

ſe : e genere enim inquit omni habituum eos ; qui laude digni ſunt, virtutes vocamus. In primo librorum illorum de moribus, quorum index eſt, ἠθικὰ μεγάλα, cum, quod hic facit, illic etiam ſeiunxiſſet virtutes, duoque genera ipſarum feciſſet, in quo nihil diſcrepat a diuiſione ipſarum, quam hic probat, loquens de virtutibus morum, nominatisque non nullis ipſarum, addidit, & quaecunque aliae videntur laude dignae, quod fieri inquit, quia commendatione ipſarum dicimur laude digni : ob virtutes autem rationis nemo mortalis laudatur, quod explicat, enumeratis non paucis : nullus enim mortalis, inquit, laudatur, quod ſapiens ſit, neque quod prudens : eodemque pacto ſe res habet de ceteris. Videndum igitur eſt, cum videatur diſſentire a ſemetipſo, quomodo hic ſcrupulus euellendus ſit. Admonere etiam libet, extitiſſe familiam aliam ſapientum, qui diuiſionem hanc non probarint, voluerintque virtutes omnes vnius generis eſſe, ideſt rationis : id quod narrauit de ipſis M. Cicero in Academicis ad M. Varronem his verbis : Cumque ſuperiores non omnem virtutem in ratione eſſe dicerent, ſed quaſdam virtutes natura aut more perfectas ; hic omnes in ratione ponebat. Arbitror autem Zenonem hoc feciſſe, ſententiam ſequutum Socratis, qui cenſuit, omnes virtutes eſſe ſcientias, id quod multis locis reffellit Ariſtoteles. In eodem autem de moribus libro copiosè, & accuratè hoc argumento : dixit enim Socratem putaſſe, nihil incaſſum eſſe oportere, quod ſi virtutes ſcientiae forent, neceſſario vſu veniret virtutes incaſſum eſſe, atq; id, quia in ſciētijs ſtatim vt quiſpiā ſcientiam percepit, ac quid illa ſit, nouit, ſciens factus eſt : exemplis autem id probans, ait : ſi enim aliquis ſcientiam medicorum didicit, vimque ipſius tenet, ſtatim medicus eſt ; quod in alijs etiam ſcientijs eodem pacto contingit ; ſed virtutibus ipſis hoc ſatis non eſt : non enim, qui cognouit iuſtitiam qnid ſit, extemplo iuſtus eſt. eodem autem pacto ſe res habet in ceteris virtntibus : contingit igitur ait, rationem concludens, incaſſum virtutes eſſe, nec quicquam opus ipſis ad hominem perficiendum, Quod verò addit, & non eſſe ipſas ſcientias, declarat in hoc peccaſſe Socratem, rationemque ipſius exploſam eſſe.

PETRI VICTORII COMMENTARII IN II. LIBRVM ARISTOTELIS De moribus ad Nicomachum

ΔΙΤΤΗΣ δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης, τῆς μὲν, διανοητικῆς: τῆς δὲ, ἠθικῆς. ἡ μὲν διανοητικὴ, τὸ πλεῖστον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν. διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου: ἡ δ' ἠθικὴ, ἐξ ἔθους περιγίνεται, ὅθεν, καὶ τοὔνομα ἔσχηκε, μικρὸν παρεγκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους.

CVM ſit autem duplex virtus, vna quidem, rationis: altera autem moris, ea, quae rationis eſt plurimum habet à doctrina, & ortum & incremẽtum. Quapropter vſu eget, & tempore: moralis autem a more comparatur: vnde, & nomen, parum declinans à more, nacta eſt.

INITIVM ſecundi huius libri ducitur ab extremo primi: repetit enim, quod illic expoſuerat, duo extare genera virtutis, quorum vnum rationis eſt: alterum vero conſuetudinis ac morum: oſtendit autem nunc: additque ei, quod illic tradiderat; vnde ambo haec genera proficiſcantur, quomodoq; conflentur. Primum igitur ſignificat virtutem, à ratione vocatam, maximam partem ſuae, & originis, & incrementi trahere a doctrina: munereque alicuius, qui eam doceat: vt enim ille primo inſerit ipſam in pectus eorum, qui accipere velint, ita, ſiquae ſemina ipſius illic ſunt, ſiue a natura data, ſiue ſtudio & cura prius parta, auget illa, & amplificat doctrina ſua, & officio. Plurimam antem partem huius virtutis inquit, & non totam; quia non eſt dubium, quin naſcantur quidam; tamquam ſemina, & igniculos non paruos huius virtutis habentes, ideſt qui quaſi naturalem habeant & prudentiam, & ſapientiam, magisque, quàm alij multi ſiut nati, proniquead eam perfectam accipiendam: Quare inquit vſu eget, ac tempore: periculum enim in ſe facere debent harum virtutum, qui compotes ipſarum fieri velint, ſeque in ipſis exercere, id quod ſubito, breuique ſpatio temporis, obtineri non poteſt. Virtus autem moralis inquit, paritur conſuetudine; ortumq; ab ea ducit: qui enim ſemel, iterumque ſe abſtinuerint a turpi aliqua voluptate: in eaque ratione aliquantum permanſerint, paulatim temperantes fiunt: eadem ratio eſt fortitudinis

dinis adipiſcendae, qui enim obiecerint caput alicui honeſto periculo in bello ſiue in alio quopiam, pleno dignitatis, facto, & ipſi fortes euadunt tempore: incipiunt enim paulatim contemnere mala, quae primo ipſis magna, ac terribilia viſa fuere; eadem ratio eſt ceterarum huius generis virtutum conſequendarum. Probat autem hoc argumento, a notione nominis ſumpto, quam ἐτυμολογίαν Graeci vocant, inde enim nomen, ideſt à conſuetudine hauſiſſe narrat, cum ἦθος, vnde virtutes hae ἠθικαὶ vocatae ſunt, parum diſcrepet ab hac voce ἔθος: prima enim littera, quae ſola diſcrimen facit, paene eadem eſt, diſcrimen tantum in eo manet, quod in eorum altero tenuis illa eſt; in altero craſſa. Eodem autem argumento idem probauit in primo eorum librorum, qui ἠθικὰ μεγάλα vocantur: quo tamen in loco videtur primo rationem hanc ab etymologia vocatam, vſurpaſſe timide, quaſi illa firma non omnino eſſet, nec ſatis idonea rebus grauibus conſtituendis. ac veritati indagandae; illam tamen ſuſpicionem ſtatim a ſe depulit, dicens valde ipſam vtilem eſſe, atque eam libere vſurpandam hucque transferendam: hoc enim videtur ſignificare voluiſſe cum ait, ἐπὶ δ' ἴσως: nam quin alijs multis locis recipiat argumentum hoc, dubium non eſt. Stoicis quoque, & ipſa peculiaris fuit, quod teſtatus eſt M. Cicero. Quintilianum vero nimis audacter ipſam contempſiſſe irriſiſſeque notum eſt. Sed non nullas etiam M. Varronis parum probatas fuiſſe, vel potius libere exploſas compertum eſt: non eſſe etiam argumentationem hanc certam ſolidamque declarat, quod eiuſdem nominis duas etymologias attulerunt doctiſſimi viri, & ambas quidem probabiles, vt aetheris, Anaxagoras, & Ariſtoteles. Plutarchus quoque in libello, quem ſcripſit περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς; cum quid foret ἦθος docuiſſet, & ipſe a ratione nominis argumentatus eſt: primum igitur dixit ἦθος, moremque nihil aliud eſſe, niſi qualitatem quandam animi partis eius, quae vacua eſt a ratione: ſtatimque addidit, vocata autem ita eſt, quia qualitatem hanc, & differentiam conſuetudine capit anima, quae ſine ratione eſt, a ratione ficta, & conformata ab ipſa, & quae ſequuntur.

Ἐξ οὗ καὶ δῆλον ὅτι οὐδὲ μία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται· οὐθὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται. οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος, οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις, ἄνω ῥιπτῶν· οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω. οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων, ἄλλως ἂν ἐθισθείη.

Ex quo perſpicuum eſt nullam moralium virtutum innatam in nobis eſſe à natura: nihil enim eorum, quae natura conſtant, aliter aſſueſcit natura: veluti lapis, qui deorſum natura fertur, nullo ſtudio alicuius aſſueſceret ſurſum ferri, quamuis aliquis milies ipſum ſtuderet aſſueſacere, ſurſum iaciens: neque ignis deorſum, neque aliud quippiam eorum, quae natura ſunt, aliter aſſueſceret.

Est hoc tamquam corollarium: vnde enim inquit perſpicuum eſt, nullam harum, quae a moribus vocatae ſunt, virtutem a natura nobis datam eſſe, patet hoc, quia conſuetudine & vſu dictae ſunt parari: verum autem hoc eſſe teſtificatur, vtens animaduerſione rei ſatis cognitae & perſpectae: nihil enim inquit eorum, quae natura conſtant, vſu & conſuetudine variatur, ſtudio in hoc etiam magno poſito, nec mutat naturam id, quod etiam exemplis ſatis claris comprobauit, ita vt dubitatio nulla reſtet. Eadem autem hac praeceptione ijſdemque exemplis vſus eſt in primo quoque illorum de moribus librorum, qui magni vocati ſunt. Tamen D. Thomas ſingulari ſuo ingenio, ac doctrina cauſam huius rei adferre voluit, quae cum ducta ſit ab alio genere philoſophiae a me relicta eſt, vt minime hic neceſſaria, qui autem hoc quoque, ſcire cupiet, oſtendi, vnde petat.

Οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί· ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς· τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους.

Neque igitur natura, neque praeter naturam ingenerantur in nobis virtutes: ſed nobis natis, factisq́ ad eas ſuſcipiendas: abſolutis autem, perfectisq́ redditis conſuetudine, ac ſtudio.

Est hoc quoque quaſi corollarium, veritasque eius elicitur ex ijs, quae modo dixit: affirmat enim virtutes non oriri in nobis, vi naturae, vt partes noſtri corporis, quae ſine noſtro ſtudio, & opera, tales, quales ſunt, a natura fiunt: neque etiam contra naturam, ideſt non ſolum repugnante illa, & quaſi aduerſante, verum etiam non leuiter adiuuante, & adminiculi aliquid praebente; quod videtur auctor oſtendere; qui ait nos factos eſſe ad eas accipiendas, genitosque tales, vt ſi nobis deeſſe noluerimus, perficereque quod ab ea inchoatum eſt, ſtuduerimus, compotes ipſarum fieri valeamus: conſuetudo autem, & ſtudium in hoc poſitum, id praeſtabit. Videtur autem hoc idem valere, atque illud, quod a M. Tullio dictum eſt. Eſſe ingenijs noſtris ſemina innata virtutum, quae ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam perducerent.

Ἔτι ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα: ὕστερον δὲ, τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν, ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον: οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι, τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν, ἀλλ᾽ ἀνάπαλιν ἔχοντες, ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι, ἔσχομεν. τὰς δ᾽ ἀρετὰς λαμβάνομεν, ἐνεργήσαντες πρότερον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν: ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες, μανθάνομεν. οἷον οἰκοδομοῦντες, οἰκοδόμοι γίνονται, καὶ κιθαρίζοντες, κιθαρισταί. οὕτω δὲ, καὶ τὰ μὲν δίκαια πράττοντες, δίκαιοι γινόμεθα: τὰ δὲ σώφρονα, σώφρονες: τὰ δ᾽ ἀνδρεῖα. ἀνδρεῖοι.

Amplius quaecunq; nobis à natura adſunt, eorum vim, poteſtatemq; prius accipimus: poſterius autem, functiones munerum redd.mus, quae inde proficiſcuntur: id quod in ſenſibus apertum eſt: non en[im] ex eo quod ſaepe viderimus, aut ſaepe audiuerimus, ſenſus conſecuti ſumus, ſed contra habentes, vſi ſumus ipſis, non quod vſi ſimus, habemus. Virtutes autem obtinemus, cum prius in muneribus ipſarum verſati fuerimus, veluti & in alijs artibus: quae namque efficere oportet cum didicerimus, ea efficientes, diſcimus, ceu aedificando, aedificiorum fabri fiunt, & fidibus vtentes, fidicines, ſic & quae iuſta facta ſunt, gerentes, iuſti euadimus: & quae temperantiae propria ſunt, temperantes, & quae fortitudinis itidem, fortes.

Hoc alterum argumentum eſt, quo idem probat: ſignificat enim, ſi virtutes inſitae in nobis eſſent a natura, idem in nobis futurum fuiſſe, quod reperitur in omnibus ijs, quibus nos natura ornauit, & ad munera, propria animantium obeunda idoneos fecit, ideſt prius accepiſſemus a natura poteſtates earum rerum gerendarum: deinde in ipſas incubuiſſemus; facileque ea praeſtitiſſemus: declarat autem hoc exemplo ſenſuum, poſtea idem vſu venire inquit, fierique in alijs rebus: in virtutibus autem contra fieri. id quod ad ſenſus pertinet, ita perſequitur. Non enim ait, quia ſaepe prius vidimus, ſiue ſaepe prius audiuimus, ſenſus inde accepimus: facultatemque cernendi, aut audiendi adepti ſumus: ſed contra habentes iam, anteaque ipſis instructi, vſi ſumus illis, non vſu & exercitatione obtinuimus facultatem cernendi, & audiendi. Idem etiam vſu venire affirmat in ceteris artibus: qui enim, inquit illarum perdiſcendarum cupidi ſunt; non alia vlla, propria opera aliarum artium tractantes, periti illarum fiunt, bonique opifices euadunt, ſed, vt poſſunt, moliuntur opera earum, quas ſibi percipiendas propoſuerunt. Exemplis etiam explanat, quod praecipit, & fabrorum, & cithariſtarum: quibus addi poſſunt alia multa, quae cotidie ita intelligi, perdiſcique videmus; ſed opus non eſt rem ſatis apertam, magis velle illuſtrare: eodem autem pacto ait, nos res iuſtas gerentes, iuſtos fieri: idemque in reliquis virtutibus cuſtodiri, duabus praeterea appellatis, declarat.

Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν: οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες, ποιοῦσιν ἀγαθούς: καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ᾽ ἐστίν. ὅσοι δὲ μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἁμαρτάνουσι. καὶ διαφέρει τούτῳ πολιτεία, πολιτείας: ἀγαθὴ, φαύλης.

Confirmat autem hoc, id etiam, quod fit in ciuitatibus: qui enim ſcribunt leges, ciues aſſuefacientes, efficiunt eos bonos: ac voluntas finisq́ omnis ſcriptoris legum hic eſt; quicumque autem non recte hoc praeſtant, labuntur: atque hoc differt vna reſp. ab alia, bona à mala.

ADIVVARE iudicium ſuum tradit: & quod praecipit, verum eſſe oſtendere, morem, inſtitutumque liberatum ciuitatum: hanc enim ſequi rationem docet eos, qui ſuſceperunt ipſas legibus muniendas, & ad virtutem dirigendas: dant enim operam, vt exerceeant ciues in honeſtis ſtudijs, atque ita probos homines, bonosque ciues eos reddunt: & ſanè inquit, voluntas, εὐχὴ, q; omnis eorũ, qui ſcribũt leges alicui ciuitati, hic eſt, vt ſcilicet aſſuefaciant ipſos in honeſtis ſtudijs: qui autem rationem in hoc veram non ſequuntur, vel in excolenda ciuitate, pro rectis, bonisque ſtudijs, praua eo inducunt, ſiue efficere hoc negligunt, magnopere peccare dicit: initiumque hinc ducere ciuitatem, ſit ne illa ſtudioſa, ac recta, ſiue inutilis, & magnis vitijs affinis.

Ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν, καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ, καὶ φθείρεται. ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη: ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν, καὶ οἱ ἀγαθοὶ, καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί. ἀνάλογον δὲ καὶ οἱ οἰκοδόμοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες: ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν, ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται: ἐκ δὲ τοῦ κακῶς, κακοί.

Adhuc ex iiſdem rebus, & vi earundem rerum & gignitur omnis virtus, atque interit; eodem autem pacto & ars: vtendo enim cithara, & boni, & mali fiunt citharistae: eademque ratione, & qui aedes aedificant, & reliqui omnes: dum enim bene aedificant, boni erunt eius generis fabri, dum autem perperam, mali.

ALIVD hoc argumentum eſt, quo idem conſtituit; ſtudia videlicet alicuius rei frequentata, magnam vim habere ad virtutem in pectus noſtrum inferendam, ſi honeſta illa fuerint atque integra: eademque ſi contraria extiterint & praua, non ſincere ipſam conflari, ſed potius, ſiquid incoeptum fuerit, quod virtutem oleat, ipſum corrumpere & labefactare: potius enim arbitror, auctorem loqui de ortu virtutum, quàm de ipſis iam conflatis, frangendis ac diſſipandis: neque enim facile eſt virtutem partam extinguere, ac diſſipare: & qui compotes ipſius ſemel facti ſunt, vix queunt moliri aliquid ab ipſa diſſentiens & alienum; quare non poteſt a virtute vitium gigni. Adiungit, quod de virtutibus, ipſarumq; ortu tradidit, idem etiam vſu venire in artibus perdiſcendis; quae ambo exemplis confirmat; ex crebro enim inquit vſu citharae, & boni, & mali fiunt citharistae, prout ipſam attigerint illi, atque pulſauerint: ſeruata etiam eadem ratione, qui domos aedificant, & boni, & mali fabri domorum fiunt, quod aperit, ſignificans, quomodo diuerſae res, penitusq; inter ſe contrariae ex eodem facto gignantur: qui enim ait, recte ſe atque ordine geſſerint in illo ſtudio, boni fabri domorum fiunt: qui vero perperam ac temere, mali. Idem autem aliquo modo commemorat M. Cicero de ſtudio dicendi: oſtendit enim duas voces circumferri ſolitas, quarum priorem, non correctam, caſtigatamque poſteriore animaduerſione,
» accuſat: culpamque magnam in ſe continere ſignificat, inquit igitur. In quo fallit eos,
» quod audierant, dicendo homines, vt dicant, efficere ſolere: vere enim etiam illud dici-
» tur peruerſe dicere homines, peruerſe dicendo, facillime conſequi.

Εἰ γὰρ μὴ οὕτως εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος, ἀλλὰ πάντες ἂν ἐγίνοντο ἀγαθοὶ, ἢ κακοί. οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει: πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, γινόμεθα: οἱ μὲν, δίκαιοι: οἱ δὲ, ἄδικοι. πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἐθιζόμενοι φοβεῖσθαι, ἢ θαῤῥεῖν: οἱ μὲν ἀνδρεῖοι: οἱ δὲ, δειλοί. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς: οἱ μὲν γὰρ, σώφρονες, καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δὲ, ἀκόλαστοι, καὶ ὀργίλοι. οἱ μὲν, ἐκ τοῦ οὑτωσὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι: οἱ δὲ, ἐκ τοῦ οὕτως. καὶ ἑνὶ δὴ λόγῳ ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν, αἱ ἕξεις γίνονται.

Sinamque

Si namque ita ſe res non haberet, nihil opus fuiſſet opera eius, qui doceret, ſed cuncti extitiſſent boni vel mali: ſic iam, & in virtutibus res ſe habet, dum gerunt enim res, quae contractibus conſtant, hominum inter ſe, efficimur; hi quidem iuſti, hi vero iniuſti: tractantes autem ea, quae pertinent ad caſus periculorum, in ijsq́; aſſuefacientes nos metuere, ſiue fidere, hi quidem fortes, hi verò timidi efficimur: ſimili autē modo ſe res habet in ijs, quae pertinent ad cupiditates, & ea, quae ad iram: hi namque ipſorum temperantes, & mites, alij autem intemperantes, & iracundi fiunt: hi quidem, quia ſic ſe in illis gerunt, alij autem, quia hoc pacto: atque vno profecto verbo è ſimilibus actionibus habitus exoriuntur.

Ostendit, quod admonuit, praecepitque, valde accommodatum, vel neceſſarium potius eſſe: argumentatur autem a more, & inſtituto mortalium: niſi autem inquit diligentia, adhibita in his rebus tractandis multum prodeſſet, ac niſi diuerſae rationes, atque inter ſe contrariae, diuerſos habitus gignerent, ideſt hos bonos; alteros vero malos, nihil opus fuiſſet duce & praeceptore harum rerum, qui veram viam oſtenderet, & a praua nos abduceret: cuncti namque, ſuum illud ſtudium ſequentes: & id, ad quod procliues forent, gerentes, ſiue boni, ſiue mali euaſiſſent, quod cum in artibus perdiſcendis vſu veniat, idem etiam fieri in virtutibus planum eſſe, tradit: quemadmodum enim in rebus contrahendis ſe geſſerint, ita iuſti & iniuſti fiunt: ſi namque in ipſis malitia, & fraude vſi fuerint, improbi & auari fiunt: ſi fide, iuſti & aequi. Idem etiam vſu venire docet in fortitudine, atque temperantia, eodemque pacto in ceteris virtutibus, etſi contentus fuit hoc in quattuor ſolis demonſtraſſe: cum enim inquit verſantur in grauibus malis ac periculis, quae propinqua ſint, atque impendeant ipſis, ſe in illis exercentes, atque aſſuefacere volentes ad eam virtutem, ſi ardenter ſe geſſerint, fortes fiunt: ſi timide, formidoloſi, in reliquis duabus virtutibus, quas appellat, idem vſu venire affirmat, quarum materia eſt cupiditas, & ira: vnde perſpicitur, Ariſtotelem vſum eſſe inductione; ad extremum autem ſignificauit, vt in hac argumentatione mos eſt facere, atque vno verbo, ne longior ſcilicet ſim; e ſimilibus inſtitutis: & factis, ſimiles gignuntur habitus. Quod inquit. Niſi enim res hoc pacto ſe habuiſſet, nihil opus fuiſſet aliquo, qui curam ſuſcepiſſet erudiendi, & rationem huius rei obtinendae tradidiſſet: ſimile eſt huic loco illud Ciceronis è prooemio
„ tertiae Tuſculanae. Quod ſi tales nos natura genuiſſet, vt eam ipſam intueri, & perſpi-
„ cere, eademque optima duce curſum vitae conficere poſſemus: haud erat ſanè, quod quiſ-
„ quam rationem, ac doctrinam requireret.

Διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι· κατὰ γὰρ τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν αἱ ἕξεις. οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ, οὕτως, ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν.

Quapropter incumbendum in hoc eſt, vt actiones noſtras quales reddamus; pro differentijs enim harum comitabuntur habitus: non parui igitur momenti eſt ſic vel ſic ſtatim è pueris aſſuefieri: ſed multum, multumq́; vel potius totum.

Hoc potius dixerim vim habere moniti atque hortationis, quàm corollarij, etſi dubitari non poteſt, quin veritas eius perſpiciatur ex ijs, quae diligenter ſupra expoſita ſunt. Incumbendum igitur nobis eſſe inquit in hanc rem: operamque dandam, vt quae gerimus, qualia ſint; ideſt virtutem redoleant: tinctaque ſint aliqua parte honeſtatis: ex qua cura capiemus hoc commodi, fructumque non paruum; quòd habitus comitabuntur his factis, ſtudijsque noſtris, cuiuſmodi illa fuerint, ſiue bona, ſiue mala. Quare putandum eſt, non parui intereſſe, quibus in ſtudijs, artibusque aliquis ſtatim a puero inſtitutus ſit, non parui inquam momenti hoc eſſe ad reliquam vitam, ſed totum referre. Quantum autem interſit ad vitam honeſtè degendam, ſiue contra, declarauit Lycurgus noto exemplo,

& quod ponit rem ante oculos, de duobus canibus, ex iiſdem parentibus natis, longe tamen aliter educatis: eorum enim vnus in culina ſemper habitus fuerat, alter vero in venatu exercitatus: dimiſſis igitur ambobus, ſpectante multitudine ciuium; ipſorum alter ad ollam confeſtim acceſſit propinquam, alter leporem ſectatus eſt.

Ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία, οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν ὥσπερ αἱ ἄλλαι, οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ, σκεπτόμεθα: ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα, ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς, ἀναγκαῖον ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς: αὗται γάρ εἰσι κύριαι, καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν.

Quia igitur opus, quod habemus in manibus, non contemplandi cauſa ſuſceptum eſt, vt alia (non enim vt intelligamus, quid ſit virtus, cogitamus, verum vt boni viri efficiamur; illo enim pacto nullum emolumentum hinc caperetur) neceſſe eſt praeterea conſiderare quod ad actiones pertinet: quomodo illae gerendae ſint: hae namque in ſua manu poſitum habent, vt habitus quales ſint, vt diximus.

TRADIDIT oportere accurate perſpicere facta hominum, cuius tantae diligentiae adhibendae in hac re, cauſam adfert, quod ex actionibus noſtris conflantur habitus animorum ſiue recti, ſiue praui illi fiunt. Quomodo igitur rectum eſſet totos ſe conferre ad veritatem horum praeceptorum cognoſcendam; putareq; ita ſe functos eſſe officio: hoc vero relinquere, quod maiores fructus fert, & profecto finis eſt huius operis de moribus: neque enim haec ſcribuntur, aut leguntur, vt exquiſitè de his diſſeramus; verum vt ad haec praecepta ſeruanda mentem, cogitationesque omnes noſtras conuertamus, explicat igitur ſubtiliter totam rem: neque enim inquit haec quaerimus, vt cognoſcamus, quid ſit virtus, ſed vt probi viri fiamus, illamque vitae noſtrae ducem habeamus; aliter enim inquit nullum verum fructum hinc caperemus. Cum autem initio huius partis particulam ἐπεὶ poſuiſſet, ideſt, quia, redditio ipſius eſt, neceſſe eſt conſiderare, quibus verbis declarat, opus eſſe nos ſedulo videre, quomodo in actionibus ipſis nos geramus, quod cum tanti momenti ſit, redigit nobis in memoriam, quod iam de illis dixerat, dominas ipſas eſſe habituum ipſorum, & quales actiones ipſae fuerint, tales gignere paulatim habitus, ideſt virtutem, aut vitia, non ineptum autem eſſe duxi indicare redditionem ſuperioris illius ἐπεὶ, praeſertim cum remotior ſit, & inter ipſam, & illam particulam, vnde apta eſt, ſit alia ἐπεὶ, quae potuiſſet aliquem turbare. Non eſt autem dubium, quin, etſi finis huius diſciplinae eſt, factis haec praecepta exprimere, cognoſcere tamen haec multum proſit: excitetque nos ad amandam & perſequendam virtutem; quod niſi haec vtilitas hinc quoque perciperetur, potuiſſet ea, tot voluminibus tractanda accuratiſſimus doctor, ſuperſedere. Affirmat autem hoc ipſe etiam de moribus ad Eudemum.

Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, κοινὸν καὶ ὑποκείσθω. ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς.

Ut recta igitur ratio praecipit, agere, commune eſt, & ſeponatur: dicetur autem poſtea de ipſo, & quid eſt recta ratio, & quomodo ſe habet ad ceteras virtutes.

CVM incumbendum nobis eſſe dixerit in actiones, videndumque, vt tales ipſae ſint, quales oporteat eſſe, quae norma huius rei ſit, inueſtigat. Primum igitur quoddam adfert, quod, etſi verum eſt, non multum tamen adiuuat, quia nimis commune eſt; & omnis rei rectè & ordine adminiſtrandae vtile documentum: quare omittit hoc nunc, & in aliud tempus locumque reijcit. Illud autem eſt recta ratio, quae non dubium eſt, quin in omni actione noſtra ſit attendenda, & quaſi dux quaedam perſequenda. Pollicetur autem ſe poſtea de ipſa diſputaturum, ſignificaturumque quid ſit recta ratio, & quomodo ſe habeat ad reliquas virtutes. Tempus autem erit huic rei exquiſitè tractandae accommodatum in VI. horum librorum, quo loco differit de prudentia. Non poſſum non magnopere hoc

loco

loco mirari, extitiſſe doctiſſimum virum, qui improbarit ἀπαιτεῖσθαι, quod ego olim ſecutus ſum, voluiſſeque legi ἀπαιτητέοι: haec namque lectio eſt cunctorum, quos vidi calamo exaratorum librorum, qui multi, & vetuſti admodum fuerunt: acceſſerunt autem poſtea iis duo e Graecia eruti, qui idem confirmant, ſed etiam Aldinum exemplar hoc habet: in primis autem veritatem huius lectionis indicat res ipſa: reijcit enim explicationem huius rei in alium locum, qui vbi ſit, ſatis apertum eſt, & a me monſtratum.

Ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος, τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν, ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι, τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι, καὶ τὰ συμφέροντα, οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος, οὐκ ἔχει τἀκριβές: οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην: οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει: δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας, τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει, καὶ τῆς κυβερνητικῆς: ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου πειρατέον βοηθεῖν.

Illud autem antea confeſſum ſit, omnem, quae habetur de rebus agendis, orationem, craſſa Minerua, & minime exquiſite debere exponi: veluti initio diximus, quia vt materia requirit, diſputationes ſunt poſtulandae: quae autem in actionibus manent, & quae conducunt hominibus, nihil ſtabile habent: quemadmodum etiam neque illae, quae ſalubres ſunt. Cum huiuſcemodi autem ſit oratio, quae de ipſis in vniuerſum habetur, adhuc magis quae habetur de ſingularibus rebus oratio, non habet exquiſiti aliquid: neque enim ſub artem cadit, neque ſub praeceptionem vllam: oportet autem eos ſemper, qui agunt, attendere, quae ad tempus illud faciunt veluti res ſe habet in arte medicorum, & gubernatorum: verumtamen etſi doctrina, quam modo habemus in manibus talis eſt, enitendum eſt, opitulari.

Cvm dixiſſet, oportere diligenter videre, quemadmodum in rebus agendis gerere nos debeamus, & quae vera ſit ratio tradendi ipſas, antequam autem hoc aggrediatur, de quo prius in primo libro, quid ſentiret, oſtenderat, idem repetens, ait, omnem diſputationem, quae pertinet ad actiones hominum tradendas, & res bonas, & malas ſignificandas craſſo modo, & minime exquiſite debere tractari: inſipienterque facturum eum eſſe inquit, qui hac via contentus non fuerit, & acutiorem, ſubtilioremque rationem requiſierit, atque hoc, quia poſtulare non debet, qui auſcultat, ab eo, cui ſe erudiendum dedit, aliquid ſupra materiam, naturamque rei, quam docetur. Hoc vero rectum eſſe confirmare volens, firmiterque cuſtodiendum, aperit naturam, vimque huius materiae, quae nihil ſtabile, ſolidumque in ſe habet: huiuſcemodi enim ſunt, ait, humana facta, & quae prodeſſe vitae noſtrae, moribusque poſſunt, quemadmodum etiam, quae ſalutem dant corpori, pelluntque ab eo morbos: variantur enim illa mutatis locis, aetatibus, anni temporibus, ceteriſque huiuſcemodi; in quibus diſcriminis aliquid reperitur. Auget autem errorem ſtultitiamque eorum, qui vellent ſibi exquiſite tradi, quod valeret ad vitam ornandam, factaque humana ſine macula ſeruanda: ſi namque praeceptio omnis, in vniuerſum aliquid tradens; quales ſunt artes, expoſita eſt tot difficultatibus, variaturque multis modis, quanto magis, quae accedunt ad ſingularia facta diſputationes exquiſitum nihil recipiunt: neque enim inquit cadit hoc ſub artem vllam, aut quippiam quod ſimilitudinem artis habeat, quales ſunt praecepta quaedam & documenta. Docere autem voluit, cum iam oſtendiſſet, quid inde alienum foret; nec fructum vllum ferret, quid accommodatum ſit actionibus humanis, recte & ordine adminiſtrandis: partes enim eſſe inquit eorum, qui aggrediuntur aliquid, agereque inſtituunt, ſemper accurate videre, quid tempus illud requirat, ipſique aptum ſit, quod cuſtodire inquit videmus medicos, & gubernatores nauium, qui ambo tempori ſeruiunt: moderanturque varietati morborum, & tempeſtatum, ac ventorum: exemplis enim poſitis, haec declarare voluit. Ne autem aliquis diffideret, cognitis tot, tantiſque difficultatibus, ad extremum inquit, ſuccumbendum non eſſe, ſed quidquid poteſt adminiculi huic rei praebendum.

Πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας, καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι: δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος. καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν; τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα, φθείρει τὴν ἰσχύν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτά, καὶ τὰ σιτία πλείω, καὶ ἐλάττω γινόμενα, φθείρει τὴν ὑγίειαν, τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ, καὶ αὔξει, καὶ σώζει. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. ὅ, τε γὰρ πάντα φεύγων, καὶ φοβούμενος, καὶ μηδὲν ὑπομένων, δειλὸς γίνεται: ὅ, τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος, ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων, θρασύς. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων, καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος, ἀκόλαστος: ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἄγροικοι, ἀναίσθητός τις: φθείρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῆς ἐλλείψεως: ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται.

Primum igitur hoc videndum eſt, huiuſcemodi omnia naturam hanc habere, vt ab egeſtate, & vbertate corrumpantur (opus eſt enim ſuper obſcuris rebus teſtimonijs claris vti) veluti in viribus corporis, ac ſanitate fieri videmus; exercitationes enim, quae menſuram tranſeunt, & quae minores ſunt, corrumpunt vires, ſimiliter autem & potus, & cibi, cum plures extiterint, corrumpunt valetudinem: in quibus autem menſura adhibita fuerit, & efficiunt, & augent, & tuentur. Sic igitur ſe res habet, & in temperantia, & in fortitudine, & in alijs virtutibus: qui enim cuncta fugit, ac metuit, nihilque ſuſtinet, is timidus efficitur: qui vero nihil omnino metuit, ſed contra omnia magno animo vadit, audax. Simili modo & qui omni vndique voluptate perfruitur, & à nulla ſe abſtinet, intemperans; qui verò cunctas fugit, quemadmodum agreſtes homines faciunt, is expers ſenſus euadet: corrumpitur enim temperantia, & fortitudo ab exuperantia, & egeſtate: à mediocritate autem conſeruatur.

PRIMVM quod adfert, ad virtutem tuendam accommodatum: contrariaque ipſius vitia declinanda, eſt, quod vult nobis exploratum eſſe, facta hominum duabus contrarijs inter ſe rebus deprauari: quarum alterum eſt, & parum eorum factorum ſumere; alterum verò nimium, vt ita appellem ἔνδειαν, & ὑπερβολήν, ideſt penuriam ſiue egeſtatem, atque exuperantiam; ne dicam poſteriorem hanc exceſſum, quae vox apud veteres auctores longe aliud valet. Cum vellet autem rebus notis, & ante oculos poſitis, diſcutere quaſi caliginem, quae in hac re eſt, conſilium ſuum aperit, vtiturque figura, vocata προδιορθώσεως: prius enim corrigit, atque emendat, quod videbat reprehendi ab aliquo poſſe, quam culpam illam admiſerit, ſi culpa eſt appellanda. Siue non eſt hoc emendatio, quia peccatum nullum in hac ratione eſt, ſed ſtimulus potius ad hoc liberè faciendum; nemo enim vmquam dubitauit; quin hoc rectum ſit, vt dixerit decere ſuper obſcuris rebus, apertis teſtimonijs exemplisque vti, nec eſſe cunctandum hoc facere. Oſtendit autem in viribus corporis. ac valetudine idem contingere; deambulationes enim inquit, & ceterae corporis exercitationes, quae modum ſuperant, itidemque quae ad rectam menſuram non perueniunt, corrumpunt vires, eodemque pacto potus, cibique immoderati perdunt corporis ſanitatem: moderata autem haec omnia, & gignunt, & augent, & tuentur; haec valetudinem: ſuperiora illa vires, roburque. Quod vero ait, oportere de obſcuris rebus vti, teſtimonijs claris & apertis, atque ita illis lucem adferre; idem etiam rectum eſſe, ac fieri debere dixit Theophraſtus in primo libro de ijs, quae oriuntur è terra, iiſdem paenè verbis, quae ſunt haec διὰ τῶν γνωριμωτέρων μεταδιώκειν δεῖ τὰ ἀγνώριστα. Cum autem ſimilia expoſuiſſet, in quibus hoc tamquam oculis cernitur vſu venire, redit ad ea tradenda, quae animo intelliguntur, atque ait idem in ipſis fieri, ideſt in cunctis virtutibus morum: has enim intelligit, quarum duas appellat: quod huiuſcemodi eſſe, parque illis, exponit: quomodo enim gignantur vitia commemorat, initio ducto a fortitudine,

titudine. Qui enim inquit omnia pericula fugit ac metuit: nullumque ſuſtinet ac ſubit, formidoloſus efficitur, & cetera; quae ſatis plane, aperteque ab ipſo expoſita ſunt; cum autem quibus modis deprauentur; oſtendiſſet; quae via, ratioque ſit conſeruandorum eorum monſtrat: illam vero eſſe mediocritatem teſtatur.

Ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις, καὶ αἱ αὐξήσεις, καὶ αἱ φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται: καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει. οἷον ἐπὶ τῆς ἰσχύος: γίνεται γὰρ καὶ ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν, καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν. καὶ μάλιστα δύναται ταῦτα ποιεῖν ὁ ἰσχυρός. οὕτω δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν: ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, γινόμεθα σώφρονες: καὶ γενόμενοι, μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας. ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν, καὶ ὑπομένειν αὐτά, γινόμεθα ἀνδρεῖοι: καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνησόμεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά.

Sed non ſolum ortus, & incrementa, & interitus ab iiſdem rebus proficiſcuntur, & vi earundem rerum fiunt: ſed etiam actiones in iiſdem erunt: in ceteris enim rebus, quae clariores ſunt, ſic ſe res habet, veluti in viribus corporũ: gignuntur enim ex multo cibo, quem is capiat, & è multis laboribus, quos ſuſtineat, ac maxime vales haec efficere homo robuſtus: ſic autem ſe res habet in virtutibus: inde autem quod abſtineri nos à voluptatibus, temperantes efficimur, & effecti, maxime valemus abſtinere nos ab ipſis: ſimili modo ſe res habet in fortitudine; aſſuefacientes autem deſpicere res terribiles, atque ſuſtinere ipſas, efficimur fortes, & effecti maximè valemus ſuſtinere res terribiles.

DIXERAT iam iiſdem factis gigni, & augeri virtutes, eaſdemque vſu, & tractatione earundem rerum conſeruari; adiungit autem his modo illos, qui virtutes adepti iam ſunt, conſuetudineque, ac ſtudio tales facti, in iiſdem ſtudiis, factisque permanſuros, faciliusq; ac melius res illas adminiſtraturos, quod probat ſimilitudine earum rerum, quibus vſus fuit in his, quae docuerat confirmandis; in aliis enim ait, quae apertiora ſunt, videmus ita rem geri, quae explanat. veluti in corporis viribus: naſcuntur enim & ex multo cibo ſumpto, & ex multis laboribus toleratis qui autem validus, robuſtusque factus eſt, is maxime poteſt & multum cibum capere, & multos labores ſuſtinere; primum namque ſine altero obeſſet: quod Celſus etiam ſignificauit, cum enim praecepiſſet, plurimum cibi ſemper capere, addidit, dummodo is concoquat. Vt ſupra autem fecerat: cum enim ſimilium rationem expoſuiſſet, idem in virtutibus vſu venire declarauit, ita nunc ſimilium ratione patefacta, tranſit ad oſtendendum idem contingere in virtutibus ipſis; exemplo autem duarum vſus eſt, temperantiae ſcilicet & fortitudinis. Cum enim inquit diutius abſtinuerimus nos a corporis voluptatibus, efficimur temperantes, & poſtquam temperantes facti ſumus, minore negotio, faciliimeque abſtinemus nos ab iiſdem voluptatibus. Idem etiam fieri adiungit in fortitudine, id quod aperte exponit. Verum igitur eſt, quod ait in iiſdem factis verſari eum, qui ſtudio ſuo, & opera in eo multa poſita, parauit ſibi virtutem, quorum auxilio, & vſu particeps factus eſt eius virtutis: nec tranſire ex ipſis in facta alius virtutis: facta autem vere dicere ipſa potuit, etſi abſolutiora illa ſunt poſt virtutem partam: non tamen hoc ita diiungit ipſa, diſtinguitque, vt diuerſa exiſtimari, dicique merito poſſint.

Σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονήν, ἢ λύπην τοῖς ἔργοις: ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων, σώφρων: ὁ δὲ ἀχθόμενος, ἀκόλαστος. καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων, ἢ μὴ λυπούμενός γε, ἀνδρεῖος: ὁ δὲ λυπούμενος: δειλός: περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή. διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονήν, τὰ φαῦλα πράττομεν: διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα.

Signo autem debemus vti, quod nacti ſimus habitus, voluptate, aut dolore,

proſectis

profectu ex actionibus: qui enim ſe abſtinet à voluptatibus corporũ, atque hoc ipſo gaudet, temperans eſt: qui vero inde ſentit dolorem, intemperans, & qui ſuſtinet grauia mala, indeq; gaudet, aut ſaltem non moleſtia afficitur, fortis: qui autem dolet, timidus: circa voluptates enim, & dolores verſatur virtus moralis: ob adipiſcendam enim voluptatem res improbas agimus, ob dolorem autem vitandum abſtinemus nos à rebus honeſtis.

QVI toto animo incumbunt in aliquam rem, valdeque cupidi ſunt ipſius adipiſcendae, optant ſcire quàm prope ab ea abſint, & qui etiam aliquo proficiſcuntur, non ceſſant quaerere, quantum abſint ab eo loco. Idem igitur in hac re fieri probabile eſt; praeſertim cum mali non parum gignat, deſinere, antequam ad medium perueneris: eodemque pacto vlterius progredi: neque illic ſiſtere, vt oportebat. Monſtrare igitur voluit Ariſtoteles, quomodo ſcire poſſimus, impetraſſe nos id, cuius deſiderio tenebamur, cumque ea, quae animi ſunt, cernere nequeamus, planeque perſpicere, vtitur ſignis indicioque nobis huius rei eſſe poſſe ait, quod iam habitus conſecuti ſumus, voluptatem, atque dolorem, qui comitatur ijs factis, etſi enim ἔργα ipſas vocauit, πράξεις tamen, & actiones intellexit. Inquit igitur, qui ſe abſtinet a corporis voluptatibus, gaudetque hac ipſa re temperans iam eſt: qui autem dolet, angiturque, intemperans. Vti voluit etiam exemplo alius virtutis, & inquit; qui autem magno animo ſtat contra grauia mala: caſusque magnorum periculorum, atque haec ſuſtinet laetanti animo, aut ſaltem nihil dolens, fortis eſt; qui vero angitur, timidus. Omnis enim inquit virtus morum, ſententia certa, veraque in vniuerſum, confirmans quod dixit; ſpectatur in voluptate, ac dolore, quam tamen explanat: ob percipiendam enim voluptatem multa gerimus culpae affinia, & ob fugiendum dolorem abſtinemus nos ab honeſtis non nullis factis, quae libenter gereremus, niſi dolore deterreremur. Quod inquit, ſiue nihil dolens, correxit his verbis antecedentem ſententiam; vix enim fieri poteſt, vt aliquis in factis fortitudinis exercendis, vacuus omnino ſit a dolore, ne dum laetitiae plenus eſſe valeat; Quod contempſit etiam M. Cicero cum ſententiam illam grauem Epicuri expoſuiſſet, qui dicebat, ſapientem, in Phalaridis tauro ſi erit, dicturum, quàm ſuaue eſt hoc, quam nihil curo: addidit enim, ſuaue etiam, an parum eſt, ſi non amarum? Quod ad locutionem facit, vt hic [illegible] dixit, ita in libro de arte poetarum locutus eſt: inquit enim [illegible]. I

Διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν, ὥστε χαίρειν τε, καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ: ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν.

Quare oportet bene aliquo modo inſtitutum eſſe ſtatim à pueris, vt Plato affirmat, vt gaudeant, & doleant, quibus oportet: haec enim eſt recta inſtitutio.

HOC planè corollarium eſt, ductum e vicina diſputatione, quae declarauit, quanta vis ſit conſuetudinis, & quantum momenti in ea poſitum ſit in vtramque partem; quare inquit incumbendum eſt in bonam educationem ſtatim a teneris annis: neque expectandum longius tempus: ſero enim tunc, & minore cum fructu hoc efficeretur. citat autem huius verae ſententiae teſtem Platonem, ipſumque laudat, qui optimam inſtitutionem eſſe cenſuerat, aſſuefacere pueros, vt & gauderent & dolerent, quibus oportet, ideſt vt honeſtis factis laetarentur, turpibusque angerentur, ſi forte aliquando ipſis contigiſſet, vt in huiuſcemodi aliquam fraudem inciderent: cum vero aliae quoque ſint rationes corrigendi mores, hanc rectam eſſe diſciplinam optimamque omnium aſſeuerat. Quam autem inſtitutionem anteponendam eſſe ceteris omnibus indicauit vir doctiſſimus & ſapientiſſimus, eandem tenuis homo vidit vtilem in primis eſſe pueritiae erudiēdae, ideſt Lacon quidam, qui huic curae paratus erat, cuſtodiaeque pueri praepoſitus: cum enim ex eo quaeſitum foret, quam potiſſimum rationem in eo officio ſecuturus eſſet, reſpondit, ego praeſtabo, vt puer e rebus honeſtis voluptatem capiat; moleſtiam autem e turpibus.

Ἔτι δ' εἰ αἱ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις, καὶ πάθη, παντὶ δὲ πάθει, καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ, καὶ λύπη, καὶ διὰ τοῦτ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας.

Amplius autem ſi virtutes verſantur circa actiones, & motus animorum: omni autem motui, atque omni actioni comitatur voluptas, & dolor: hanc quoque ob cauſam virtus manere putanda eſt, circa voluptates, & dolores.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo itidem probatur, vim magnam habere voluptatem, atque dolorem ad virtutem gignendam aut interimendam: verſari enim inquit virtutes circa actiones, & habitus animorum, quibus ambabus rebus ſine vlla exceptione comitatur ſiue voluptas, ſiue dolor. Quare inquit concludens, hinc quoque cognoſcere licet virtutem manere circa voluptates, & dolores, & hos eſſe motus, qui pariunt ipſam. Quaſdam autem virtutes moderatrices eſſe humanorum factorum, vt, liberalitatem; magnificentiam, quaſdam vero motionum animi, vt temperantiam, lenitatem ſatis notum eſt.

Μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων: ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσιν: αἱ δὲ ἰατρεῖαι, διὰ τῶν ἐναντίων πεφύκασι γίνεσθαι.

Indicant autem hoc animaduerſiones quoque in prauos homines, quae fiunt per has: medelae namque quaedam ſunt: medelae autem fieri ſolent per res contrarias.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quod a ſigno ductum eſt: cum enim manifeſtum eſt id, quod ſequitur, probatur id, quod antecedit: inquit enim, indicant hoc etiam, & patefaciunt rationes, quibus leges animaduertunt in eos, qui improbè aliquid fecerunt: vtuntur enim his: ſunt autem illae rationes quaedam emendandorum animi vitiorum, vt curationes medicamentaque morborum corporis: medici enim, contrarijs vtentes, medentur aegrotis, quare recte inſtitutum fuit, vt idem ſeruetur in vitijs animi, flagitijsque purgandis. Secuti vero non pauci voluptatem quam capiunt e Venere impura aut e coacta pecunia auare, ſiue multantur, ſiue ignominia afficiuntur, ſiue corporis paena, exilioque puniuntur, e quibus omnibus modis dolorem ac moleſtiam ſentiunt. Eodem etiam hoc argumento vſus eſt auctor in II. eorum librorum de moribus, quos miſit ad Eudemum, & iiſdem paene verbis ipſum expoſuit, niſi quod pro μηνύει illic inquit, vt ſolet, σημεῖον δὲ, quare inde quoque perſpicitur verum eſſe, quod dixi, argumentatum hic eſſe auctorem a nota huius rei, atque eo quod ſequitur; inquit igitur. Signum autem eſt, quod circa res iucundas & triſtes maneat virtus, ac vitium: animaduerſiones enim in prauos mortales quae ſunt medelae quaedam, & efficiuntur per contraria, velut in alijs, conſtant ex his.

Ἔτι (ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν) πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων, καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα, καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει: δι' ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται, τῷ διώκειν ταύτας καὶ φεύγειν, ἢ ἃς μὴ δεῖ, ἢ ὅτε οὐ δεῖ, ἢ ὡς οὐ δεῖ, ἢ ὁσαχῶς ἄλλως ὑπὸ τοῦ λόγου διορίζεται τὰ τοιαῦτα.

Adhuc (vt prius quoq; diximus) omnis animi habitus à quibus rebus natura fit deterior, ac melior, ad has res, & circa res has natura fertur: propter voluptates autem & dolores mali habitus fiunt, perſequendo has, aut fugiendo, ſiue quas non decet: ſiue quando non decet, ſiue vt non decet, ſiue quocunque alio modo huiuſcemodi res à ratione diſtinguuntur.

ARGVMENTVM quartum hoc, huiuſcemodi eſt. Repetit autem, quod iam demonſtrarat: atque ipſo vtitur, tamquam fundamento quodam nouae huius rei, quam confirmare vult; illa enim eſt, virtutem verſari, veluti in materia ſua propriaque, circa voluptatem & dolorem; inquit igitur, omnem animi habitum, vnde melior, aut deterior fit, ad illas ipſas res natura ſua impelli, ac niſi a ſe ipſo diſcedat, eo conuerti, atque in ipſis volutari: fieri autem malos habitus ipſos dicit, ob voluptates ac dolores; id quod narrat contingere multis modis: iiſque omnibus rationibus, quae περιστάσεις, quòd quaſi cingant factum, eorumpantque ipſum, vocatae a Graecis ſunt: non enim ſimpliciter ſequi voluptates, & fugere

dolo-

doloreſm, vitioſum eſt, ſed prauis in his rebus vti rationibus: ideſt non verum ipſarum genus ſequi; nec tempus etiam captandarum illarum, & modum tenere, cunctasque alias, quas non appellat, minime cuſtodire, in quibus ſunt & perſona, & locus, quarum non nullae verſibus his ſignificatae ſunt. Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hircquis:
„ Et quo, ſed faciles nymphae riſere, ſacello.

Διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς. ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας. οὐκ εὖ δὲ, ὅτι ἁπλῶς λέγουσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσα ἄλλα προστίθεται.

Quapropter definiunt quoque virtutes vacuitates, quaſdam motuum, & requietes: non recte autem, quia ſimpliciter dicunt, & non vt oportet, atque vt non oportet, ac quando, & quaecunque alia adiunguntur.

COROLLARIUM hoc eſt, quo declarat eos, qui dixere, virtutes eſſe tranquillitates quaſdam animi, ſecuritatesque, vt ita appellem, quas ipſe ſuis verbis vocauit ἀπαθείας, & ἠρεμίας, non omnino a ſe diſſenſiſſe, qui cenſet virtutis proprium eſſe, habere animum moderatum, neque penitus nudatum motu, neque vehementer commotum ac perturbatum, qui tamen caueat ſe contaminare illis modis, quos ſignificauit, qui modi aliquo pacto vitiant etiam, deprauantque illa facta, quae alijs temporibus, locisque ſine labe vlla, culpaq; fieri potuiſſent. Inſimulat tamen eoſdem, quia cenſebant vacuum penitus animum ab illis motibus eſſe oportere, ac ſedatum: vnde volentes definire virtutem, illis nominibus vim ipſius, naturamque exprimebant. Non intelligit autem Stoicos, qui multo poſt aetatem Ariſtotelis extitere; ſed ſemina quaedam harum diuerſarum opinionum ex vberrimis, acutiſſimisque Socratis diſputationibus orta. Potuere ſanè Stoici quoque hoc haurire e ſcriptis huius noſtri doctoris, cum plane hoc ab ipſo litteris proditum ſit: non tamen vt ab eo probatum, ſed reprehenſum & repudiatum: etſi verum fontem huius erroris mihi viſus ſum monſtraſſe. Indicare autem locum huius auctoris mihi commodum eſt, in quo haec eadem traduntur ijſdem paene verbis, is autem eſt in II. libro de moribus ad Eudemum. Hinc autem incipiam, ſuperioribus relictis, breuitatis cauſa. Διὸ καὶ διορίζονται πάντες τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας, καὶ ἠρεμίας περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τοιαύτας: ita enim quoque illic, calamo exarati libri, multitudinis numero, non vnitatis habent; in quo etiam animaduertendum eſt, quod hic inquit, quidam, tamquam certos quoſdam ſignificet, illic ipſum dicere, vniuerſi: nam quod ait hoc ipſos facere προχείρως, additum eſt ad reprehendendos ipſos: valet enim temere atque inconſideratè. Plutarchus quoque eo loco, quem ſupra monſtraui, & cuius diſputationis particulam tantum illic primam attigi, idem docet; quare, quod tūc omiſi, id modo repetam: addit enim animi partem, in qua ratio eſt, purgantem, ornantemque illam, quae ratione caret, non dare operam, vt inde penitus eijciat motum turbidum, atque id, quia nec efficere id poſſet, ſi vellet; neque etiam ſi valeret, illi conſuleret, ſed tantum terminum quendam ipſi conſtituere, ac figere. Neque enim virtutes motuum ſunt ἀπάθειαι, quo verbo hic quoque vſus eſt Ariſtoteles, ſed moderati quidam motus; ad mediumque perducti; quam mediocritatem ipſe illuc inſerit prudentiae vſu, conſilio, operaque ipſius, vim, poteſtatemque, quae immoderata aliter foret, redigens in habitum vrbanum, vt loquitur, & qui omni laude dignus ſit: adiungitque alia, ne longior ſim, quae iuuant non parum intelligentiam rerum, quae valde facerent ad hunc locum plenius, clariusque exponendum.

Ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας, τῶν βελτίστων πρακτική: ἡ δὲ κακία, τοὐναντίον.

Ponitur igitur tamquam firmum, virtus eſſe huiuſcemodi quaedam circa voluptates, ac dolores, ad res optimas agendas instructa: vitium autem, ad contraria.

HAEC eſt concluſio totius huius rationis, qua ſtatuitur his argumentis, firmam in animis noſtris eſſe debere, virtutem hanc, de qua ſcilicet accurate diſputatum eſt, ideſt moralem: non enim id verum foret de altera virtute, quae rationis eſt, verſari ipſam circa voluptates, & dolores, inſtructam, paratamque ad res optimas peragendas: vitium autem eiuſdem contra ad res peſſimas. Poſt locum autem, quem modo citaui ad Eudemum, idem de virtu-

te haec praedicat, cui adtexit alia, quae vim eius, poteſtatemque aperiunt, quo tamen vtitur, non concludens ſuperiorem ſententiam, ſed tamquam ſolo, & fundamento nouae; ſed illic vtitur etiam eodem verbo, quo hic vſus eſt, inquit enim. Ἐπεὶ δ' ὑπόκειται ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη ἕξις ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν βελτίστων; & quae ſequuntur.

Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν, ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν: τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις, καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φυγάς: καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος: καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, ἀσυμφόρου, λυπηροῦ, περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς, κατορθωτικός ἐστι: ὁ δὲ κακὸς, ἁμαρτητικός. μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν: κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζώοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ: καὶ γὰρ τὸ καλὸν, καὶ τὸ συμφέρον, ἡδὺ φαίνεται.

Fieri autē poterit nobis ex his quoq; planum adhuc de iſsipſis rebus: cum tria enim ſint, quae valent ad res ſumendas, & tria itidem, quae ad fugiendas: honeſtum, vtile, iucundum: & tria contraria, turpe, inutile, triſte: in cunctis quidem his vir probus ad recte ſe gerendum factus eſt, improbus autem ad peccandum; in primis autem circa voluptatem: communis enim haec eſt animalibus, comitaturq; omnibus, quae partes ſunt rerum, quae ſumuntur; & honeſtum enim, & vtile, iucundum perſpicitur eſſe.

IDEM docere aggreditur alia via, argumentisque ductis a natura hominis, non vt prius fecit, a vi, poteſtateque virtutis; inde autem elicit quattuor argumenta, quorum primum eſt, quod declarat hominem probum, cum rectè ſe gerat in cunctis bonis, quae expetuntur a mortalibus, in primis culpa vacare, meritoque laudari in virtute perſequenda; ſed ab initio huius noui conſilij auctoris ordiamur: inquit enim. Fieri poterit nobis praeterea planum, apertumque, quid ſentiendum ſit de his rebus hoc pacto. Cum enim tria ſint, quae homines expetunt in vita, eodemque numero conſtent, quae fugiunt, a ſeque amoliuntur; priora inquam honeſtum, vtile, iucundum; altera autem, contraria ſuperioribus, turpe, detrimentoſum, moleſtum, in his omnibus, vir probus plerumque recte ſe gerit, laudemque adipiſcitur, prauus vero labitur, ac peccat. Duo enim haec verba non omnino arbitror oſtendere quempiam vacuum a culpa prius, ſed factum, procliuemque ad laudem adipiſcendam; poſterius autem ad plerumque peccandum: pronumque ad vitiū: In primis autem addit, vtroſque eſſe tales circa voluptatem ipſam, ac res iucundas, cuius rei cauſam affert, cur inquam facile nos ad ſe rapiat voluptas: ait enim communem ipſam eſſe cunctis animalibus, praeterea comitari omnibus rebus, quae expetuntur, neque inde abeſſe poſſe, cum planum ſit, dignitatem parere voluptatem ſtudioſis ipſius; eodem que pacto vtilitatem, cupidis quaeſtus, ac lucri.

Ἔτι δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται. διὸ καὶ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ.

Amplius autem ab adoleſcentibus vna nobiſcum alta eſt: quare arduum eſt abſtergere hunc affectum innatum vitae.

SECVNDVM hoc argumentum eſt poſteriorum: ſextum vero ſi adplicetur ſuperioribus quattuor. Vis omnis ipſius, firmitasque inde apta eſt, quod ea, quae nobiſcum quaſi nata, & nutrita ſunt, magnum negotium eſt a nobis eijcere atque exturbare: huiuſcemodi autem eſt voluptas, cum ſit a teneris vnguiculis, vt aiunt, nobiſcum alta; quare arduum eſt penitus ipſam delere, & quaſi fricatione quoque adhibita, nullum etiam veſtigium ipſius in nobis relinquere, cum ſit corpori noſtro innatus hic affectus, ἐκ νηπίου autem inquit, cum vetuſtatem, & quaſi originem huius permotionis oſtendere vellet: vt Epicurus in epiſtola, quam moriens miſit ad Hermachum ἐκ μειρακίου, quod exprimens M. Cicero dixit ab adoleſcentulo, etſi verbum Ariſtotelis magis adhuc imbecillam & teneram aetatem ſignificat; ideſt ab infanti: quis enim neſcit, eum ſtatim editum, ſentire moleſtiam, ac iucunditatem; quod declarat ſuauitas, quam capit e lacte: idem multis locis, cum teneram hanc

aetatem

aetatem ſignificare vellet, inquit a paruis, vt in V. libro de finibus, duobus locis, & in prima quaeſtione Tuſculana.

Κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις: οἱ μὲν, μᾶλλον; οἱ δ᾽, ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ: διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν πραγματείαν: οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις, εὖ ἢ κακῶς χαίρειν, ἢ λυπεῖσθαι.

Tamquam autem norma quadam metimur noſtras actiones: hi ſanè, magis: hi verò, minus voluptate, ac dolore: ob hoc igitur neceſſe eſt verſari in hic omne opus: non enim paruum eſt ad res agendas, rectè vel praue gaudere, vel dolere.

Mos inquit, mortalium eſt, examinare ſua facta, & tamquam norma quadam ipſa dirigere, voluptate, ac dolore, atque ea, quae voluptatem pariunt, bona exiſtimare: mala autem, quae dolorem gignunt; quare hoc quoque accommodatum eſt ad id demonſtrandū, quod volumus: opus inquam, quod in manibus habemus, verſari circa voluptatem ac dolorem. Cum autem in vniuerſum dixiſſet, cunctos homines vti hac quaſi regula, correxit tamen, quod non omnino verum fuiſſet, addens, hi quidem ipſorum magis, hi vero, minus: neque enim omnes ſine diſcrimine vllo eodem pacto in hoc ſe gerunt: moderati enim viri reſpiciunt quid velit, ſuadeatque dignitas, nec tamen tunc quoque penitus remoti ſunt a voluptate: inde enim quoque hauriuntur purae voluptates: Ad extremum inquit, non ſine cauſa homines hoc facere, qui tantum tribuant voluptati, atque dolori, cum ſit magni momenti ad vitam cum virtute degendam recte, aut praue gaudere ac dolere.

Ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος: περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται, καὶ ἀρετή: καὶ γὰρ τὸ εὖ, βέλτιον ἐν τούτῳ: ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία, καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ πολιτικῇ. ὁ μὲν γὰρ εὖ τούτοις χρώμενος, ἀγαθὸς ἔσται: ὁ δὲ κακῶς, κακός.

Adhuc autem difficilius eſt voluptati repugnare, quàm irae, vt ait Heraclitus: circa difficilius autem ſemper & ars gignitur, ac virtus: quod enim recte ſe habet, melius eſt in hoc: quare & propter hoc circa voluptates, & dolores omne ſtudium, curaq́; ponenda eſt in diſciplina de moribus, & de omni ſtatu reip. qui namque recte his vtitur, probus erit: qui autem perperam, malus.

Qvartvm hoc argumentum eſt; lapſus autem eſt hac parte Argyropylus, qui putauit Heraclitum dixiſſe, maius negotium eſſe duriusque reſiſtere, aduerſarique voluptati, quàm irae: neque enim ille hoc vnquam dixit, mentionemue vllam, in ea ſua voce, voluptatis fecit, quae fuit; Arduum eſſe & operoſum, repugnare irae atque excandeſcentiae, cuius etiam ſuae ſententiae cauſam attulit; ſed hic omnis error fluxit a Graeco interprete huius libri, qui male vocem accepit, itidemque perperam declarauit. Ariſtoteles autem leuiter corrigit ſententiam ipſius, & ait, Heraclitum verius dicturum fuiſſe, ſi pro ira voluptatem poſuiſſet: quodque de ira protulit, de voluptate edidiſſet; cum pauci admodum inueniantur, qui ipſam frenare, ac coercere valeant. Citauit hanc vocem Heracliti Plutarchus in libello περὶ ἀοργησίας, quo loco inquit, Magnum non eſſe mortales ſubigere mortales: quippe cum meliores etiam a deterioribus aliquando ſuperati ſint: ſtatuere autem in animo trophaeum contra iracundiam, cui arduum eſt velle reſiſtere, vt ait Heraclitus, proprium eſt magnarum virium, & quae aſſuetae ſint adipiſci e certaminibus victoriam. Sed etiam in illo, cuius index eſt ἐρωτικὸς, vbi ipſe quoque, vt Ariſtoteles prius fecerat, emendare hanc vocem voluit: inquit enim difficilius eſſe pugnare aduerſus amorem, quàm aduerſus iracundiam, vt Heraclitus cenſuerat: ſed alijs etiam in locis: nam Ariſtotelem eadē ſententia vſum fuiſſe; eundemque auctorem eius putaſſe in V. libro πολιτικῶν, notum eſt; Stobaeū memoria fefellit, qui capite περὶ ὀργῆς vt Democriti ipſam hanc vocem citauit. Sed redeamus iam ad ea, quae ſunt propria auctoris, qui, confirmans ſententiam ſuam, addit. Circa illud autem, quod difficilius eſt ſemper, & ars verſatur, & virtus; cuius etiam iudicij ſui cauſam attulit, verumque id eſſe ita oſtendit: quod enim probè confectum eſt, melius

in hoc eſt, ideſt, vt opinor, qui recte ſe geſſit: laudemque ideo conſecutus eſt, in munere aliquo difficili obeundo, hic in primis dignus eſt, qui commendetur, & huiuſcemodi aliquod factum, arduum ſcilicet, laude dignum eſt: ſequitur autem. Quapropter hoc etiam ex ſuperioribus argumentis perſpicitur, omne ſtudium, & curam huius operis de moribus, & illius etiam, in quo de ſtatibus regendae ciuitatis quaeritur, collocari in voluptatibus, & doloribus examinandis: qui namque, addit, recte his vtitur, probus erit; qui vero praue, malus, culpaeq; affinis.

Ὅτι μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται, καὶ φθείρεται, μὴ ὡσαύτως γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω.

Verſari igitur virtutem circa voluptates, & dolores, & ex quibus rebus gignitur, ab his creſcere, & interimi, non eodem modo geſtis, atque è quibus orta eſt, circa has munera ſua obire, expoſitum à nobis ſit.

HAEC eſt tamquam peroratio, qua paucis repetit, ea quae proxime declarauit. Principium autem ſumit ab extremo, atque ita ſequitur, donec perueniat, quo vult: iteretque ea, quae vna facere putat, iunctaque inter ſe aliquo modo eſſe; ſunt autem tria, quorum nunc prius eſt, occupari virtutem, verſarique, tamquam in campo ſuo, circa voluptatem ac dolorem; alterum autem, e quibus virtus oritur, ex iiſdem creſcere, atque interire, aliter atque aliter tractatis: tertium autem e quibus oritur, in iiſdem illis obeundis, peragendiſque ſe exercere: neque ex vna quaſi materia, ac ſegete in aliam tranſire.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγομεν, ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας, δικαίους γίνεσθαι· τὰ δὲ σώφρονα, σώφρονας· εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια, καὶ τὰ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι, καὶ σώφρονες, ὥσπερ εἰ τὰ γραμματικὰ, καὶ μουσικὰ, γραμματικοὶ, καὶ μουσικοί.

Quaereret autem aliquis, quomodo dicimus, res iuſtas aliquos gerentes fieri iuſtos, & temperantiae proprias, temperantes: ſi namque agunt quae iuſta ſunt, & temperantiae propria, iam ſunt iuſti, & temperantes; veluti ſi funguntur muneribus grammaticorum, & muſicorum, grammatici ſunt, & muſici.

QUOD multo antea dixerat, quomodo accipi debeat, nunc docet: tradiderat autem, res iuſtas quemlibet agendo, fieri iuſtum: certamque hanc rationem eſſe adipiſcendi hanc virtutem: quibus ex ipſius verbis oriri poterat dubitatio in animo alicuius, qui falſo exiſtimaret non poſſe aliquem efficere rem iuſtam, niſi iuſtus foret; praeditusque hac ipſa virtute; eandemque rationem eſſe alterius virtutis, quam appellat. Oſtendit igitur eum, qui ita ſentiret, errare, atque ita demum agit. Quaereret aliquis, quomodo, quoque ſenſu dicimus, oportere homines, qui iuſti fieri velint, res iuſtas agere, vt qui temperantes temperantiae proprias: ſi enim inquit, agunt quae iuſta ſunt, eodemque pacto quae temperantiae propria, iuſti iam ſunt, & temperantes, quemadmodum inquit, vſu venire videmus in muneribus litterarum & cantus: ſimilibus enim vſus eſt, vt ſolet, in re declaranda: qui namque illa obeunt, grammatici iam ſunt, & muſici: poſita autem ita quaeſtio eſt: vocatumque argumentum, quo hic quaeſtionem hanc diſſoluit Ariſtoteles, [illegible], de quo accuratius diſſeretur in ſeptimo horum librorum.

Ἢ οὐδ' ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει· ἐνδέχεται γὰρ γραμματικόν τι ποιῆσαι, καὶ ἀπὸ τύχης, καὶ ἄλλου ὑποθεμένου· τότε οὖν ἔσται γραμματικὸς, ἐὰν καὶ γραμματικόν τι ποιήσῃ, καὶ γραμματικῶς· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐν αὑτῷ γραμματικήν.

An neque in artibus ita ſe hoc habet: fieri enim poteſt, vt quiſpiam munus aliquod grammatices obeat, & fortuito, & alio admonente: tunc igitur erit

dinis adipiſcendae, qui enim obiecerint caput alicuj honeſto periculo in bello ſiue in alio quopiam, pleno dignitatis, facto, & ipſi fortes euadunt tempore: incipiunt enim paulatim contemnere mala, quae primo ipſis magna, ac terribilia viſa fuere; eadem ratio eſt ceterarum huius generis virtutum conſequendarum. Probat autem hoc argumento, a notione nominis ſumpto, quam ἠθικὴν Graeci vocant, inde enim nomen, ideſt à conſuetudine hauſiſſe narrat, cum ἔθος, vnde virtutes hae ἠθικαὶ vocatae ſunt, parum diſcreper ab hac voce ἦθος: prima enim littera, quae ſola diſcrimen facit, paene eadem eſt, diſcrimen tantum in eo manet, quod in eorum altero tenuis illa eſt; in altero craſſa. Eodem autem argumento idem probauit in primo eorum librorum, qui ἠθικὰ μεγάλα vocantur: quo tamen in loco videtur primo rationem hanc ab etymologia vocatam, vſurpaſſe timide, quaſi illa firma non omnino eſſet, nec ſatis idonea rebus grauibus conſtituendis. ac veritati indagandae; illam tamen ſuſpicionem ſtatim a ſe depulit, dicens valde ipſam vtilem eſſe, atque eam libere vſurpandam hucque transferendam: hoc enim videtur ſignificare voluiſſe cum ait, διὸ δὴ ἴσως: nam quin alijs multis locis recipiat argumentum hoc, dubium non eſt. Stoicis quoque, & ipſa peculiaris fuit, quod teſtatus eſt M. Cicero. Quintilianum vero nimis audacter ipſam contempſiſſe irriſiſſeque notum eſt. Sed non nullas etiam M. Varronis parum probatas fuiſſe, vel potius libere exploſas compertum eſt: non eſſe etiam argumentationem hanc certam ſolidamque declarat, quod eiuſdem nominis duas etymologias attulerunt doctiſſimi viri, & ambas quidem probabiles, vt aetheris, Anaxagoras, & Ariſtoteles. Plutarchus quoque in libello, quem ſcripſit περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς; cum quid foret ἦθος docuiſſet, & ipſe a ratione nominis argumentatus eſt: primum igitur dixit ἦθος, moremque nihil aliud eſſe, niſi qualitatem quandam animi partis eius, quae vacua eſt a ratione: ſtatimque addidit, vocata autem ita eſt, quia qualitatem hanc, & differentiam conſuetudine capit anima, quae ſine ratione eſt, a ratione ficta, & conformata ab ipſa, & quae ſequuntur.

Ἐξ οὗ καὶ δῆλον ὅτι οὐδὲ μία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται: οὐθὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται. οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος, οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις, ἄνω ῥιπτῶν: οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω. οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων, ἄλλως ἂν ἐθισθείη.

Ex quo perſpicuum eſt nullam moralium virtutum innatam in nobis eſſe à natura: nihil enim eorum, quae natura conſtant, aliter aſſueſcit natura: veluti lapis, qui deorſum natura fertur, nullo ſtudio alicuius aſſueſceret ſurſum ferri, quamuis aliquis milies ipſum ſtuderet aſſueſacere, ſurſum iaciens: neque ignis deorſum, neque aliud quippiam eorum, quae natura ſunt, aliter aſſueſceret.

EST hoc tamquam corollarium: vnde enim inquit perſpicuum eſt, nullam harum, quae a moribus vocatae ſunt, virtutem a natura nobis datam eſſe, patet hoc, quia conſuetudine & vſu dictae ſunt parari: verum autem hoc eſſe teſtificatur, vtens animaduerſione rei ſatis cognitae & perſpectae: nihil enim inquit eorum, quae natura conſtant, vſu & conſuetudine variatur, ſtudio in hoc etiam magno poſito, nec mutat naturam id, quod etiam exemplis ſatis claris comprobauit, ita vt dubitatio nulla reſtet. Eadem autem hac praeceptione ijſdemque exemplis vſus eſt in primo quoque illorum de moribus librorum, qui magni vocati ſunt. Tamen D. Thomas ſingulari ſuo ingenio, ac doctrina cauſam huius rei adferre voluit, quae cum ducta ſit ab alio genere philoſophiae a me relicta eſt, vt minime hic neceſſaria, qui autem hoc quoque, ſcire cupiet, oſtendi, vnde petat.

Οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί: ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς: τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους.

Neque igitur natura, neque praeter naturam ingenerantur in nobis virtutes: ſed nobis natis, factisq́; ad eas ſuſcipiendas: abſolutis autem, perfectisq́; redditis conſuetudine, ac ſtudio.

Est hoc quoque quaſi corollarium, veritasque eius elicitur ex iis, quae modo dixit: affirmat enim virtutes non oriri in nobis, vi naturae, vt partes noſtri corporis, quae ſine noſtro ſtudio, & opera, tales, quales ſunt, a natura fiunt: neque etiam contra naturam, ideſt non ſolum repugnante illa, & quaſi aduerſante, verum etiam non leuiter adiuuante, & adminiculi aliquid praebente; quod videtur auctor oſtendere; qui ait nos factos eſſe ad eas accipiendas, genitosque tales, vt ſi nobis deeſſe noluerimus, perficereque quod ab ea inchoatum eſt, ſtudnerimus, compotes ipſarum fieri valeamus: conſuetudo autem, & ſtudium in hoc poſitum, id praeſtabit. Videtur autem hoc idem valere, atque illud, quod a M. Tullio dictum eſt. Eſſe ingenijs noſtris ſemina innata virtutum, quae ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam perducerent.

Ἔτι ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα: ὕστερον δὲ, τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν, ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον: οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι, τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν, ἀλλ' ἀνάπαλιν ἔχοντες, ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι, ἔσχομεν. τὰς δ' ἀρετὰς λαμβάνομεν, ἐνεργήσαντες πρότερον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν: ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες, μανθάνομεν. οἷον οἰκοδομοῦντες, οἰκοδόμοι γίνονται, καὶ κιθαρίζοντες, κιθαρισταί. οὕτω δὲ, καὶ τὰ μὲν δίκαια πράττοντες, δίκαιοι γινόμεθα: τὰ δὲ σώφρονα, σώφρονες: τὰ δ' ἀνδρεῖα. ἀνδρεῖοι.

Amplius quaecunq; nobis à natura adſunt, eorum vim, poteſtatemq; prius accipimus: poſterius autem, functiones munerum reddimus, quae inde proficiſcuntur: id quod in ſenſibus apertum eſt: non enim ex eo quod ſaepe viderimus, aut ſaepe audiuerimus, ſenſus conſecuti ſumus, ſed contra habentes, vſi ſumus ipſis, non quod vſi ſimus, habemus. Virtutes autem obtinemus, cum prius in muneribus ipſarum verſati fuerimus, veluti & in alijs artibus: quae namque efficere oportet cum didicerimus, ea efficientes, diſcimus, ceu aedificando, aedificiorum fabri fiunt, & fidibus vtentes, fidicines, ſic & quae iuſta facta ſunt, gerentes, iuſti euadimus: & quae temperantiae propria ſunt, temperantes, & quae fortitudinis itidem, fortes.

Hoc alterum argumentum eſt, quo idem probat: ſignificat enim, ſi virtutes inſitae in nobis eſſent a natura, idem in nobis futurum fuiſſe, quod reperitur in omnibus ijs, quibus nos natura ornauit, & ad munera, propria animantium obeunda idoneos fecit, ideſt prius accepiſſemus a natura poteſtates earum rerum gerendarum: deinde in ipſas incubuiſſemus; facileque ea praeſtitiſſemus: declarat autem hoc exemplo ſenſuum, poſtea idem vſu venire inquit, fierique in alijs rebus: in virtutibus autem contra fieri. id quod ad ſenſus pertinet, ita perſequitur. Non enim ait, quia ſaepe prius vidimus, ſiue ſaepe prius audiuimus, ſenſus inde accepimus: facultatemque cernendi, aut audiendi adepti ſumus: ſed contra habentes iam, anteaque ipſis inſtructi, vſi ſumus illis, non vſu & exercitatione obtinuimus facultatem cernendi, & audiendi. Idem etiam vſu venire affirmat in ceteris artibus: qui enim, inquit illarum perdiſcendarum cupidi ſunt; non alia vlla, propria opera aliarum artium tractantes, periti illarum fiunt, boni que opifices euadunt, ſed, vt poſſunt, moliuntur opera earum, quas ſibi percipiendas propoſuerunt. Exemplis etiam explanat, quod praecipit, & fabrorum, & cithariſtarum: quibus addi poſſunt alia multa, quae cotidie ita intelligi, perdiſcique videmus; ſed opus non eſt rem ſatis apertam, magis velle illuſtrare: eodem autem pacto ait, nos res iuſtas gerentes, iuſtos fieri; idemque in reliquis virtutibus cuſtodiri, duabus praeterea appellatis, declarat.

Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν: οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες, ποιοῦσιν ἀγαθούς: καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἐστίν. ὅσοι δὲ μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἁμαρτάνουσι. καὶ διαφέρει τούτῳ πολιτεία, πολιτείας: ἀγαθὴ, φαύλης.

Confirmat autem hoc, id etiam, quod fit in ciuitatibus: qui enim ſcribunt leges, ciues aſſuefacientes, efficiunt eos bonos: ac voluntas finisq́ omnis ſcriptoris legum hic eſt; quicumque autem non recte hoc praeſtant, labuntur: atque hoc differt vna reſp. ab alia, bona à mala.

ADIVVARE iudicium ſuum tradit: & quod praecipit, verum eſſe oſtendere, morem, inſtitutumque liberarum ciuitatum: hanc enim ſequi rationem docet eos, qui ſuſceperunt ipſas legibus muniendas, & ad virtutem dirigendas: dant enim operam, vt exerceant ciues in honeſtis ſtudijs, atque ita probos homines, bonosque ciues eos reddunt: & ſanè inquit, voluntas, σκοπὸς; omnis eorũ, qui ſcribũt leges alicui ciuitati, hic eſt, vt ſcilicet aſſuefaciant ipſos in honeſtis ſtudijs: qui autem rationem in hoc veram non ſequuntur, vel in excolenda ciuitate, pro rectis, bonisque ſtudijs, praua eo inducunt, ſiue efficere hoc negligunt, magnopere peccare dicit: initiumque hinc ducere ciuitatem, ſit ne illa ſtudioſa, ac recta, ſiue inutilis, & magnis vitijs affinis.

Ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν, καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ, καὶ φθείρεται. ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη: ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν, καὶ οἱ ἀγαθοὶ, καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί. ἀνάλογον δὲ καὶ οἱ οἰκοδόμοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες: ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν, ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται: ἐκ δὲ τοῦ κακῶς, κακοί.

Adhuc ex iiſdem rebus, & vi earundem rerum & gignitur omnis virtus, atque interit; eodem autem pacto & ars: vtendo enim cithara, & boni, & mali fiunt citharistae: eademque ratione, & qui aedes aedificant, & reliqui omnes: dum enim bene aedificant, boni erunt eius generis fabri, dum autem perperam, mali.

ALIVD hoc argumentum eſt, quo idem conſtituit: ſtudia videlicet alicuius rei frequentata, magnam vim habere ad virtutem in pectus noſtrum inſerendam, ſi honeſta illa fuerint atque integra: eademque ſi contraria extiterint & praua, non ſincere ipſam conflari, ſed potius, ſiquid incoeptum fuerit, quod virtutem oleat, ipſum corrumpere & labefactare: potius enim arbitror, auctorem loqui de ortu virtutum, quàm de ipſis iam conflatis, frangendis ac diſſipandis: neque enim facile eſt virtutem partam extinguere, ac diſſipare: & qui compotes ipſius ſemel facti ſunt, vix queunt moliri aliquid ab ipſa diſſentiens & alienum; quare non poteſt a virtute vitium gigni. Adiungit, quod de virtutibus, ipſarumq; ortu tradidit, idem etiam vſu venire in artibus perdiſcendis; quae ambo exemplis confirmat; ex crebro enim inquit vſu citharae, & boni, & mali fiunt citharistae, prout ipſam attigerint illi, atque pulſauerint: ſeruata etiam eadem ratione, qui domos aedificant, & boni, & mali fabri domorum fiunt, quod aperit, ſignificans, quomodo diuerſae res, penitusq; inter ſe contrariae ex eodem facto gignantur: qui enim ait, recte ſe atque ordine geſſerint in illo ſtudio, boni fabri domorum fiunt: qui vero perperam ac temere, mali. Idem autem aliquo modo commemorat M. Cicero de ſtudio dicendi: oſtendit enim duas voces circumferri ſolitas, quarum priorem, non correctam, caſtigatamque poſteriore animaduerſione,
» accuſat: culpamque magnam in ſe continere ſignificat, inquit igitur. In quo fallit eos,
» quod audierant, dicendo homines, vt dicant, efficere ſolere: vere enim etiam illud dici-
» *tur* peruerſe dicere homines, peruerſe dicendo, facillime conſequi.

Εἰ γὰρ μὴ οὕτως εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος, ἀλλὰ πάντες ἂν ἐγίνοντο ἀγαθοὶ, ἢ κακοί. οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει: πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, γινόμεθα: οἱ μὲν, δίκαιοι: οἱ δὲ, ἄδικοι. πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἐθιζόμενοι φοβεῖσθαι, ἢ θαῤῥεῖν: οἱ μὲν ἀνδρεῖοι: οἱ δὲ, δειλοί. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς: οἱ μὲν γὰρ, σώφρονες, καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δὲ, ἀκόλαστοι, καὶ ὀργίλοι. οἱ μὲν, ἐκ τοῦ οὑτωσὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι: οἱ δὲ, ἐκ τοῦ οὕτως. καὶ ἑνὶ δὴ λόγῳ ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν, αἱ ἕξεις γίνονται.

Si namque ita ſe res non haberet, nihil opus fuiſſet opera eius, qui doceret, ſed cuncti extitiſſent boni vel mali: ſic iam, & in virtutibus res ſe habet, dum gerunt enim res, quae contractibus conſtant, hominum inter ſe, efficimur; hi quidem iuſti, hi vero iniuſti: tractantes autem ea, quae pertinent ad caſus periculorum, inijsq́; aſſuefacientes nos metuere, ſiue fidere, hi quidem fortes, hi verò timidi efficimur: ſimili autẽ modo ſe res habet in ijs, quae pertinent ad cupiditates, & ea, quae ad iram: hi namque ipſorum temperantes, & mites, alij autem intemperantes, & iracundi fiunt: hi quidem, quia ſic ſe in illis gerunt, alij autem, quia hoc pacto: atque vno profecto verbo è ſimilibus actionibus habitus exoriuntur.

OSTENDIT, quod admonuit, praecepitque, valde accommodatum, vel neceſſarium potius eſſe: argumentatur autem a more, & inſtituto mortalium: niſi autem inquit diligentia, adhibita in his rebus tractandis multum prodeſſet, ac niſi diuerſae rationes, atque inter ſe contrariae, diuerſos habitus gignerent, ideſt hos bonos; alteros vero malos, nihil opus fuiſſet duce & praeceptore harum rerum, qui veram viam oſtenderet, & a praua nos abduceret: cuncti namque, ſuum illud ſtudium ſequentes: & id, ad quod procliues forent, gerentes, ſiue boni, ſiue mali euaſiſſent, quod cum in artibus perdiſcendis vſu veniat, idem etiam fieri in virtutibus planum eſſe, tradit: quemadmodum enim in rebus contrahendis ſe geſſerint, ita iuſti & iniuſti fiunt: ſi namque in ipſis malitia, & fraude vſi fuerint, improbi & auari fiunt: ſi fide, iuſti & aequi. Idem etiam vſu venire docet in fortitudine, atque temperantia, eodemque pacto in ceteris virtutibus, etſi contentus fuit hoc in quattuor ſolis demonſtraſſe: cum enim inquit verſantur in grauibus malis ac periculis, quae propinqua ſint, atque impendeant ipſis, ſe in illis exercentes, atque aſſuefacere volentes ad eam virtutem, ſi ardenter ſe geſſerint, fortes fiunt: ſi timide, formidoloſi, in reliquis duabus virtutibus, quas appellat, idem vſu venire affirmat, quarum materia eſt cupiditas, & ira: vnde perſpicitur, Ariſtotelem vſum eſſe inductione; ad extremum autem ſignificauit, vt in hac argumentatione mos eſt facere, atque vno verbo, ne longior ſcilicet ſim; e ſimilibus inſtitutis: & factis, ſimiles gignuntur habitus. Quod inquit. Niſi enim res hoc pacto ſe habuiſſet, nihil opus fuiſſet aliquo, qui curam ſuſcepiſſet erudiendi, & rationem huius rei obtinendae tradidiſſet: ſimile eſt huic loco illud Ciceronis è prooemio
„ tertiae Tuſculanae. Quod ſi tales nos natura genuiſſet, vt eam ipſam intueri, & perſpi-
„ cere, eademque optima duce curſum vitae conficere poſſemus: haud erat ſanè, quod quiſ-
„ quam rationem, ac doctrinam requireret.

Διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι: κατὰ γὰρ τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν αἱ ἕξεις. οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ, οὕτως, ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν.

Quapropter incumbendum in hoc eſt, vt actiones noſtras quales reddamus; pro differentijs enim harum comitabuntur habitus: non parui igitur momenti eſt ſic vel ſic ſtatim è pueris aſſuefieri: ſed multum, multumq́;, vel potius totum.

HOC potius dixerim vim habere moniti atque hortationis, quàm corollarij, etſi dubitari non poteſt, quin veritas eius perſpiciatur ex ijs, quae diligenter ſupra expoſita ſunt. Incumbendum igitur nobis eſſe inquit in hanc rem: operamque dandam, vt quae gerimus, qualia ſint; ideſt virtutem redoleant: tinctaque ſint aliqua parte honeſtatis: ex qua cura capiemus hoc commodi, fructumque non paruum; quod habitus comitabuntur his factis, ſtudijsque noſtris, cuicuimodi illa fuerint, ſiue bona, ſiue mala. Quare putandum eſt, non parui intereſſe, quibus in ſtudijs, artibusque aliquis ſtatim a puero inſtitutus ſit; non parui inquam momenti hoc eſſe ad reliquam vitam, ſed totum referre. Quantum autem interſit ad vitam honeſtè degendam, ſiue contra, declarauit Lycurgus noto exemplo,

& quod ponit rem ante oculos, de duobus canibus, ex iiſdem parentibus natis, longe tamen aliter educatis: eorum enim vnus in culina ſemper habitus fuerat, alter vero in venatu exercitatus: dimiſſis igitur ambobus, ſpectante multitudine ciuium; ipſorum alter ad ollam confeſtim acceſſit propinquam, alter leporem ſectatus eſt.

Ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία, οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν ὥσπερ αἱ ἄλλαι, οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ, σκεπτόμεθα: ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα, ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς, ἀναγκαῖον ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς: αὗται γάρ εἰσι κύριαι, καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν.

Quia igitur opus, quod habemus in manibus, non contemplandi cauſa ſuſceptum eſt, vt alia (non enim vt intelligamus, quid ſit virtus, cogitamus, verum vt boni viri efficiamur; illo enim pacto nullum emolumentum hinc caperetur) neceſſe eſt praeterea conſiderare quod ad actiones pertinet: quomodo illae gerendae ſint: hae namque in ſua manu poſitum habent, vt habitus quales ſint, vt diximus.

TRADIDIT oportere accurate perſpicere facta hominum, cuius tantae diligentiae adhibendae in hac re, cauſam adfert, quod ex actionibus noſtris conflantur habitus animorum ſiue recti, ſiue praui illi fiunt. Quomodo igitur rectum eſſet totos ſe conferre ad veritatem horum praeceptorum cognoſcendam; putareq; ita ſe functos eſſe officio: hoc vero relinquere, quod maiores fructus fert, & profecto finis eſt huius operis de moribus: neque enim haec ſcribuntur, aut leguntur, vt exquiſitè de his diſſeramus; verum vt ad haec praecepta ſeruanda mentem, cogitationesque omnes noſtras conuertamus, explicat igitur ſubtiliter totam rem: neque enim inquit haec quaerimus, vt cognoſcamus, quid ſit virtus, ſed vt probi viri fiamus, illamque vitae noſtrae ducem habeamus; aliter enim inquit nullum verum fructum hinc caperemus. Cum autem initio huius partis particulam ἐπεὶ poſuiſſet, ideſt, quia, redditio ipſius eſt, neceſſe eſt conſiderare, quibus verbis declarat, opus eſſe nos ſedulo videre, quomodo in actionibus ipſis nos geramus, quod cum tanti momenti ſit, redigit nobis in memoriam, quod iam de illis dixerat, dominas ipſas eſſe habituum ipſorum, & quales actiones ipſae fuerint, tales gignere paulatim habitus, ideſt virtutem, aut vitia, non ineptum autem eſſe duxi indicare redditionem ſuperioris illius ἐπεὶ, praeſertim cum remotior ſit, & inter ipſam, & illam particulam, vnde apta eſt, ſit alia ἐπεὶ, quae potuiſſet aliquem turbare. Non eſt autem dubium, quin, etſi finis huius diſciplinae eſt, factis haec praecepta exprimere, cognoſcere tamen haec multum proſit: excitetque nos ad amandam & perſequendam virtutem; quod niſi haec vtilitas hinc quoque perciperetur, potuiſſet ea, tot voluminibus tractanda accuratiſſimus doctor, ſuperſedere. Affirmat autem hoc ipſe etiam de moribus ad Eudemum.

Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, κοινὸν καὶ ὑποκείσθω. ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς.

Vt recta igitur ratio praecipit, agere, commune eſt, & ſeponatur: dicetur autem poſtea de ipſo, & quid eſt recta ratio, & quomodo ſe habet ad ceteras virtutes.

CVM incumbendum nobis eſſe dixerit in actiones, videndumque, vt tales ipſae ſint, quales oporteat eſſe, quae norma huius rei ſit, inueſtigat. Primum igitur quoddam adfert, quod, etſi verum eſt, non multum tamen adiuuat, quia nimis commune eſt; & omnis rei rectè & ordine adminiſtrandae vtile documentum: quare omittit hoc nunc, & in aliud tempus locumque reijcit. Illud autem eſt recta ratio, quae non dubium eſt; quin in omni actione noſtra ſit attendenda, & quaſi dux quaedam perſequenda. Pollicetur autem ſe poſtea de ipſa diſputaturum, ſignificaturumque quid ſit recta ratio, & quomodo ſe habeat ad reliquas virtutes. Tempus autem erit huic rei exquiſitè tractandae accommodatum in VI. horum librorum, quo loco diſſerit de prudentia. Non poſſum non magnopere hoc

loco

loco mirari, extitiſſe doctiſſimum virum, qui improbarit ὀφείλει, quod ego olim ſecutus ſum, voluiſſeque legi ὀφάλει: haec namque lectio eſt cunctorum, quos vidi calamo exaratorum librorum, qui multi, & vetuſti admodum fuerunt: acceſſerunt autem poſtea ijs duo e Graecia eruti, qui idem confirmant, ſed etiam Aldinum exemplar hoc habet: in primis autem veritatem huius lectionis indicat res ipſa: reijcit enim explicationem huius rei in alium locum, qui vbi ſit, ſatis apertum eſt, & a me monſtratum.

Ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος, τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφάλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν, ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι, τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι, καὶ τὰ συμφέροντα, οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος, οὐκ ἔχει τἀκριβές: οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην: οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει: δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας, τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει, καὶ τῆς κυβερνητικῆς: ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου πειρατέον βοηθεῖν.

Illud autem antea confeſſum ſit, omnem, quae habetur de rebus agendis, orationem, craſſa Minerua, & minime exquiſite debere exponi: veluti initio diximus, quia vt materia requirit, diſputationes ſunt poſtulandae: quae autem in actionibus manent, & quae conducunt hominibus, nihil ſtabile habent: quemadmodum etiam neque illae, quae ſalubres ſunt: Cum huiuſcemodi autem ſit oratio, quae de ipſis in vniuerſum habetur, adhuc magis quae habetur de ſingularibus rebus oratio, non habet exquiſiti aliquid: neque enim ſub artem cadit, neque ſub praeceptionem vllam: oportet autem eos ſemper, qui agunt, attendere, quae ad tempus illud faciunt veluti res ſe habet in arte medicorum, & gubernatorum: verumtamen etſi doctrina, quam modo habemus in manibus talis eſt, enitendum eſt, opitulari.

CVM dixiſſet, oportere diligenter videre, quemadmodum in rebus agendis gerere nos debeamus, & quae vera ſit ratio tradendi ipſas, antequam autem hoc aggrediatur, de quo prius in primo libro, quid ſentiret, oſtenderat, idem repetens, ait, omnem diſputationem, quae pertinet ad actiones hominum tradendas, & res bonas, & malas ſignificandas craſſo modo, & minime exquiſite debere tractari: Inſipienterque facturum eum eſſe inquit, qui hac via contentus non fuerit, & acutiorem, ſubtilioremque rationem requiſierit, atque hoc, quia poſtulare non debet, qui auſcultat, ab eo, cui ſe erudiendum dedit, aliquid ſupra materiam, naturamque rei, quam docetur. Hoc vero rectum eſſe confirmare volens, firmiterque cuſtodiendum, aperit naturam, vimque huius materiae, quae nihil ſtabile, ſolidumque in ſe habet: huiuſcemodi enim ſitut, ait, humana facta, & quae prodeſſe vitae noſtrae, motibusque poſſunt, quemadmodum etiam, quae ſalutem dant corpori, pelluntque ab eo morbos: variantur enim illa mutatis locis, aetatibus, anni temporibus, ceteriſque huiuſcemodi; in quibus diſcriminis aliquid reperitur. Auget autem errorem ſtultitiamque eorum, qui vellent ſibi exquiſite tradi, quod valeret ad vitam ornandam, factaque humana ſine macula ſeruanda: ſi namque praeceptio omnis, in vniuerſum aliquid tradens; quales ſunt artes, expoſita eſt tot difficultatibus, variaturque multis modis, quanto magis, quae accedunt ad ſingularia facta diſputationes exquiſitum nihil recipiunt: neque enim inquit cadit hoc ſub artem vllam, aut quippiam quod ſimilitudinem artis habeat, quales ſunt praecepta quaedam & documenta. Docere autem voluit, cum iam oſtendiſſet, quid inde alienum foret; nec fructum vllum ferret, quid accommodatum ſit actionibus humanis, recte & ordine adminiſtrandis: partes enim eſſe inquit eorum, qui aggrediuntur aliquid, agereque inſtituunt, ſemper accurate videre, quid tempus illud requirat, ipſique aptum ſit, quod cuſtodire inquit videmus medicos, & gubernatores nauium, qui ambo tempori ſeruiunt: moderanturque varietati morborum, & tempeſtatum, ac ventorum: exemplis enim poſitis, haec declarare voluit. Ne autem aliquis diffideret, cognitis tot, tantiſque difficultatibus, ad extremum inquit, ſuccumbendum non eſſe, ſed quidquid poteſt adminiculi huic rei praebendum.

Πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας, καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι; δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν; τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα, φθείρει τὴν ἰσχύν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ, καὶ τὰ σιτία πλείω, καὶ ἐλάττω γινόμενα, φθείρει τὴν ὑγίειαν, τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ, καὶ αὔξει, καὶ σώζει. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. ὅ, τε γὰρ πάντα φεύγων, καὶ φοβούμενος, καὶ μηδὲν ὑπομένων, δειλὸς γίνεται: ὅ, τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος, ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων, θρασύς. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων, καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος, ἀκόλαστος: ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἄγροικοι, ἀναίσθητός τις: φθείρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῆς ἐλλείψεως: ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται.

Primum igitur hoc videndum eſt, huiuſcemodi omnia naturam hanc habere, vt ab egeſtate, & vbertate corrumpantur (opus eſt enim ſuper obſcuris rebus teſtimonijs claris vti) veluti in viribus corporis, ac ſanitate fieri videmus; exercitationes enim, quae menſuram tranſeunt, & quae minores ſunt, corrumpunt vires, ſimiliter autem & potus, & cibi, cum plures extiterint, corrumpunt valetudinem: in quibus autem menſura adhibita fuerit, & efficiunt, & augent, & tuentur. Sic igitur ſe res habet, & in temperantia, & in fortitudine, & in alijs virtutibus: qui enim cuncta fugit, ac metuit, nihilque ſuſtinet, is timidus efficitur: qui vero nihil omnino metuit, ſed contra omnia magno animo vadit, audax. Simili modo & qui omni vndique voluptate perfruitur, & à nulla ſe abſtinet, intemperans; qui verò cunctas fugit, quemadmodum agreſtes homines faciunt, is expers ſenſus euadet: corrumpitur enim temperantia, & fortitudo ab exuperantia, & egeſtate: à mediocritate autem conſeruatur.

PRIMVM quod adfert, ad virtutem tuendam accommodatum: contrariaque ipſius vitia declinanda, eſt, quod vult nobis exploratum eſſe, facta hominum duabus contrarijs inter ſe rebus deprauari: quarum alterum eſt, & parum eorum factorum ſumere; alterum verò nimium, vt ita appellem ἔνδειαν, & ὑπερβολήν, ideſt penuriam ſiue egeſtatem, atque exuperantiam; ne dicam poſteriorem hanc exceſſum, quae vox apud veteres auctores longe aliud valet. Cum vellet autem rebus notis, & ante oculos poſitis, diſcutere quaſi caliginem, quae in hac re eſt, conſilium ſuum aperit, vtiturque figura, vocata προθεραπεία: prius enim corrigit, atque emendat, quod videbat reprehendi ab aliquo poſſe, quam culpam illam admiſerit, ſi culpa eſt appellanda. Siue non eſt hoc emendatio, quia peccatum nullum in hac ratione eſt, ſed ſtimulus potius ad hoc liberè faciendum; nemo enim vnquam dubitauit, quin hoc rectum ſit, vt dixerit decere ſuper obſcuris rebus, apertis teſtimonijs exemplisque vti, nec eſſe cunctandum hoc facere. Oſtendit autem in viribus corporis, ac valetudine idem contingere; deambulationes enim inquit, & ceterae corporis exercitationes, quae modum ſuperant, iiſdemque quae ad rectam menſuram non perueniunt, corrumpunt vires, eodemque pacto potus, cibique immoderati perdunt corporis ſanitatem; moderata autem haec omnia, & gignunt, & augent, & tuentur; haec valetudinem: ſuperiora illa vires, roburque. Quod vero ait, oportere de obſcuris rebus vti, teſtimonijs claris & apertis, atque ita illis lucem adferre; idem etiam rectum eſſe, ac fieri debere dixit Theophraſtus in primo libro de ijs, quae oriuntur è terra, iiſdem paenè verbis, quae ſunt haec ἐκ τῶν γνωρίμων μεταδιώκειν δεῖ τὰ ἀγνοούμενα. Cum autem ſimilia expoſuiſſet, in quibus hoc tamquam oculis cernitur vſu venire, redit ad ea tradenda, quae animo intelliguntur, atque ait idem in ipſis fieri, ideſt in cunctis virtutibus morum: has enim intelligit, quarum duas appellat: quod huiuſcemodi eſſe, parque illis, exponit: quomodo enim gignantur vitia commemorat, initio ducto a fortitudine,

titudine. Qui enim, inquit omnia pericula fugit ac metuit: nullumque ſuſtinet ac ſubit, formidoloſus efficitur, & cetera; quae ſatis plane, aperteque ab ipſo expoſita ſunt; cum autem quibus modis deprauentur, oſtendiſſet; quae via, ratioque ſit conſeruandorum eorum monſtrat: illam vero eſſe mediocritatem teſtatur.

Ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις, καὶ αἱ αὐξήσεις, καὶ αἱ φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται: καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει. οἷον ἐπὶ τῆς ἰσχύος: γίνεται γὰρ καὶ ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν, καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν. καὶ μάλιστα δύναται ταῦτα ποιεῖν ὁ ἰσχυρός. οὕτω δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν: ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, γινόμεθα σώφρονες: καὶ γενόμενοι, μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας. ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν, καὶ ὑπομένειν αὐτά, γινόμεθα ἀνδρεῖοι: καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνησόμεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά.

Sed non ſolum ortus, & incrementa, & interitus ab iiſdem rebus proficiſcuntur, & vi earundem rerum fiunt: ſed etiam actiones in iiſdem erunt: in ceteris enim rebus, quae clariores ſunt, ſic ſe res habet, veluti in viribus corporis: gignuntur enim ex multo cibo, quem is capiat, & e multis laboribus, quos ſuſtineat, ac maxime valet haec efficere homo robuſtus: ſic autem ſe res habet in virtutibus: inde autem quod abſtineri nos à voluptatibus, temperantes efficimur, & effecti, maxime valemus abſtinere nos ab ipſis: ſimili modo ſe res habet in fortitudine; aſſuefacientes autem deſpicere res terribiles, atque ſuſtinere ipſas, efficimur fortes, & effecti maximè valemus ſuſtinere res terribiles.

Dixerat iam iiſdem factis gigni, & augeri virtutes, eaſdemque vſu, & tractatione earundem rerum conſeruari; adiungit autem his modo illos, qui virtutes adepti iam ſunt, conſuetudineque, ac ſtudio tales facti, in iiſdem ſtudiis, factiſque permanſuros, faciliuſque, ac melius res illas adminiſtraturos, quod probat ſimilitudine earum rerum, quibus vſus fuit in his, quae docuerat confirmandis; in aliis enim ait, quae apertiora ſunt, videmus ita rem geri, quae explanat. veluti in corporis viribus: naſcuntur enim & ex multo cibo ſumpto, & ex multis laboribus toleratis qui autem validus, robuſtuſque factus eſt, is maxime poteſt & multum cibum capere, & multos labores ſuſtinere; primum namque ſine altero obeſſet: quod Celſus etiam ſignificauit, cum enim praecepiſſet, plurimum cibi ſemper capere, addidit, dummodo is concoquat. Vt ſupra autem fecerat: cum enim ſimilium rationem expoſuiſſet, idem in virtutibus vſu venire declarauit, ita nunc ſimilium ratione patefacta, tranſit ad oſtendendum idem contingere in virtutibus ipſis; exemplo autem duarum vſus eſt, temperantiae ſcilicet & fortitudinis. Cum enim inquit diutius abſtinuerimus nos a corporis voluptatibus, efficimur temperantes, & poſtquam temperantes facti ſumus, minore negotio, faciliimeque abſtinemus nos ab iiſdem voluptatibus. Idem etiam fieri adiungit in fortitudine, id quod aperte exponit. Verum igitur eſt, quod ait in iiſdem factis verſari eum, qui ſtudio ſuo, & opera in eo multa poſita, parauit ſibi virtutem, quorum auxilio, & vſu particeps factus eſt eius virtutis: nec tranſire ex ipſis in facta alius virtutis: facta autem vere dicere ipſa potuit, etſi abſolutiora illa ſunt poſt virtutem partam: non tamen hoc ita diiungit ipſa, diſtinguitque, vt diuerſa exiſtimari, dicique merito poſſint.

Σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν, ἢ λύπην τοῖς ἔργοις: ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων, σώφρων: ὁ δὲ ἀχθόμενος, ἀκόλαστος. καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων, ἢ μὴ λυπούμενός γε, ἀνδρεῖος: ὁ δὲ λυπούμενος: δειλός: περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή. διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν, τὰ φαῦλα πράττομεν: διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα.

Signo autem debemus vti, quod nacti ſimus habitus, voluptate, aut dolore, profectis

profectus ex actionibus: qui enim ſe abſtinet à voluptatibus corporis, atque hoc ipſo gaudet, temperans eſt: qui vero inde ſentit dolorem, intemperans, & qui ſuſtinet grauia mala, indeq; gaudet, aut ſaltem non moleſtia afficitur, fortis; qui autem dolet, timidus: circa voluptates enim, & dolores verſatur virtus moralis: ob adipiſcendam enim voluptatem res improbas agimus, ob dolorem autem vitandum abſtinemus nos à rebus honeſtis.

QVI toto animo incumbunt in aliquam rem, valdeque cupidi ſunt ipſius adipiſcendae, optant ſcire quàm prope ab ea abſint, & qui etiam aliquo proficiſcuntur, non ceſſant quaerere, quantum abſint ab eo loco. Idem igitur in hac re fieri probabile eſt; praeſertim cum mali non parum gignat, deſinere, antequam ad medium perueneris: eodemque pacto vlterius progredi: neque illic ſiſtere, vt oportebat. Monſtrare igitur voluit Ariſtoteles, quomodo ſcire poſſimus, impetraſſe nos id, cuius deſiderio tenebamur, cumque ea, quae animi ſunt, cernere nequeamus, planeque perſpicere, vtitur ſignis indicioque nobis huius rei eſſe poſſe ait, quod iam habitus conſecuti ſumus, voluptatem, atque dolorem, qui comitatur ijs factis, etſi enim ἔργα ipſas vocauit, πράξεις tamen, & actiones intellexit. Inquit igitur, qui ſe abſtinet a corporis voluptatibus, gaudetque hac ipſa re temperans iam eſt: qui autem dolet, angiturque, intemperans. Vti voluit etiam exemplo alius virtutis, & inquit; qui autem magno animo ſtat contra grauia mala: caſusque magnorum periculorum, atque haec ſuſtinet laetanti animo, aut ſaltem nihil dolens, fortis eſt; qui vero angitur, timidus. Omnis enim inquit virtus motum, ſententia certa, veraque in vniuerſum, confirmans quod dixit; ſpectatur in voluptate, ac dolore, quam tamen explanat: ob percipiendam enim voluptatem multa gerimus culpae affinia, & ob fugiendum dolorem abſtinemus nos ab honeſtis non nullis factis, quae libenter gereremus, niſi dolore deterreremur. Quod inquit, ſiue nihil dolens, correxit his verbis antecedentem ſententiam; vix enim fieri poteſt, vt aliquis in factis fortitudinis exercendis, vacuus omnino ſit a dolore, ne dum laetitiae plenus eſſe valeat; Quod contempſit etiam M. Cicero cum ſententiam illam grauem Epicuri expoſuiſſet, qui dicebat, ſapientem, in Phalaridis tauro ſi erit, dicturum, quàm ſuaue eſt hoc, quam nihil curo: addidit enim, ſuaue etiam, an parum eſt, ſi non amarum? Quod ad locutionem facit, vt hic ποιεῖσθαι σημεῖον dixit, ita in libro de arte poetarum locutus eſt: inquit enim πεποίηκε τὰ ὀνόματα σημεῖον.

Διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε, καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ: ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν.

Quare oportet bene aliquo modo inſtitutum eſſe ſtatim à pueris, vt Plato affirmat, vt gaudeant, & doleant, quibus oportet: haec enim eſt recta inſtitutio.

HOC planè corollarium eſt, ductum e vicina diſputatione, quae declarauit, quanta vis ſit conſuetudinis, & quantum momenti in ea poſitum ſit in vtramque partem; quare inquit incumbendum eſt in bonam educationem ſtatim a teneris annis: neque expectandum longius tempus: ſero enim tunc, & minore cum fructu hoc efficeretur. citat autem huius verae ſententiae teſtem Platonem, ipſumque laudat, qui optimam inſtitutionem eſſe cenſuerat, aſſuefacere pueros, vt & gauderent & dolerent, quibus oportet, ideſt vt honeſtis factis laetarentur, turpibusque angerentur, ſi forte aliquando ipſis contigiſſet, vt in huiuſcemodi aliquam fraudem inciderent: cum vero aliae quoque ſint rationes corrigendi mores, hanc rectam eſſe diſciplinam optimamque omnium aſſeuerat. Quam autem inſtitutionem anteponendam eſſe ceteris omnibus indicauit vir doctiſſimus & ſapientiſſimus, eandem tenuis homo vidit vtilem in primis eſſe pueritiae erudiēdae, ideſt Lacon quidam, qui huic curae paratus erat, cuſtodiaeque pueri praepoſitus: cum enim ex eo quaeſitum foret, quam potiſſimum rationem in eo officio ſecuturus eſſet, reſpondit, ego praeſtabo, vt puer e rebus honeſtis voluptatem capiat; moleſtiam autem e turpibus.

Ἔτι δ᾽ εἰ αἱ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις, καὶ πάθη, παντὶ δὲ πάθει, καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονή, καὶ λύπη, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας.

Amplius autem ſi virtutes verſantur circa actiones, & motus animorum: omni autem motui, atque omni actioni comitatur voluptas, & dolor: hanc quoque ob cauſam virtus manere putanda eſt, circa voluptates, & dolores.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo itidem probatur, vim magnam habere voluptatem, atque dolorem ad virtutem gignendam aut interimendam: verſari enim inquit virtutes circa actiones, & habitus animorum, quibus ambabus rebus ſine vlla exceptione comitatur ſiue voluptas, ſiue dolor. Quare inquit concludens, hinc quoque cognoſcere licet virtutem manere circa voluptates, & dolores, & hos eſſe motus, qui pariunt ipſam. Quaſdam autem virtutes moderatrices eſſe humanorum factorum, vt, liberalitatem; magnificentiam, quaſdam vero motionum animi, vt temperantiam, lenitatem ſatis notum eſt.

Μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων: ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσιν: αἱ δὲ ἰατρεῖαι, διὰ τῶν ἐναντίων πεφύκασι γίνεσθαι.

Indicant autem hoc animaduerſiones quoque in prauos homines, quae fiunt per has: medelae namque quaedam ſunt: medelae autem fieri ſolent per res contrarias.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quod a ſigno ductum eſt: cum enim manifeſtum eſt id, quod ſequitur, probatur id, quod antecedit: inquit enim, indicant hoc etiam, & patefaciunt rationes, quibus leges animaduertunt in eos, qui improbè aliquid fecerunt: vtuntur enim his: ſunt autem illae rationes quaedam emendandorum animi vitiorum, vt curationes medicamentaque morborum corporis: medici enim, contrarijs vtentes, medentur aegrotis, quare recte inſtitutum fuit, vt idem ſeruetur in vitijs animi, flagitijsque purgandis. Secuti vero non pauci voluptatem quam capiunt e Venere impura aut e coacta pecunia auare, ſiue multantur, ſiue ignominia afficiuntur, ſiue corporis paena, exilioque puniuntur, e quibus omnibus modis dolorem ac moleſtiam ſentiunt. Eodem etiam hoc argumento vſus eſt auctor in II. eorum librorum de moribus, quos miſit ad Eudemum, & ijſdem paene verbis ipſum expoſuit, niſi quod pro μηνύει illic inquit, vt ſolet, σημεῖον δέ, quare inde quoque perſpicitur verum eſſe, quod dixi, argumentatum hic eſſe auctorem a nota huius rei, atque eo quod ſequitur; inquit igitur. Signum autem eſt, quod circa res iucundas & triſtes maneat virtus, ac vitium: animaduerſiones enim in prauos mortales quae ſunt medelae quaedam, & efficiuntur per contraria, velut in alijs, conſtant ex his.

Ἔτι (ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν) πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ᾽ οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων, καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα, καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει: δι᾽ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται, τῷ διώκειν ταύτας καὶ φεύγειν, ἢ ἃς μὴ δεῖ, ἢ ὅτε οὐ δεῖ, ἢ ὡς οὐ δεῖ, ἢ ὁσαχῶς ἄλλως ὑπὸ τοῦ λόγου διορίζεται τὰ τοιαῦτα.

Adhuc (vt prius quoq; diximus) omnis animi habitus à quibus rebus natura fit deterior, ac melior, ad has res, & circa res has natura fertur: propter voluptates autem & dolores mali habitus fiunt, perſequendo has, aut fugiendo, ſiue quas non decet: ſiue quando non decet, ſiue vt non decet, ſiue quocunque alio modo huiuſcemodi res à ratione diſtinguuntur.

ARGVMENTVM quartum hoc, huiuſcemodi eſt. Repetit autem, quod iam demonſtrarat: atque ipſo vtitur, tamquam fundamento quodam nouae huius rei, quam confirmare vult; illa enim eſt, virtutem verſari, veluti in materia ſua propriaque, circa voluptatem & dolorem; inquit igitur, omnem animi habitum, vnde melior, aut deterior fit, ad illas ipſas res natura ſua impelli, ac niſi a ſe ipſo diſcedat, eo conuerti, atque in ipſis volutari: fieri autem malos habitus ipſos dicit, ob voluptates ac dolores; id quod narrat contingere multis modis: ijſque omnibus rationibus, quae περιστάσεις, quòd quaſi cingant factum, corrumpantque ipſum, vocatae a Graecis ſunt: non enim ſimpliciter ſequi voluptates, & fugere dolo-

dolorem, vitioſum eſt, ſed prauis in his rebus vti rationibus: ideſt non verum ipſarum genus ſequi; nec tempus etiam captandarum illarum, & modum tenere, cunctasque alias, quas non appellat, minime cuſtodire, in quibus ſunt & perſona, & locus, quarum non nullae verſibus his ſignificatae ſunt. Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hirquis:
Et quo, ſed faciles nymphae riſere, ſacello.

Διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς. ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας. οὐκ εὖ δὲ, ὅτι ἁπλῶς λέγουσιν, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσα ἄλλα προστίθεται.

Quapropter definiunt quoque virtutes vacuitates, quaſdam motuum, & requietes: non rectè autem, quia ſimpliciter dicunt, & non vt oportet, atque vt non oportet, ac quando, & quaecunque alia adiunguntur.

Corollarium hoc eſt, quo declarat eos, qui dixere, virtutes eſſe tranquillitates quaſdam animi, ſecuritatesque, vt ita appellem, quas ipſe ſuis verbis vocauit ἀπάθειαν, & ἠρεμίαν, non omnino a ſe diſſenſiſſe, qui cenſet virtutis proprium eſſe, habere animum moderatum, neque penitus nudatum motu, neque vehementer commotum ac perturbatum, qui tamen caueat ſe contaminare illis modis, quos ſignificauit, qui modi aliquo pacto vitiant etiam, deprauantque illa facta, quae alijs temporibus, locisque ſine labe vlla, culpaq; fieri potuiſſent. Inſimulat tamen eoſdem, quia cenſebant vacuum penitus animum ab illis motibus eſſe oportere, ac ſedatum: vnde volentes definire virtutem, illis nominibus vim ipſius, naturamque exprimebant. Non intelligit autem Stoicos, qui multo poſt aetatem Ariſtotelis extitere; ſed ſemina quaedam harum diuerſarum opinionum ex vberrimis, acutiſſimisque Socratis diſputationibus orta. Potuere ſanè Stoici quoque hoc haurire e ſcriptis huius noſtri doctoris, cum plane hoc ab ipſo litteris proditum ſit: non tamen vt ab eo probatum, ſed reprehenſum & repudiatum: etſi verum fontem huius erroris mihi viſus ſum monſtraſſe. Indicare autem locum huius auctoris mihi commodum eſt, in quo haec eadem traduntur ijſdem paene verbis, is autem eſt in II. libro de moribus ad Eudemum. Hinc autem incipiam, ſuperioribus relictis, breuitatis cauſa. Διὸ καὶ διορίζονται πάντες προχείρως ἀπαθείας, καὶ ἠρεμίας περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἀρετάς: ita enim quoque illic, calamo exarati libri, multitudinis numero, non vnitatis habent; in quo etiam animaduertendum eſt, quod hic inquit, quidam, tamquam certos quoſdam ſignificet, illic ipſum dicere, vniuerſi: nam quod ait hoc ipſos facere προχείρως, additum eſt ad reprehendendos ipſos: valet enim temere atque inconſideratè. Plutarchus quoque eo loco, quem ſupra monſtraui, & cuius diſputationis particulam tantum illic primam attigi, idem docet; quare, quod tūc omiſi, id modo repetam: addit enim animi partem, in qua ratio eſt, purgantem, ornantemque illam, quae ratione caret, non dare operam, vt inde penitus eijciat motum turbidum, atque id, quia nec efficere id poſſet, ſi vellet; neque etiam ſi valeret, illi conſuleret, ſed tantum terminum quendam ipſi conſtituere, ac figere. Neque enim virtutes morum ſunt ἀπάθειαι, quo verbo hic quoque vſus eſt Ariſtoteles, ſed moderati quidam motus; ad mediumque perducti; quam mediocritatem ipſe illuc inſerit prudentiae vſu, conſilio, operaque ipſius, vim, poteſtatemque, quae immoderata aliter foret, redigens in habitum vrbanum, vt loquitur, & qui omni laude dignus ſit: adiungitque alia, ne longior ſim, quae iuuant non parum intelligentiam rerum, quae valde facerent ad hunc locum plenius, clariusque exponendum.

Ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας, τῶν βελτίστων πρακτικὴ. ἡ δὲ κακία, τοὐναντίον.

Ponitur igitur tamquam firmum, virtus eſſe huiuſcemodi quaedam circa voluptates, ac dolores, ad res optimas agendas inſtructa: vitium autem, ad contraria.

Haec eſt concluſio totius huius rationis, qua ſtatuitur his argumentis, firmam in animis noſtris eſſe debere, virtutem hanc, de qua ſcilicet accurate diſputatum eſt, ideſt moralem: non enim id verum foret de altera virtute, quae rationis eſt, verſari ipſam circa voluptates, & dolores, inſtructam, paratamque ad res optimas peragendas: vitium autem eiuſdem contra ad res peſſimas. Poſt locum autem, quem modo citaui ad Eudemum, idem de virtu-

te hac

te hae praedicat, cui adtexit alia, quae vim eius, poteſtatemque aperiunt, quo tamen vtitur, non concludens ſuperiorem ſententiam, ſed tamquam ſolo, & fundamento nouae; ſed illic vtitur etiam eodem verbo, quo hic vſus eſt, inquit enim. Ἐπεὶ δ' ὑπόκειται ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη ἕξις ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν βελτίστων; & quae ſequuntur.

Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν, ὅτι περὶ τῶν αὐτῶν· τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις, καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φυγάς: καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος: καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, ἀσυμφόρου, λυπηροῦ, περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς, κατορθωτικός ἐστιν: ὁ δὲ κακὸς, ἁμαρτητικός. μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν: κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζώοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ: καὶ γὰρ τὸ καλὸν, καὶ τὸ συμφέρον, ἡδὺ φαίνεται.

Fieri autē poterit nobis ex his quoq; planum adhuc de iis ipſis rebus: cum tria enim ſint, quae valent ad res ſumendas, & tria itidem, quae ad fugiendas: honeſtum, vtile, iucundum: & tria contraria, turpe, inutile, triſte: in cunctis quidem his vir probus ad recte ſe gerendum factus eſt, improbus autem ad peccandum; in primis autem circa voluptatem: communis enim haec eſt animalibus, comitaturq́ omnibus, quae partes ſunt rerum, quae ſumuntur; & honeſtum enim, & vtile, iucundum perſpicitur eſſe.

IDEM ducere aggreditur alia via, argumentisque ductis a natura hominis, non vt prius fecit, a vi, poteſtateque virtutis; inde autem elicit quattuor argumenta, quorum primum eſt, quod declarat hominem probum, cum rectè ſe gerat in cunctis bonis, quae expetuntur a mortalibus, in primis culpa vacare, meritoque laudari in virtute perſequenda; ſed ab initio huius noui conſilij auctoris ordiamur: inquit enim. Fieri poterit nobis praeterea planum, apertumque, quid ſentiendum ſit de his rebus hoc pacto. Cum enim tria ſint, quae homines expetunt in vita, eodemque numero conſtent, quae fugiunt; a ſeque amoliuntur; priora inquam honeſtum, vtile, iucundum; altera autem, contraria ſuperioribus, turpe, detrimentoſum, moleſtum, in his omnibus, vir probus plerunque recte ſe gerit, laudemque adipiſcitur, prauus vero labitur, ac peccat. Duo enim haec verba non omnino arbitror oſtendere quempiam vacuum a culpa prius, ſed factum, procliuemque ad laudem adipiſcendum; poſterius autem ad plerumque peccandum: pronumque ad vitiū: In primis autem addit, vtroſque eſſe tales circa voluptatem ipſam, ac res iucundas, cuius rei cauſam affert, cur inquam facile nos ad ſe rapiat voluptas: ait enim communem ipſam eſſe cunctis animalibus, praeterea comitari omnibus rebus, quae expetuntur, neque inde abeſſe poſſe, cum planum ſit, dignitatem parere voluptatem ſtudioſis ipſius; eodemque pacto vtilitatem, cupidis quaeſtus, ac lucri.

Ἔτι δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται. διὸ καὶ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ.

Amplius autem ab adoleſcentibus vna nobiſcum alta eſt: quare arduum eſt abstergere hunc affectum innatum vitae.

SECVNDVM hoc argumentum eſt poſteriorum: ſextum vero ſi adplicetur ſuperioribus quattuor. Vis omnis ipſius, firmitasque inde apta eſt, quod ea, quae nobiſcum quaſi nata, & nutrita ſunt, magnum negotium eſt a nobis eijcere atque exturbare: huiuſcemodi autem eſt voluptas, cum ſit a teneris vnguiculis, vt aiunt, nobiſcum alta; quare arduum eſt penitus ipſam delere, & quaſi fricatione quaque adhibita, nullum etiam veſtigium ipſius in nobis relinquere, cum ſit corpori noſtro innatus hic affectus, ἐκ νηπίου autem inquit, eum vetuſtatem, & quaſi originem huius permotionis oſtendere vellet: vt Epicurus in epiſtola, quam moriens miſit ad Hermachum ἐκ μειρακίου, quod exprimens M. Cicero dixit ab adoleſcentulo, etſi verbum Ariſtotelis magis adhuc imbecillam & teneram aetatem ſignificat; ideſt ab infanti: quis enim neſcit, eum ſtatim editum, ſentire moleſtiam, ac iucunditatem; quod declarat ſuauitas, quam capit e lacte: idem multis locis, cum teneram hanc

aetatem

aetatem ſignificare vellet, inquit a paruis, vt in V. libro de finibus, duobus locis, & in prima quaeſtione Tuſculana.

Κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις: οἱ μὲν, μᾶλλον; οἱ δ᾽, ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ: διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν πραγματείαν: οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις, εὖ ἢ κακῶς χαίρειν, ἢ λυπεῖσθαι.

Tamquam autem norma quadam metimur noſtras actiones: hi ſanè, magis: hi verò, minus voluptate, ac dolore: ob hoc igitur neceſſe eſt verſari in hic omne opus: non enim paruum eſt ad res agendas, rectè vel praue gaudere, vel dolere.

Mos inquit, mortalium eſt, examinare ſua facta, & tamquam norma quadam ipſa dirigere, voluptate, ac dolore, atque ea, quae voluptatem pariunt, bona exiſtimare: mala autem, quae dolorem gignunt; quare hoc quoque accommodatum eſt ad id demonſtrandū, quod volumus: opus inquam, quod in manibus habemus, verſari circa voluptatem ac dolorem. Cum autem in vniuerſum dixiſſet, cunctos homines vti hac quaſi regula, correxit tamen, quod non omnino verum fuiſſet, addens, hi quidem ipſorum magis, hi vero, minus: neque enim omnes ſine diſcrimine vllo eodem pacto in hoc ſe gerunt: moderati enim viri reſpiciunt quid velit, ſuadeatque dignitas, nec tamen tunc quoque penitus remoti ſunt a voluptate: inde enim quoque hauriuntur purae voluptates: Ad extremum inquit, non ſine cauſa homines hoc facere, qui tantum tribuant voluptati, atque dolori, cum ſit magni momenti ad vitam cum virtute degendam recte, aut praue gaudere ac dolere.

Ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος: περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται, καὶ ἀρετή: καὶ γὰρ τὸ εὖ, βέλτιον ἐν τούτῳ: ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία, καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ πολιτικῇ. ὁ μὲν γὰρ εὖ τούτοις χρώμενος, ἀγαθὸς ἔσται: ὁ δὲ κακῶς, κακός.

Adhuc autem difficilius eſt voluptati repugnare, quàm irae, vt ait Heraclitus: circa difficilius autem ſemper & ars gignitur, ac virtus: quod enim recte ſe habet, melius eſt in hoc: quare & propter hoc circa voluptates, & dolores omne ſtudium, curaq; ponenda eſt in diſciplina de moribus, & de omni ſtatu reip. qui namque recte his vtitur, probus erit: qui autem perperam, malus.

Qvartvm hoc argumentum eſt; lapſus autem eſt hac parte Argyropylus, qui putauit Heraclitum dixiſſe, maius negotium eſſe duriusque reſiſtere, aduerſarique voluptati, quàm irae: neque enim ille hoc vnquam dixit, mentionemue vllam, in ea ſua voce, voluptatis fecit, quae fuit; Arduum eſſe & operoſum, repugnare irae atque excandeſcentiae, cuius etiam ſuae ſententiae cauſam attulit; ſed hic omnis error fluxit a Graeco interprete huius libri, qui male vocem accepit, itidemque perperam declarauit. Ariſtoteles autem leuiter corrigit ſententiam ipſius, & ait, Heraclitum verius dicturum fuiſſe, ſi pro ira voluptatem poſuiſſet: quodque de ira protulit, de voluptate edidiſſet; cum pauci admodum inueniantur, qui ipſam frenare, ac coercere valeant. Citauit hanc vocem Heracliti Plutarchus in libello περὶ ἀοργησίας, quo loco inquit, Magnum non eſſe mortales ſubigere mortales: quippe cum meliores etiam a deterioribus aliquando ſuperati ſint: ſtatuere autem in animo trophaeum contra iracundiam, cui arduum eſt velle reſiſtere, vt ait Heraclitus, proprium eſt magnarum virium, & quae aſſuetae ſint adipiſci e certaminibus victoriam. Sed etiam in illo, cuius index eſt ἐρωτικός, vbi ipſe quoque, vt Ariſtoteles prius fecerat, emendare hanc vocem voluit: inquit enim difficilius eſſe pugnare aduerſus amorem, quàm aduerſus iracundiam, vt Heraclitus cenſuerat: ſed alijs etiam in locis: nam Ariſtotelem eadē ſententia vſum fuiſſe; eundemque auctorem eius putaſſe in V. libro πολιτικῶν, notum eſt; Stobaeū memoria fefellit, qui capite περὶ ἔρωτος vt Democriti ipſam hanc vocem citauit. Sed redeamus iam ad ea, quae ſunt propria auctoris, qui, confirmans ſententiam ſuam, addit. Circa illud autem, quod difficilius eſt ſemper, & ars verſatur, & virtus; cuius etiam iudicij ſui cauſam attulit, verumque id eſſe ita oſtendit: quod enim probè confectum eſt, meliu

in hoc eſt, ideſt, vt opinor, qui recte ſe geſſit: laudemque ideo conſecutus eſt, in munere aliquo difficili obeundo, hic in primis dignus eſt, qui commendetur, & huiuſcemodi aliquod factum, arduum ſcilicet, laude dignum eſt: ſequitur autem. Quapropter hoc etiam ex ſuperioribus argumentis perſpicitur, omne ſtudium, & curam huius operis de moribus, & illius etiam, in quo de ſtatibus regendae ciuitatis quaeritur, collocari in voluptatibus, & doloribus examinandis: qui namque, addit, recte his vtitur, probus erit; qui vero praue, malus, culpaeq; affinis.

Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται, καὶ φθείρεται, μὴ ὡσαύτως γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω.

Verſari igitur virtutem circa voluptates, & dolores, & ex quibus rebus gignitur, ab his creſcere, & interimi, non eodem modo geſtis, atque è quibus orta eſt, circa has munera ſua obire, expoſitum à nobis ſit.

HAEC eſt tamquam peroratio, qua paucis repetit, ea quae proxime declarauit. Principium autem ſumit ab extremo, atque ita ſequitur, donec perueniat, quo vult: iteretque ea, quae vna facere putat, iunctaque inter ſe aliquo modo eſſe; ſunt autem tria, quorum nunc prius eſt, occupari virtutem, verſarique, tamquam in campo ſuo, circa voluptatem ac dolorem; alterum autem, e quibus virtus oritur, ex iiſdem creſcere, atque interire, aliter atque aliter tractatis: tertium autem e quibus oritur, in iiſdem illis obeundis, peragendisque ſe exercere: neque ex vna quaſi materia, ac ſegete in aliam tranſire.

Ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις, πῶς λέγομεν, ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας, δικαίους γίνεσθαι: τὰ δὲ σώφρονα, σώφρονας: εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια, καὶ τὰ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι, καὶ σώφρονες, ὥσπερ εἰ τὰ γραμματικὰ, καὶ μουσικὰ, γραμματικοὶ, καὶ μουσικοί.

Quaereret autem aliquis, quomodo dicimus, res iuſtas aliquos gerentes fieri iuſtos, & temperantiae proprias, temperantes: ſi namque agunt quae iuſta ſunt, & temperantiae propria, iam ſunt iuſti, & temperantes, veluti ſi funguntur muneribus grammaticorum, & muſicorum, grammatici ſunt, & muſici.

Id quod multo antea dixerat, quomodo accipi debeat, nunc docet: tradiderat autem, res iuſtas quemlibet agendo, fieri iuſtum: certamque hanc rationem eſſe adipiſcendi hanc virtutem: quibus ex ipſius verbis oriri poterat dubitatio in animo alicuius, qui falſo exiſtimaret non poſſe aliquem efficere rem iuſtam, niſi iuſtus foret, praeditusque hac ipſa virtute; eandemque rationem eſſe alterius virtutis, quam appellat. Oſtendit igitur eum, qui ita ſentiret, errare, atque ita demum agit: Quaereret aliquis, quomodo, quoque ſenſu dicimus, oportere homines, qui iuſti fieri velint, res iuſtas agere, vt qui temperantes temperantiae proprias: ſi enim inquit, agunt quae iuſta ſunt, eodemque pacto quae temperantiae propria, iuſti iam ſunt, & temperantes: quemadmodum inquit, vſu venire videmus in muneribus litteratum & cantus: ſimilibus enim vſus eſt, vt ſolet, in re declaranda: qui namque illa obeunt, grammatici iam ſunt, & muſici: poſita autem ita quaeſtio eſt: vocatumque argumentum, quo hic quaeſtionem hanc diſſoluit Ariſtoteles, κατὰ ἔνστασιν, καὶ ἀντιπαράστασιν, de quo accuratius diſſeretur in ſeptimo horum librorum.

Ἢ οὐδὲ ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει: ἐνδέχεται γὰρ γραμματικόν τι ποιῆσαι, καὶ ἀπὸ τύχης, καὶ ἄλλου ὑποθεμένου: τότε οὖν ἔσται γραμματικὸς, ἐὰν καὶ γραμματικόν τι ποιήσῃ, καὶ γραμματικῶς: τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ γραμματικήν.

An neque in artibus ita ſe hoc habet: fieri enim poteſt, vt quiſpiam munus aliquod grammatices obeat, & fortuito, & alio admonente: tunc igitur erit

grammaticus, cum grammaticum aliquod opus effecerit, & grammaticè: hoc autem eſt ex praeceptis grammatices illius, quae in ipſo eſt.

CONCEDIT modo ſimile, neque, vt poſtea facit, negat illud ac refellit, quod ſcilicet in artibus vſu venit, in virtutibus etiam vſu venire, ſed oſtendit falſum eſſe, quod illi putarent; neque enim neceſſe eſt, vt cuncti, qui in ipſis rectum opus aliquod faciunt, periti ſint earum artium, bonique opifices merito vocentur: contingit enim inquit, vt aliquis proprium litterarum opus faciat caſu, & alio admonente: duas enim rationes eſſe docet, quibus hoc non recte fieri poteſt, quem nemo iure bono vocaret grammaticum; quare tunc non eſſet grammaticus, etſi facit, quod vitio caret: nec melius a grammatico gereretur; deamumque reddit vndique perſonam, & officium grammatici, quomodo facere, ideſt grammaticè, proficiſcatur, neceſſe eſt ab arte, ac ſcientia, quae in illo ipſo ſita eſt, non aliundè aſcita, atque ad tempus accepta ab alio quopiam, qui monuerit. Videtur hic Ariſtoteles artium nomine intellexiſſe ſcientias: exempla enim ſtatim poſuit ſcientiarum, ſiue relictis exemplis artium, in quibus hoc contingere probabilius erat, non appellatis ſcientijs, exempla ipſarum poſuit.

Ἔτι οὐδὲ ὅμοιόν ἐστιν ἐπί τε τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν ἀρετῶν: τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς: ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι: τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα, οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων πῶς ἔχων, πράττῃ. πρῶτον μὲν, ἐὰν εἰδώς: ἔπειτ᾽, ἐὰν προαιρούμενος: καὶ προαιρούμενος δι᾽ αὐτά. τὸ δὲ τρίτον, καὶ ἐὰν βεβαίως, καὶ ἀμετακινήτως ἔχων, πράττῃ. ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν, οὐ συναριθμεῖται, πλὴν αὐτὸ τὸ εἰδέναι: πρὸς δὲ τὸ τὰς ἀρετὰς, τὸ μὲν εἰδέναι, μικρὸν, ἢ οὐδὲν ἰσχύει: τὰ δ᾽ ἄλλα, οὐ μικρὸν, ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται: ἅπερ καὶ ἐκ τοῦ πολλάκις πράττειν τὰ δίκαια, καὶ τὰ σώφρονα, περιγίνεται.

Adhuc neque ſimilis res eſt in artibus & virtutibus, quae namque in artibus efficiuntur, laudem habent, & probationem in ſemetipſis poſitam: ſatis igitur eſt, haec aliquo modo ſe habentia, effecta eſſe: quae vero vi virtutum peraguntur, non ſi ipſa aliquo modo ſe haberent, iuſte, ac temperanter aguntur: verum etiam, ſi qui agit aliquo modo ſe habens, egerit: primum quidem, ſi eſt ſciẽs: deinde ſi eligens, & eligens quidem vt ea fierent: tertium autem eſt, ſi firmiter, & ita, vt nulla immutatio in animo ipſius naſci poſſit, egerit: haec autem ad alias artes tenendas, non ponuntur in numero rerum, quae requiruntur in ipſis implendis, praeter ipſum intelligere. Quod pertinet autem ad virtutes, ſcire quidem, parum, aut nihil valet: cetera autem non parum, ſed totum valent: quae ſanè inde obtinentur, quod aliquis ſaepe egerit res iuſtas, ac temperantes.

SIGNIFICARAT ſuperiore parte, ſe aequum eſſe aduerſario; nec repugnaturum ipſi fuiſſe, ſi aliter facere potuiſſet; nunc acrius cum eo pugnat, ſignificatque illum peccare, qui ſimilia putet eſſe ea, quae ſimilia omnibus partibus non ſunt: neque enim eodem pacto exiſtimantur opera artium, ſcientiarumque, ac virtutum ipſarum, vt accurate docet: quae fiunt enim inquit ab artibus: operaque ipſarum artium, laudem omnem ſuam habent, perfectionemque in ſe poſitam: neque praeterea aliquid attenditur: ſatis enim eſt inquit illa abſoluta eſſe, & aliquo modo, ideſt ita fabricata, vt voluit, qui operam opificis requiſiuit: quae vero ex praeceptis virtutis fiunt, ſatis non eſt, talia eſſe, ideſt iuſte, & temperanter adminiſtrata, ſed oportet, vt qui geſſit, ipſe, aliquo modo ſe habens, ea geſſerit. Quid autem intelligat illa particula πώς, ideſt aliquo modo, diligenter exponit: ſunt autem ea tria, quorum primum eſt, vt ſciens fecerit, intelligensque quid ageret, deinde vt delectu habito; ſtatuerit ea ſibi agenda, elegeritque non alio ſibi fine propoſito, ſed vt illis contentus futurus ſit. tertium autem erit, vt illa gerat firmo animo, & qui non varietur, immuteturque

caſu aliquo atque euentu, ſed conſtans ſit in illa optima deliberatione; quomodo enim temperans dici poſſet, qui non ſecum ſtatuiſſet, ſemper ſibi ab omni libidine, & obſcena voluptate temperare, atque in eo propoſito maneret? Oſtendit igitur haec, quae, vt docuit, requiruntur, vt aliquis virtutis compos ſit, non attendi, vt opifex bonus habeatur; neque numerari in illis rebus, quae ipſum ornant, ac perficiunt: ſatis enim eſt; vt artem didicerit, ſciatque ipſam tractare, quod, ideſt ſcire, teneteque rationem, ac vim virtutis parum, aut nihil prodeſt ad integrum perfectumque hominem reddendum, vt cetera, quae commemorauit tria, non parum, ſed totum valent, quae ipſa repetit, quomodo parentur: crebra enim, accurataque actione rerum iuſtarum, & temperantium fiunt homines & iuſti, & temperantes.

Τὰ μὲν οὖν πράγματα, δίκαια καὶ σώφρονα λέγεται, ὅταν ᾖ τοιαῦτα, οἷα ἂν ὁ δίκαιος, ἢ ὁ σώφρων πράξειε. δίκαιος δὲ καὶ σώφρων ἐστὶν, οὐχ ὁ ταῦτα πράττων, ἀλλὰ καὶ ὁ οὕτω πράττων, ὡς οἱ δίκαιοι, καὶ οἱ σώφρονες πράττουσιν.

Res igitur ipſae, iuſtae & temperantes dicuntur, quando tales fuerint, quales vir iuſtus, ac temperans effecerit: iuſtus autem & temperans eſt, non ille qui haec agit, ſed qui & ſic agit, vt iuſti, ac temperantes agunt.

VRGET eundem locum, pergitque explanare quod dixit, vt radicitus ſcrupulum illum euellat: inquit igitur, res ſane ipſae illo etiam pacto, iuſtae ac temperantes dicuntur, cum ſcilicet tales fuerint, quales ipſas efficeret vir iuſtus, ac temperans, etſi geſtae non fuerint ab homine praedito his virtutibus, non ita tamen ſe res habet in iuſto temperanteque homine ſignificando: neque enim iuſtus, aut temperans adhuc eſt, qui haec facit, verum ille dignus eſt, qui ita vocetur: hisque praeclaris nominibus ornetur, qui ea gerit, & adminiſtrat, vt gerunt viri tales, ideſt volentes, & conſulto; ac deuique vt gerunt habitu tali animi praediti mortales, vereque iuſti, ac temperantes.

Εὖ οὖν λέγεται, ὅτι ἐκ τοῦ τὰ δίκαια πράττειν ὁ δίκαιος γίνεται, καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα, ὁ σώφρων, ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα, οὐδεὶς ἂν οὐδὲ μελλήσειε γενέσθαι ἀγαθός.

Probe igitur dicitur, quod res iuſtas agendo homo iuſtus fit, & res tēperantiae proprias temperans; non agendo has, nemo ſperare poteſt ſe factum iri probum.

CONCLVDIT poſt haec: laudatque ſententiam ac iudicium ſuum, ijs, quae obſtare poterant, exploſis, qui ſtatuerit veram viam, ac rationem eſſe adipiſcendi has virtutes, crebros actus ipſarum, exercitationemque harum rerum: quemadmodum contra neminem ſperare poſſe, ſe euaſurum eſſe probum virum, niſi incubuerit in has res, ſeduloque ipſas ac ſaepe geſſerit.

Ἀλλ' οἱ πολλοὶ, ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν. ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες, οἴονται φιλοσοφεῖν, καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι: ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν. οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς: ποιοῦσι δ' οὐθὲν τῶν προσταττομένων. ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα, οὕτω θεραπευόμενοι, οὐδ' οὗτοι τὴν ψυχὴν, οὕτω φιλοσοφοῦντες.

Sed magna pars hominum haec quidem non agunt, verum ad verba confugientes, putant ſe philoſophari, atque ita futurum, vt ſtudioſi ſint, ſimile quiddam facientes, ac faciunt aegrotantes non nulli, qui diligenter quidem audiunt medicos, efficiunt autem nihil eorum, quae praecipiuntur, veluti igitur illi integro corpore numquam erunt, cum ita curentur, neque hi animo, ſic ſtudijs ſapientiae operam dantes.

CVM veram viam, certamque monſtrarit conſequendi virtutes, quam rectam viam pauci ineunt: increpat nunc eos, qui malo conſilio in hoc vtentes, valde errant: ipſosque multos

eſſe narrat, ac neceſſario fine ſuo expelli. Illi igitur, nihil eorum agentes, vnde parantur hae morum virtutes, factisque poſthabitis, totos ſe tradentes ſermonibus, ac diſputationibus de his rebus cognoſcendis, ſe putant, inquit, philoſophari, atque ita ſe moderatos, magnarumque virtutum compotes futuros. Quantopere autem hi peccent, probare volens, erratumque eorum, ac ſtultitiam ante oculos ipſis ponere, vtitur ſimili, affirmatque idem ipſos facere, quod ſaepe faciunt non nulli aegroti, qui diligenter, quos ſibi curandis adhibuerunt, medicos auſcultant: nihil tamen poſtea gerunt eorum, quae illi praeceperunt; vt enim ait, illi numquam corpore valebunt, cum ita ſe curent, ſi hoc eſt corpus curare, ſic hi numquam animum integrum, vitioque vacuum habebunt, qui ita philoſophantur: prauamque rationem ſequuntur purgandi morbos animi: ſimile autem eſt valde accommodatum; vt enim ars medicorum medetur corpori; ita philoſophia animo.

Μετὰ δὲ ταῦτα τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτέον. ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστί, πάθη, δυνάμεις, ἕξεις· τούτων τι ἂν εἴη ἡ ἀρετή.

Poſt haec autem quid ſit virtus, conſiderandum eſt: quia igitur quae in animo exiſtunt, tria ſunt: perturbationes, poteſtates, habitus: vnum profecto horum eſſe debebit virtus.

Cvm aliquo modo aperuiſſet ſibi, muniſſetque viam ad virtutem exprimendam; multaque explicaſſet, quae requirebantur ad eam rectè, ordineque tradendam; aggreditur modo ad eam definiendam: aitque poſt ſuperiora expoſita, videndum eſſe, quid ſit virtus. Primum igitur genus ipſius inueſtigat; principio altè ſumpto: & eo quidem ſatis claro: inquit igitur, quia quae in animo noſtro gignuntur, fiuntque, tria ſunt, quae enumerat: ideſt permotiones, vt ita vocem ea, quae Graeci πάθη, poteſtates, & habitus, neceſſe eſt, vt horum quippiam virtus ſit.

Λέγω δὲ πάθη μὲν, ἐπιθυμίαν, ὀργὴν, φόβον, θράσος, φθόνον, χαρὰν, φιλίαν, μῖσος, πόθον, ζῆλον, ἔλεον· ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη.

Voco autem perturbationes quidem, cupiditatem, iram, metum, audaciam, inuidiam, laetitiam, amicitiam, odium, deſiderium, aemulationem, miſericordiam, demumque quibus comitatur voluptas, aut dolor.

Docet, nequis ſcrupulus exoriatur, quae ſignificet his tribus nominibus, aitque ſe permotiones appellare, cupiditatem, iram; metum, non nullaque alia, quae ſingulis nominibus exponit, animum autem appellans, intelligit eum, qui rationis eſt expers: ipſe enim ſedes eſt virtutum harum, quae a moribus vocatae ſunt, etſi enim a ratione, ſua vi vacuus eſt, obtemperat tamen rationi; vigent autem in eo appetitiones, quibus virtus moderatur.

Δυνάμεις δὲ, καθ᾽ ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα. οἷον καθ᾽ ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι, ἢ λυπηθῆναι, ἢ ἐλεῆσαι.

Poteſtates autem, per quas ad has perturbationes accipiendas facti dicimur, ceu vi quarum poſſumus iraſci, aut dolere, aut miſerari.

Secvndvm horum quod declarat, ſunt poteſtates, quas eſſe inquit eas, vi quarum, naturaque dicimur eſſe facti ad eos motus accipiendos, quae declaratio, quia non omnino plana, apertaque videbatur, ipſam quoque tamquam interpretatus eſt: aitque ſe intelligere factos ad eos motus, & pronos, ideſt vt ipſe locutus eſt παθητικόν, quia in ſe vim habeat, & poteſtatem iraſcendi, dolendi, miſerandi huiuſcemodique alios motus in pectus recipiendi.

Ἕξεις δὲ, καθ᾽ ἃς πρὸς τὰ πάθη, ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς. οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς, ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν· εἰ δὲ μέσως, εὖ. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα.

Habitus

Habitus autem, vi quorum ad perturbationes nos habemus bene, vel male, ceu ad iraſcendum, ſi quidem vehementer, aut lente, male nos habemus, ſi autem mediocriter, bene: ſimili autem modo, & in ceteris.

HABITVS, quod tertium erat, eſſe inquit eos, per quos ad motiones appellatas, reliquaſque omnes facti ſumus inſtructique bene vel male: qui enim motus eos regunt: nimiumq; illorum, aut parum corrigunt, hi rectè ſe ad eos habent; qui exultare ſinunt, aut coanguſtant ipſos, aſtringuntque, perperam; vitioque affines ſunt. ipſe exemplo vnius horum, ideſt irae, declarat veritatem huius animaduerſionis: eodemque pacto ſe rem habere inquit in ceteris.

Πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν, οὔθ' αἱ ἀρεταὶ, οὔθ' αἱ κακίαι, ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη, σπουδαῖοι, ἢ φαῦλοι: κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς, ἢ τὰς κακίας λεγόμεθα.

Perturbationes igitur non ſunt, neque virtutes, neque vitia, quia non dicimur vi perturbationum ſtudioſi, aut praui, è virtutibus autem, ſiue vitijs dicimur.

QVAERIT ſedulo qnid ſit virtus: cumque docuiſſet neceſſe eſſe, vt virtus ſit vnum trium illorum, quae nominauit. primum oſtendit, quid illa non ſit: initiumque ducit a primo eorum, ideſt a permotione; ſecundum, quod itidem refellit, eſt, non eſſe eam poteſtatem: reſtare igitur oſtendit, vt ſit habitus, quod tertium in diuiſione poſitum erat. Non eſſe autem motionē, virtutem, probat quattuor rationibus, quarum prima haec eſt: aitq; virtutes, quod verum eſt etiam de vitijs, non eſſe permotiones: atq; hoc, quia non dicimur, ex motibus in nobis excitatis, ſtudioſi viri aut nequam; ſi vero his, aut illis habitibus praediti fuerimus, ideſt ſi virtutibns affiues, aut vitijs, illis nominibus rectè ſignificamur: motus animorum, quia ſaepe leui momento iu nobis excitantur, aut ſedantur, non eam vim habent, vt reddant nos quales: habitus vero, qui firmi, ſtabileſque ſunt, hoc praeſtant.

Καὶ ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη, οὔτ' ἐπαινούμεθα, ὅτι ψεγόμεθα: οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος, οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος, οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ, πῶς. κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς κακίας, ἐπαινούμεθα, ἢ ψεγόμεθα.

Et quia ob perturbationes, neque laudamur, neque vituperamur: non enim laudatur, qui metuit, neq; qui iraſcitur: neq; vituperatur qui ſimpliciter iraſcitur, ſed qui, aliquo modo: propter virtutes autem, ac vitia laudamur, vel vituperamur.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem probat: inquit enim, intelligitur quoque virtutes non eſſe motus animorum, quia non laudamur, aut vituperamur, etſi ſumus commoti animo, ideſt ſi aut iraſcimur, aut timemus, aut gaudemus, aut alio quopiam huiuſcemodi motu excitamur: ipſe hoc probat exemplo irae: non enim ait vituperatur, qui ſimpliciter iraſcitur, quin etiam ab hac doctrina Ariſtotelis commendatur, ſed ille accuſatur, qui aliqno modo iraſcitur, ideſt vehementer, & alijs rationibus, quae culpae affines ſunt: vi autem virtutum, ac vitiorum laudamur, aut vituperamur, quare perſpicitur motus non eſſe virtutes, aut vitia. Niſi tantopere addictus fuiſſet M. Cicero opinionibus, decretiſque Stoicorum, numquam profecto hoc dixiſſet, quod tota via repugnat his, quae a noſtro hic doctore traduntur; neque enim contentus fuit accuſare, quod hic exponitur, ſed totam familiam; rationemque Peripateticorum contempſit: inquit enim. „Qualis iſta philoſophia eſt, quae non interitum afferat prauitati, ſed ſit contenta mediocritate vitiorum; „vt ſanè non malè locutus eſſet, ſi motus omnis vitium in ſe contineret; temptat igitur initia peripateticae rationis, non ſunt, vt verbis ipſorum vtamur, virtutes ἀπάθειαι ſed συμμετρίαι παθῶν.

Ἔτι ὀργιζόμεθα μὲν, καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως: αἱ δὲ ἀρεταὶ, προαιρέσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως.

Praeter haec iraſcimur, & metuimus ſine electione: virtutes autem ſunt electiones quaedam, vel non ſine electione.

HOC tertium argumeotum eſt. Praeterea inquit, iraſcimur, ac metuimus ſubito: nec prius plerumque nobiſeum deliberamus, an fieri id oporteat; rectumque ſit: noo ſperantibus enim nobis, nihilque tale expectantibus, eueoit, vt aliquis nos laedat, iniuriaque afficiat, quare commouemur animo; nihil autem, quod ſubito a nobis fiat, videtur apte poſſe virtutis nomioe vocari: requirit enim illa, vt priuſquam quippiam agamus, diligenrer cogitemus, an fieti id oporteat, niſi forte inſtructi prius ratione ſimus ad eam rem agendam. virtures autem electiones quaedam ſunt, firmique habitus, vi quorum, rebus omnibus ponderatis, ſtatuimus illo pacto nobis faciendum, aut ſi, ioquit, electiooes non ſunt, abſq; illis manere non poſſunt, vereque ita appellari.

Πρὸς δὲ τούτοις, κατὰ μὲν τὰ πάθη, κινεῖσθαι λεγόμεθα: κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς κακίας, οὐ κινεῖσθαι, ἀλλὰ διακεῖσθαί πως.

Additur his, quod ob perturbationes dicimur moueri: ob virtutes vero, aut vitia, non moueri, ſed aliquo modo affecti eſſe dicimur.

QVARTVM & vltimum hoc argumentum eſt: inquit enim, praeter haec, valet etiam hoc ad idem declarandum, diſcrimenque, quod eſt inter permotiones, affectuſue, ac virtutes, monſtrandum: cum enim de affectu aliquo huiuſcemodi, qui nós repentè inuaſerit, aliquis loquitur, perturbationeue, dicet nos commotos eſſe: cum autem de virtutibus, aut vitijs, vtetur alio verbo, quod ſignificat, nos offirmatos eſſe in illis rebus, haeſiſſeque eas animis noſtris ita, vt non facile deleri extinguique poſſint.

Διὰ ταῦτα δὲ, οὐδὲ δυνάμεις εἰσὶν: οὔτε γὰρ ἀγαθοὶ λεγόμεθα, τῷ δύνασθαι πάσχειν ἁπλῶς, οὔτε κακοί: οὔτ' ἐπαινούμεθα, οὔτε ψεγόμεθα.

Ob haec autem neque poteſtates ſunt: neque enim probi dicimur, aut improbi, quod poſſimus affici ſimpliciter, neque laudamur, neque vituperamur.

CVM iam demonſtraſſet uirtutes non eſſe affectus, perturbationesue, tranſit ad ſecundum eorum, qoae in noſtro animo ſita eſſe tradiderat, examinandum, affirmatque iiſdem paene argumeotis intelligi ipſas non eſſe poteſtates; duo autem ſunt, quibus utitur, quorũ prius eſt; non appellari oos probos uiros, eo quod poteſtatem habeamus affectum aliquem in nos recipiendi: neque etiam prauos: neque praeterea addit, laudamur his nominibus, aut uituperamur, ut probi uiri nocemur, malique, quod ſimus aut uirtutibus praediti, aut uitijs affines: ijſdemque de cauſis laodamur, aut uituperamur.

Καὶ ἔτι δυνατοὶ μὲν ἐσμὲν, φύσει: ἀγαθοὶ δὲ ἢ κακοὶ οὐ γινόμεθα, φύσει. εἴπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον.

Adhuc autem dicimur poteſtatem habere natura: boni autem, vel mali non efficimur natura: diſſeruimus autem de hoc prius.

ALTERVM hoc eſt argumentum: ptaeterea inquit, poteſtates has accipimus a natura: dicimurque uim habere, ac poteſtatem rerum earum gerendarum, ab ipſa: probi autem uiri, ac mali non efficimur a oatura: Praecepimus autem inquit, de his rebus ſupra: locus autem non louginquus eſt.

Εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ, μήτε δυνάμεις, λείπεται, ἕξεις αὐτὰς εἶναι. ὅ, τι μὲν οὖν ἐστι τῷ γένει ἡ ἀρετὴ, εἴρηται.

Si igitur neque perturbationes ſunt virtutes, neque poteſtates: reſtat, vt

habitus

habitus ipſae ſint, quid igitur virtus ſit, genere traditum eſt.

CVM tradiderit in animo noſtro extare tria; ideſt affectus, poteſtates, habitus, exploratumq; ſit, nihil aliud illic inueniri, demonſtraritque duo horum uirtutes non eſſe; ideſt, neque perturbationes, affectusque: neque itidem poteſtates, reſtat, ut tertium ſint, ideſt habitus. Habemus igitur iam quod ſit genus uirtutum; quod primum in definitione ponitur.

Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν ὅτι ἕξις, ἀλλὰ καὶ ποιά τις. ῥητέον οὖν ὅτι πᾶσα ἀρετὴ, οὗ ἂν ᾖ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσιν. οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ, τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ: τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν. ὁμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ, ἵππον τε σπουδαῖον ποιεῖ, καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν, καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην, καὶ μεῖναι τοὺς πολεμίους.

Opus eſt autem non ſolum ita dicere, virtutem eſſe habitum, ſed etiam addendum eſt, qualis potiſſimum habitus ſit. Dicendum igitur, omnem virtutem illud, cuius fuerit virtus, ipſum bene affectum efficere, & ita tale, vt opus ipſius recte reddat: ceu oculi virtus, oculum ſtudioſum efficit, & opus ipſius: virtute enim oculi bene cernimus: ſimiliter equi virtus, equum ſtudioſum facit: & qui vtilis ſit & incurſu, & in vehendo equite, qui impoſitus ipſi ſit, & in expectandis hoſtibus.

NON carpit, uitioque ulli affine eſſe dicit, quod adhuc praeſtitit, ideſt poſtquam incubuit in uirtutem definiendam, ſed docet plenum, abſolutumque non eſſe, quod efficere uult: ideſt etſi cognitum iam eſt genus uirtutis, non tamen omnino illa perſpecta, qualiſque ſit declarata, quod nunc facere aggreditur; principio ſumpto hoc indagandi, quod reſtabat, omnem uirtutem illud ipſum, cuius uirtus, perfectioque eſt, tale reddere, ut bene ſe habeat, munusque ſuum recte expleat, quod probat inductione. Alexander, ubi in IIII. libro quaeſtionum diſſerit, cur virtutes morum ſint mediocritates, totum hunc locum perſequitur, nec ſolum iiſdem argumentis, exemplisque vtitur, verum etiam iiſdem verbis; ſunt autem haec initio ſtatim ipſius huius dubitationis, vel diſſolutionis potius, poſita;
„ ὅτι πᾶσα ἀρετὴ, οὗ ἂν ᾖ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσι; & quae ſequuntur. Sed cur verba non reſtituam, quae illic infra in excuſis deſiderantur: in ſcriptis
„ tamen leguntur: ſic enim illi habent, ὁ δ' αὐτὸς λόγος, καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἄλλων ἑκάστου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν
„ ἄλλων μορίων, & quae ſequuntur: ita enim magis apparebit, quod dixi, totum inquam locum hinc tranſlatum: cum hic ordo ſeruatus ſit ab Ariſtotele: poſt exemplum enim oculorum, ſignificat idem in equo vſu venire; auctor autem, cum virtutis vi, quae reperitur in equo effici diceret, vt ille optime munia ſua obiret, plura nominauit equorum officia, vt ſunt etiam plura ipſorum aliquo modo genera: nam vnus, idemque equus non videtur ſatis accommodatus eſſe his omnibus officijs praeſtandis, quae appellat. M. Varro ita
„ ipſa diſtinxit; Equi, quòd alij ſunt ad rem militarem idonei: alij ad vecturam, alij ad ad-
„ miſſuram, alij ad curſuram, non item ſunt ſpectandi. M. Cicero vnum tantum ipſorum
„ officium tetigit; quo loco, diſſerens contra Epicureos, inquit. Hi non viderunt, vt ad cur-
„ ſum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem; ſic hominem ad duas res, vt ait
„ Ariſtoteles, intelligendum, & agendum eſſe natum.

Εἰ δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχει, καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις, ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. πῶς δὲ τοῦτ' ἔσται, ἤδη μὲν εἰρήκαμεν.

Si igitur hoc ita ſe in omnibus habet, & hominis virtus erit habitus, vi cuius probus homo efficitur, & vi cuius bene officium ſuum reddet. quomodo autem hoc fiet, iam quidem ſignificauimus.

SEQVITVR hic apud auctorem; quae concluſio eſt argumenti, ideſt inductionis: Quod

ſi hoc

ſi hoc eodem pacto ſe in cunctis habet, hominis quoque virtus erit, habitus animi, vi cuius, operaque probus homo efficitur: eiuſdemque vi, ſuum, proprium que opus rectè, ordineque obibit.

Ἔτι δὲ καὶ ὧδ᾽ ἔσται φανερὸν, ἐὰν θεωρήσωμεν ποία τίς ἐστιν ἡ φύσις αὐτῆς. ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ, καὶ διαιρετῷ, ἔστι λαβεῖν: τὸ μὲν, πλέον, τὸ δ᾽, ἔλαττον: τὸ δ᾽, ἴσον, καὶ ταῦτα, ἢ κατ᾽ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἢ πρὸς ἡμᾶς. τὸ δ᾽ ἴσον μέσον τι ὑπερβολῆς, καὶ ἐλλείψεως.

Adhuc autem, & hoc pacto erit perſpicuum: ſi accurate viderimus, qualis ſit natura ipſius. In omni igitur continuo, & diuiduo, licet ſumere, hoc quidem, plus, hoc vero, minus: hoc etiam, aequale: atque haec ſiue in ipſa re manentes, ſiue ad nos referentes: aequale autem medium quoddam eſt inter nimium, ac parum.

NON contentus ſuperiore argumento, adiungit alterum, quod & ipſum idem confirmat: inquit igitur, hoc etiam pacto idem tale eſſe, quale expoſitum eſt, perſpicuum futurum, ſi inquam viderimus, qualis eſt natura ipſius, antequam autem aggrediatur ipſum explicare, praefari hoc voluit, & conſilium ſuum aperire; praeſertim cum multum operae in eo ponendum ſit: non nullaque non valde plana, explicanda. Incipit autem a ſententia, perceptoque; vt ita θεώρημα reddam, quod M. Ciceroni placuit in vniuerſum, tali: aitque in omni quantitate, quae continua eſt, ac diuidi poteſt, licere nobis ſumere quoddam, quod plus ſit, vt etiam quod minus; tertiumque aliud aequale, quae cuncta ſpectentur duobus modis, quos etiam exponit, ideſt ſiue ſtantibus nobis in ipſa re metienda, ſiue conuerſa mente ad nos, viribusq; noſtris ponderatis, ad quos ea peruentura ſunt. Alexander autem, quod auctor dixit διαιρετῷ, ita interpretatus eſt; ᾧ τι καὶ προσθεῖναι, καὶ ἀφαιρεῖν ἐνδεχομένῳ, ideſt cui accedere aliquid poſſit, & vnde etiam quippiam demi: aequale autem eſſe inquit Ariſtoteles, quod medium eſt, & interiectum inter nimium, & parum; ideſt exuperantiam, & quaſi paruitatem, egeſtatemque eius rei.

Λέγω δὲ τοῦ μὲν πράγματος μέσον, τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ᾽ ἑκατέρου τῶν ἄκρων, ὅπερ ἐστὶν ἓν, καὶ ταὐτὸ πᾶσι. πρὸς ἡμᾶς δὲ, ὃ μήτε πλεονάζει, μήτε ἐλλείπει: τοῦτο δὲ οὐχ ἓν, οὐδὲ τὸ αὐτὸ πᾶσι.

Voco autem medium rei, quod aequaliter diſtat ab vtroque extremorum, quod vnum, & idem eſt omnibus, ad nos autem, quod neque abundat, neque minus eſt: hoc autem neque vnum eſt, neque idem omnibus.

CVM medium duobus modis capi poſſe docuiſſet: longeque aliter ipſum ſumi, ſi maneremus in ſpectanda re, metiendaque, quam diuidimus, declarat, cuiuſmodi ſit diſcrimen hoc; dicitque ſe intelligere medium rei id, quod aequali interuallo diſtat ab extremis ambobus, de quo etiam admonet boc, quod buc valde faciebat: ipſum enim ait omnibus in rebus vnum, atque idem eſſe: nec quicquam variari, quaecunque res, materiaque eſt, quam metiri contingit. Cuiuſmodi etiam ſit medium alterum ſignificat, in quo ponderatur perſona noſtra: totaque res ad nos refertur: ipſum igitur eſſe inquit, in quo nihil ſupetat, neque minus etiam eſt, quàm oporteat: explendisque nobis requiratur, quod idem cunctis eſſe non poteſt: diſtinguiturque variatis corporibus, aetatibus, viribus, & laboribus ipſorum.

Οἷον εἰ τὰ δέκα, πολλά: τὰ δὲ δύο, ὀλίγα: τὰ ἓξ μέσα λαμβάνουσι κατὰ τὸ πρᾶγμα: ἴσῳ γὰρ ὑπερέχει τε, καὶ ὑπερέχεται. τοῦτο δὲ μέσον ἐστὶ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν.

Ceu ſi decem, multa ſunt, duo autem, pauca, ſex media ſumunt manentes

in re

in re: aequaliter enim ſuperant, & ſuperantur: atque hoc medium eſt proportione arithmetica.

EXEMPLIS vtrumque medium explanat; primumque aggreditur, quod ſupra quoque prius poſuit, atque ait. veluti ſi decem multa ſunt; duo autem pauca: qui magnitudinem rei attendunt, neque cogitant, ad quos ea peruentura ſint, ſex media ſumunt: nam aequali menſura, numeroque, quo ſuperat ac vincit, ſuperatur, vnde perſpicitur hoc medium eſſe, natum, cuſtoditumque in proportione illa, in qua numerus perſonarum attenditur, non dignitas, vllam in partem.

Τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς, οὐχ οὕτω ληπτέον· εἰ γάρ τῳ δέκα μναῖ φαγεῖν, πολύ· δύο δὲ, ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξει· ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ ἢ ὀλίγον· Μίλωνι μὲν γὰρ, ὀλίγον· τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων, πολύ. ὁμοίως ἐπὶ δρόμου, καὶ πάλης.

Quod autem ad nos, non ita ſumendum eſt: non enim ſicut decem minas comedere, multum eſt, duo autem parum; aliptes ſex minas iuberet: eſt enim hoc quoque fortaſſe multum ei, qui ſumpturus eſt, ſiue parum: Miloni enim, parum: ei vero, qui tunc incipit exerceri, multum: ſimili modo ſe res habet in curſu, & lucta.

MEDIVM vero inquit, quod refertur ad nos, & in quo perſonae attenduntur, quibus id tribuendum eſt, non ſumitur hoc pacto, quod ipſum etiam exemplo declarat valde accommodato ad rem oſtendendam: acceptum autem eſt a ſtudio illo inſtituendorum athletarum: cuius magiſtri vocabantur aliptae, a more illo vetere vngendi oleo corpora adoleſcentium, qui ſe in eo genere certaminis exercerent; nam & certos cibos; e materiaque apta viribus augendis, & certas corporis exercitationes ipſis imponebant; inquit igitur, aliptam, magiſtrumque illum, ſi alicui decem minas carnis comedere multum foret; duo autem parum, ſex minas vt ederet, mandaturum ei non eſſe; quis enim ſcit, ait, an hoc quoque ita auctum, multum, aut parum ei futurum ſit, qui ſumere, comedereque debet: Miloni enim inquit, veteri athletae, & qui corpus firmatum haberet multis, magniſque laboribus, profecto puſillum hoc foret; illi vero, qui modo inciperet exerceri, multum. Idem autem ſeruari debere narrat in ſtudio curſorum, & paleſtritarum: nam veteres Graecos ſolitos exercere publice ingenuos adoleſcentes in curſura, & luctatione, ac pugillatu notum eſt, vt ita idonei forent rei militari: ferreque poſſent bellicos labores: genus athletarum longe aliud erat: ſeruiebatque ſtudium illud potius voluptati, ac ſpectaculis, quàm fructum vllum ferret: vnde & philoſophi, & poetae, qui publicae vtilitati proſpiciebant, ipſum valde accuſarunt; & ex inſtitutis Graecorum tollere conati ſunt.

Οὕτω δὴ πᾶς ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγει. τὸ δὲ μέσον ζητεῖ, καὶ τοῦθ' αἱρεῖται, μέσον δὲ, οὐ τὸ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς.

Ita igitur omnis, qui ſcit nimium, & parum fugit: medium autem quaerit: atque hoc ſumit: medium autem non rei, ſed quod ad nos.

IDEM, quod in athletis, curſoribus, pugilibus ſeruari docuit, affirmat etiam cuſtodiri in ceteris omnibus, qui periti ſunt alicuius artis, ipſamque tradunt, vt nimium, atque exuperantiam vitent, eodemque pacto eiuſdem parum, atque egeſtatem fugiant: ſectentur autem medium, ipſumque ſumant: quod cum duobus modis capi docuerit, nequis in hoc erret, quale intelligit, admonet, eſſeque ipſum narrat, quod refertur ad nos, non in re ipſa manet, & aequo interuallo diſtat ab extremis.

Εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη, οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα, καὶ εἰς τοῦτο ἄγουσα τὰ ἔργα. ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὔτ' ἀφελεῖν ἔστιν, οὔτε προσθεῖναι. ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς, καὶ τῆς ἐλλείψεως, φθειρούσης τὸ εὖ· τῆς δὲ με-

σότητος

σώζουσης. οἱ δ' ἀγαθοὶ τεχνῖται, ὡς λέγομεν, πρὸς τοῦτο βλέποντες, ἐργάζονται: ἡ δὲ ἀρετὴ, πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα, καὶ ἀμείνων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις, τοῦ μέσου ἂν εἴη στοχαστική.

Si iam omnis ſcientia, ita opus ſuum bene conficit, reſpiciens ad medium, & ad hoc perducens opera, vnde conſuerunt homines, cum loquuntur de operibus, quae belle ſe habent, non poſſe inde aliquid demi, neq; iiſdem addi, tamquam omne quidẽ, quod nimium eſt, aut parum, corrumpat laudem & perfectionem operis: mediocritas autem, conſeruet: boni autem opifices, vt dicimus ad hoc oculos conuertentes, opera moliuntur: virtus autem, quae omni arte exquiſitior, ac melior eſt, quemadmodum & natura, medij coniectatrix eſſe debebit.

CVM oſtenderit quae ſit via, ratioque indagandi medij: illius inquam medij, quod refertur ad nos, in eoque conſtituendo, vſus ſit inductione; declararitque id in omni arte, ſtudioque tradendo diligenter ſeruari, concludere nunc inſtituit: in virtute quoque idem hoc cuſtodiri debere; cuius etiam ſententiae ſuae diligenter cauſam adfert; inquit igitur. *Si omnis igitur ars*, praeceptioque alicuius rei (etſi enim ipſe ἐπιστήμη inquit, arbitror tamen eum non proprie nunc hoc nomine vſum fuiſſe, quod intelligitur e ſuperioribus exemplis, quibus vſus eſt; ac praeterea quia infra, vbi rationem colligit, quod hic ἐπιστήμην vocat, illic appellat τέχνην) ſi omnis inquam ſcientia, quae ſtudium ponit, in aliquo opere gignendo, hoc pacto recte, cum laudeque opus ſuum conficit, ad medium inquam conuertens oculos, mediumque ipſum reſpiciens: ad ipſumque redigens opera, quae molitur; hoc vero facere opifices probat, peruulgata voce, & quaſi inſtituto quodam hominum, qui cum laudare volunt opus aliquod vt abſolutum, ac perfectum, dicere conſuerũt, tale ipſum eſſe, vt nihil inde demi, neque ipſi addi poſſit, tamquam id, quod supereſt, abundatque, ſiue illi deeſt, corrumpere omnem laudem, & bonitatem ipſius valeat; mediocritas autem tueatur, ac conſeruet. Adiungit autem Ariſtoteles illi voci, ac ſuperiori ſententiae: boni autem artifices, vt a me dictum eſt, ad hoc, medium ſcilicet, oculos intendentes, opera ſua moliuntur: quare virtus, quae omni arte exquiſitior, meliorque eſt, quod idem etiam reperitur in natura, medij coniectatrix eſt: ſtudetque ipſum adipiſci. Confirmat, quod hic ab auctore de voce, quam in ore omnium eſſe dixit, Iſocrates in Panathenaico, in qua longa oratione non longè ab extremo haec verba ſunt. καὶ προσθεῖναι μὴ δὲν ἔχειν ταῖς ἀφαιρέσεσιν, ἢ ἀφελεῖν. Non ſolum igitur idem ambo hi graues ſcriptores dixerunt, ſed iiſdem etiam verbis ipſum ediderunt. Quin etiam noſtri homines, non ſolum politi viri & eruditi, ſed etiam vulgus ipſum imperitum, cum opus aliquod ſuſpiciunt, & valde commendare volunt, ita loqui conſuerunt. Quod vero ſupra hic Ariſtoteles inquit βλέποντες πρὸς τὸ μέσον elegans modus eſt loquendi, ſignificatque oculos habere fixos in aliqua re, nec ſolum oculos, ſed etiam mentem: In diſſoluenda autem quaeſtione xxij ſegmenti xvj. ait Ariſtoteles, ἢ ἵστη μᾶλλον πρὸς ἕνα καὶ ἠρεμοῦντα βλέποντι: ſed etiam Plato in IIII. libro politiae. ὃ μὲν πρὸς τοῦτο βλέποντες, τὴν πόλιν οἰκίζομεν.

Λέγω δὲ τὴν ἠθικήν. αὕτη γάρ ἐστι περὶ πάθη, καὶ πράξεις: ἐν δὲ τούτοις ἐστὶν ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον, οἷον καὶ φοβηθῆναι, καὶ θαῤῥῆσαι, καὶ ἐπιθυμῆσαι, καὶ ἀποστραφῆναι, καὶ ὀργισθῆναι, καὶ ἐλεῆσαι, καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναί ἐστι, καὶ μᾶλλον, καὶ ἧττον, καὶ ἀμφότερα οὐκ εὖ. τὸ δ', ὅτε δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς, καὶ πρὸς οὓς, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὡς δεῖ, μέσον τε καὶ ἄριστον, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἐστὶν ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον. ἡ δὲ ἀρετὴ, περὶ πάθη, καὶ πράξεις ἐστὶν, ἐν οἷς ἡ μὲν ὑπερβολὴ, ἁμαρτάνεται: καὶ ἡ ἔλλειψις ψέγεται: τὸ δὲ μέσον, ἐπαινεῖται, καὶ κατορθοῦται: ταῦτα δ' ἄμφω τῆς ἀρετῆς. μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου.

Intelligo autem moralem: haec enim verſatur circa perturbationes, & actiones: in his autem eſt nimium & parum, & medium: ceu & metuere, & fidere,

dere, & cupere, & auerſum eſſe, & iraſci, & miſereri: demumque & voluptate affici & dolore licet & magis & minus & vtrumque horum non recte: hoc autem quando opus eſt & propter quas res, & aduerſus quos, & cuius rei cauſa, & vt oportet, medium eſt, & optimum, quod ſane in virtute conſiſtit: ſimili autem modo & in actionibus exiſtit nimium, & parum, & medium; virtus autem verſatur circa perturbationes, & actiones, quibus in rebus exuperantia quidē culpae affinis eſt, & paucitas vituperatur, medium autem laudatur, & recte factum conſenſu omnium exiſtimatur: haec autem ambo virtutis ſunt: mediocritas igitur quaedam eſt virtus, quae ſanè coniectatrix eſt medij.

QVAM virtutem intelligat, exponit: aitque ſe intelligere eam, quae a moribus vocata eſt; illa enim moderatur turbidis motibus animorum: eodemque pacto non ſinit peccare mortales in rebus agendis, ſed, cum medium factorum conſecuti fuerint, illic manere, contentosque eſſe mediocritate ipſorum; nam virtutes quaſdam quaſi metiri, corrigereque, ita permotiones; alterum autem genus ipſarum, actiones, notum eſt: occupari autem ambas in his temperandis declarat, quia in ipſis exiſtit & nimium, & parum, & vt extrema haec, ita etiam medium, quae cuncta ipſe exemplis explanat, quorum extremum eſt, quod ait: demumque laetari, & angi triſtemque eſſe; ambabusque in rebus & minus facere quàm oportet, & plus; quae rationes ſunt affines vitio. Oſtendit etiam quomodo quis rectè faciat in his motibus regendis; nam tempus etiam tueri, & quando decet iraſci, aut leniri, & ob quas res atque iniurias: eodemque pacto erga quos homines, & quem ob finem, itidemque modum etiam ſeruare, & vt decet iraſci, vt in hoc irae motu, ita etiam in ceteris medium eſt, atque omnium optimum, quod proprium eſt virtutis. Quod autem addit, in permotionibus cuſtodiendum eſt; idem etiam locum habet in humanis factis; ſimiliter enim inuenitur in ipſis & plus, & minus, nec non medium, quae ſedes eſt virtutis: poteſt enim aliquis dilargiri & plus quam decet, & minus, & in ſubleuando illo, qui egeat, probo viro, medium tenere, & quantum ſtatus ipſius requirit: fortunaeque eius, qui opitulatur, ferunt in ea re, dandoque, facere: nam in factis etiam idem, quod in motibus animorum ſeruari debere notum eſt. Adiungit etiam quiddam, quod valet ad nos admonendos, declarandumque vtrum duorum extremorum ſit magis declinandum, cum maiorem culpam in ſe ſuſtineat; cum oppoſitum ipſius facilius veniam adipiſcatur: inquit igitur plus quam oportet in hoc facere errato affine eſſe, minus autem quàm ratio, veritasque velit, vituperatur, prolatum autem totum hoc eſt de illis, qui medium tangere non potuerunt: ſignificatque, qui plus dilargiuntur, prodigique ſunt, errare, ac labi: putant enim ſe recte facere; in eoque liberalitatem manere, ſi, ſine vllo diſcrimine cunctos homines pecunia ſua iuuerint; minus autem quàm ratio iubeat, in hoc facere inquit, vituperari, planeque cognoſci a vitio proficiſci minutoque animo; vnde etiam turpioribus nominibus appellantur, ſordidique habentur. Quid ſentiant homines de medio; iiſque qui ipſum attigerunt, commemorat: dicitque medium laudari, & quicunque ipſum nacti fuerint, commendari: quae ambae res ſunt propriae, peculiareſque virtutis: mortales enim ipſam laudant, & quidquid ab ea geſtum eſt, rectum eſſe exiſtimant, & ſapienter adminiſtratum. Poſt haec concludit: paucisque complectitur, quod probauit, dicens virtutem eſſe mediocritatem quandam; plures enim, magnopereque inter ſe diſcrepantes mediocritates ſunt, quarum vna haec eſt, quam ſignificauit, collocata in medio duorum extremorum, amborum vitio affinium, quod medium ſemper ante oculos propoſitum habet: dirigitque eo curſum ſuum virtus, & in moderandis turbidis motibus, & in factis ſuis cum laude adminiſtrandis; quod oſtendunt haec verba, quibus vtitur, dicens ipſam eſſe coniectatricem medij.

Ἔτι τὸ μὲν ἁμαρτάνειν, πολλαχῶς ἐστι: τὸ γὰρ κακὸν, τοῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον: τὸ δ' ἀγαθὸν, τοῦ πεπερασμένου: τὸ δὲ κατορθοῦν, μοναχῶς. διὸ καὶ τὸ μὲν, ῥᾴδιον, τὸ δὲ, χαλεπόν. ῥᾴδιον μὲν, τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ: χαλεπὸν δὲ, τὸ ἐπιτυχεῖν: καὶ διὰ ταῦτ' οὖν, τῆς μὲν κακίας, ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, τῆς δ' ἀρετῆς, ἡ μεσότης.

Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς: παντοδαπῶς δὲ κακοί.

Amplius

Amplius labi quidem ac peccare, multis modis licet (malum enim infiniti pars eſt, veluti Pythagorici ariolabantur, bonum autem finiti) recte autem facere, vno modo licet. Quapropter hoc quidem procliue, illud autem arduum: procliue quidem, non attingere ſcopum, notamq́; arduum autem, adipiſci; atque his de cauſis vitio aſſignata ſunt, nimium & parum, virtuti autem mediocritas. Probi enim viri ſimpliciter, improbi autem omnibus modis.

VTITVR alio argumento, quod tertium horum eſt, idem ſignificare volens, virtutem inquam conuertere oculos ad medium, in eoque ipſos defigere; ductum autem id eſt a difficultate ipſius inueſtigandi; inquit igitur. Amplius labi, & peccare contingit pluribus modis, quod ſtatim probat, vſus auctoritate Pythagoreorum, qui vitioſum omne, & culpae alicui affine, ponebant in ſerie, ordineque rerum indefinitarum, atque ideo incertarum: notum autem eſt, ipſos in vna, eademque tabula deſcriptos habuiſſe duos ordines rerum, in quorum altero collocabant omne, quod definitum, ipſorum iudicio erat, quare vocabant ipſum πεπερασμένον: in altero vero indefinitum, quod appellabant ἄπειρον: huius tabulae meminerunt Graeci interpretes noſtri doctoris. Addit autem, bonum omne eoſdem includere conſueſſe in ordinem rerum definitarum. Sequitur poſt explicatam ſententiam Pythagoreorum, vt malum multis modis admitti poſſe dixerat, ita bonum ac recte factum vno tantum; elicit igitur inde, vt exploratum, & certum: alterum illorum pronum eſſe, ac facile: alterum vero arduum, & magni negotij, quod explanat: facile enim eſſe affirmat depelli ab eo, quod aliquis ſibi propoſuerit, nec poſſe finem conſequi, quem conceperis, & vt ipſe loquitur σκοποῦ attingere; nam & ſupra, & infra, & dextra, & ſiniſtra iacere telum, ac ferire poteſt: arduum autem eſt, medium adipiſci; quare inquit, ſimile hoc transferens ad propoſitum ſibi, proprium vitij erit, peculiareque illius, nimium & parum: virtutis vero mediocritas: quod confirmat verſiculo poetae, cuius ſententia eſt: probos homines eſſe ſimpliciter, & vno tantum pacto: pluribus autem, varijsque modis, improbos. Cuius vero poetae pentameter hic ſit, non inueni: non ſolum autem de diuerſo ingenio, moribusque mortalium hoc vere dicitur, verum etiam de ceteris rebus, vt de pulchritudine, bonaque valetudine: in cunctis enim, quod vitioſiſſimum eſt, pluribus modis conficitur: quod vero rectum & integrum, vno & certo: id quod auctor etiam in III. libro de caelo teſtatus eſt, vbi diſſerit de motibus corporum ſimplicibus: in alijs enim multis hoc etiam dicit. Etſi multi ſunt motus praeter naturam, naturalis tamen vnus erit: quod enim natura fit, ſimpliciter geritur: ſingula autem multos motus habent repugnantes naturae. Quod inquit, in ſimili exponendo; ſententiae illuſtrandae cauſa, ſumpto, facile eſſe reijci a ſcopo: arduum vero nanciſci ipſum. Simplicius quoque in categorias, explicationemq́; quam addidit, vna cum alijs, explanatis illis, περὶ τῶν ἀντικειμένων, cum diſſolueret quaeſtionem, quam ipſe poſuerat, vſurpauit hoc, dixitque bonum, vnum eſſe ac ſimplex: malum autem varium, cui ſententiae declarandae, & ipſe ſimile idem accommodauit; ait enim: Quemadmodum omnibus in rebus conſequi quod velis, vno modo contingit, ſi inquam ſcopum attigeris; haſtamque aut ſagittam collinearis, quo volueris, vt M. Cicero loquitur: reijci autem inde, depellique a ſigno, ſibi propoſito, multis modis: quare expreſſiſſe magnum hunc doctorem locum, quem in manibus habemus, facile cerni poteſt, ſed ad Ariſtotelem redeamus.

Ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν.

Eſt igitur virtus habitus, qui cum electione gerit, in mediocritate conſiſtens ea, quae refertur ad nos, definita ratione, & vt vir prudens definiret.

HAEC eſt plena, & perfecta virtutis definitio, quam paulatim abſoluit, ſingulis eius partibus accurate prius explicatis. Ordinem autem ſequitur, qui ordo in omni recta definitione ſeruatur: primum enim genus virtutis, quod ſit, oſtendit: habitum enim eſſe dicit, non vnum aliquod eorum, a quibus iam ſeiunxit virtutem: deinde in quo verſetur virtus, quomodoque ſe in eo munere gerat, declarat: ij autem ſunt motus turbidi animi, actionesque humanae: quod enim inquit, in eo ipſam vti electione, hoc plane ſignificat; neque aliquid.

enim

enim gerit quippiam virtus ſine electione, ſumens ſibi agenda, quae bona ſunt, repudiansque contraria, & quia actiones pendent, nominanturque a rebus, quas ſibi propoſuerant agendas, quarum medium capeſſunt: medium autem geminum cum ſit, quorum vnum ſpectatur in re ipſa: alterum autem refertur ad nos; ideo inquit ipſum eſſe eius generis, quod attenditur in nobis; quartum, extremumque horum inquit, quod rationis hoc opus eſſe debet: addit enim ad extremum hoc efficere, mediumque hoc, vbi potiſſimum ſit, indicare prudentis viri officium, operamque eius in hoc requiri. Animaduertendum autem hic eſt, anctorem veteris tralationis, quod eſt in omnibus, & ſcriptis libris & excuſis φρόνιμος, vertiſſe, ſapiens, tamquam σοφὸς, in ſuo exemplari haberet ſiue in ea voce exprimenda lapſus ſit, cuius vocis propriae notioni locus hic non eſt: neque enim ſapientia de his rebus curam vllam ſuſcipit, ſuntque ipſae materia illius. Vnde D. Thomas, ſingularis ingenij & doctrinae vir, interpretatus eſt Latinam eam vocem: accipique debere admonuit, pro ſapiens, prudens, cuius etiam declarationis ſuae cauſam attulit.

Μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν, καθ' ὑπερβολήν: τῆς δὲ, κατ' ἔλλειψιν. καὶ ἔτι τῷ τὰς μὲν ἐλλείπειν: τὰς δὲ ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος, ἔν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι: τὴν δ' ἀρετὴν, τὸ μέσον, καὶ εὑρίσκειν, καὶ αἱρεῖσθαι.

Mediocritas autem duorum vitiorum, quorum vnum ab exuperantia, alterum autem a paucitate proficiſcitur. & adhuc quod haec quidem deficiant, haec vero longe ſuperent id, quod decet, & in perturbationibus, & in actionibus: virtus autem medium & inueniat, & ſumat.

Pergit adhuc declarare definitionem virtutis, qua vſus fuerat, explanans quiddã, quod niſi planè cognitum foret, erroris quippiam gignere potuiſſet; ideſt, oſtẽdit quarum rerum mediocritas ſit, deinde quarũ rerum collatione, in medio ſita eſſe, dicta ſit: illae autem ſunt duo vitia, animiq; habitus duo, affines graui culpae, quorũ vnus nimium ſectatur, alter autem ad mediũ non peruenit, ſed antequam ipſum nanciſcatur conſiſtit, quo iã errore monſtrato, alterũ ſignificat, qui eſt, quod duorum horum alter labitur, quod minus capit illius, quam oporteat: alter autẽ plus: virtus vero cõtra inueſtigat mediũ, ipſoq; inuento, id ſumit.

Διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν, καὶ τὸν λόγον, τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα, μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή: κατὰ δὲ τὸ ἄριστον, καὶ τὸ εὖ, ἀκρότης.

Quapropter ſiquis ſpectet eſſentiã, & rationẽ, quae aperit, quae ſit vis eius rei, mediocritas eſt, virtus: ſi vero qđ optimũ illic eſt, merito laudatur, culmẽ, et apex.

Videbat, vt opinor, Ariſtoteles circumferri aliam definitionem virtutis, quae videretur magnopere diſcrepare a ſua, nec tamen ipſe eam omnino improbabat, ſed locum illi quoque eſſe arbitrabatur, quare corollarij loco, ſignificare hoc voluit, & docere, quomodo ambae recipetentur oſtendit igitur vnam, eandemque rem non vno ſolum pacto cogitari poſſe; vnde ſequitur, vt aliter, atque aliter exprimantur, & ſatis etiam recte, commodeq; vis, & natura ipſarum aperiatur; ſi enim inquit, aliquis reſpiciat eſſentiam ipſius virtutemq;, & rationem, quae exprimit ſtatum, naturamque eius, virtus erit mediocritas: ſi vero eſſe eam optimum quoddam, ac bene vndique conſtitutum, virtus erit celſitudo, ac natura quaedam ad ſummum, altiſſimumque locum perducta: exiſtimantur autem haec repugnare, & ſibi ipſis aduerſari, ab ijs, qui non diſtinguunt ipſa, nec vident, quo pacto dicta ſint quomodo enim aliquid medium locum, & ſummum ſimul teneat: quae tamen ita cogitata, vt tradit, pulchre ſibi conueniunt. Plutarchus in libello, quo inſtruit adoleſcentes ad vtilem ſibi lectionem poetarum, meminit huius definitionis, quin etiam, tertiae cuiuſdam, ac fortaſſe quartae: haec enim verba ipſius, declarantis ſententiam veteris poetae, qui ἀρετὴν appellarat, quam inquit, ὀρθότητα λόγου, καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως, καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς ποιῶμεν. Sed etiam Alexander in quaeſtione xxvij. quarti libri, irridens eum, qui criminabatur hanc definitionem Ariſtotelis: dicebatque, ſi virtus eſt celſitudo animi participis rationis, non poteſt eſſe mediocritas, cum fieri non poſſit, vt idem ſimul ſummum ſit, ac medium, id quod ipſe falſum eſſe docet.

Οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις, οὐδὲ πᾶν πάθος, τὴν μεσότητα: ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος. οἷον ἐπιχαιρεκακία, ἀναισχυντία, φθόνος; καὶ

ἐπὶ τῶν πράξεων, μοιχεία κλοπὴ καὶ ἀνδροφονία: πάντα γὰρ ταῦτα, καὶ τοιαῦτα. λέγεται, τῷ αὐτὰ φαῦλα εἶν: ἀλλ' οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν, οὐδὲ αἱ ἐλλείψεις. οὐκ ἔστιν οὖν οὐδέποτε περὶ αὐτὰ κατορθοῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἁμαρτάνειν, οὐδ' ἔστι τὸ εὖ ἢ μὴ εὖ περὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν τῷ, ἣν δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὡς μοιχεύειν, ἀλλ' ἁπλῶς τὸ ποιεῖν ὁποῦν τούτων, ἁμαρτάνειν ἐστίν.

Non omnis autem actio: neq; omnis perturbatio mediocritatem ſuſcipit: ſunt enim perturbationes quaedam, quibus ilico nomen impoſitum eſt iunctum cum culpa, & flagitio, vt maleuolentia, impudētia, inuidia: atq; in actionibus adulterium, furtum, caedes: cuncta enim haec, ceteraq; huiuſcemodi dicuntur eo, quod ipſa culpae affinia ſunt, verum non exuperantiae ipſorum, neq; paucitates: fieri igitur nō poteſt, vt vmquam aliquis rectè ſe gerat in huiuſcemodi rebus, ſed ſemper peccet: neque exiſtit laus, aut reprehenſio huiuſcemodi in rebus, vt aliquis quam decet & quo tempore, & quo modo adulteretur: ſed ſimpliciter quodlibet horum efficere peccare eſt.

CVM oſtenderit in actionibus homionū, & turbidis animi motibns, tria illa inueniri, ideſt exuperantiā, & quaſi penuriam, egeſtatemque; nec non mediocritatem, ounc adiungit, tamquam corrigens eam ſententiam, vel potius, quomodo voum eorum accipi debeat, nequis in eo peccet, oſtendens, non commune id eſſe omnium horum: neq; enim omois actio: neque omnis permotio animi ad medium perduci poteſt, atq; ita, expulſis maculis, perfici & integra reddi; ſed quaedam addicta ſont culpae, iunctaq; ſtatim, vt ita merito vocari coeperunt, cum flagitio ac ſcelere. Initiom autem ſumit huius noui docnmeoti declarandi a permotionibus, exemplaq; quarundam ponit: velnti enim, inquit, laetitia, quae capitur ex incommodis alienis, iouerecundia, inuidia: factorum autem haec ſunt, adulterium, furtū, caedes probi, & ioooceotis viri: explicans autem, quod ſignificarat, ait: cuncta enim haec, & reliqua huiuſcemodi nominata ita ſunt, quia tota praua ſunt, & non extrema ipſorum tantū; quare addit, nemini licere in his rebus tractandis rectè facere; ſed neceſſe eſt ſemper labi ac peccare, neque laus, ac reprehenſio in hoc manet, huiuſcemodiq; omnibus rebus, ſi quam decet, adulteraris, conſtuprauerisq;, ſiue quo tēpore decet, aut quomodo. Idem autem, quod hic, admonuit etiam in priore eorum librorū, quorum index eſt ἠθικὰ μεγάλα: inquit enim, illic extare alios quoſdam animorum motus, in quibus vitiū nō manet in exuperantia, ſiue paucitate quapiam, veluti inquit, adulterium, & adulter nō eſt, qui plus quam oportet, alienum cubile init, & ita ingenuas feminas corrumpit, verum & hoc, & ſi quid aliud eiuſmodi eſt, quod incluſum eſt in voluptate, quae capitur ex intemperantia, ſiue paucitate, ſiue nimia copia ipſius. dignum eſt, qood vituperetur. Quod autem appellat hoc πάθος, & non πρᾶξιν, fortaſſe uatum eſt hinc, quod reſpicit voluptatem, quae capitur ex eo facto, reſpondetq; poſteriori earum vocum, quibus vſus eſt; inquit enim μοιχεία, non μοιχός. nam, quin adulterium factum ſit, dubitari oon poteſt. Quin etiam io II. eorum librorum de moribus, quos miſit ad Eudemum, idem docuit. ſed neceſſe non eſt, huc omnia traducere: eſt autem locus circiter tertiam partem eius libri. Nec tamen omittere debeo, quio teſter, duo meoda, hac ipſa in parte eo loco excuſos libros habere, quae auctoritate calamo ſcriptorum tolluntur: nam pro πῶς λαμβάνειν legi debet προσλαμβάνειν, & pro συμμυσὸν, τὸ πλημμυσὸν, quā lectionem confirmat locus, quem in manibus modo habemus, in quo Ariſtoteles eodem iuncto verbo vſus eſt, cum ſcripſerit, ἐὰν γὰρ θεὸς ἀνάμιξαι συν ἐμμοιὸν μετὰ τῆς φαυλότητος. Sed etiam apud Alexandrum, qui citat totum hunc locum in quaeſtione xxvij. quarti libri.

Ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν, καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα, καὶ ὑπερβολὴν, καὶ ἔλλειψιν: ἔσται γὰρ οὕτω γε ὑπερβολῆς, καὶ ἐλλείψεως, μεσότης, καὶ ὑπερβολῆς, ὑπερβολή: καὶ ἔλλειψις, ἐλλείψεως.

Simile igitur eſt velle in iniuria facienda, & in timiditati ſe dando, atq; intemperantiae, mediocritatem eſſe, & exuperantiam, & paucitatem harum rerum: erit enim ita exuperantiae & paucitatis mediocritas, atque exuperantiae, exuperantia, & paucitatis paucitas.

QVAM

QVAM ſtultè ſentiret, qui putaret in illis actionibus, ſiue permotionibus, quas appellauit: quotumq; nomen incluſum in ſe vitium continere docuit, manere mediocritatem, declarat ſimili, valde accommodato ad rem illuſtrandam: ſimile enim dicit eſſe, cenſere in his actionibus, quas ponit, eſſe mediocritatem, quae actiones conceſſu omnium ſunt addictae certo vitio, ac culpae. Eadem igitur culpa eſt in ſuperioribus illis, ſed occultior: neq; enim tam plenum & apertum eſt, non cõtinere in ſe mediocritatem adulterium, furtum, caedem hominis: motusque itidem illos, quos appellauit, vt rem iniuſtam facere, formidoloſum eſſe, intemperanter ſe gerere, & vt mediocritatem, ita etiam extrema, quae cingũt ipſam. Adiungit autem, quam magnum incommodum ſequeretur, ſi hoc concederetur, ac fieri poſſe exiſtimaretur: erit enim inquit hoc pacto exuperantiae mediocritas, & vt exuperantiae, ita etiam paucitatis & penuriae rerũ. Quomodo autem in his, quae vitio tota addicta ſunt, locũ habeat virtus? Sequitur quod & ipſum abſurditatem huius rei declarat, vel potius auget, & vt mediocritas exuperantiae, ita etiã exuperantiae, exuperãtia, & paucitas paucitatis: nec finis vllus, terminusq; his rebus inueniretur: quod abſurdũ admodum eſt, & fieri nõ poteſt.

Ὥσπερ δὲ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις, διὰ τὸ, τὸ μέσον εἶναί πως ἄκρον, οὕτως οὐδὲ ἐκείνων μεσότης οὐδὲ ὑπερβολὴ: καὶ ἔλλειψις, ἀλλ᾽ ὡς ἂν πράττηται, ἁμαρτάνεται. ὅλως γὰρ οὔθ᾽ ὑπερβολῆς, καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἐστὶν, οὐδὲ μεσότητος ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις.

Quemadmodum autem temperãtiae & fortitudinis non eſt exuperantia, neque paucitas, quia medium eſt aliquo modo ſummum, ſic neque illorum mediocritas erit neque exuperantia, & paucitas: ſed quocumque modo acta fuerint, peccatum in ſe continent: funditus enim neque exuperantiae, neque paucitatis mediocritas eſt, neque mediocritatis exuperantia, & paucitas.

IDEM hoc alio argumento probat, ducto a ſimilitudine virtutum, vt ſupra idem fecerat ſimili vſus vitiorum: ponit enim nobis ante oculos naturam temperantiae, & aliarum huiuſcemodi virtutum: quamuis duas tantum ipſarum appellet, ideſt hanc ipſam, ac fortitudinem; aitq;, quemadmodum duarum harum non exiſtit aut exuperantia, aut paucitas, quia medium ipſarum eſt aliquo modo ſummum & excellens: nec quicquam ſuperare ipſum valet, quod declarauit definitio illa, cuius genus fuit ἀκρότης, ideſt celſitudo; ita inquit, neque illorum motuum, ſiue factorum exiſtit mediocritas, neque exuperantia, neque paucitas, ſed quocunque modo geſta ſunt, culpam in ſe grauem continent. omnino enim addit, vt de his rebus generatim loquamur, quemadmodumque ſe res habet, teſtificemur; neque exuperantiae, neque paucitatis exiſtit mediocritas, neque mediocritatis neutra harum rerum.

Δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ᾽ ἕκαστα ἐφαρμόττειν: ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις, οἱ μὲν καθόλου, κενώτεροί εἰσιν: οἱ δὲ ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι. περὶ γὰρ τὰ καθ᾽ ἕκαστα αἱ πράξεις: δέον δὲ ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν. ληπτέον οὖν ταῦτα ἐκ τῆς διαγραφῆς.

Opus eſt autem hoc non ſolum vniuerſe dici, verum etiam ſingularibus congruere: in diſputationibus enim, quae habentur de actionibus: quae quidem in vniuerſum ſunt, inaniores ſunt: quae vero particulares res attingũt, veriores: circa ſingulares enim res verſantur actiones: opus eſt autem in his congruere: ſumere igitur debemus haec ex deſcriptione.

QVOD accuratè praecepit adhuc de virtute, cum oſtẽderit vim, naturamq, ipſius, eandemq; definierit, rectè ſanè atque ordine factum eſt, cum tamen ſcriptio haec fidem factura ſit, fructumque latura mortalibus, quos magis mouent, quae ſentiunt, quàm quae generatim, in vniuerſumque de vita hominum, ac rebus praecipiuntur, exiſtimat oportere ſe ad ſingula accedere, cuius etiam ſui conſilij rationem reddit, affirmans quod tradidit plenum, abſolutumque non eſſe; ſed opus adhuc eſſe, vt doceat, accommodari ipſum rebus ſingularibus, monſtretque illis conuenire; cum diſputationes, habitae de factis hominum in vniuerſum, ſint inaniores; magis autem aptae ad perſuadendum, veritatemque illarum rerum oſtendendam, quae ſingillatim fiunt, cum conſilia, factaque hominum ſint cuncta ſingu-

laria: neque enim mortalis vllus quippiam vmquam geſſit in vniuerſum tale: oporteatque praecepta illa vniuerſa, reſpondere his, quae aguntur: quae ſi deſcripta fuerint, & tamquam ita ante oculos collocata, planiora futura putat. De ratione autem tradendi res vitae noſtrae accommodatas, eſſeque magis idonea ipſis declarandis exempla, atque res ſingulares, teſtatus etiam eſt auctor in primo πολιτικῶν, quo etiam in loco ait, eos, qui aliter, in vniuerſumque de ipſis praecipiunt, decipere ſemetipſos. Non dubito autem, quin κενώτεροι legendum ſit, non κοινότεροι, vt olim ipſe correxi, ſecutus auctoritatem multorum vetuſtorum, & fidelium librorum: cum excuſi ita haberent, quod ex Graeco etiam interprete perſpicitur; quare miror, Argyropylum hoc non vidiſſe, qui alteram illam lectionem ſequitur. Sed Ariſtoteles in II. quoque libro de ortu animalium idem iudicium facit de iiſdem his, vniuerſis diſputationibus, qui ait, tamquam ſemetipſum reprehendens, ὁ μὲν οὖν λόγος καθόλου λίαν, καὶ κενός ἐστι, μὴ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν λόγοι, κενοί, quibus verbis ſignificat diſputationes habitas, argumentaque ducta non ex ſuis, proprijsque principijs artis eius, de qua quaeritur, parum valere ad aliquid probandum eius generis.

Περὶ μὲν οὖν φόβους, καὶ θάρρη, ἀνδρεία μεσότης. τῶν δ' ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ, ἀνώνυμος (πολλὰ δ' ἐστὶν ἀνώνυμα) ὁ δ' ἐν τῷ θαρρεῖν ὑπερβάλλων, θρασύς: ὁ δὲ τῷ μὲν φοβεῖσθαι, ὑπερβάλλων: τῷ δὲ θαρρεῖν, ἐλλείπων, δειλός.

Circa metus igitur & fidencias, fortitudo mediocritas eſt: eorum autem qui modum migrant, is quidem, qui nihil metuendo, ſine nomine eſt (multa autem ſunt, quae carent nomine) qui autem ſuperat modum fidendo, audax, qui vero exſuperat metuendo: audendo autem deficit, formidoloſus eſt.

AGGREDITVR modo facere, quod dixit, principiumque ſumit a fortitudine, quae vna eſt virtutum earum, quae corrigit motus turbidos animorum; quod enim poſtea ſeruauit in ipſis explanandis: ab his incipit in deſcribendis, & quaſi pingendis; poſt quas trader, quae facta emendant, ſuntque tamquam norma eorum. Oſtendit igitur primo circa quos motus, contrarios inter ſe, verſetur, cum in medio illorum maneat, eſſeque ipſos dicit metus, & audacias; & haec quidem in periculis magnis; & quae interitum minantur, aut ſpem euadendi grauia illa mala, oſtendũt: ipſam vero vocari fortitudinem, poſt quam indicatam, accedit ad eos ſignificandos, qui iuſtum modum tranſeunt; valdeq; in hoc peccant qui non vni ſunt; neq; eodem modo labuntur; ex ijs autem ille, qui ſuperat modum nihil timẽdo, vt ait, caret nomine: neq; enim, quamuis diues, & copioſus Graecus ſermo ſit, omnibus differentijs excogitatis a magnis ingenijs declarãdis nomina accõmodata habet: ille autẽ, qui modũ tranſit nimis audendo, vocatur audax: qui autem cõtra inquit, ſuperat modum, quia plus timet, quàm deceat: minus autẽ audet, q̃ oporteat, vocatur timidus, & formidoloſus.

Περὶ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας οὐ πάσας: ἧττον δὲ καὶ περὶ τὰς λύπας, μεσότης μὲν, σωφροσύνη. ὑπερβολὴ δὲ, ἀκολασία. ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς, οὐ πάνυ γίγνονται. διόπερ οὐδ' οὗτοι ὀνόματος τετυχήκασιν, ἔστωσαν δὲ ἀναίσθητοι.

Circa voluptates autem, & dolores, non omnes: minus autem circa dolores, mediocritas quidẽ, eſt, temperantia, exuperantia autem, intemperantia; qui autem minus quàm oportet, voluptatis capiant, non valde exiſtunt, quare neque hi nomen adepti ſunt: dicantur igitur carere ſenſu.

CVM conſtet extare aliam virtutem, quae verſatur in capiendis voluptatibus, & perpetiendis doloribus: materiasque has habet. non eodem autem modo circa ambas, contrarias inter ſe res, vt admonet; nam verior campus ipſius eſt voluptas corporis: dolores enim, qui incurrunt in eum, ſunt hi, qui inde naſcuntur, quia non poteſt frui voluptatibus, quarum capiendarum magno deſiderio incenſus eſt: mediocritas inquit, temperantia vocata a Latinis, a Graecis enim dicitur σωφροσύνη, quaſi hic habitus animi ſit, & modus in percipiendis corporis voluptatibus, qui tuetur prudentiam, ac conſilium, cum contrarius ipſam corrumpat ac perdat: exuperantia autem in conſectandis illis appellatur ἀκολασία a Graecis: intemperantia a Latinis, quae itidem vox non penitus exprimit Graecum huius vi-

tij nomen. Adiungit autem inueniri paucos admodum mortales, qui alieni ſint a voluptatibus ſcilicet corporis, quae cauſa inquit, fuit, vt his quoque veluti ſuperioribus nomen impoſitum non fuerit; ſiquis tamen inquit, eos ſenſu carere dixerit, non male ipſos appellarit.

Περὶ δὲ δόσιν χρημάτων, καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν, ἐλευθεριότης: ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις, ἀσωτία, καὶ ἀνελευθερία. ἐναντίως δὲ αὐταῖς ὑπερβάλλουσι, καὶ ἐλλείπουσιν: ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος, ἐν μὲν προέσει, ὑπερβάλλει: ἐν δὲ λήψει, ἐλλείπει, ὁ δ' ἀνελεύθερος, ἐν μὲν λήψει, ὑπερβάλλει: ἐν δὲ προέσει, ἐλλείπει. νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ, λέγομεν, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ. ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν διορισθήσεται.

Circa largiendam autem pecuniam & accipiendam, mediocritas quidem, liberalitas: exuperantia autem & paucitas, effuſio, & illiberalitas: contrario autem modo in ipſis modum ſuperant, & deficiunt: prodigus enim, in profundenda pecunia, modum ſuperat, in accipienda autem, deficit: illiberalis autem in accipienda quidem, ſuperat modum, in profundenda vero, deficit. Nunc igitur craſſo modo & ſummatim de his loquimur, contenti hoc ipſo. poſterius autem accuratius de ipſis definietur.

TANGIT oune virtutes, quae pertinent ad bona, extra nos poſita; ac vitia, quae ad mala: primum autem liberalitatem: in danda autem, & accipienda pecuoia inquit, ita vt recte ipſa, quibuſque oportet, detur, & vnde oporter itidem accipiatur, mediocritatem eſſe tradit, liberalitatem: exuperaotiam autem & paucitatem, prodigalitatem, ſiue effuſionem patrimonij, & illiberalitatem: addit autem contrario modo ambos hos ſe gerere in effuodenda, & tuenda pecunia: cum prodigus in danda, dilargiendaque, iuſtam menſuram ſuperet: in cogenda autem, ſumendaque, ſibi ipſi deſit: illiberalis vero in eogenda vndique, migret iuſtum modum; in danda autem, officium eius deſideretur: πρόεσιν appellat effuſionem pecuniae, vnde προετικὸς alibi ab ipſo vocatus eſt, qui procliuis eſt ad effundendam, perdendamque rem familiarem. Hoc ipſo Latino vocabulo, quod egregie exprimit vim, notionemque Graeci, vſus eſt M. Cicero, cum largitatem Caeſaris iunioris oſtendere vellet; loquit enim.
" Patrimooium ſuum effudit, quamquam non ſumus vſi eo verbo, quo deeuit: non enim ef-
" fudit, ſed in ſalute reip. collocauit. Poſt haec auctor quaſi ſe purgat, quòd breuiter haec tracter.

Περὶ δὲ τὰ χρήματα ἐσὶ καὶ ἄλλαι διαθέσεις. μεσότης μὲν, μεγαλοπρέπεια: ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς, διαφέρει ἐλευθερίου: ὁ μὲν γὰρ, περὶ μεγάλα: ὁ δὲ, περὶ μικρά. ὑπερβολὴ δὲ ἀπειροκαλία, καὶ βαναυσία: ἔλλειψις δὲ, μικροπρέπεια. διαφέρουσι δ' αὗται τῶν περὶ τὴν ἐλευθεριότητα, ᾗ δὲ διαφέρουσιν. ὕστερον ῥηθήσεται.

Circa pecunian autem ſunt alij quoque habitus. mediocritas quidem, magnificentia appellata eſt; magnificus enim differt a liberali: hic namque, circa magnas res, hic vero, circa paruas verſatur: exuperantia nominatur ἀπειροκαλία id eſt animi ſtatus imperitus dignitatis, & βαναυσία, id eſt animi ſtatus tenuis, qualis eſt fabrorum, & eorum, qui ſordidas artes exercent, paucitas autem, animus in ſumptibus nullam curam ſuſcipiens de decore. differunt autem hi ab his, qui liberalitatis ſunt, in quo autem differunt, poſterius tradetur.

In eadem, qua ſuperiores, materia, ideſt in pecunia danda, & accipienda, dicit inueniri alios habitus animorum, etſi, nunc eos διαθέσεις vocat: ipſe certe vult habitum

omuem eſſe diſpoſitiouem, non tamen conuerti has res: vt namque aliqui habitus vere vocentur, neceſſe eſt, vt exiſtant ad eas res illi facti, ac parati, non tamen in quibus hae diſpoſitiones ſunt, in iiſdem neceſſario ſunt habitus. Infra quoque in eodem hoc libro Ariſtoteles inquit. τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν, cum illic quoque habitus capi vellet, & vt exemplis poſitis ab ipſo conſtat: ſed his relictis; horum autem habituum medium ipſe ait, vocari a ſuis μεγαλοπρέπειαν: magnificentia autem illa eſt noſtris: cur autem diſtinxerit hos habitus a ſuperioribus, exponit: inquit enim diſcrepare magnificum a liberali; quod magnificus verſatur in magnis ſumptibus: liberalis vero in paruis, ſi conferantur ſcilicet cum ſumptibus magnifici viri: neque enim puſilli ſemper & minuti ſunt ſumptus liberalis hominis: exuperantiam inquit appellari ἀπειροκαλίαν, & βαναυσίαν; quorum duorum nominum prius ſignificat animum rudem, expertemque dignitatis conſequendae, & qui in ea indaganda valde peccat; alterum autem notat hominem ſeruilem, & qui humiles artes colat. paucitatem autem inquit appellari μικροπρέπειαν, quod nomen & ipſum iunctum, aduerſatur virtuti. Quod pollicetur ſe expoſiturum, eum plenius & accuratius, infra de his diſſerer, qua in re diſſentiant hi habitus magnificentiae ſiue verae, ſiue vitioſae, ab habitibus liberalitatis, & ipſius talis, videndum eſt, quid ſignificare voluerit; nam quod pertinet ad amplitudinem ſumptuum, & tenuitatem, iam hic praeceperat, an ſignificat, quod illic addidit, liberalem progredi ad cuncta facta, in quibus locum habet pecunia, veluti iuuare amicos, cognatos pecunia, ac probos omnes viros, qui egeant; cum magnificentia potius verſetur in his, vbi requiritur ingens expenſa, fiuntque opera, quae ciuitati ornatui futura ſint, quemadmodum in templis deorum aedificandis, &, vt mos erat veterum illorum, baſilicis ac thermis.

Περὶ δὲ τιμὴν, καὶ ἀτιμίαν, μεσότης μὲν, μεγαλοψυχία: ὑπερβολὴ δὲ, χαυνότης τις λεγομένη, ἔλλειψις δὲ, μικροψυχία.

Circa honorem autem, & vacuitatem honoris, mediocritas quidem magnanimitas vocatur: exuperantia autem temeritas, & mollitudo quaedam vocata: paucitas autem paruus, & anguſtus animus.

TRANSIT ad aliam virtutem leniter indicandam, contrarioſque eius habitus, quae virtus, tamquam expreſſa Graeca voce, a Latinis magnanimitas magnitudoque animi vocata eſt, verſari autem ipſam dicit circa honorem, & quaſi contemptum ipſius, mediocritatem tradit appellari a ſuis, μεγαλοψυχίαν: exuperantiam ab iiſdem quandam, χαυνότητα, ideſt inflationem quandam, & animum vento deditum; de qua voce diligentius diſputabitur a me ſuo loco in quarto libro: paucitatem vocari dicit, vitium parui animi.

Ὡς δὲ λέγομεν ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τὴν ἐλευθεριότητα, περὶ μικρὰ διαφέρουσαν, οὕτως ἔχει τις, καὶ πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, περὶ τιμὴν οὖσαν μεγάλην, αὐτὴ περὶ μικρὰ οὖσα; ἔστι γὰρ ὡς δεῖ ὀρέγεσθαι τιμῆς, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον.

Quemadmodum autem ſe habere dicimus ad magnificentiam liberalitatem, diſcrepantem ab ipſa, cum maneat in paruis ſumptibus: eodem pacto ſe habet quaedam etiam ad magnanimitatem, occupantem ſe circa honorem magnum, cum ipſa circa res paruas ſit: contingit enim vt oportet, appetere honorem, & magis quàm oportet, & minus.

HIS habitibus expoſitis, ſimilitudine ſuperioris virtutis, & illius, quae demonſtrata eſt, inferioris, declarare voluit aliam, quae vt ſe habet liberalitas ad magnificentiam, quae diſcrepat ab ipſa, quia circa paruos ſumptus verſatur, ita ſe habet quaedam, quam nomine non appellat, ad magnitudinem animi, quae verſatur circa honorem magnum, cum illa circa paruum: nam quod ad honorem pertinet, atq; in hac ipſa materia exiſtere virtutem probat; fierique poſſe, vt aliquis recte faciat, ac peccet: licet enim inquit, vt decet, appetere honorem, & plus etiam quam oportet, a qua culpa aliquando M. Cicero teſtatus eſt, ſe alienum eſſe, cum fratri ſcripſit in epiſtola quadam. Nec ſitio honores, neque appeto glo-

riam;

riam; atque minus etiam, quam decet. Non ſeruauit autem eundem ordinem in his quatuor virtutibus deſcribendis Ariſtoteles, quarum duae honeſtiores ſunt, duae vero inf rio res: in his enim, quae ad pecuniam pertinent exorſus eſt a minore, ideſt a liberalitate; in reliquis duabus, a maiore, ideſt a magnanimitate.

Λέγεται δ' ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι, φιλότιμος: ὁ δ' ἐλλείπων, ἀφιλότιμος: ὁ δὲ μέσος, ἀνώνυμος: ἀνώνυμοι δὲ καὶ αἱ διαθέσεις. πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου, φιλοτιμία. ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας. καὶ ἡμεῖς δὲ, ἔστι μὲν ὅτε, τὸν μέσον φιλότιμον καλοῦμεν: ἔστι δ' ὅτε, ἀφιλότιμον: καὶ ἔστιν, ὅτε μὲν, ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον: ἔστι δ' ὅτε, τὸν ἀφιλότιμον. διὰ τίνα δ' αἰτίαν τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται. νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον.

Dicitur autem, qui modum ſuperat in appetitionibus honoris, ambitioſus, qui autem deficit, ab honoris cupiditate vacuus: medius autem non eſt adeptus nomen: ſine nomine autem ſunt & affectiones, praeter illam ambitioſi, quae ambitio eſt: vnde factum eſt, vt extremi de media ſede litigent inter ſe, & nos quoque, medium aliquando quidē vocamus ambitioſum, aliquando autem eundem alienum ab honore expetendo, & aliquando quidem laudamus ambitioſum, aliquando vero alienum ab honore expetendo: quam autem ob cauſam hoc facimus, in his quae ſequuntur, dicetur: modo autem de ceteris dicamus, ratione ac modo, qui antecedit.

EXPONIT quomodo vocentur hi, qui aliquo modo affecti ſunt erga houorem, ſiue vacuî penitus a deſiderio ipſius ſunt. primum autem oſtendit, cum, qui in hoc ſuperat modum: vehementerque appetit honorem, vocari φιλότιμον ideſt valde cupidu.u honotis, & ambitioſum, vt Latini loquuntur: qui vero minus quàm rectum ſit, ipſum amat, appellari ἀφιλότιμον; medius autem inquit, & interiectus inter hos, nomine caret. adiungit etiam diſpoſitiones, habituſue animi horum itidem carere nomine, vt illum, quem ſignificauit, vacuum animum ab ipſo habere, niſi quod habitus animi illius. quem ardenter cupere dixit houorem, φιλοτιμία vocatur, Latine ambitio: quae res ideſt ſuum ipſum & proprium nomen non habere, cauſa fuit, vt extremi; ideſt valde cupidus honotis, & qui ipſum nullam in partem appetit, contendant inter ſe de media ſede, arrogentque ſibi mediocritatem ac virtutem eam, quae in hac re eſt. Praeterea inquit nos in hoc varij incertique ſumus: modo enim medium appellamus vitij nomine & ambitioſum: alio autem tēpore alterius culpae nomine, contrariaeque ſuperiori, dicimus ipſum eſſe ſine vlla cupiditate honoris. Sed etiam inquit nos in iudicio de ipſis faciendo, inconſtantes eadem de cauſa ſumus: nunc enim probamus, laudamuſque cupidum vehementer honoris: contingit etiam aliquando, vt laudemus alienum penitus ab ipſo, cuius mutationis animi, ſententiaeque variae de ipſo, pollicetur ſe infra cauſam allaturum: ſed nunc inquit, de reliquis habitibus diſſeramus, ſequētes eandem viam, rationemque, qua haec coepimus tamquam in tabula deſcribere. Quod ad verbum pertinet, quo hic vſus eſt μεταφορικῶς, ἐπιδικάζονται. notum eſt ipſum valere, litigare, & in foro contendere de aliqua re; vnde fabula Apollodori vocata ab auctore fuit ἐπιδικαζόμενος, quam, vertens Terentius, Phormionem alia de cauſa ipſam appellauit.

Ἔστι δὲ καὶ περὶ ὀργὴν, ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις, καὶ μεσότης. σχεδὸν δὲ ἀνωνύμων ὄντων αὐτῶν, τὸν μέσον πρᾶον λέγοντες, τὴν μεσότητα, πρᾳότητα καλέσομεν. τῶν δ' ἄκρων, ὁ μὲν ὑπερβάλλων, ὀργίλος ἔστω: ἡ δὲ κακία, ὀργιλότης. ὁ δ' ἐλλείπων, ἀόργητός τις: ἡ δ' ἔλλειψις, ἀοργησία.

Exiſtit autem circa iram quoque exuperantia, & paucitas, & mediocritas: cum cuncti fermè careant nomine, medium lenem dicentes, mediocritatem vo-

cabimus

cabimus lenitatẽ: extremorũ autẽ is, qui ſuperat modũ, ſit iracundus: vitium autem, iracũdia: qui autem deficit, vacuus ab ira: paucitas autem vacuitas ab ira.

Incipit exponere, ab ira exordiens, permotiones, quae reſtabant, in qua tradit extare, vt in ſuperioribus, tres eoſdẽ animi habitus, contra ſententiam quorundam doctorum hominum, qui omnem iram vitioſam eſſe dicebant: ſtatim autem inquit, cum fere cuncti hi habitus nomine careant, cum conſuetudo ſit, eum, qui medius eſt, vocare πρᾶον, ideſt lenem, ſiue manſuetum & non male etiam Latinè mitem; inde quoque appellari lenitatem, mediocritatem ipſam; extremorum autem addit, ille, qui modum in iraſcendo tranſit vocatur iracundus. habitus animi huius, vitiumque ὀργιλότης ideſt iracundia, qui autem facile patitur ſe deſpici; nec commouetur animo, ſit, inquit quidam ſine ira, & qui iraſci neſciat: habitus huius, animusque talis appelletur ait ἀοργησία, ideſt vacuitas ab ira: &, vt Latini loquebantur, lentitudo. cum eundem appellarent, quem hic ſupra auctor vocat ἀόργητον, lentum hominem. Significat hoc M. Cicero in epiſtola illa erudita ad Q. fratrem, & plena optimorum praeceptorum, qua ſtuduit corrigere ipſum, vt nimis pronum ad iram: ſuaſitque illi, vt ſi hoc efficere non poſſet, ſaltem linguam contineret.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες, ἔχουσαι μέν τινα ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλας: διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων: πᾶσαι μὲν γάρ εἰσι περὶ λόγων, καὶ πράξεων κοινωνίαν: διαφέρουσι δὲ, ὅτι ἡ μὲν, ἔστι περὶ τὸ ἀληθὲς τὸ ἐν αὐτοῖς, αἱ δὲ, περὶ τὸ ἡδύ: τούτου δὲ, τὸ μὲν, ἐν παιδιᾷ: τὸ δὲ, ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον. ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετόν: τὰ δ᾽ ἄκρα, οὔτε ὀρθὰ, οὔτε ἐπαινετὰ, ἀλλὰ ψεκτά: ἔστι μὲν οὖν καὶ τούτων τὰ πλείω ἀνώνυμα: πειρατέον δ᾽, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν, σαφηνείας ἕνεκεν, καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου.

Exiſtunt autem & tres aliae mediocritates, quae ſanè ſimilitudinis aliquid inter ſe habent: differunt autem inter ſe: cunctae namque verſantur circa ſermonum, & actionum communitatem: differunt autem, quia ipſarum vna circa verum verſatur, quod in ipſis his rebus exiſtit: hae autem circa iucundum: huius autem iucundi vnum genus quidem manet in luſione, & iocis: alterum autem in omnibus rebus, quae in vita contingunt: dicendum igitur nobis eſt de his, vt magis perſpiciamus, in omnibus rebus mediocritatem laude dignam eſſe: extrema autem, neque recta, neque laude digna, verum vituperanda. Sunt igitur horum quoque plura ſine nomine: enitendum autem eſt, vt in alijs huiuſcemodi facere ſolemus, nos ipſos nomina fingere, vt res ipſae planiores ſint: noſq; ipſi melius ſenſus verborum conſequi valeamus.

Tradit extare adhuc tres alias mediocritates, quare & virtutes, quamuis non ſoleant in virtutibus vulgo numerari, de quibus praedicat, habere ipſas inter ſe ſimilitudinem quampiam; nec tamen eaſdem penitus eſſe, diſcrepare vero ipſas docet inter ſe. Primum autem in quo conueniat ipſis docet; id autem eſt, quia cunctae verſantur in communione verborum atque factorum, ideſt cum vſu veniat hominibus, vt congrediantur, ac de aliqua re ſecum loquantur, ſiue aliquid ſimul gerant, quibus in rebus & recte facere, & peccare homines, contingit: diſſentiunt vero inter ſe, quia vna harum materiam & quaſi campum, habet veritatem, quae in ipſis verbis ſcilicet, atque ſermone; nec non factis eſt: reliquae duae in ſuauitate ac iucunditate; cuius ſuauitatis, communis ambarum, quaedam ipſarum manet in luſione, ac iocis: altera vero in omnibus rebus, quae geruntur in vita a mortalibus. His expoſitis, narrat officium ſuum eſſe de his praecipere aliquid, non tam quia hae mediocritates valde obſcurae ſunt, inuruntque turpem notam ijs, qui in ipſis lapſi fuerint, ſed vt magis perſpiciatur, omnibus in rebus mediocritatem laudem habere: extrema autẽ neque recta eſſe, neque laudari poſſe, quin potius quae vituperentur digna eſſe. Addit etiam, quod vſu venire in non nullis eorum, quae iam expoluit, monſtrauit, idem quoque

contin-

contingere in his tribus mediocritatibus, vt plures horum habituum ſint ſine nomine. Quare pollicetur, ſe huic incommodo, quod adſerri poteſt, remedium adhibiturum; quod nun attingeret: audax enim factum eſt, nouare nomina, niſi magnae vtilitates inde caperentur, illae autem quae ſint, commemorat: quod ita magis aperta erit, perſpicuaq; haec praeceptio, & ij, qui legunt, auſcultantque, facilius omnia conſequentur.

Περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς, ὁ μὲν μέσος, ἀληθής τις, καὶ ἡ μεσότης, ἀλήθεια λεγέσθω: ἡ δὲ προσποίησις, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον, ἀλαζονεία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν, ἀλαζὼν: ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον, εἰρωνεία. καὶ εἴρων.

Circa verum igitur, is qui medius eſt, verax quidam erit, & mediocritas, appelletur veritas: ſimulatio autem, quae quidem amplificat, glorioſi hominis vitio notetur, & qui affinis huic culpae eſt, glorioſus vocetur, quae autem extenuat diſſimulatio, & qui ipſa vtitur, diſſimulator.

INITIVM ducit huius nouae, trium mediocritatum explicationis, ab ea, quae verſatur in vero, ſiue tuendo, ſiue migrando; illum igitur, qui medius eſt inter extremos, dicit, verum quendam virum eſſe: vnde apparet conſuetudinem ita nomen hoc non capere, nos fortaſſe veracem diceremus: mediocritas vero ipſa dicatur; docendi ſcilicet cauſa, veritas. Fictio vero inquit, & ſimulatio, quae gemina, duplexque eſt, vt ipſa eſt duum generum, ita duobus nominibus appellatur, quorum, quae auget, amplificatque ſine modo vllo ſua bona, vocatur gloriatio: ἀλαζὼν enim glorioſus eſt, quod nomen nouauit M. Cicero, nec tamen me fallit, eum aliter ipſum capere; qui huius ingenij eſt ἀλαζόνα dicit appellari Ariſtoteles; habitum autem, qui in contrarium peccat, εἰρωνείαν inquit auctor nominari; εἴρωνα que vocari, qui admodum extenuat, conteritque ſua bona.

Περὶ δὲ τὸ ἡδὺ, τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ: ὁ μὲν μέσος, εὐτράπελος, καὶ ἡ διάθεσις εὐτραπελία: ἡ δὲ ὑπερβολὴ, βωμολοχία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν, βωμολόχος: ὁ δ' ἐλλείπων, ἀγροικός τις, καὶ ἡ ἕξις, ἀγροικία.

Circa iucundum autem, quod manet in luſione, iociſq;, medius appelletur facetus: & affectus, ſtudium iocandi; exuperantia autem ſcurrilitas, & qui ipſi deditus eſt, ſcurra: qui deficit autem, valdeq; alienus inde eſt, agreſtis quidam, & habitus, ruſticitas.

DIVIDIT primum iucundum, ideſt ſuauitatem: cuius iucundi, & quod parit voluptatem, partem quandam eſſe vult in verbis ac ſermone: alteram autem in reliqua vita: illius iucunditatis, quae manet in iocando, & dicta dicendo, qui medium tenet, dicit appellari εὐτράπελον, ideſt iocoſum, & facetū; habitum autem εὐτραπελίαν, exuperantiam vero in iocando, ſcurrilitatem, & qui incumbit in ipſam, ſcurram: is vero, qui abhorret ab hac erit inquit agreſtis quidam: habitus, ruſticitas.

Περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ, τὸ ἐν τῷ βίῳ, ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὤν, φίλος, καὶ ἡ μεσότης, φιλία: ὁ δ' ὑπερβάλλων, ὁ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος: ὁ δ' ὠφελείας τῆς αὑτοῦ, κόλαξ: ὁ δ' ἐλλείπων καὶ ἐν πᾶσιν ἀηδὴς, δύσερίς τις, καὶ δύσκολος.

Circa iucundum autem quod reſtat, quodq; in degēda vita manet, ille quidem, qui, vt decet, iucundus eſt, amicus ſit, & mediocritas, amicitia: ille autem, qui ſuperat modum, ſi quidem nullius rei cauſa, placendi cupidus appelletur, ſi vero emolumenti ſui cauſa, aſſentator: qui autem deficit, & in omnibus ſuis factis, dictiſq; iniucundus eſt, is concertandi cupidus, & difficilis in congreſſibus dicatur.

EXPONIT

Exponit breuiter alteram partem iucunditatis, quae, vt repetit, in vna viuendo, familiaritateque manet, in qua, qui iucundus eſt, vt decet, ideſt qui gignit voluptatẽ ijs, cum quibus viuit, amicus eſt, mediocritasque in hac te appellatur amicitia; qui ſuperat modum in hoc (& hos enim quoque diuidit) ſi nullum ſuum ob fructum hoc facit ἄρεσκος erit, ideſt cupidus placendi alijs dicetur. Egregie autem deſcripſit huiuſcemodi ingenium Simo Terentianus in filio laudando, cum dixit. Facile omnes perferre ac pati, cum quibus erat eumque vna: ijs ſeſe dedere, Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini. Si vero ob aliquam ſuam vtilitatem, aſſentator vocabitur; qui vero alienus ab hoc eſt, vel potius libenter aduerſatur, appellabitur altercandi cupidus, & moroſus, moleſtusque.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη, μεσότητες: ἡ γὰρ αἰδὼς, ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ αἰδήμων. καὶ γὰρ ἐν τούτοις, ὁ μὲν λέγεται μέσος: ὁ δ' ὑπερβάλλων, ὡς ὁ καταπλὴξ, ὁ πάντα αἰδούμενος: ὁ δ' ἐλλείπων, ἢ ὁ μηδὲ ὅλως, ἀναίσχυντος: ὁ δὲ μέσος, αἰδήμων.

Sunt autem in perturbationibus quoque, & in ijs, quae ad motus hos animi turbidos pertinent, mediocritates: pudor enim non eſt ille quidem virtus, laudatur autem etiam, qui pudorem ſeruat: in his enim vnus horum dicitur medius: alter autem ſuperat modum, vt qui dictus eſt ſtuporis plenus, is qui cuncta verecundatur: qui autem deficit, ſiue potius quem penitus nihil pudet, inuerecundus: medius autem, verecundus.

Extare quoque dicit in motibus animorum, quos affectus etiam vocant: &, vt in ipſis permotionibus, ita quoque in his, quae complectuntur ipſas, excitantque, mediocritates; duas autem appellat; quarum prior eſt verecundia, ſiue pudor: altera autem νέμεσις vocata a Graecis; quod nomen tranſijt in ſermonem Latinum. De verecundia autem primum diſſerit, quam dicit non eſſe ſane virtutem; & ſi qui ſeruat ipſam, verecundumque ſe praebet, laudatur, in his autem inueniri tradit tria illa, quae in virtutibus, vitijsque ipſarum exiſtunt; cum in his ſit quidam medius; ſintque etiam extrema, quorum extremorum qui longè ſuperat modum, vocatur inquit καταπλὴξ ideſt ſtupidus, ſiue attonitus, qui ſcilicet cuncta veretur: quem autem minus, quam oportet, vel quem penitus nihil pudet, inuerecundus, medius autem verecundus vocatur.

Νέμεσις δὲ, μεσότης φθόνου, καὶ ἐπιχαιρεκακίας. εἰσὶ δὲ περὶ λύπην, καὶ ἡδονὴν, τὰς ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τοῖς πέλας γινομένας: ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς, λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν. ὁ δὲ φθονερὸς, ὑπερβάλλων τοῦτον, ἐπὶ πᾶσι λυπεῖται, ὁ δ' ἐπιχαιρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι, ὥστε καὶ χαίρειν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, καὶ ἄλλοθι καιρὸς ἔσται.

Indignatio autem, mediocritas quaedam eſt inter inuidiam, & maleuolentiam: verſantur autem circa aegritudinem, & voluptatem, quas capimus ob ea quae euenerunt notis nobis, ac familiaribus: qui enim ad indignandum procliuis eſt, angitur, cum videt aliquos contra dignitatem ſecundas res nactos; inuidus autem hunc ſuperans, angitur rebus omnium bonis: maleuolus autem tantum abeſt a ſentiendo dolore ob aliena incommoda, vt etiam gaudeat. Sed de his quidem alibi quoque tempus erit differendi.

Hic alter animi motus eſt, de quo praecipit, vocatus aliquando a Latinis indignatio, ac fortaſſe ſtomachus: ipſum igitur inquit eſſe mediocritatem inter inuidiam, & illam, quae capitur ex malis, incommodisque alienis. Oſtendit autem accurate, quibus in rebus maneant hi affectus, & quod ſit tamquam domicilium ipſorum; circa igitur dolorem ac voluptatem verſari dicit hunc affectum, quae contrariae inter ſe, permotiones excitantur ob ea,

quae

quae contingunt notis perſonis, & aliquo modo propinquis: qui enim inquit propenſus eſt in ſtomachum, indignationemq;, angitur, cum aſpicit hominem indignum illis bonis, habere res ſecundas: inuidus autem, pronuſq; in hunc affectum, ſuperans hunc, dolet, cum videt quempiam, quicunque ille ſit, ſiue dignus ipſis, ſiue indignus, habere rerum ſuarum veqtos valde ſecũdos. Monſtrat autem, his declaratis, illnm, quem vocat ἐπιχαιρέκακον adeo remotum eſſe, alienumq; à dolore ſuſcipiendo, vt laetetur alienis incommodis, ac grauibus malis: verum ait, alibi tempus erir de his diſputandi. Vedetur autem ſignificare libros, quos ſcripſir de artificio dicendi, in quorum ſecundi prima parte exquiſitè, copioſeq; diſſerit de perturbationibus.

Περὶ δὲ δικαιοσύνης, ἐπεὶ οὐχ ἁπλῶς λέγεται, μετὰ ταῦτα διελόμενοι, περὶ ἑκατέρας ἐροῦμεν, πῶς μεσότητές εἰσιν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν.

De iuſtitia autem, quia non ſimpliciter dicitur; poſt haec, diuiſione facta, de vtraque dicemus, quo pacto mediocritates ſunt; ſimiliter autem, & de virtutibus, quae rationis ſunt.

Cvm in virtutibus nominandis, breuiterq; deſcribendis, non appellauerit iuſtitiam, praeſtantiſſimam omnium virtutum; nunc rationem ſui conſilij reddit: oſtenditq; ſe non ſine cauſa hoc fecilſe: cum enim non vno modo dicatur iuſtitia, duoq; genera ipſius ſint, locus hic non erat, ipſi accuratè explicandae; pollicetur autem poſtea ſe, ipſa diligenter diuiſa, ambo eius genera traditurum, declaraturumq;, quo pacto illae mediocritates ſint: ſimiliterq; teſtatur, ſe expoſiturum, eſſe alterum virtutum genus, quae rationis ſunt; indeq; vocatae διανοητικαί.

Τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν κακιῶν, τῆς μὲν, καθ᾽ ὑπερβολήν, τῆς δὲ, κατ᾽ ἔλλειψιν: μιᾶς δὲ ἀρετῆς, τῆς μὲν μεσότητος, πᾶσαι πάσαις ἀντίκεινταί πως: αἱ μὲν γὰρ ἄκραι, καὶ τῇ μέσῃ, καὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι εἰσίν: ἡ δὲ μέση, ταῖς ἄκραις.

Cum ſint autem diſpoſitiones tres, quarum duo ſunt vitia: vna quidem propter exuperantiam, altera propter paucitatem, vna autem virtus, quae mediocritas eſt, cunctae cunctis quodammodo aduerſantur: extremae namque, & mediae, & ſibi ipſis oppoſitae ſunt, media autem, extremis.

Cvm, tanquam in tabula, breuiter deſcripſiſſet vna excepta, omnes morum virtutes, itaq; ante oculos nobis ipſas poſuiſſet, collocaſſetq; virtutes in medio duorum extremorum, quae extrema ambo vitia in ſe continent; nunc docet, quomodo cuncti hi habitus inter ſe pugnant, nam omnes, etſi non vno eodemq; pacto, aliquo tamen modo oppoſiti ſnnt inter ſe, vt docet: dicit enim extremos habitus aduerſari ſibi ipſis, & praeterea habitui medio, mediumq; extremis itidem repugnare.

Ὥσπερ γὰρ τὸ ἴσον, πρὸς μὲν τὸ ἔλαττον μεῖζον. πρὸς δὲ τὸ μεῖζον, ἔλαττον, οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις, ὑπερβάλλουσι. πρὸς δὲ τὰς ὑπερβολὰς, ἐλλείπουσιν, ἔν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ταῖς πράξεσιν. ὁ γὰρ ἀνδρεῖος, πρὸς μὲν τὸν δειλὸν, θρασὺς φαίνεται: πρὸς δὲ τὸν θρασὺν, δειλός: ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων: πρὸς μὲν τὸν ἀναίσθητον, ἀκόλαστος: πρὸς δὲ τὸν ἀκόλαστον, ἀναίσθητος. ὁ δ᾽ ἐλευθέριος, πρὸς μὲν τὸν ἀνελεύθερον, ἄσωτος: πρὸς δὲ τὸν ἄσωτον, ἀνελεύθερος.

Quemadmodum enim aequale, ſi conferatur cum minore, maius eſt; cum maiore autem, minus: ſic medij habitus collati cum ijs, qui in paucitate peccant, ſuperant modum: cum ijs autem, qui exuperant, paucitate laborant, atque in perturbationibus, & actionibus: fortis enim collatus cum formidoloſo, audax

audax videtur: cum audace vero, formidoloſus: ſimiliter autem & temperans collatus cum eo, qui ſenſu caret, intemperans: cum intemperante autem, ſenſu carens: liberalis vero, cum illiberali collatus, prodigus: cum prodigo autem, illiberalis.

Cvm habitum medium dixiſſet aduerſari habitibus extremis, & tanquam mutare naturam cum ipſis, timeretq; ne hoc perturbaret aliquos, ſimili rem aperire, atque illuſtrare voluit. Idem igitur in aequali vſu venire docet: quod enim aequale eſt, ſitum inter duo, quorum vnum minus eſt: alterum maius; & ipſum aliquo modo variatur, ſi confertur cum inferiore, & ſuperiore: collatum enim cum minore, fit maius, cum maiore vero, minus. Eodem igitur pacto inquit, medij habitus, ſi conferantur cum ijs, qui minus faciunt, quàm oportet, tamquam exeunt de ſede ſua, perueniuntque ad ſuperiorem: collati vero cum ſuperiore tamquam minuuntur, putanturque minus earum rerum ſumere: quod, vt in permotionibus, ita etiam in actionibus contingere affirmat. Non contentus autem ſimili hoc illuſtraſſe, ac prorſus verum eſſe docuiſſe, exemplis etiam virtutum hoc patefacere voluit: tria autem poſuit, fortitudinis, temperantiae, liberalitatis: fortis enim inquit, qni mediam ſedem tenet, ſi conferatur cum timido, qui inferior eſt, putabitur eſſe audax; qui ſuperiorem, vitioque affinem occupauit: eodem pacto addit, temperans cum eo collatus, qui ſpeciem habet ſenſu carentis, exiſtimabitur eſſe intemperans, cum altero vero, qui intemperans eſt, ſine ſenſu. Tertium exemplum a liberalitate acceptum eſt, quod & ipſum ſatis apertum eſt, remque ponit ante oculos.

Διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸ μέσον οἱ ἄκροι ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον, καὶ καλοῦσι τὸν ἀνδρεῖον: ὁ μὲν δειλὸς, θρασύν: ὁ δὲ θρασὺς, δειλὸν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἀνάλογον.

Quare detrudunt medium extremi, alter ad alterum & vocant fortem: formidoloſus quidem, audacem: audax autem, formidoloſum: atque in alijs etiam idem contingit, proportione.

Hoc eſt corollarium, quod elicitur e ſuperiore diſputatione, tamquam enim cernitur ſtudium vtriuſque extremi, exturbantis medium ſua ſede, trudentisque ipſum in alteram: hoc ipſum enim plane fit, cum timidus fortem appellat, audacem; ſiue audax eundem, timidum. Idem autem quod in hoc, in ceteris contingere dicit: primum autem hoc fuerat trium illorum exemplorum; ſed praeter ipſa, idem etiam in ceteris fit. Apto autem valde eſt vſus Ariſtoteles verbo ad ſtudium, conatumque extremorum oſtendendum, quo, deiectum è ſuo loco, compellunt medium in alienam ſedem; nam quin μεταφορικῶς id vſurpatum ab eo ſit, dubitari non poteſt: neque enim vtuntur in eo aut manibus, aut viribus corporis. Homerus etiam eodem pacto ipſo vſus eſt, cum cecinit ὤσασθαι κακὰ νηῶν: Loquitur enim de Graecis, qui omnibus viribus conabantur defendere claſſem ab incendio, cum Troiani faces, ignemque in ipſorum naues iacerent. neque enim incommoda tangi poſſunt, & alicunde eijci.

Οὕτω δ' ἀντικειμένων ἀλλήλοις τούτων, πλείστη ἐναντιότης ἐστὶ τοῖς ἄκροις πρὸς ἄλληλα, ἢ πρὸς τὸ μέσον: πορρωτέρω γὰρ ταῦτα ἀφέστηκεν ἀλλήλων, ἢ τοῦ μέσου: ὥσπερ τὸ μέγα, τοῦ μικροῦ: καὶ τὸ μικρὸν, τοῦ μεγάλου, ἢ ἄμφω τοῦ ἴσου.

Cum haec autem ita aduerſentur ſibi ipſis, plurima oppoſitio eſt extremis inter ſe, quam cum medio: longiore namque ſpatio haec diſtant a ſemet ipſis, quàm a medio: veluti magnum a paruo, & paruum a magno, quàm ambo ab aequali.

Cvm oſtendiſſet tres hos habitus oppoſitos eſſe inter ſe, nunc tradit, qui ipſorum magis aduerſentur ſibi ipſis, docetque huiuſcemodi eſſe in extremis ſedibus poſitos, cum ſibi ipſis magis oppoſiti ſint, quam medio, vt declarat ſpatium ipſum loci: maiore enim interuallo diſtant,

ſtant, vt apparet, affirmatq; ipſe a ſemetipſis, q̃ a medio; eadem ratione, qua magnum a paruo magis ſeiunctum eſt, & paruum a magno, q̃ ambo ab aequali: ἴσον autem, aequaleque videtur cepiſſe pro eo, quod par eſt, neque ſuperat, neque ſuperatur. Vt autem perſpicitur, vſus eſt hic auctor nomine tertiae collationis, pro nomine ſecũdae, vt erat conſuetudo Attici ſermonis: πλεῖστον enim inquit pro πλεῖον: quod etiã adnotarunt veteres grammatici Graeci.

Ἔτι πρὸς μὲν τὸ μέσον ἐνίοις ἄκροις, ὁμοιότης τις φαίνεται, ὡς τῇ θρασύτητι πρὸς τὴν ἀνδρείαν, καὶ τῇ ἀσωτίᾳ, πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα: τοῖς δὲ ἄκροις πρὸς ἄλληλα πλείστη ἀνομοιότης. τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων, ἐναντία ὁρίζονται. ὥστε καὶ μᾶλλον ἐναντία, τὰ πλεῖον ἀπέχοντα.

Amplius quibuſdam extremis ſimilitudo quaedam eſſe perſpicitur, ſi referatur ad medium, vt audaciae ad fortitudinem, & prodigalitati ad liberalitatẽ: extremis autẽ inter ſe plurima diſsimilitudo: quae autem plurimum inter ſe diſtant, definiunt eſſe contraria: quapropter magis contraria, quae plus diſtant.

ALIVD hoc argumentum eſt, quo idem conſtituit, inquit enim. Praeterea ſunt quidam extremi habitus, in quibus viſitur ſimilitudo quaedam cum medio habitu, quod ſtatim exemplis confirmat: inquit enim veluti in audacia cum fortitudine: ambobus enim conuenit in hoc; quod obijciunt caput maximis periculis; itidemque in prodigalitate cum liberalitate. Adiungit autem, quod requirebatur ad concludendum; quae plurimum inter ſe diſtant, ea contraria eſſe, quae definitio erat rerum contrariarum; quare ſequitur, vt magis contraria ſint, quae plurimum inter ſe diſtant.

Πρὸς δὲ τὸ μέσον ἀντίκειται, ἐφ' ὧν μὲν, μᾶλλον ἡ ἔλλειψις: ἐφ' ὧν δὲ, ἡ ὑπερβολή. οἷον ἀνδρείᾳ μὲν, οὐχ ἡ θρασύτης, ὑπερβολὴ οὖσα: ἀλλ' ἡ δειλία, ἔλλειψις οὖσα. τῇ δὲ σωφροσύνῃ, οὐχ ἡ ἀναισθησία, ἔνδεια οὖσα, ἀλλ' ἡ ἀκολασία, ὑπερβολὴ οὖσα.

Medio autem aduerſatur, in quibuſdam quidem magis paucitas, in quibuſdam autem exuperantia: ceu fortitudini quidem aduerſatur, non audacia, quae exuperantia eſt, ſed timiditas, quae paucitas eſt temperantiae autem non vacuitas ſenſus, quae penuria, paucitasq́ eſt, ſed intemperantia, quae eſt exuperantia.

ETSI ambo extremi oppoſiti ſunt medio, non tamen illi aduerſantur, repugnantq;, vt nunc docet, vno & eodem pacto: nunc enim & in hac materia, qui parum ipſius ſumit, oppoſitus eſt medio, nunc vero, qui amat, ſectaturque id, vt exemplis declarat; ceu inquit, fortitudini non audacia, quae exuperantia eſt, opponitur, ſed timiditas, quae paucitas eſt, ac penuria illius rei: temperantiae autem contra, non ſtupor, vacuitasque a ſenſu, quae paucitas eſt, ſed intemperantia, quae eſt exuperantia, opponitur magis.

Διὰ δύο δ' αἰτίας τοῦτο συμβαίνει, μίαν μὲν, τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος: τῷ γὰρ ἐγγύτερον εἶναι, καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον, οἷον ἐπεὶ ὁμοιότερον εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ θρασύτης, καὶ ἐγγύτερον: ἀνομοιότερον δὲ ἡ δειλία, ταύτην μᾶλλον ἀντιτίθεμεν: τὰ γὰρ ἀπέχοντα πλεῖον τοῦ μέσου ἐναντιώτερα δοκεῖ εἶναι. μία μὲν οὖν αἰτία αὕτη ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος.

Ob duas autem cauſas hoc vſu venit, vnã quidem, quae manat ex ipſa re: qui enim propinquius eſt, & magis ſimile alterum extremorum medio, non hoc, ſed contrarium opponimus, ceu quia magis ſimile videtur eſſe fortitudini audacia, & propinquius: minus autem ſimile, timiditas: ideo magis hanc opponimus: quae namque plus diſtant a medio, magis contraria videntur eſſe: vna igitur cauſa haec eſt, quae manat ab ipſa re.

NON vna autem de cauſa hoc fieri, ſed duabus dicit, duplicemque habere originem hanc

varietatem narrat : quarum cauſarum vna proficiſcitur a natura rei : altera ab ingenio noſtro, ac natura: prius autem exponit eam, quae manet in re ipſa; illa autem eſt : quia enim vt inquit, magis propinquum eſt, magisque ſimile, alterum extremorum medio, hoc quia tale eſt, non ipſum opponimus medio, ſed potius alterum, quod magis remotum, diſſimileque eſt. Exemplis autem totum declarat: veluti enim ait, quia magis ſimilis eſſe videtur audacia fortitudini, & magis ipſi propinqua: contra autem timiditas magis diſſimilis, hanc potius opponimus: aduerſariq; ipſi magis arbitramur, ſecuti normam hanc: quae namque plus diſtant, maioreque interuallo a ſemetipſis ſeiuncta ſunt, magis contraria videntur eſſe: audacia, quae cunctis periculis ſine vllo diſcrimine caput obijcit: incurritq; in ipſa temere, magis propinqua putatur eſſe fortitudini. quae ipſa quoque non declinat magna pericula, cum ratio poſcit; timiditas, quae longè abeſt ab his factis, etſi alia parte conuenit ei cum fortitudine, magis remota ab ipſa creditur, repetit, quod initio poſuit, in extremo, atque iiſdem verbis id exponit.

Ἑτέρα δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν: πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται. οἷον, αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς. διὸ εὐκατάφοροι ἐσμὲν πρὸς ἀκολασίαν, ἢ πρὸς κοσμιότητα. ταῦτ' οὖν μᾶλλον ἐναντία λέγομεν, πρὸς ἃ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίνεται. καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀκολασία, ὑπερβολὴ οὖσα, ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ σωφροσύνῃ.

Altera autem a nobis ipſis : illa enim, ad quae ipſi magis natura ſumus aliquo modo proni, haec magis contraria medio perſpiciuntur: ceu, ipſi natura magis proni ſumus ad voluptates : quare magis delabimur ad intemperantiam, quàm ad caſtitatem: haec igitur magis contraria dicimus, ad quae magis acceſsio fit: atque hanc ob cauſam intemperantia, quae eſt exuperantia, magis contraria eſt temperantiae.

ALTERAM cauſam, quae inquam oritur à nobiſmetipſis, eſſe dicit hanc: ad quae enim magis facti, propenſique natura ſumus, haec magis aduerſa, inimicaque medio videntur eſſe: hoc autem, quia aegre poſſumus nobis ab ipſis, ad quae procliues natura ſumus, temperare. Ipſe ficto exéplo hoc probat: veluti enim inquit, ipſi magis natura facti ſumus ad corporis voluptates, quare ſumus proni ad Venerem; faciliusq; delabimur ad intemperantiam, quam ad caſtitatem. Haec igitur inquit, magis contraria dicimus, ad quae acceſſio, auctioq; magis fit; ideſt ſi vellemus eſſe caſti, incumberemusq; in hanc laudem, non tam facile proficeremus in ipſa; quia hoc repugnat naturae hominis, quàm ſi prauum ſtudiũ nos impelleret ad augendam libidinem, viresq; ipſi addendas. Auctor concludẽs ad extremum inquit, Atque hanc ob cauſam intemperantia, quae eſt exuperantia, magis eſt aduerſa temperantiae, quàm vacuitas ſenſus, & tamquam ſtupor. Neceſſe autem hic habuit Ariſtoteles probare, quod dixerat verum eſſe : ideſt nos magis procliues eſſe ad intemperantiam, quàm ad vacuitatem ſenſus: neque enim, non ſumptis alijs habitibus, qui magis cogniti, conceſſiq; forent, id demonſtrari poterat: ſi namque in ijs manſiſſet, vitioſum argumentandi genus extitiſſet: quare inquit, quod planum erat, nos magis natura factos eſſe ad voluptatem capiendam, quàm ad modeſtiam, caſtitatemq; amplexandam; vnde perſpicitur, nos magis pronos eſſe ad intemperantiam, quam parit copia voluptatum, quam ad fugam ipſius, eijciendamq; penitus ipſam e corporibus noſtris, quod valet ἀναισθησία. Id quod, quemadmodum hic facit, ita etiam in primo libro ἠθικῶν μεγάλων ſeruauit, vbi eoſdem hos locos ſignificat, intelligendi vtrum duorum extremorum, magis cõtrarium ſit inimicumq; medio, atque id non ſolum iiſdem documentis: dixit enim illic quoque, οἷον πεφύκαμεν μᾶλλον ἀκόλαστοι, ἢ κόσμιοι εἶναι; & infra iterum. ἐπιδιδόαμεν δὲ πρὸς ἀκολασίαν μᾶλλον, ἢ κοσμιότητα. Nam valde aptum, & accommodatum eſſe hoc quoque ad eandem virtutem, honeſtatemque oſtendendam teſtatur aliquo modo Lyſias, purus Graeci ſermonis auctor, & quaſi regula quaedam ipſius, qui ait in oratione qua defendit eum, qui Eratoſthenem adulterum deprehenſum cum vxore interfecerat: ait enim, iniuriam illius ſcelusq; arguens, καὶ μᾶλλον οἱ ἄλλοι τοιαῦτα ἁμαρτήματα ἐξαμαρτάνειν, ἢ νόμοις πείθεσθαι, καὶ κοσμίους εἶναι.

Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς, καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν, τῆς μὲν, καθ' ὑπερβολὴν: τῆς δὲ, κατ' ἔλλειψιν, καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ, διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι, τοῦ ἐν τοῖς πάθεσι, καὶ ταῖς πράξεσιν, ἱκανῶς εἴρηται.

Eſſe igitur virtutem moralem mediocritatem, & quomodo talem: eſſeq́ mediocritatem duorum vitiorum, vnius conſtati ob exuperantiam: alterius ob paucitatem: eſtq́ ipſam huiuſcemodi, quia coniectatrix eſt medij, ac medij eius, quod exiſtit in perturbationibus, atque actionibus, ſatis traditum eſt.

COMMEMORAT, ſe praeſtitiſſe & ad exitum perduxiſſe, quae volebat: ratioque huius diſciplinae poſcebat: incipit nunc autem a virtute, non omni, ſed quae morum eſt, genereque eius monſtrando: Virtutem igitur inquit, intelligo moralem, mediocritatem eſſe, & quomodo mediocritas ſit: eſſeq; ipſam mediocritatem interiectam inter duo vitia, quorum duorum vitiorum vnum manet in exuperantia: alterum vero in paucitate, & praeterea talem ipſam eſſe quia coniectatrix eſt medij illius, quod exiſtit in permotionibus, actionibusque noſtris. Haec inquam omnia tradita ſunt, & expoſita.

Διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι· ἐν ἑκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν, ἔργον. οἷον κύκλου τὸ μέσον, οὐ παντὸς, ἀλλὰ τοῦ εἰδότος. οὕτω δὲ, καὶ τὸ μὲν ὀργισθῆναι, παντὸς· καὶ ῥᾴδιον, καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον, καὶ δαπανῆσαι. τὸ δὲ ᾧ, καὶ ὅσον, καὶ ὅτε, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὥς, οὐκ ἔτι παντὸς· οὐδὲ ῥᾴδιον. ὅπερ ἐστὶ τὸ εὖ, καὶ σπάνιον, καὶ ἐπαινετὸν, καὶ καλόν.

Quapropter arduum eſt, ſtudioſum virum eſſe: arduum enim eſt in vnaquaq; re medium capeſſere: ceu circuli medium nanciſci non eſt cuiuſlibet, ſed eius qui didicerit, eodem pacto & iraſci, mortalis omnis ac facile, & pecuniam dare, ac ſumptus facere, cui autem oportet, & quantum, & quando, & cuius gratia, & quomodo non eſt omniu mortalis, neque facile: id quod eſt recte facere & rarum, & laude dignum, & honeſtum.

HOC eſt corollarium: cum enim oſtenderit virtutem eſſe mediocritatem: ſciat autem quàm arduum ſit conſiſtere in medio, quod tamē teſtatur, notumq; omnibus eſſe vult, hanc cauſam eſſe putat tantae difficultatis, inquit igitur. Quapropter difficile eſt mortalem aliquem ſtudioſum eſſe, perfectumq; in qualibet re, cum ſingulis in rebus, artibusq; medium adipiſci arduum ſit, atque operoſum. Exemplo autem vnius rei, valde accommodatae ad rem illuſtrandam, hoc probat, ideſt circuli, cuius medium, quod centrum vocant, inuenire difficile eſt omni homini, qui nō didicerit ſcientiam illam, ideſt geometriam: idem autem vſu venire affirmat in his rebus, quas habemus in manibus: ideſt in motibus animorum, & humanis actionibus, quod probat exemplo & irae, & largitatis. Eodem igitur pacto inquit iraſci cuiuſuis hominis eſt, & non ſolum magno ingenio, & iudicio praediti: nulliusq; negotij, itidem pecuniam dare, ſumptusq; facere, facile eſt; cui autem decet pecuniam praebere, & quantam decet, & quo tempore, & ob quem finem, & modo, quo decet, non eſt cuiuslibet, neq; facile; quibus in rebus manet laus, & commendatio omnis: quare inquit, recte quidquid id ſit cōficere, & abſolnere, & rarum eſt, & laudabile, & honeſtum. Vt autem, munus, quod ſit liberalis hominis oſtendere volēs, & quod in ea re non planum, inquit δοῦναι ἀργύριον, ita etiam Plautus in Pſeudolo locutus eſt: „Hunc videbo non dare argentum tibi.

Διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου, πρῶτον μὲν ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου, καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὼ παραινεῖ. „τοῦ μὲν καπνοῦ, καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα: τῶν γὰρ ἄκρων τὸ μὲν, ἐστὶν ἁμαρτωλότερον: τὸ δὲ, ἧττον.

Quapropter oportet eum, qui ſtudet adipiſci medium, primum quidē remouere ſe ab eo, quod magis contrarium eſt, veluti Calypſo quoque admonebat. „extra „fumum, & vmbram ſeiunge nauem: extremorum enim vnum quidem magis eſt praeceps ad culpam, alterum vero, minus.

CVM docuerit, nobis dandam operam eſſe, vt medium, in his rebus conſequamur; atque li-

lic conſiſtamus, admonet nunc quid facere nos oporteat, vt hoc obtineamus: dicitq; ille debere eum, qui hoc ſibi propoſuit, ſtudetque nanciſci medium, primum quidem abire, ſeiungereque ſe ab illo extremo, quod magis medio repugnat, aduerſaturque; id quod etiam commemorat Calypſonem Hometicam ſuaſiſſe Vlyſſi: cum enim per medium duorum, valde periculoſorum ſcopulorum naui traiecturus eſſet, ideſt Scyllam, atque Charybdin; iuſſit illum curſum tenere extra fumum & fluctum, vitareque rupem, in qua ſaeuius illud monſtrum inſideret: indeque impetum faceret in praeteruehentes, ac naues abſorberet. Non vnum autem hoc loco animaduertendum eſt; ſed plura: primum memoriae peccatum eſſe auctoris: neque enim Calypſo fuit, quae Vlyſſem erudiuit, & quomodo declinare cum ſocijs malum illud poſſet, docuit, ſed Circe: deinde neque Circe ipſa, haec verba apud poetam edidit, ſed Vlyſſes, exhortans remiges, vt magno animo eſſent, ſperarentque ſe ſaluos & incolumes inde euaſuros, vt conſilium ipſius ſecuti, e grauioribus malis exierant: Nam quod interpres Graecus ait; haec Homeri verba eſſe. admonentis Vlyſſem, & falſum & ineptum eſt; Quanta autem apud nos auctoritas eius eſſe debeat, hinc intelligere licet; quòd rem apertam ignorauit, & quae fallere non poterat, ſi ſcire curaſſet; ſed ille etiam peccauit in eo, quod putauit per fumum & fluctum accipiendos eſſe ambus ſcopulos, cum eorum tantum alter intelligendus ſit, qui magis periculoſus foret: hoc enim congruit ſententiae Ariſtotelis, qui praecipit, vt ab extremo illo nobis caueamus, quod faciliùs nos in flagitia & ſcelera abripere poteſt: & a medio, virtuteque dimouere. Vt autem noſter dux & auctor ſapientiae, aptè, atque eleganter vſus eſt hac poetae ſententia; ita Porphyrius Tyrius in primo eorum librorum, quos ſcripſit de non veſcendis animantibus, cum multa expoſuiſſet bona; quae ſecum adfert tenuis victus, dixit etiam ipſum, huc reſpiciens, ἀπὸ καπνοῦ, καὶ κύματος corporis nos liberare.

Ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπόν, κατὰ τὸν δεύτερόν φασι πλοῦν, τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν. τοῦτο δ' ἔσται μάλιστα τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν λέγομεν.

Quia igitur medium adipiſci valde arduum eſt, ſecunda nauigatione vt aiũt, minima malorum ſumenda ſunt: hoc autem continget maxime hoc modo, quem diximus.

In quo potiſſimum nobis laborandum ſit, declarauit, & quod in primis optandum: verum nunc addit, quia medium nanciſci valde difficile eſt, minora de malis nobis ſumenda ſunt, & vt aiunt, ſecunda nauigatione vtendum eſt: quod impetrabimus, vt ſignificat, ſi viam, quam monſtrauit, ſecuti fuerimus. Peruulgatum autem prouerbium eſt, δεύτερος πλοῦς quod expreſſit Horatius, cum cecinit: Nunc retrorſum Vela dare, atque iterare curſus Cogor relictos: ipſum etiam vſurpauit Plato in Phaedone.

Σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν. ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. τοῦτο δ' ἔσται γνώριμον ἐκ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης. τῆς γινομένης περὶ ἡμᾶς. εἰς τοὐναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ: πολὺ γὰρ ἀπαγαγόντες τοῦ ἁμαρτάνειν, εἰς τὸ μέσον ἥξομεν. ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθοῦντες, ποιοῦσι.

Attendere autem oportet, ad quae ipſi quoque magis proni ſumus: alij enim ad alia magis parati natura ſumus: hoc autem cognitum nobis erit e voluptate, & dolore, qui naſcitur in nobis: in contrariam autem partem noſmet ipſos abſtrahere oportet: ſi namque multum nos abduxerimus a via, quae ducit ad peccata, ad medium veniemus, id quod faciunt, qui diſtorta ligna dirigunt.

Oportere etiam nos inquit videre, ad quae natura procliues ſumus, & in quas culpas facile delabimur, quod poſterius eſt duorum illorum, quae nobis dedit, documentorum: neque enim cuncti mortales iiſdem cupiditatibus tenentur; ſtatimque a teneris annis propenſi ſunt ad alia ſtudia, quod, quia fallere aliquos poſſet, docet quomodo id cognoſcendũ ſit: iudiciaque ſatis certa monſtrat huius rei: illa autem ſunt, voluptas, & dolor; quae comitantur his factis: ne igitur delabamur paulatim in maiores culpas, operam nobis dandam

eſſe

eſſe inquit, vt noſmetipſos inde abſtrahamus, conuertamusq; ad alia ſtudia: penitusq; diuerſa, quamuis etiam ipſa vitijs affinia ſint, quam rationem ſi ſecuti erimus, inquit, abducerimusque nos a peccando, ad medium, domiciliumque virtutis veniemus. Simili etiam praeceptum hoc ſuum illuſtrare voluit: veritatemq; ipſius oſtendere, quod ante oculos poſitum eſt, frequentaturq; magno conſenſu hominum: qui enim inquit, ligna quaepiam tortuoſa, perticasque dirigere volunt, idem faciunt, flectuntque in contrariam partem.

Ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ καὶ τὴν ἡδονήν. οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν, ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν: καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν: οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι, ἧττον ἁμαρτησόμεθα.

In omni autem facto maxime cauere oportet, quod iucundum eſt, & voluptatem ipſam: non enim integri exiſtimamus de ipſa. Quomodo igitur proceres illi affecti erant erga Elenam: ita quoque opus eſt nos animatos eſſe erga voluptatem: omnibusq́ temporibus ac factis illorum vocem adiungere: ita enim a nobis ipſam dimittentes, minus peccabimus.

Praecipit nobis, & hoc, quod in vita puriter degenda, omni tempore magni momenti eſt, vt in primis caueamus omnem rem valde corpori iucundam, ac voluptatem denique ipſam, etſi non omnis voluptas detrimentoſa eſt, pareteque nobis poteſt magna incommoda, vt qui diſtinguere malum a bono poſſet, non iuuaretur ſine periculo, ſed quia hoc facere admodum difficile eſt, cuius rei cauſam affert. Non enim inquit exiſtimare de ipſa poſſumus integri, atque incorrupti: a teneris enim annis illa irrepit in ſenſus noſtros; dulcedineque ſua nos deprauat, non aliter atque pecunia, ac dona accepta iudices in foro non ſinunt recte cauſas iudicare: hoc enim ſignificare voluit auctor verbo illo ἀδέκαστοι. Iubet igitur nos ſequi conſilium ſenum illorum prudentium: principumque ciuitatis, quos Priamus prope ſe habebat, cum, gratum facere, placereque Helenae volens, vna cum ipſa aſcendit in muros Ilij: laudata enim illi forma Helenae, ſpecieque corporis ipſius in caelum lata, pronuntiarunt tamen illam eſſe dimittendam, ne ſibi, liberisque ſuis noceat: Eodem igitur pacto nos a nobis dimittentes voluptatem, & ſuis ſe finibus cam tenere iubentes, minus peccabimus. Quod ad voluptatem facit, quam clamat auctor nobis in primis reformidandam, idem de ipſa exiſtimaſſe Archytam illum Tarentinum, doctum, & probum virum, notum eſt: litteris enim id mandauit M. Cicero in libello de ſenectute: dicere enim illum ſolitum, narrat; Nullam capitaliorem peſtem, quàm voluptatem corporis, hominibus a natura datam: pergitque enumerate mala, quae inde naſcerentur.

Ταῦτ' οὖν ποιοῦντες, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, μάλιστα δυνησόμεθα, τοῦ μέσου τυγχάνειν. χαλεπὸν δ' ἴσως. τοῦτο καὶ μάλιστ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον: οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι πῶς, καὶ τίσι, καὶ ἐπὶ ποίοις, καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον: καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὁτὲ μὲν, τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν, καὶ πρᾴους φαμέν: ὁτὲ δὲ, τοὺς χαλεπαίνοντας, ἀνδρώδεις ἀποκαλοῦμεν.

Haec igitur facientes, vt ſummatim dicam, maxime poterimus medium conſequi. difficile autem fortaſſe hoc & maxime in rebus ſingularibus: neque enim facile eſt definire, ac diſtinguere quomodo, & quibus, & propter quas res & quanto temporis ſpatio iraſcendum eſt: etenim nos quoque aliquando laudamus eos, qui minus in hoc faciunt, & lenes ipſos vocamus: aliquando autem qui grauius commouentur, virili animo praeditos dicimus.

Cvm plures vias, rationesque monſtraſſet, quae proſunt medio conſequendo, tamquam concludit praeceptionem hanc, quam a ſe ſummatim traditam eſſe ait: dicitque ſi haec documenta cuſtodita fuerint, auxilij multum ipſa ad hoc allatura; futurumque vt medium adipiſcamur: cuius rei difficultatem rurſus praedicat: praeſertim cum ventum eſt ad ſingularia

gularia facta, in quibus hoc potiri magis arduum eſt, id quod ipſe vnius permotionis exem plo declarat: neque enim facile eſt, inquit, definire & ſtatuere, quomodo iraſci oportet, & quibus hominibus, qui viſi fuerint nos deſpicere, & propter quas iniurias: eodemque pacto, quanto tempore iram in pectoribus noſtris tueri debemus. Teſtatur etiam; quod valet ad idem ſignificandum, varietatem noſtri iudicij, ſolemus enim modo laudare eos, qui minus iraſcuntur, quàm videtur contemptus ille noſtri poſtulare, vocamusque hos lenes, ac mites: alio autem tempore, qui valde ſuſcenſent, appellamus viriles: officiumque hoc eſſe honeſtorum virorum affirmamus.

Ἀλλ᾽ ὁ μὲν μικρὸν τοῦ εὖ παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται: οὔτ᾽ ἐπὶ τὸ μᾶλλον, οὔτ᾽ ἐπὶ τὸ ἧττον; ὁ δὲ πλέον: οὗτος γὰρ οὐ λανθάνει.

Verum qui parum diſcedit a ſede, in qua laus poſita eſt, non vituperatur, ſiue verſus magis, ſiue verſus minus, ſed ille qui plus: hic enim non fallit.

Hoc addidit ad nos conſolandos, & in ſtudio medij indagandi retinendos, ne deterriti difficultate, quam praedicauit, ipſius conſequendi, laborem illum fugeremus; ait enim, qui parum diſcedit a vera eâ ſede, in qua laus, commendatioque ſita eſt, non vituperari, ſiue verſus magis pergat, ſiue verſus minus gradum ſiſtat: contra autem, qui plus quàm ferri poteſt, inde ſeiungitur: huiuſcemodi enim omnem fallere nos non poſſe, culpaeque magnae affinem planè perſpici.

Ὁ δὲ μέχρι τίνος, καὶ ἐπὶ πόσον ψεκτὸς, οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀφορίσαι. οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν: τὰ δὲ τοιαῦτα, ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα, καὶ ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. τὸ μὲν ἄρα τοσοῦτον δηλοῖ, ὅτι ἡ μέση ἕξις ἐν πᾶσιν ἐπαινετή. ἀποκλίνειν δὲ δεῖ, ποτὲ μὲν, ἐπὶ τὴν ὑπερβολήν: ὅτε δὲ, ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν: οὕτω γὰρ ῥᾷστα τοῦ μέσου, καὶ τοῦ εὖ, τευξόμεθα.

Qui vero vſque ad quem terminum, & quantum vituperandus ſit, non eſt facile oratione definire, eadem ratione qua neque aliud quippiam eorum, quae ſub ſenſum cadunt: huiuſcemodi autem res ſunt e numero ſingularium: exiſtimatioq; ipſarum eſt poſita in ſenſu. Quod igitur expoſitum eſt tantum declarat, medium habitum omnibus in rebus laude dignum eſſe: declinare autem oportet, aliquando quidem verſus exuperantiam: aliquando autem verſus paucitatem: ita enim facillime conſequemur medium, & quod rectum eſt.

Significat idem in hoc contingere, quod in ſuperiore loco vſu venit: imperiteque, atque iniuſte eum facturum, qui poſtulet terminum ſibi tamquam monſtrari, quo liceat excurrere; itidemque alterum, qui ad medium non perueniat ſine labe: neque enim verbis hoc definiri poſſe; quemadmodum etiam nihil eorum, quae ſenſu percipiuntur: in his enim omnibus rebus, quae ſingulares ſunt, veluti etiam in ſenſilibus, exiſtimatio eſt ſenſuum, non orationis, ac verborum. Quod vero adiungit, huiuſcemodi eſt, operam, quam in hoc poſuimus, vim hanc, & poteſtatem habere: laboremque noſtrum aperire: ac patefacere, medium habitum cunctis in rebus laudem nanciſci; rectumque eſſe aliquando ad nimium, ſuperioremque ſedem declinare: alio autem tempore ad parum, atque inferiorem, pro vt natura rerum earum; ingeniumque noſtrum, quod ſi praeſtiterimus inquit, ita medium, virtutemque adipiſcemur.

PETRI VICTORII COMMENTARII IN III. LIBRVM ARISTOTELIS De moribus ad Nicomachum

CVM in praeterito proximo libro diſſeruerit de virtute generatim, ortumque ipſius oſtenderit, vimque eiuſdem ac poteſtatem, inuolutam abditamque in hoc nomine, aperuerit; nec non ſingulas deſcripſerit, & tamquã in tabula breuiter adumbratas nobis ante oculos poſuerit, in III. hoc accuratius ipſas tradere cogitat, expoſitis prius non nullis, quae requirebat plena & exquiſita rerum cognitio, & ſine quibus obſcura & plena quaeſtionum fuiſſet ipſarum expoſitio: illa autem ſunt praeſtantia actionum, quae a virtute proficiſcuntur. Cum magni igitur momẽti ſit, in factis hominum exiſtimandis, & praemio aut paena compenſandis, noſſe ſponte ne ea geſſerint, ſiue inuiti & coacti; primum de hoc diſputat: huiuſcemodiq; alia exponit, quae plurimum adiuuant exquiſitam harum rerum perceptionem: ita autem orditur principium huius praeclarae, vitaeque noſtrae mirificè vtilis virtutum cognitionis.

ΤΗΣ ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε, καὶ πράξεις οὔσης: καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων, καὶ ψόγων γινομένων: ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμης, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου, τὸ ἑκούσιον, καὶ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι.

CVM virtus igitur circa perturbationes, & actiones verſetur, atque in his, quae ſponte ſuſcipiuntur, laudes, ac vituperationes exiſtant: his autem, quae inuiti homines faciunt, ignoſcatur: interdumq; iiſdem miſericordia comitetur: neceſſe fortaſſe eſt illis, qui de virtute quaerunt, definire id quod ſponte fit, & quod ab inuitis.

CVM virtus verſetur circiter permotiones, & actiones noſtras; atque in his, quae ſponte facimus, exiſtant & laudes, & vituperia, quae conueniant factis illis: contra autem his, quae non ſponte gerimus, ſed inuiti, ſi improba fuerint, ignoſcere homines ſoleant, & aliquando miſereri auctores eorum, qui rem turpem ſibi, aut detrimentoſam alijs adminiſtrare, aut efficere coacti ſint: neceſſe inquit, videtur eſſe his qui praecipiunt de virtute, ac vitio, defini-

definire, ac ſtatuere, quid ſit id, quod ſponte geritur ab hominibus: itidemque quod minime ſponte, ſed nolentibus, ac recuſantibus.

Χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε τὰς τιμὰς, καὶ τὰς κολάσεις.

Prodeſt autem, & ijs, qui ſcribunt leges, ad honores, & praemia, nec non ad paenas conſtituendas.

ADIVNGIT autem eandem hanc explicationem, quemadmodum his, qui mores expoliunt, neceſſariam eſſe, ita etiam opem, fructusque laturam his, qui leges ſcribunt, in honoribus tribuendis bonis ciuibus, vtilibusque reip. paenaque afficiendis malis, ac nefarijs: cum Solon etiam, vnus horum, cenſuerit, praemio, ac paena reſpublicas eſſe retinendas: nec poſſe ipſas diutius manere, niſi honos tribuatur his, qui bene meriti de ipſa ſunt; ſupplicioque afficiantur inutiles ciues, ac pernitioſi.

Δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ, ἢ δι᾽ ἄγνοιαν γιγνόμενα.

Videntur autem ab inuitis geſta eſſe, quae vi adhibita, & propter ignorationem fiunt.

DOCET duobus modis effici aliquid, quod qui praeſtiterit ſiue perpeſſus fuerit, purgari poſſit: ſeque excuſare, quod inuitus fecerit, aut tulerit: primum eorum eſt, ſi probare potuerit, ſibi vim adhibitam: alterum autem, cum affirmat, ſe id inſcientem feciſſe: ignoraſſeq; ſe rem illam legibus vetitam, ac culpae affinem eſſe: primum autem docet, cuiuſmodi ſit prius horum, ideſt quod aliquis geſſerit inferior viribus, & qui reſiſtere valentiori non potuerit.

Βίαιον δὲ, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη οὖσα, ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων, ἢ ὁ πάσχων. οἷον εἰ πνεῦμα κομίσαι ποι, ἢ ἄνθρωποι, κύριοι ὄντες.

Violentum autem eſt id, cuius initium aliunde proficiſcitur: taleq́ eſt vt nihil adminiculi ipſi adferat qui agit, aut patitur. veluti ſi ventus aliquò portet, ſiue homines in, quorum poteſtate ſit.

VIOLENTVM eſt inquit factum; cuius initium aliunde natum eſt, atque extrinſecus profectum, cui condicioni addit alteram hanc, vt initium hoc ipſum extrinſecum, tale ſit, vt nullam in partem iuuetur, adminiculique aliquid accipiat, ab eo, qui inuitus facit, aut ipſe patitur, quod, vt planius, apertiusq; redderet, tāquam exemplis illuſtrauit: inquit enim veluti. ſi ventus quempiam aliquo aſportarit, ſiue homines, in quorum manu, & poteſtate foret: nam quod ad ventum pertinet, efficere hoc ipſum aliquando, impetu ſuo, certum eſt, vt cum fabulae Graecorum ferunt, aquilonem Athenis Orithiam ſuſtuliſſe, vt ventus ille fuerit, non mortalis aliquis, aut Deus.

Ὅσα δὲ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται, ἢ διὰ καλόν τι. οἷον εἰ τύραννος προστάττοι αἰσχρόν τι πρᾶξαι, κύριος ὢν γονέων, καὶ τέκνων, καὶ πράξαντος μὲν, σώζοιντο: μὴ πράξαντος δὲ, ἀποθνήσκοιεν, ἀμφισβήτησιν ἔχει, πότερον ἀκούσιά ἐστιν ἢ ἑκούσια. τοιοῦτον δέ τι συμβαίνει καὶ περὶ τὰς ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολάς. ἁπλῶς μὲν γὰρ, οὐδεὶς ἀποβάλλεται ἑκών: ἐπὶ σωτηρίᾳ δὲ αὑτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν, ἅπαντες οἱ νοῦν ἔχοντες.

Quaecunque autem propter metum maiorum malorum, ſiue ob honeſtum aliquod aguntur: veluti ſi tyrannus iuberet turpe aliquod agere, cuius in manu forent parentes, ac liberi, propoſita condicione, vt ſi fecerit, ſalui illi ſint, ſi non fecerit, moriantur, controuerſiam res habet: vtrum haec ab inuitis geſta eſſe habenda ſint, ſiue a ſponte facientibus. Huiuſcemodi autem quippiam vſu

venit in iacturis, quae fiunt, orta tempeſtate: ſimpliciter enim nemo ſponte ſua abijcit merces: ſalutis autem ſuae cauſa, & ceterorum, cuncti, qui ſanae mentis ſunt.

EXCIPIT quaedam, quae parte aliqua ſui ab inuitis fieri videntur; parte vero alia a volentibus, ac ſponte facientibus: quare pura non ſunt, neque vnius generis, ſed mixta ac temperata ex duobus, inquit igitur. Quaecunque vero ob metum maiorum malorum geruntur improbe, ac turpiter, ſiue ſi eo tempore, quo geruntur foeda ſunt, ac maculoſa: vnde tamen poſtea emergat laus & gloria: intelliganturque eo conſilio geſta fuiſſe, ſiue tolerata, non certa ſunt, ſed dubitationem in ſe habent, quomodo vocari debeant, eſtq; de illis controuerſia non parua: quae autem illa ſint, exemplo declarat, fingitque quiddam, quod rem ponit ante oculos. Veluti inquit, ſi Tyrannus imperaret alicui, vt rem turpem, plenamque flagitij faceret, qui tyrannus in ſua manu parentes eius, & liberos haberet, ferretque condicionem hanc, vt ſi faceret, ſe dimiſſurum: ſi recuſaret, ſe ipſos obtruncaturum: de his inquam diſceptari poteſt, cuiuſmodi habenda ſint. Adiungit autem huic exemplo alterum, quod priori ſimile inquit eſſe; idem enim vſu venire ait in iacturis, quae a nautis, tempeſtate oppreſſis, fiunt in mari: ſimpliciter enim inquit, & niſi vnam tantum illam viam videret ſuae ſalutis, nemo merces abijceret: vt vitam autem ſuam, ac ſociorum tueantur omnes, niſi prorſus amentes ſunt.

Μικταὶ μὲν οὖν εἰσιν αἱ τοιαῦται πράξεις. ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις: αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε, ὅτε πράττονται. τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστι. καὶ τὸ ἑκούσιον δὴ, καὶ τὸ ἀκούσιον ὅτε πράττει, λεκτέον. πράττει δὲ ἑκών: καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὀργανικὰ μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν, ἐν αὐτῷ ἐστι. ὧν δ᾽ ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχὴ, ἐπ᾽ αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν, καὶ μή: ἑκούσια δὴ τὰ τοιαῦτα. ἁπλῶς δ᾽ ἴσως ἀκούσια: οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο καθ᾽ αὑτὸ τῶν τοιούτων οὐδέν.

Mixtae igitur ſunt huiuſcemodi actiones: ſimiles autem magis ſunt ijs, quae ſponte aguntur: expetendae namque ſunt tunc, cum aguntur: finis autem actionis ſpectandus eſt e tempore: & quod ſponte fit igitur, & quod ab inuito, dicendum eſt ex eo tempore, quo agit. agit autem ſponte ſua: principium enim mouendi corporis partes, quibus vtimur tamquam inſtrumentis, in huiuſcemodi actionibus, in ipſo poſitum eſt: quarum autem rerum in ipſo principium eſt, in ipſo etiam & agendi ipſa, & non agendi eſt: ſponte igitur huiuſcemodi omnia aguntur: ſimpliciter autem fortaſſe ab inuitis geſta, exiſtimanda ſunt: nemo enim per ſe huiuſcemodi aliquid ſibi faciendum ſumeret.

QVID ſentiat de huiuſcemodi factis oſtendit, quae ſanè non integra eſſe, neque vnius generis fatetur: ſimilia tamen illa magis eſſe iudicat ſponte adminiſtratis, quam ab inuitis geſtis; quia eo tempore, quo geſta ſunt, expetenda prorſus fuere; contrarijsque rebus anteponenda: quis enim non magis caram habet vitam, quàm rem ac pecuniam? finis autem actionis omnis ſtatuendus eſt ex tempore & opportunitate; quare ſponte factum aliquod, & ab inuito, vt reliqua, & ipſum a tempore, quo agit, denominandum: quo certe tempore ſponte, volensque facit. Verum autem hoc eſſe confirmat tamquam a ſigno: initium enim mouendi membra, quibus vtimur tamquam inſtrumentis, ad ea, quae efficere volumus, peragenda: quaeque huiuſcemodi factis accommodata ſunt, in ipſo manebat; quorum autem principium in ipſo poſitum eſt; in eodem manet, poſitumque eſt, illa gerere ac non gerere, ſine motu certe pedum, cum acceſſit ad illa onera: ac ſine opera manuum, cum ſumpſit ipſa: numquam iactura illa mercis facta eſſet. Poſt hoc definit ipſe, ſtatuitque, quomodo haec ſint accipienda, quod tamen ſimplex, apertumque non eſt, ſed variatur temporibus, & quaſi mutat naturam; ait igitur haec, huiuſcemodique omnia, ſponte geſta dici debere ea de cauſa, quam ſignificauit: ſimpliciter autem, & antequam timor ille periculumque vrgeret, ab inuitis adminiſtrata haberi, vocarique debere.

Ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ ταῖς τοιαύταις ἐνίοτε καὶ ἐπαινοῦνται, ὅταν αἰσχρόν τι ἢ λυπηρὸν ὑπομένωσιν, ἀντὶ μεγάλων, καὶ καλῶν· ἂν δ' ἀνάπαλιν, ψέγονται. τὰ γὰρ αἴσχισθ', ὑπομεῖναι ἐπὶ μηδενὶ καλῷ, ἢ μετρίῳ, φαύλου.

In huiuſcemodi autem actionibus aliquando laudantur etiam, cum turpe aliquod aut plenum doloris perpeßi fuerint, vt res magnas, & praeclaras gerant: ſi vero contra, vituperantur: perpeti enim turpißima facta ob nullam honeſtatem, aut modicam, culpae affine eſt. 1

Vsv venire aliquando dicit in huiuſcemodi factis, qualia ſunt ea, quae modo expoſuit, mixtaque appellauit, vt auctores eorum factorum laudentur, cum ſcilicet perpeſſi fuerint rem aliquam turpem, ſiue moleſtam, & quae inurat dolorem magnum, vt moliantur rem ingentem, & praeclaram: conſilium autem hominis attenditur, finisq;, non principium, & quod viam illi aperuit ad rem eam geſtam, & ſine qua labe, ac dedecore ſuſcepto, nō potuiſſet efficere, quod in animo habebat, videbatque mirificè mortalibus multis profuturum. Non probo autem opinionem, iudiciumque Argyropyli; qui putauit αἰσχρὸν hic valere non turpe, quae certa notio eſt huius nominis, ſed ſordidum, exiſtimans, nullo pacto huiuſcemodi aliquid recte vmquam, & cum laude geri poſſe; in quo errat, & contra doctorem ſuum ſentit; qui profecto hoc ipſo in loco docere hoc voluit: & locum aliquando habere teſtatur: exempla autem deſſe nō poſſunt, quae hoc declarant. Duo autē haec, quibus vſus eſt Graecus interpres, Zopyri inquam Perſis, & Vlyſſis Homerici, non ſunt exempla prioris documenti, ſed poſterioris rationis: neque enim quiſpiam condicionem tulit Zopyro, vt perpeteretur maculam vllam, aut ignominiam, ſi vellet efficere, quod honeſtum putabat: eodemque pacto Vlyſſi, ſi vellet praeſtare id, cuius deſiderio ardebat: ſed exempla ſunt poſterioris moniti ac praecepti, quo docuit Ariſtoteles concedi etiam, vt aliquis doloris, ac dedecoris multum in ſe accipiat, vt honeſtum aliquod facinus, ac plenum dignitatis moliatur; veluti Perſes ille, qui ſe deformauit, naribus atque auribus ſibi amputatis, faciemq; male mulcauit, vt ad exitum perduceret callidum conſilium ſuum: & Vlyſſes, qui ſe deridendum praebuit procis vxoris, plagasq; multas ab improba illa iuuentute aequo animo ſuſtinuit, vt facilius ipſis imponeret, & tempus veniret vlciſcendae tantae iniuriae. Adiungit autem, ſi contra fiat, minimeque hoc ſeruetur, vituperari illos, qui rem turpem fecerint, non propoſito ſibi hoc honeſto fine; nam ſi puſillum bonū aut mediocre etiam, inde naſceretur, nullo pacto huiuſcemodi quippiam temptandum putat: neque enim poſſet ipſum exilitate ſua delere iam acceptam maculam, & fidem facere, illum, qui fecit, ob publicam vtilitatē feciſſe.

Ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπαινος μὲν, οὐ γίνεται, συγγνώμη δὲ, ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξῃ τις ἃ μὴ δεῖ, ἃ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει, καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομείναι.

Propter quaſdam autem res, laus quidem non gignitur auctoribus ipſarum; ignoſcitur autem, quando propter tales res geſſerit aliquis ea, quae minime oportet, quae humanam naturam ſuperant, & quae inueniretur nemo, qui toleraret. 2

Extare alia quaedam facta oſtendit, quae & ipſa principium habent odioſum: &, vt arbitror, triſte. vnde ſanè non proficiſcitur laus; quamuis aliquis in ipſis ſe non inhoneſte geſſerit: etſi par non fuerit illis malis tolerandis; ſed ceſſerit ipſis, vincique ſe paſſus fuerit, ob infirmitatem noſtri corporis: nam ſi fortem ſe in ipſis praebuerit, contempſeritque tormenta, cruciatusque, infinitam quandam laudem adipiſcitur, vt contigit Zenoni Eleatae, qui perpeſſus eſt omnia potius, quàm ſocios delendae tyrannidis indicaret, & Anaxarcho Democritio; de quo M. Cicero eodem loco, cum ſumma ipſius laude locutus eſt: Duobus autem his merito addi poteſt Theodorus Syracuſanus; qui & ipſe idem praeſtitit, vt narrat T. Liuius in XXIIII. libro, quem incredibilis fortitudinis, conſtantiaeque fuiſſe declarat; non tam magnitudo animi ipſius, quàm iudicium, quod de illo fecerant ſocij eius conſilij, qui freti ipſa, eum ſcirent eum acerrime torqueri, nihil de ſe timuerunt: in publicoque ſemper verſati ſunt. Qui igitur, quod hic ſignificare voluit Ariſtoteles, enumerandus in his non ſit, etſi, vt illi, laudem non adipiſcitur, dignus tamen putatur, cui homines ignoſcant.

Ἐπι

Ἔνια δ᾽ ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανατέον, παθόντα τὰ δεινότατα: καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι.

Quaedam autem fortaſſe ſunt talia, vt nulla condicione moliri aliquis ea, cogi debeat, ſed magis optandum ſit mori, cum maximos cruciatus perpeſſus fuerit: etenim Euripidis Alcmaeonem, ridicula perſpiciuntur eſſe, quae impulerunt, vt matrem necaret.

ETSI quod aliquando emergit ex facto aliquo improbo ac turpi, delet maculam, & foeditatem illius facti: conuertiturque in laudem, ac dignitatem, perpetuum tamen hoc non eſſe ſignificat, vt violari, maculari que nos pati ſemper debeamus: fortaſſe enim quaedam eſſe inquit adeo nefaria & conſcelcrata, ſiue adeo foeda, & dedecoris plena, vt mors potius optanda ſit, & aequo animo perpetienda. veluti nobis Chriſtianis prodere pietatem noſtram, interficere parentes; ſiue etiam de maculis corporis, ſi propoſita eſſet graui & honeſto viro turpis admodum condicio, ſi vellet malo aliquo liberari, exempli gratia, pati ſe, ignominiae cauſa, conſtuprari, Valde autem ſimilis eſt huic loco ille, de quo quaeſiuit M. Cicero in extremo primo libro de officijs: Non arbitror igitur, me malè operam poſiturum, ſi eum hic collocaro, vt accuratius, & ſententiae ipſius, & exempla conferri cum his
„ poſſint. Locus vero eſt hic. Sunt enim quaedā partim ita foeda, partim ita flagitioſa, vt ea ne
„ conſeruandae quidem patriae cauſa ſapiens facturus ſit. Ea Poſidonius collegit permulta,
„ ſed ita taetra quaedam, ita obſcena, vt dictu quoque videantur turpia. Haec igitur non ſu-
„ ſcipiet quis reip: cauſa, ne reſp. quidem pro ſe ſuſcipi volet, & quae ſequuntur: ipſe confirmans quod inquit, dixit oportere ea magna, & atrocia eſſe; nā quae Alcmaeon apud Euripidem protulit, cum ſe purgaret, quod matrem obtruncaſſet, leuia atque inania fuiſſe: nec tāti ponderis, vt liberarent ipſum tanto ſcelere, & graui culpa matricidij. Non eſt omnino certum, cum fabula haec perierit, quae cauſae fuerint, quas vt inſulſas, ac ridiculas nō probat Ariſtoteles. Apud interpretem Graecum tamen leguntur duo ſenarij, pronuntiati ab ipſo Alcmaeone, quibus narrat ſibi mādaſſe patrem Amphiaraum, vt hoc faceret: addit poſtea interpres ipſe, grauia mala eundem filio imprecatum fuiſſe, niſi ſibi paruiſſet, ideſt ſterilitatem telluris, orbitatem; quae non video, quomodo tenues, leuesque cauſae vocari poſſint: ſatis enim mihi iuſtae videntur; Primum enim obtemperare patri pium eſt, praeſertim cum merito ille, iureque bono potuerit inſectari ſaeuam vxorem.

Ἔστι δὲ χαλεπὸν ἐνίοτε τὸ κρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον, καὶ τί ἀντὶ τίνος ὑπομενετέον.

Difficile autem eſt aliquando exiſtimare quale pro quali eligendum ſit: & quid pro quo perpetiendum.

MONSTRAT ſcopulum magnum, quem vitare arduum eſſe teſtatur; cuius etiam difficultatis cauſas adfert: eſſe enim inquit interdum difficile, exiſtimare, & in animo ſuo ſtatuere, quale pro quali ſumendum ſit, ideſt rectum ne ſit moliri aliquam rem turpem, vt conſequaris hoc laudis, ac boni: opus enim eſt ponderare ambas illas res, & aeſtimare ipſas accuratè. Contingit autem aliquando ambas eas pares, & aequales inter ſe eſſe, atque ita ſimiles, vt nō facilè diſcernatur, vtrum eorum eligendum ſit. Vt autem in honeſto aliquo facto aggrediendo hoc aliquando nos dubios habet, ita etiam in malo quopiam ſubeundo, ac perpetiendo idem nos ſollicitat, an deceat ob paruam laudem & vtilitatem, quam inde conſequi quis poſſit, tanto dolori, & periculo, vitam ſuam exponere. Huiuſcemodi quaedam lis, & controuerſia videtur fuiſſe apud Euripidem in Hippolyto, inter Phaedram, & nutricem ipſius: cum impura femina hortaretur ipſam, vt amori indulgeret, & poſtquam aliter illi malo, quo vehementer premebatur, medicina fieri non poterat, ea ipſa, quae ſola eſſet, vteretur, quod facere illa recuſabat; oſtendēs ea, ad quae ſe impelleret turpia eſſe, quod non inficiabatur lena, affirmans turpia illa meliora eſſe conſilijs honeſtis.

Ἔτι δὲ χαλεπώτερον τὸ ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσιν, ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἐστὶ τὰ μὲν προσ-

δοκώ-

δοκώμενα, λυπηρά· τὰ δὲ ἀναγκάζοντα, αἰσχρά. ὅθεν ἔπαινοι, καὶ ψόγοι γίνονται περὶ τοὺς ἀναγκασθέντας, ἢ μή.

Adhuc autem difficilius eſt permanere in his, quae ſtatueris: plerumque enim, expectatur quae eius generis ſunt, quod inurit dolorem: quae autem neceſſitatem imponunt, turpia; vnde laudes, & vituperationes comitantur illis, qui ſiuerunt ſe cogi, ſiue non ſiuerunt.

ADIVNGIT Ariſtoteles, etſi hoc difficile eſt, difficilius tamen, & durius eſſe permanere in propoſito, tuerique ſententiam, quam veriorem duxeris, & non imbecillitate animi mutare conſilium: hoc autem vſu venire inquit, quia plerumque quae expectantur, in teque caſura eſſe intelligis, ſi conſtãs eſſe volueris, inurent grauem acerbumque dolorem: quae vero ſuſtinere iuberis, & aequo animo pati, iucunda ſua ui ſunt, efficientiaque voluptatis: facilius autem mortales illecebris voluptatis deprauantur, patiunturque ſe aduentu earum abduci a vero, quàm dolorem ferre in animum inducant, & fortiter ipſi reſiſtant: vnde in extremo addit, laudes, & vituperationes naſcuntur: nam qui vinci ſe a voluptatibus paſſi ſunt, vituperantur; qui verò fortiter ipſis reſtiterunt, laudantur. Non video autem, cur tantopere debuerit Lambinus, vir doctiſſimus hanc lectionem deſpicere, & ineptam, corruptamque appellare, quae prorſus recta eſt, & ab omni vitio vacua: certe in omni vetuſto, & fideli exemplari, conſtanter permanens: ἀναγκάζοντα enim appellat Ariſtoteles, quae proponuntur honeſto, & graui viro ab iniuſto aliquo, & ſaeuo principe ciuitatis, vt metu eorum atrocium malorum impellant ipſum ad ignominiam aliquam ſubeundam, cuiuſmodi eſt illud, quod M. Cicero pluribus locis vocat; ſaltare in foro, aut maius aliquod dedecus ſuſcipere.

Τὰ δὴ ποῖα, φατέον βίαια, ἢ ἁπλῶς μὲν, ὁπότ' ἂν ἡ αἰτία ἐν τοῖς ἐκτὸς ᾖ, καὶ ὁ πράττων μηδὲν συμβάλληται: ἃ δὲ καθ' αὑτὰ μὲν, ἀκούσιά ἐστι: νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε, αἱρετὰ, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ πράττοντι, καθ' αὑτὰ μὲν, ἀκούσιά ἐστι: νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε, ἑκούσια: μᾶλλον δὲ ἔοικεν ἑκουσίοις: αἱ γὰρ πράξεις ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα. ταῦτα δὲ ἑκούσια. ποῖα δ' ἀντὶ ποίων αἱρετέον, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι: πολλαὶ γὰρ διαφοραί εἰσιν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα.

Qualia igitur, dicendum eſt, violenta; an ſimpliciter quidem, cum cauſa fuerit in his, quae ſunt extra poſita, & is, qui agit, adminiculi nihil ad eam rem praebet: quae autem per ſe ab inuitis geruntur: nunc vero & pro his vitandis expetenda, & quorum principium manet in eo qui agit: per ſe quidem aguntur ab inuitis: nunc vero, & pro his conſequendis ſpõte aguntur: magis autem ſimilia ſunt rebus ſponte adminiſtratis: in rebus namq; ſingularibus actiones manent: haec autem ſponte aguntur: qualia autem pro qualibus ſumere oportet, non eſt facile aſſignare: multae namque differentiae ſunt in rebus ſingularibus.

VIDEBAT Ariſtoteles fieri poſſe, vt aliquis ſcire cuperet, quaenam facta ſint, quae merito vocari debeant violenta, praeſertim cum illa ſint duum generum, quorum vnum ſimpliciter tale eſt; alterum autem mixtum e duabus contrarijs inter ſe rebus Exponit autem prius quod totum, omniq; ſua ex parte, violentum eſt; eſſeq; dicit ipſum, cum cauſa eius facti ex re aliqua extra poſita, fluxerit; illeque, qui facit, nihil iuuerit factum; atque adminiculi aliquid ipſi praebuerit, quo explicato tranſit ad alterum explanandum, dicens. Quae vero per ſe, atque vt talia ſunt, ab inuitis gerũtur: eo vero tempore, ac pro talibus malis declinandis, expetenda ſunt, origoque eorum manet in eo, qui agit, per ſe inquit, ab inuitis aguntur, indeque appellantur: nunc vero & pro vitando quopiam magno incommodo libenter, ac ſponte fiunt, & ſanè facta haec magis conueniunt ſuperioribus illis. quae pura, integraque ſunt, quod ratione concludit, affirmans, actiones verſari in ſingularibus rebus ipſasq; tractare nos, non quae in vniuerſum fiunt: illa vero ſine dubitatione vlla ſponte geruntur: ne-

que

que enim qui huiuſcemodi aliquid molitur, cogitur & ab alio impellitur, vt ſupra declaratum eſt. Redit poſt hoc ad eandem difficultatem oſtendendam, quam ſupra tetigerat: nec tamen, ſignificata illa, quicquam addiderat, quod valeret ad eam remouendam: nunc vero adiungit quiddam, quod aperit cauſam illius difficultatis: ait enim multa diſcrimina inueniri in rebus, quae particulatim fiunt a mortalibus, diſcrepareque ipſas inter ſe multis, varijsque modis.

Εἰ δέ τις τὰ ἡδέα, καὶ τὰ καλὰ φαίη βίαια εἶναι: ἀναγκάζειν γὰρ, ἔξω ὄντα, πάντα ἂν εἴη οὕτω βίαια: τούτων γὰρ χάριν, πάντα πάντες πράττουσι, καὶ οἱ μὲν βίᾳ, καὶ ἄκοντες, λυπηρῶς: οἱ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ, μεθ' ἡδονῆς.

Si autem aliquis ea, quae iucunda, & quae pulchra ſunt, voluerit eſſe violenta: cogunt enim extra nos poſita: cuncta ita forent violenta: horum enim gratia cuncti mortales cuncta gerunt. & qui vi adhibita ipſis, & inuiti agunt, ſentiunt inde dolorem: qui autem iucunditate impulſi, ipſa agunt cum voluptate.

NON deſunt mortales non nulli, qui, fatentes ſe peccare, petunt ſibi ignoſci: aiunt enim ſe inuitos labi & errare, cogiq; demum ſe flagitijs illis contaminari, cum eae res, quae rapiūt ipſos ad ſe, vim tantam habeant, ac poteſtatem vt reſiſtere illis nullo pacto valeant. Illae vero ſunt res iucundae, ac formoſae, praeditae ambabus condicionibus, vt illi aiebant, quae requiruntur ad violentiam: neceſſitatem enim imponunt, & extra nos poſitae ſunt. Contemnit auctor hos, ac docet falſo ſentire, atque id, primum affirmans; ſi verum foret, quod aiebant, cunctos homines, quaecunque faciunt in vita, facere ob iucunditatem adipiſcendam, ſuauitatemq; ex aliqua re, ſiue pulchritudine incenſi, deſiderioque illius potiundae capti. Quamuis autem omnes dixerit, intelligere tamen debemus maiorem ipſorum partem: pauci enim ſunt, ſi vlli reperiuntur, qui alijs rebus commoti, excitatique aliquid agunt. Diuidit autem hos, & qui ſint, qui inuiti, vique ſibi adhibita quippiam gerant, docet, eſſeque eos tradit, qui triſtes, & cum dolore agunt: nollentque, ſi reſiſtere, ac repugnare poſſent, parere ſuauitati aliquarum rerum ac pulchritudinum: qui vero ob voluptatem adipiſcendam, delinitique illecebris illius, eos cum voluptate facere affirmat. Noſſem etiam eundem, quem modo appellaui, Graeci & Latini ſermonis periti ſſimum, tantopere ſpreuiſſe ſermonem antiquum, & qui primo venit in excuſos libros: in Aldino enim hic locus ita legitur. τὰ ἡδέα, καὶ τὰ καλά: eandem autem ego lectionem inueni in exēplaribus, & ijs quidem vetuſtis ac fidelibus: quare ſine vlla dubitatione olim recepi; in quo iudicio meo permaneo: Nam illud profecto Lambini, niſi fallor, inane eſt, quod putat, veterem interpretem, cum bona inquit, ἀγαθὰ ſiue σπουδαῖα expreſſiſſe: mos enim illius eſt, id quod ex infinitis locis, plane perſpicitur, hoc ipſum Latino nomine vertere καλά. Arbitror autem, cum gemina ſit notio huius nominis, καλά hic valere formoſa, non honeſta, quod ſi probetur nulla, vt opinor, difficultas hic manebit. quis enim neſcit, duas potiſſimum res ad nos ſe trahere, iucundas inquam ac formoſas.

Γελοῖον δὲ τὸ αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκτὸς. ἀλλὰ μὴ αὑτὸν, εὐθήρατον ὄντα ὑπὸ τῶν τοιούτων.

Ridiculum autem eſt cauſam eſſe dicere harum rerum ea, quae ſunt extra nos: ſed non ſemet ipſum, qui facile ſe capi patitur huiuſcemodi rebus.

CONCLVSIO haec eſt rationis ipſius, qua demonſtratur improbe facere, vel ſtulte potius eos, qui putant ſe extra culpam eſſe, dicentes ſibi neceſſitatem impoſitam facinoris alicuius faciendi, quia res quaepiam iucunda, ſiue ſpecies corporis eximia, aliave quaepiam vel de pulchra ſe coegerit. Ridiculum igitur eſſe inquit; ſui alicuius flagitij cauſam eſſe velle rem extra ſe poſitam, & non potius ſemetipſum, qui ita tener, mollisq; animi ſit, vt facile patiatur ſe capi, a veroq; abduci, a rebus talibus, ideſt iocundis, & pulchris: nimis autem ſe amantium hoc eſſe inquit, quia vna, & eadem cauſa eſt ambarum inter ſe contrariarum rerum, non gemina, & diuerſa.

Καὶ τῶν μὲν καλῶν, ἑαυτόν: τῶν δὲ αἰσχρῶν, τὰ ἡδέα. ἔοικε δὴ τὸ βίαιον εἶναι, οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχὴ, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος.

Et honeſtorum quidem factorum ſemetipſum: turpium autem, res iucundas. videtur igitur violentum eſſe id, cuius principium extrinſecus venit: adiumenti nihil adferente ad id eo, cui vis adhibita eſt.

ADDIT etiam aliud, quod magis declarat eos ſibi indulgere, cum ſiquid vmquam rectè, honeſteque geſſerint, velint ſe eſſe auctores eius facti: ſiquid autem turpiter, in alias res cauſam reijciant eorum facinorum: ſeque ponant extra culpam: Repetit autem quod ſupra dixerat, vt inſulſitatem eorum declaret, qui contra definitionem illam, & quaſi decretum, dupliciter peccabant, cum rerum honeſtarum ſe auctores facerent, contra autem turpium, quae ab ipſis proficiſcebantur, res exteriores, ideſt aut ſuauitatem aliquam, aut pulchritudinem cauſam eſſe vellent.

Τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν, οὐχ ἑκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν. ἀκούσιον δὲ, τὸ ἐπίλυπον, καὶ ἐν μεταμελείᾳ. ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν πράξας ὁτιοῦν, μηδὲν δὲ δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ πράξει, ἑκὼν μὲν οὐ πέπραχεν, ὅ γε μὴ ᾔδει· οὐδ' αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενός γε. τοῦ δὴ δι' ἄγνοιαν, ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ, ἄκων δοκεῖ, ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερος, ἔστω οὐχ ἑκών: ἐπεὶ γὰρ διαφέρει, βέλτιον ὄνομα ἔχειν ἴδιον.

Quod autem per ignorationem fit, non ſponte quidem omne geſtum eſt: ab inuito autem illud, quod efficit dolorem, quodq; paenitet feciſſe eum, qui fecit: qui enim per ignorationem quidlibet fecit, non aegre tamen fert, nec ſtomachatur id factum, ſponte quidem non fecit: quomodo enim, quod neſciebat? neque contra inuitus, cum ipſum nihil doleat: eius igitur qui agit ob ignorantiam: is quidem, quem paenitet feciſſe, inuitus videtur: ille autem, quem nihil paenitet, quia alius eſt, non ſponte dicatur feciſſe: poſtquam enim differt melius eſt ipſum ſuum propriumq; nomen habere.

NON ſinit errare quoſdam, qui putarent, quidquid fit, propter ignorantiam aliquam, fieri ab inuitis: docet enim hoc falſum eſſe, declaratque, quae ipſorum exiſtimari debeant ab inuitis & recuſantibus geri, & quae minime a talibus, cum prius conceſſiſſet, appellari illa debere ſponte geſta. Probat autem vtens ſignis quibuſdam, quae hoc planum faciunt: e numero igitur eorum, quae non ſponte agunt homines, ea, quibus comitatur moleſtia, ac dolor, paenitetq; ipſos feciſſe, procul dubio ab inuitis geſta ſunt: contra autem qui propter ignorantiam facit aliquid, neque ipſum dolet, nec ſtomachatur id factum, ſponte quidem feciſſe: dici non debet: quomodo enim inquit, quod neſciebat, exiſtimari poteſt ſponte feciſſe: alia autem ex parte neque inuitus, cum ipſum id non doleat. Quare inquit, vt diſtinguamus rem, oſtendamusque quid conſilij noſtri ſit de hac, eius, quod geritur propter ignorantiam, ille quem dolet; nolletque a ſe factum, inuitus videtur feciſſe: quem autem non paenitet, cum planè ſit alius, diſſimiliſque ei dicatur non ſponte feciſſe, voceturque inde, quod tamquam nomen ipſe fingit docendi cauſa: purgat enim ſe aliquo modo, quod nomen hoc nouarit: melius enim eſſe dicit; accommodatiusque erudiendis hominibus, cum diſcrepet a ſuperiore, ſuum ac proprium nomen ipſum habere.

Ἕτερον δὲ ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν, τοῦ ἀγνοοῦντος: ὁ γὰρ μεθύων, ἢ ὀργιζόμενος οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων: οὐκ εἰδὼς δὲ, ἀλλ' ἀγνοῶν. ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ὧν δεῖ ἀφεκτέον: καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν, ἄδικοι, καὶ ὅλως κακοὶ γίνονται.

Aliud videtur autem per ignorantiam agere ab eo, quod eſt ignorantem: ebrius enim, vel ira commotus per ignorantiam agere non videtur, ſed propter rem quampiam earum, quae dictae ſunt: non ſciens autem, ſed ignorans:

ignoras

ignorat igitur omnis improbus homo, quae agere oportet, & a quibus ſibi iam temperandum eſt, & propter huiuſcemodi peccatum mortales iniuſti ſunt, & omnino mali efficiuntur.

VIDEBAT accommodatum eſſe huic diſciplinae, vel neceſſarium potius, ſcire, non vnum atque idem eſſe, agere aliquid propter ignorantiam, & agere ignorantem: quare oſtendere id, ac docere voluit: ita igitur agit, ac quid diſcriminis inter has res ſit, declarat. Qui temulentus, & magna ira percitus agit quippiam, non videtur id agere per ignorantiam, ſed ignorans: cauſa enim eſt eius facti ebrietas, & ira: non facit autem id intelligens, quod agit, ſed ignorans: temetum enim, & ira impedit, nec ſinit eum videre, quod facit, verum autem declarat hoc eſſe, documento quodam in vniuerſum certo: ignorare enim omnem prauum hominem ait, quae facere rectum eſt, & a quibus ſe abſtinere oportet; ob quam inſcitiam atque errorem mortales iniuſti fiunt, atque in omni alia culpa, ſcelereq; volutantur: vt enim, cum iniuſtos illos fieri ſignificauit, vni vitio ipſos affines euadere docuit, ita cũ addidit, & omnino improbos, in ceteris omnibus ipſos peccare ſignificauit.

Τὸ δ' ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι, οὐκ εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον: οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια αἰτία τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας. οὐδ' ἡ καθόλου: ψέγονται γὰρ διά γε ταύτην, ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς, καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις: ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἔλεος, καὶ συγγνώμη: ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν, ἀκουσίως πράττει.

Geſtum autem ab inuito dici debet, non ſiquis ignorat id, quod conducit: non enim ignoratio, quae manet in electione, cauſa eſt, vt aliquis inuitus feciſſe dicatur, ſed prauitatis, neque etiam ea, quae in vniuerſum eſt: vituperantur enim ob hanc, ſed illa, quae rerum ſingularium eſt, in quibus, & circa quas actio conſiſtit: in his enim miſericordia exiſtit, & huic ignoſci ſolet: qui enim huiuſcemodi aliquid ignorat, is inuitus agit.

ET hoc etiam additum eſt ad liberandos errore illos, qui exiſtimarent inuitos facere eos, qui ignorant id, quod prodeſt, ac fieri ab ipſis debet: ideoque ſe arbitrantur dignos, quibus ignoſcatur: non enim hoc verum eſſe docet. Ignorationem enim harum rerum inquit, cum ſponte ſuſcipiatur, volentesque quidam ipſam amplexentur, efficere dicit homines prauos, cauſamque eſſe vitiorum, non valere quicquam ad indicandum, eos inuitos feciſſe: poterant enim inſcitiam illam eijcere a ſe, ſiue viam illi, ne inreperet in pectus eorum, obſtruere. Adiungit etiam, quemadmodum haec non purgat ipſos, vindicatque a crimine, ita etiam ignoratio rerum vniuerſarum idem non praeſtat: cognita enim & percepta omnibus ea eſſe debent; cuius rei argumentum eſt, quod qui ignorant illa vituperantur, ne dum excuſentur, & parum, aut nihil peccaſſe putentur. In XXIX quaeſtione Alexander qua copioſe probat, vitia in nobis poſita eſſe non minus atque virtutes, hoc etiam argumento vtitur, & paene iiſdem verbis: inquit enim rerum honeſtarum, & vtilium ignorationem vniuerſam, cauſam non eſſe, vt qui in illis labitur, exiſtimari poſſit, inuitus feciſſe, neque gignere quod hic ἀκούσιον vocatur, ſed parere prauitatem, & vt hic quoque locutus eſt, μοχθηρίας; quae autem inſcitia iuuet, atque opituletur, oſtendit; ignoratio autem illa eſt rerum, quae ſingulares ſunt, ac particulatim fiunt, quibus in rebus factum ipſum manet, & quae tamquam conficiunt orbem illum: in parte quapiam quarum qui lapſus fuerit, miſericordiam adipiſcitur, & dignus habetur, cui ignoſcatur: qui namque quippiam horum ignorat, in eoque tractando peccat, inuitus facit.

Ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι αὐτά, τίνα, καὶ πόσα ἐστί. τίς τε δή, καὶ τί, καὶ περὶ τί, ἢ ἐν τίνι πράττει. ἐνίοτε δὲ καὶ τίνι, οἷον ὀργάνῳ. καὶ ἕνεκά τινος, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα, ἢ σφόδρα.

Fortaſſe igitur deterius non erit diſtinguere ipſa, quae, & quot ſunt, & quis igitur, & quid, & circa quod, & in quo agit: interdum autem & quo, ceu in-

ſtrumento, & cuius rei cauſa, veluti gratia ſalutis & quomodo, veluti leniter, ſiue vehementer.

CVM tanti momenti res ſit; tantopereque variet iudicia eorum, qui exiſtimaturi de his rebus ſunt, ſcire, qua ignorantia oppreſſi, in aliquo peccarint: ſignificaritque illis ignoſci aliquando ſolere, qui neſcierint partem aliquam eius facti; inquit, fortaſſe alienum non eſſe explicare ea facta, definireque, quibus ignoſcitur ſaepe ob infirmitatem humani ingenij: neque enim omnia ſciri poſſunt, ſiue quia nihil certi, definitique eſt in natura rerum, quae materia ſunt huius diſciplinae, & vt quaenam partes illae ſint, ita etiam numerum ipſarum oſtendere. Primam igitur earum eſſe inquit, videre, quis ſit, qui fecerit, alteram autem, quid geſſerit, tertiam, materiam, & in quo genere rerum verſatus ſit, quam etiam alio nomine ſignificat, ideſt in quo. Nec tamen me fallit, Argytopylum accepiſſe aliter; putaſſeque in quo, valere locum, ac tempus. Addit Ariſtoteles, aliquando etiam aperire viam veniae illud, quo ſcilicet vſus eſt, qui nocuit; malique aliquid attulit: ſed ipſe declarauit, quid intelligi voluerit, illo pronomine; eſſeque ipſum inquit inſtrumentum: quintum, quod idem praeſtat, eſt finis, cuius inquam gratia id facit: ſalutem enim dare voluit, non necare: extremum eſt, quomodo, quod etiam ipſe explanat; dicens veluti ſenſim, placideque, non vehementer.

Ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειε, μὴ μαινόμενος. δῆλον δὲ ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα: πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; ὃ δὲ πράττει, ἀγνοήσειεν ἄν τις. οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτοὺς, ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόρρητα ἦν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά, ἢ δεῖξαι βουλόμενος, ἀφεῖναι. ὡς ὁ τὸν καταπέλτην.

Cuncta igitur haec nemo ignoraret, niſi inſanus ſit: perſpicuum autem eſt, quod neque eum, qui agit: quomodo enim ſemet ipſum? quod autem agit, ignorauerit aliquis, ceu qui dicunt, aiunt excidiſſe ſibi, vel ſe neſciſſe illa arcana fuiſſe, quemadmodum Aeſchylus myſteria: vel monſtrare volens de manibus dimiſiſſe, vt is qui catapultam.

OSTENDIT vſu venire non poſſe, vt quiſpiam vno, eodemque tempore cuncta haec ignoret, niſi forte qui in tanto errore verſetur, inſanus ſit; nam, quin omnia valeant, ſi ignorata fuerint, ad paenam declinandam, aut ſaltem minuendam, dubium non eſt: nulla enim alia de cauſa poſita hic ab eo, atque enumerata fuere. Exemplis autem ipſa nunc aperire, atque illuſtrare voluit, & quemadmodum non arbitrabatur fieri poſſe, vt aliquis ſimul cuncta ignoret; ita etiam vt neſciat, quis fuerit auctor eius facti, cum ipſemet ſit, qui ita ſe purgat, & transfert aliquo modo culpam in aliam rem, quae ipſum fefellit. Vt autem affirmauit fieri non poſſe, vt aliquis ignoret, qui fecit, cum ſe purget, nec factum inficietur, ita contingere poſſe, vt ignoret, quod fecerit: id quod confirmat peruulgata voce, qua vtuntur oratores; cum verba faciunt aliquando reprehenſi, quod aliquid non ſatis apte dixerint; aiunt enim tunc ſibi verbum illud excidiſſe; Hoc expreſſit M. Cicero cum Fuſium Calenum inſimularet in X. Philippica, qui dixerat in ſenatu litteras M. Bruti recte & ordine ſcriptas videri: addidit enim: Quod verbum tibi non excidit, vt ſaepe
„ fit, fortuitum: ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti. Nam, quod ad verbum Grae-
„ cum pertinet, quo Auctor hic vſus eſt, Demoſthenes quoque λέγοντας vocauit aliquando oratores, & qui verba faciebant ad populum Athenienſem, vt in tertia Olynthiaca duobus locis. Alterum exemplum eſt eiuſdem errati, nati ab ignoratione; cum quiſpiam, qui forte arcana & quae clam profanos eſſe debent, ediderit, ſe defenderit, dicens, ſe neſciſſe ea vetita eſſe, vt ſe purgauit Aeſchylus; qui in fabula ſacros quoſdam ritus imprudens enuntiarat, & qui non initiatis ſileri debebant. Meminit huius cauſae Clemens Alexandrinus in II. Stromate; dixitque, illum in Ariopagum vocatum, a iudicibus illis ſeueris abſolutum fuiſſe; cum planum feciſſet, ſe initiatum non eſſe: quomodo igitur potuit peruulgare ſacra illa, quae neſciebat? ſiue inquit, iaculum oſtendere volens, rationemque ipſo feriendi monſtrare; imprudens emiſit illud, & interfecit, quem nolebat. Huiuſcemodi autem eſt illud, quod in vſu poſitum veterum iuriſconſultorum, commemorauit M. Cicero; cum tamen aliud tunc conſtituere vellet exemplo illo,

» ſi te-

" ſi telum manu fugit. Iuuat me magnopere, quod intelligo ex hoc loco Dionyſium Lambinum me valde amaſſe, doctum hominem; & merito ab omnibus laudatum, quod alijs etiam locis perhumaniter fecit. Sed, quod vellet me caſum pronominis emendaſſe, ac pro αὐτοὺς hic dandi caſu αὐτοῖς ſcripſiſſe; vereor, ne lectio Graeci interpretis, vnde arbitror hoc ipſum hauſiſſe, eum deceperit, in qua ſanè illo modo excuſus eſt, ſed ego nactus ſum exemplar ἀττικὸν antiquum, in quo tamquam ſcholion, declaratio illa adnotata eſt, in qua αὐτοὺς accuſandi caſu legitur. Praeter quam quod in omnibus antiquis libris Ariſtotelis, quorum numerus magnus in manus meas venit, conſtanter illo modo legitur. Quomodo igitur potuit a me tantus conſenſus librorum non probari?

Οἰηθείη δ' ἄν τις, καὶ τὸν υἱὸν, πολέμιον εἶναι. ὥσπερ ἡ Μερόπη, καὶ ἐσφαιρῶσθαι, τὸ λελογχωμένον δόρυ, ἢ τὸν λίθον, κίσηριν εἶναι, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ παίσας, ἀποκτεῖναι ἄν, καὶ δεῖξαι βουλόμενος ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι πατάξειεν ἄν.

Putare autem poſſet aliquis, filium quoque hoſtem eſſe, veluti Merope: & ſpiculum anulum ferreum in ſummo habere, quod tamen aculeatum erat, vel lapidem, pumicem eſſe, & cum ob ſalutem dandam feriſſet, obtruncaſſe, & oſtendere volens, veluti, qui ſummis manibus certant, ferirent vtique.

EXEMPLVM hoc primum eſt alicuius, qui ignoret perſonam. duo vero, quae ſtatim ſequuntur, eius exempla ſunt, qui labatur in materia, inquit igitur. Putaret etiam aliquis filium hoſtem eſſe, in quod graue malum paene incidit Merope, quae Creſphontem, ex ſe natum, rata hoſtem eſſe, & interfectorem filij, obtruncare voluit, ſecurimque iam in caput eius ſuſtulerat: feciſſetque profectò, niſi ab eo impedita foret, cui veritas eius facti ignota non erat. Tetigit hanc rem Plutarchus in ſecundo libello περὶ σαρκοφαγίας, qui etiam commemorauit vocem, quam ea, plena odij, edidit in illum falſum hoſtem, cum iam plagam inflictura eſſe; ſimulque motum animi magnum, qui inuaſerat pectora ſpectatorum, timentium, ne ſenex ille praeueniret impetum brachij, atque ictum. Errat etiam ille, qui putans, quem iacit in propinquum, eſſe pumicem, cum ſit lapis, imponit ei graue vulnus, ſiue interficit, nec non etiam labitur, fallitque ipſum materia, qui aliquem percutit ſpiculo, cuſpide inſtructo, exiſtimans ipſum in ſummo pro cuſpide anulum, orbemque habere, ad plagam infligendam minime idoneum, qualia videmus fabricari, alijs vſibus accommodata. Eiuſdem generis iacula, in libello de arte equeſtri, Xenophon appellauit ἐσφαιρωμένα, cuius haec verba ſunt. ὁ δὲ διώκων, ἐσφαιρωμένα ἔχων ἀκόντια. Duobus autem his exemplis addit tertium; de quo auctor eius incommodi ſe purgat, factumque defendit, a fine: ſignificat enim ſe longè alium finem habuiſſe, atque, vt eum conſeruaret, ſe, quod fecit, praeſtitiſſe, non vt necaret. Hoc pacto ſe defendere Deianira potuiſſet apud virum ſiue iudices, apud quos cauſam diceret, ſed aliter illa ſe eripuit e manibus irati viri: dolori enim ſuo muliebri illa mederi cupijt tunica, quam ei miſit, non Herculem, quem valde amabat, crudeliter interficere. Reliquum eſt exemplum alicuius, qui oſtendere volens, monſtrareque rationem exercitationis cuiuſdam corporis, grauiter percuſſit, quem erudiebat: genus autem fuit exercitationis, acrochiriſmus vocatus, ἀκροχειρίζεσθαι vero eſt in illo ſe exercere, ipſumque tractare, in quo, vt ex hoc loco percipitur, facile fieri poterat, vt alter eorum grauiorem plagam, quàm vellet, aduerſario infligeret; manibus autem ſolis haec concertatio, ſiue digitis ſummis tractabatur, vt nomen oſtendere videtur, quod ei impoſitum fuit. Diſſeruit de ipſa diligenter, eruditeque Hieronymus Mercurialis, atque id duobus locis in ſuis libris de arte gymnaſtica, maiore in vſu, honoreque habita apud veteres illos, quàm noſtra aetate illa ſit.

Περὶ πάντα δὴ ταῦτα τῆς ἀγνοίας οὔσης, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, ὁ τούτων τι ἀγνοήσας, ἄκων δοκεῖ πεπραχέναι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κυριωτάτοις. κυριώτατα δ' εἶναι δοκεῖ, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, καὶ οὗ ἕνεκα. τοῦ δὴ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου, ἔτι δεῖ τὴν πρᾶξιν λυπηρὰν εἶναι, καὶ ἐν μεταμελείᾳ.

Cum igitur circa haec omnia ignorantia ſit, in quibus actio: ille qui horum aliquid ignorauerit, inuitus videtur feciſſe, & maxime in his, quae principem

locum in iis tenent: principem autem locum tenere in his videntur ea, in quibus actio manet, & illud, cuius gratia. eius igitur, quod talem ob ignorantiam dicitur ab inuito geſtum: praeterea oportet actionem triſtem & plenam doloris eſſe: paenitereq; eum, qui fecit.

CONCLVDIT id, quod dixerat: in omnibus partibus facti, quas expoſuerat: & quae conficiunt ipſum, & quaſi cingunt, locum habere ignorantiam: eoſque, qui oſtendunt, ſe inſcitia eorum peccaſſe, adferre quod valeat ad ipſos purgandos: duo tamen indicat, quae maiorem vim habeant ad veniam impetrandam, ſeque crimine ac paena liberandos: inuitoſque demum feciſſe oſtendendos. Illa autem ſunt, res, quae ſunt tamquam materia, & fundamentum facti, & finis ipſe. Addidit etiam aliud, quod ex omnibus ignorantiae ſignis planè declarat rem illam ab inuito geſtam, ſi factum auctori eius parit moleſtiam, doletque ipſum feciſſe.

Ὄντος δ' ἀκουσίου τοῦ βιαίου, καὶ δι' ἄγνοιαν, τὸ ἑκούσιον δόξειεν ἂν εἶναι, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις.

Cum ſit igitur ab inuito factum id quod violentum eſt, & per ignorantiam geſtum, ſponte factum videri poſſet illud, cuius principium in ipſo, qui egit, manet, intelligente ſingulas res, ac partes illius facti.

VT ſedulo declarauit quale ſit, quod geritur ab hominibus inuitis: docuitque ipſum eſſe, quod faciunt, adhibita ſibi vi & coacti, ſiue propter ignorationem eius facti; ita nunc inſtituit tradere, quod faciunt homines ſponte ſua, a contrario vtens argumento. Videri poſſet igitur inquit, ſponte factum, illud, cuius initium in ipſius manu ac poteſtate, qui facit, poſitum ſit: ita enim probabitur vim non eſſe adhibitam; & qui praeterea ſciat partes eius facti cunctas: nullaque earum ipſum fallat, quod valebit ad demonſtrandum, eum inſcitia ductum, quod geſſit, non geſſiſſe.

Ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται τὰ ἀκούσια εἶναι, τὰ διὰ θυμόν, ἢ δι' ἐπιθυμίαν.

Fortaſſe enim non bene dicitur ea ab inuitis geſta eſſe, quae vi irae, ſiue cupiditatis facta ſunt.

CVM conſtituiſſet hoc diligens magiſter, ſciens inueniri quoſdam, qui de ipſo aliter ſentirent, habitos doctos viros: putarentque res non nullas, extra nos poſitas, neceſſitatem hominibus imponere ſibi parendi, accurate diſſerit contra ipſos: vtiturque pluribus argumentis, modeſtè tamen ordiens hanc diſputationem: inquit enim, eos fortaſſe non rectè exiſtimare, eſſe ab inuitis geſta, quae ira, aut cupiditate impulſi quidam faciunt: hi enim motus ait animorum ortum ducunt a re interna.

Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ζώων ἑκουσίως πράξει: οὐδ' οἱ παῖδες.

Primum enim, nullum ceterorum animalium quippiam ſponte ſua faceret, ne pueri quidem.

SI concederetur hoc inquit, ſequeretur, quod apertè falſum eſt, vt nullum aliud animal praeter hominem, faceret vmquam aliquid ſua ſponte: nunc autem videmus pecora ſponte ſua accedere ad fluuios, ſaltuſque, vt ſatient ſitim, ac famem: & ſi enim paſtores greges ouium, armentaque potum agunt, cum paſtae ſunt; eodemque pacto in paſcua: illae tamen non inuitae proficiſcuntur, liberaeque, vt feris contingit, eodem accederent. Adiungit etiam pueros nihil vmquam ſponte facturos, qui ea aetate ſimiles ſint beluis: neque enim adhuc ratione vtuntur. Hoc etiam argumento vſus eſt Alexander in media quaeſtione XXXIX, quod iiſdem paenè verbis exponit, certè idem prorſus oſtendentibus

bus : inquit enim. Praeterea ſi ea, quae aguntur vi horum, ideſt excandeſcentiae ac cupiditatis, ab inuitis geſta exiſtimanda ſunt, nulla neque animantium earum, quae ſine ratione ſunt, neque puer vllus, ſponte aliquid geret : Cauſam tamen ille eius ſententiae attulit, quod non fecerat auctor, cum ſatis aperta foret : ait enim : quae namque ab his geruntur ob vnam aliquam rerum harum, quae geruntur ab ipſis, cuncta geruntur.

Εἶτα πότερον οὐδὲν ἑκουσίως πράττομεν τῶν δι' ἐπιθυμίαν, ἢ θυμὸν, ἢ τὰ καλὰ μὲν, ἑκουσίως, τὰ δ' αἰσχρὰ, ἀκουσίως: ἢ γελοῖον, ἑνός γε αἰτίου ὄντος.

Deinde verum nihil ſponte agimus eorum, quae agimus impetu cupiditatis, vel irae: an quae honeſta ſunt, ſponte : turpia autem quae inuiti, an ridiculum hoc eſt, cum vna cauſa ſit.

SECVNDVM argumentum eſt, quo idem probat; quae geruntur ab hominibus commoto animo, non fieri ab ipſis inuitis. quaſi autem interrogat aduerſarium : poſcitque, vt ſibi reſpondeat, vtrum cuncta, quae agimus cupiditate incenſi, ſiue commoti ira, agamus inuiti, ſine diſcrimine vllo, an diuerſa ratio ſit horum, vt ſcilicet velit, recta & honeſta agi a nobis ſponte: contraria autem his, ab inuitis? quod ſtatim refellit, irridetque, oſtendens hanc ſententiam eſſe nimis ſui amantium, laudique ſuae ſtudentium, cum vna, eademque cauſa amborum ſit, quorum altera plena honoris : altera vero affinis maculae, ac turpitudini.

Ἄτοπον δὲ ἴσως τὸ ἀκούσια φάναι, ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι: δεῖ δὲ καὶ ὀργίζεσθαι ἐπί τισι, καὶ ἐπιθυμεῖν τινῶν, οἷον ὑγιείας, καὶ μαθήσεως.

Abſurdum autem fortaſſe affirmare a nobis inuitis agi ea, quae appetere oportet: oportet autem, & iraſci ob res quaſdam, & cupere quaedam, vt corporis ſanitatem, & ſcientiam bonarum artium.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quo itidem declarat, ſtulte ſenſuros illos, qui putarent, quae ab hominibus geruntur, ira aut cupiditate inflammatis, geri ab ipſis inuitis : Oſtendit enim incommodum. quod inde quoque ſequeretur : id autem eſt, futurum prorſus eſſe, vt non pauca, quae decet facere, ac rectum eſt, fierent ab ipſis inuitis; quia autem hoc, quod inde ſequitur, falſum & inſulſum eſt, inſulſum etiam ſit, neceſſe eſt illud, cuius hoc ſit conſequens, ideſt quae fiunt ab iratis, & libidine aliqua compulſis : Exemplum autem ponit eorum, quae recta ſunt, & ratio docet, vt cupiamus, valetudinem, & ſcientiam honeſtarum artium : nam oportere etiam nos aliquando iraſci, iam ſignificatum eſt, & plenius declarabitur.

Δοκεῖ δὲ, τὰ μὲν ἀκούσια, λυπηρὰ εἶναι: τὰ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν, ἡδέα.

Videntur autem, & quae inuiti agimus, dolorem inurere : quae autem incenſi cupiditate, iucunda eſſe.

SEQVITVR ſuperiore ordine hoc argumentum; inquit igitur. Quae inuiti facimus, & neceſſitate eorum gerendorum nobis impoſita, cum dolore, triſteſque facimus : quae vero cupiditate allecti, deſiderioque illarum rerum potiendarum cum voluptate gerimus : quare cum diuerſos motus in nobis pariant, non poſſunt eadem exiſtimari, & ab eodem fonte manare. Verſiculus Eueni confirmat priorem partem huius, quod traditur hic ab Ariſtotele; cuius ſententia eſt. Quidquid coacti facimus, & neceſſitate nobis eius rei gerendae impoſita, quamuis id ſua vi iucundum ſit, fieri tamen ſubito moleſtum, & odioſum.

Ἔτι δὲ, τί διαφέρει τῷ ἀκούσια εἶναι τὰ κατὰ λογισμὸν, ἢ θυμὸν ἁμαρτηθέντα: φευκτὰ μὲν γὰρ ἄμφω.

Amplius

Amplius autem quid differunt inter ſe, ab inuitis facta eſſe quae ratione adminiſtrata improbe ſunt, ſiue impetu irae: vtraque enim fugienda ſunt.

QVINTVM hoc eſt argumentum: auctores inquit huius ſententiae, quam ſtudioſe refellit, volentes opitulari humanae imbecillitati: aditumq; mortalibus apetire ad veniam impetrandam, excogitarant hanc rationem; aiebantque, quae ab hominibus improbe geruntur, correptis ira aut cupiditate, geri ab ipſis inuitis; quare dignos eſſe, quibus ignoſceretur. Confutat hanc opinionem hoc etiam pacto Ariſtoteles, oſtendens nihil iuuare ipſos commentum hoc, quia tam peccant, qui admittunt culpam aliquam ratione, ac conſilio, quàm qui parentes irae, aut libidini in eodem flagitio volutantur: ambo enim haec fugienda ſunt, & a nobis amolienda, ſi volumus eſſe integri, & a paena legum vacui, ac ſoluti.

Δοκεῖ δὲ οὐχ ἧττον ἀνθρωπικὰ εἶναι τὰ ἄλογα πάθη. αἱ δὲ πράξεις τοῦ ἀνθρώπου, ἀπὸ θυμοῦ, καὶ ἐπιθυμίας. ἄτοπον δὴ τὸ τιθέναι ἀκούσια ταῦτα.

Videntur autem non minus cadere in hominem motus animi expertes rationis: actiones autem hominis ab iracundia & cupiditate naſcuntur: abſurdum igitur fuerit ponere haec in iis, quae ab inuitis nobis geruntur.

SEXTVM hoc argumentum atque vltimum, quod aliquo modo aptum eſt a proximo ſuperiore: cum enim putaret princeps huius opinionis aſsignari culpae tantum debere, quae aliquis ratione, & conſilio improbe admiſiſſet, videbatur exiſtimare, motus turbidos animorum proprios eſſe beluarum: neque attingere humanam naturam, id, quod nunc auctor refellit: falſumque eſſe docet: ait enim perturbationes motusque vacuos a ratione, non minus cadere in homines, quàm in expertes rationis animantes, quod probat, teſtificans, facta hominum ortum ducere ab ira, & cupiditate, ſi non cuncta, bonam tamen, & magnam partem illorum. Non eſt enim dubium, quin quorundam, quae poſtea conſilio adminiſtrantur, fons & origo ſit excandeſcentia, & cupiditas vehemens: quare inquit, quo rationem concludit, inſulſum eſt, arbitrari, haec fieri a nobis inuitis.

Διωρισμένων δὲ τοῦ τε ἑκουσίου, καὶ τοῦ ἀκουσίου, περὶ προαιρέσεως ἕπεται διελθεῖν: οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ, καὶ μᾶλλον τὰ ἤθη κρίνειν τῶν πράξεων.

Explicatis autem, & eo quod ſponte a nobis fit, & illo quod inuiti gerimus, ſequitur de electione breuiter diſſerere: maxime enim accommodatum videtur eſſe virtuti; & magis mores declarare, quam faciant actiones.

CVM explicata a ſe fuerint duo, quae magni ponderis erant ad hanc diſciplinam: initiumq; ſunt actionum noſtrarum internarum: illa autem ſunt, quae ſponte ſua homines faciunt, & quae inuiti; oſtendit ordinem ipſius poſcere, vt diſſeratur de ea, quam inferioris aetatis Latini vocant electionem, appellatam a Graecis προαίρεσις quod verbum, etſi nouum nõ eſt, aliud tamen valebat in vetere, veroque Latino ſermone, ac fortaſſe etiam non omnino exprimit iunctam Graecam vocem: neque enim intelligitur ex ipſo aliquid repudiatum; & pro ipſo melius, accomodatiusque ſumptum, quod apparet in Graeco, praepoſitione πρὸ hoc indicante, ſed de nomine amplius non quaeramus.

Ἡ προαίρεσις δὲ, ἑκούσιον μὲν φαίνεται: οὐ ταυτὸν δὲ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον: τοῦ μὲν γὰρ ἑκουσίου, καὶ παῖδες, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα κοινωνεῖ: προαιρέσεως δ', οὔ.

Electio autem ſponte ſuſceptum quippiam eſſe perſpicitur, non idem autem, ſed laxius funditur quod ſponte fit: illius enim, quod ſponte fit, participes ſunt & pueri, & ceterae animantes: electionis autem, minime.

PRIMVM

Primvm de re, quam oſtendit, auctor dicit id, quod teſtatur eam a ſe ſedulo tractandam, cum ſit maximè accommodata virtuti: magiſque indicet, atque a contrario diſtinguat mores, quàm faciunt facta, cuius ratio plana, apertaque eſt: ſimulant enim multi, finguntque, nec facile ex ipſis intelligere licet, indolem, naturamque hominis. Praedicat de ipſa ante omnia, eam cognoſci valde ſimilem eſſe illi, quod ab homine ſponte ſua fit, non tamen penitus idem eſſe, quod ſtatim probat, ſignificans latius eſſe pertinereque ad plura, quod ſponte geritur, cum eius participes ſint, & beluae, & pueri: minime autem cadat in eas electio, cum ſine ratione non poſſit melius ſumi, & deterius reijci; cuius rationis beluae penitus expertes ſunt: eius autem vſum pueri adhuc non habent.

Καὶ τὰ ἐξαίφνης, ἑκούσια μὲν λέγομεν: κατὰ προαίρεσιν δ᾽, οὔ.

Et quae ſubito a nobis fiunt, ſponte quidem fieri dicimus, non autem electione.

Alterum hoc argumentum eſt, quo ſeparat ea, quae ſponte ſaepe homines faciunt ab his, quae delectu rerum habito atque electione: oſtendit enim, quae ſubito aliquando gerunt, dici poſſe ſponte ab illis agi; neque enim ab ipſis geruntur cum vlla prouiſione animi: nullo igitur pacto cum electione: neque enim aliud quippiam tunc ipſis in mentem venit, de quo ſecum cogitarent, viderentque, an praeſtaret in ipſum incumbere, relicto ptiore illo impetu animi.

Οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν, ἐπιθυμίαν, ἢ θυμὸν, ἢ βούλησιν, ἢ τινὰ δόξαν, οὐκ ἐοίκασιν ὀρθῶς λέγειν: οὐ γὰρ κοινὸν ἡ προαίρεσις, καὶ τῶν ἀλόγων, ἐπιθυμία δὲ καὶ θυμός.

Qui autem ipſam dicunt eſſe cupiditatem, vel iracundiam, vel voluntatem, vel opinionem quandam, non videntur recte dicere: non enim commune eſt electio homini cum animantibus, quae ſunt expertes rationis: cupiditas autem, & iracundia eſt.

Complectitvr ſimul multos, qui in ipſa quaſi definienda peccabant; quorum nonnulli aiebant ipſam eſſe cupiditatem; alij excandeſcentiam; reliqui voluntatem, ſiue opinionem quandam; ſtatimque errorem cunctorum aperit, ſimul duobus ipſorum primis confutatis: ait enim non cadere electionem in expertes tationis animantes; quae tamen, & cupiunt multa, & ita inflammantur, vnde perſpicitur ipſas res eſſe diſcrepantes.

Καὶ ὁ ἀκρατὴς, ἐπιθυμῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δὲ, οὔ: ὁ ἐγκρατὴς δ᾽ ἀνάπαλιν, προαιρούμενος μὲν: ἐπιθυμῶν δ᾽, οὔ.

Et incontinens quidem quod agit, incenſus cupiditate agit: qui autem eligit minimè: continens autem contra cum electione: minimè autem cupiditate incenſus.

Exemplo incontinentis hominis diſtinguit electionem ab altera ſuperiorum illarum, ideſt cupiditate: inquit enim, incontinentem multa facere cupiditate impulſum: nihil autem vnquam electione: ſi enim cogitaret, quid optimum eſſet, atque id efficere pergeret, non foret impotens animi: contra autem ſe gerere oſtendit continentem, ipſi oppoſitum: quorum amborum contrarijs inſtitutis, moribuſque intelligitur longè aliam eſſe cupiditatem ab electione.

Καὶ προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντιοῦται: ἐπιθυμίᾳ δ᾽ ἐπιθυμία, οὔ.

Et electioni quidem aduerſatur cupiditas: cupiditati autem non aduerſatur cupiditas.

Tertivm hoc argumentum eſt, quo confutat eundem errorem. innquit enim electioni

aduerſari

aduerſari cupiditatem: actis enim cupiditas alicuius rei non ſinit nos ſaepe bonum conſilium ſequi de eo quod volebamus & repugnat voluntati quantum poteſt: veluti eximia forma virginis ſubito ſpectatae, frangit, quod prius deliberaueramus de caſtitate tuenda in animo noſtro: cupiditas vero cupiditati non repugnat: contingit enim aliquando, vt duabus cupiditatibus teneamur, nec impedit, vt qui ſitit aurum, non poſſit etiam deſiderio honoris & alicuius rei iucundae ſimul inflammatus eſſe.

Καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία ἡδέος, καὶ ἐπιλύπου· ἡ προαίρεσις δ', οὔτε λυπηροῦ, οὔθ' ἡδέος.

Et cupiditas quidem eſt rei iucundae, & cum dolore iuncta: electio autem neque rei moleſtae, neque rei iucundae.

QVARTVM hoc eſt: deſcribit enim naturam vtriuſque rei, quas cum docuerit contrarias eſſe inter ſe; ſtatim planum factum eſt, eas idem eſſe non poſſe: inquit igitur, cupiditas eſt ſcilicet appetitio rei iucundae. iunctaque ſemper cum dolore ac moleſtia: cum enim careat ea re, quam vehementer optat, non poteſt vacare dolore, quem ſentit ob abſentiam rei, cuius deſiderio magno inflammata eſt. Non vno & eodem pacto legitur hic locus in libris calamo exaratis: ſunt enim, in quibus ἐπιλύπως ſcriptum eſt, in alijs ſcriptis valde mutatus legitur patrio caſu eiuſdem nominis ἐπιλύπου. non magnum ſane diſcrimen eſt in ſententia ipſa, vtro modo legatur; putaret tamen quiſpiam ἐπιλύπως aptius eſſe: neque enim vſu venit, vt homo aliquis, habituſue animi poſſit eodem tempore appetere rem iucundam & moleſtam: contra autem inquit, electio ſine vlla cupiditate eſt rei iucundae: atque etiam triſtis: ſumit enim id, quod vtile ſibi cognouit eſſe ex illa diligenti animaduerſione duarum, pluriumue rerum.

Θυμὸς δ' ἔτι ἧττον· ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν, κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ.

Iracundia autem minus eſt: quae namque per iracundiam facta ſunt, electione minime facta videntur.

RESTABAT, vt videretur ex ijs ſententijs, quas redarguit, ſi forte electio foret iracundia, excandeſcentia ve, contra quam ſententiam argumentandum ſibi non putat, cum opinio illa penitus inanis ſit: nihil enim magis alienum eſt, quam dicere, quae incenſi ira, furoreque, mortales faciunt, ea ipſos efficere conſulto. Vidit quoque M. Tullius valde remotam eſſe iracundiam a ratione: praeuenireque ipſam conſilium, cum fratrem corri-
" geret, magnopere huic culpae affinem: diffidens enim inquit. Sed te illud admoneo, vt ſi
" hoc plene vitare non potes, quod ante occupatur animus ab iracundia, quam prouidere ra-
" tio potuit, ne occuparetur, & quae ſequuntur.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησίς γε· καίπερ σύνεγγυς φαινόμενον. προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων, καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι. βούλησις δ' ἐστὶ τῶν ἀδυνάτων, οἷον ἀθανασίας.

Quinetiam neque voluntas eſt, etſi propinqua eſſe apparet: electio namque non eſt rerum, quae fieri non poſſunt: & ſiquis huiuſcemodi aliquid diceret ſe facere elegiſſe, ſtultus haberetur: voluntas autem eſt rerum, quae fieri non poſſunt, veluti immortalitatis.

QVIN etiam inquit, falluntur illi quoque; qui dicunt electionem eſſe voluntatem: neque enim verum hoc eſt, etſi non valde remota ab ea, ſed propinqua potius ipſi intelligitur eſſe, quae vicinitas decepit multos; qui diſtinguere res diſſimiles nequiuerunt; quod ipſe accurate facit. Primum argumentum, quo ſeiungit ipſas, eſt: nulli enim mortales, inueniuntur, qui eligant facere, quae fieri non poſſunt, niſi ſtolidi ſint ac plane fatui: extant autem inquit, non nulli, qui velint res, quae non poſſunt effici, exempli cauſa ait, qui velint

adipiſci

adipiſci immortalitatem. Homericus tamen Hector optat, vt immortalis perpetuo ſit: nec ſentiat vnquam ſenectutem. quare vetus ſcholion, cum Ariſtotele faciens, eo loco in optimo exemplari hoc eſt [illegible]. quod enim optauit Troianus, ſignificat, nullum Graecum hominem vnquam optaturum fuiſſe, ſed Barbarum, qualis erat ille. Nam quod fatetur Ariſtoteles, voluntatem propinquam eſſe, vicinamque electioni, hinc factum eſt, vt, quoniam carerent Latino nomine, quo eam plene oſtenderent veteres auctores, voluntatis nomine ipſam ſignificarent: ij autem ſunt. M. Cicero plurimis locis, & Virgilius cum fecit Aeneae legatos ita Latino regi reſpondere.
„ Conſilio huc omnes, animiſq;
„ volentibus, vrbem Deuenimus.

Καὶ ἡ μὲν βούλησίς ἐστι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' αὐτοῦ πραχθέντα ἄν. οἷον ὑποκριτήν τινα νικᾶν ἢ ἀθλητήν: προαιρεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐδείς, ἀλλ' ὅσα οἴεται ἂν γενέσθαι δι' αὐτοῦ.

Et voluntas quidem cadit etiam in illa, quae nullo pacto per ipſum ad exitum peruenire poſſunt, ceu actorem aliquem fabularum, ſiue athletam; victoriam adipiſci: eligit autem huiuſcemodi omne nemo, ſed quaecumque putat ſtudio, & opera ipſius effici poſſe.

Secundum hoc argumentum eſt, quo idem probatur, cuius vis haec eſt: voluntatem extendi etiam ad ea, quae ſtudio atque opera noſtra non efficiuntur: cum adiumenti nihil, vt exitum conſequantur, ipſi adferre valeamus; electio autem non feratur extra terminos ſuos: eligimus enim facere ea, quae ſperamus nos effecturos; ſunt certe generis eius, vt non ſolum fieri poſſint, ſed a nobis ipſis effici: exemplis ipſe rem declarat. Veluti inquit, actorem aliquem fabulae in eo certamine vincere, ac ſuperare aduerſarios & qui cum eo de palma concertant: certabant enim illi; vnde, vt ὑποκριταὶ a Graecis, quia alienam perſonam ſuſtinerent, ita etiam ἀγωνισταὶ, ea de cauſa, quae dicta eſt, vocabantur: ſiue etiam addit, athletam, quos inter ſe ceſtis pugnare ſolitos, ſatis notum eſt, impellimur enim ſaepè beneuolentia vetere, vt cuipiam eorum faueamus: aliquando etiam ſubito quodam motu animi, & leui de cauſa. Concludit autem rationem, dicens. Eligit autem nemo huiuſcemodi aliquid, ſed, poſt accuratam ſecum deliberationem, reiectis inutilioribus vijs, eligit, quae putat per ſe fieri poſſe.

Ἔτι δὲ ἡ μὲν βούλησις, τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον, ἡ δὲ προαίρεσις, τῶν πρὸς τὸ τέλος. οἷον ὑγιαίνειν βουλόμεθα: προαιρούμεθα δὲ, δι' ὧν ὑγιανοῦμεν, καὶ εὐδαιμονεῖν, βουλόμεθα μὲν καὶ φαμέν, προαιρούμεθα δὲ, λέγειν οὐχ ἁρμόζει: ὅλως γὰρ ἔοικεν ἡ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν εἶναι.

Amplius autem voluntas quidem eſt potius finis, electio autem eorum, quae referuntur ad finem: ceu volumus valere: eligimus autem illa, vi quorum valebimus, & vitam beatam conſequi volumus, & ita ſane loquimur: eligimus autem dicere, non congruit. Ad ſummam enim electio videtur rerum earum, quae ſunt noſtri arbitrij.

Tertium hoc argumentum eſt: oſtendit enim praeter duo ſuperiora argumenta, hoc etiam idem ſignificari, quo tradit, voluntatem potius eſſe finis, quam rerum, quae referuntur ad eum finem: primum enim propoſitum in animo habemus, quid velimus, deinde quaerimus, quomodo ipſum adipiſci valeamus, quare ambo haec volumus, poſterius tamen minus: ſi namque ſine adminiculis nullis id conſequi poſſemus, non incumberemus, in ea nobis paranda, quae nos ad prius illud perducerent: contra autem electionem potius eſſe rerum, quae referuntur ad finem, iuuantque illum: exempla, quibus teſtatur hoc, valde clara ſunt; nec facile aliquis magis illuſtria excogitaret, poſt quae ait, adiungens, quod magni momenti eſt ad haec diſtinguenda, & quaſi fons, origoque omnium harum, quae traditae ſunt differentiarum. Ad ſummam videtur electio manere in rebus, quae noſtri arbitrij

bitrij ſunt. Quod vero inquit in poſteriore exemplo, non conuenire dicere quempiam, ſe eligere beate viuere; argumentum videtur ductum a conſuetudine ſermonis, niſi forte aliquis putet, orationem eam ideo reprehenſam, quia indicet contumacem hominem, vel potius ſtultum, qui tantam rem arbitretur ſuae ſubitae poteſtatis eſſe.

Οὐδὲ δὴ δόξα ἂν εἴη: ἡ μὲν γὰρ δόξα δοκεῖ περὶ πάντα εἶναι, καὶ οὐδὲν ἧττον περὶ τὰ ἀΐδια, καὶ τὰ ἀδύνατα, ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν. καὶ τῷ ψευδεῖ, καὶ ἀληθεῖ διαιρεῖται, οὐ τῷ κακῷ, καὶ ἀγαθῷ: ἡ δὲ προαίρεσις τούτοις μᾶλλον.

Neque iam opinio eſſe poterit: opinio enim videtur verſari circa cuncta, & non minus circa res ſempiternas, & quae fieri non poſſunt, quàm circa eas, quae noſtri arbitrij ſunt, & falſo, ac vero diſtinguitur, non malo, ac bono: electio autem potius his diſtinguitur.

Cvm ſupra expoſuit ſententias variorum hominum de electione; narrauit etiam inuentos quoſdam, qui dixerint ipſam eſſe opinionem, quos nunc refellere aggreditur. Primum tamen oſtendit ipſam non eſſe opinionem generatim; deinde venit ad illos confutandos, qui volebant electionem eſſe certam quandam & definitam opinionem: contra primos illos vtitur duobus argumentis; quorum prius hoc eſt. Opinio videtur locum habere in omnibus rebus, & non minus in perpetuis, atque ijs, quae fieri non poſſunt, quàm in rebus, quae ſunt noſtri arbitrij, ac poteſtatis, quod contingere non poſſe, neque vſu venire dictum eſt de electione. Alterum autem eſt. Opinio vna diſtinguitur ab alia, vanitate, ac veritate & non bono & malo: dicimus enim opinionem aliquam eſſe falſam; aliam autem veram, & non vnam harum bonam eſſe: aliam vero malam: Nos tamen ita ſaepe vulgo loquimur; animaduertendum eſt, cum dicimus quempiam bonam opinionem habere de quopiam homine, ſiue re, intelligere, minime eum decipi ac falli in iudicio de illis faciendo, ideſt recte exiſtimare de ipſis, ac ſentire, ideſt vere. electio vero his potius diuiditur: ſumimus enim quae bona ſunt: repudiamus autem & fugimus, quae mala.

Ὅλως μὲν τῇ δόξῃ ταὐτὸν, ἴσως οὐδὲ λέγει οὐθείς: ἀλλ' οὐδὲ τινί: τῷ γὰρ προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ, ἢ τὰ κακὰ, ποιοί τινές ἐσμεν: τῷ δὲ δοξάζειν, οὔ.

In vniuerſum igitur idem quod opinio eſt, fortaſſe neque dicit ipſam aliquis. ſed neque idem, quod vna aliqua: eo enim quod eligimus bona, vel mala efficimur quales ſumus, quod autem opinamur, minimè.

Non putat accurate diſputandum contra ſententiam hanc, cuius auctor fortaſſe nemo fuit: neque veriſimile eſt a quopiam ipſam probatam, penitus ſcilicet opinionem reſpondere electioni; quare relinquit ipſa: argumentaturq; ſedulo contra eos, qui vellent vnam quandam opinionem, atque electionem nulla re inter ſe diſcrepare; vtiturque, vt hoc verum eſſe non probet, pluribus argumentis; quorum primum hoc eſt; eligendo bona, malaque, efficimur quales: tam enim improbi quales ſunt, quam probi, probi inquam viri, ſi propoſuerimus nobis gerere, quae recta, honeſtaque ſunt: improbi autem, ſi contraria his; ſi vero de his opinati fuerimus, non immutamur animo, variamusque iudicium cogitatione illorum: exempli cauſa, ſi opinionem habuerimus de iuſtitia, eſſe inquam ipſam eximiam, praeſtantemque virtutem, non efficimur iuſti: ſi vero elegerimus facere, quae iuſta ſunt; incubuerimusque in ipſa toto animo, efficimur iuſti.

Καὶ προαιρούμεθα μὲν λαβεῖν, ἢ φυγεῖν, ἤ τι τῶν τοιούτων: δοξάζομεν δὲ, τί ἐστιν, ἢ τίνι συμφέρει, ἢ πῶς: λαβεῖν δὲ, ἢ φυγεῖν, οὐ πάνυ δοξάζομεν.

Et eligimus quidem adipiſci, vel fugere, ſiue huiuſcemodi aliquid, opinamur autem, quid eſt, vel cui prodeſt, vel quomodo: adipiſci autem, aut fugere non valde opinamur.

Altervm

Alterum hoc argumentum eſt. Et eligimus inquit rem aliquam ſumere, ſiue fugere ac declinare: trahere inquam ad nos, ſi accommodatam illam rebus noſtris eſſe cenſuerimus: vitare, ſi contrariam, ſiue tradit aliud quippiam, vnde ſperemus nos iuuari poſſe, ſiue incōmodi aliquid inde accipere. pertinet igitur ad conſilia noſtra atque facta: opinamur autem inquit rem aliquam vtilem eſſe, ſiue inutilem, & quid demum ipſa ſit, ſiue cui prodeſſe poſſit, aut quomodo; ſumere autem, ſiue vitare inquit, non valde opinamur; neque ita loqui mos eſt: nam opinione nos duci ad aliquam rem amandam, ſiue deſpiciendam, profecto videmur.

Καὶ ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται τῷ εἶναι, οὗ δεῖ μᾶλλον, ἢ τῷ ὀρθῶς: ἡ δὲ δόξα, τῷ ἀληθῶς.

Et electio quidem laudatur, quod ſit eius, cuius oportet eſſe magis, quam quòd recta eſt: opinio autem, quod vera eſt.

Tertium argumentum; electio inquit laudatur, quod ſit eius, cuius oportet eſſe, magis quàm quod rectè facta ſit: opinio autem laudatur, quod vere aliquis opinatus ſit: differentia enim opinionis eſt, verum, & falſum, ſed conemur haec exemplis illuſtrare. laudatur, qui virtutem ſequitur, & nullum laborem declinat, obtinendae illius gratia: non laudatur opinio, quod in illam incumbat, ſed quod de ipſa ita ſentit, exiſtimatque illam perſequendam: longè igitur alium ortum ambae habent: quare diſſimiles ſunt. Non me fallit autem, eos, qui verterunt hos de moribus libros, non eodem pacto accepiſſe locum illum ἢ τῷ ὀρθῶς, quae diſſenſio nata eſt ex gemina vi, notioneque particulae ἢ; nunc enim valet, vel, nunc vero, quàm, quemadmodum ſupra cepit ipſam auctor, cum ait, ἢ τὸ ἑκούσιον: apta eſt enim illic ea a verbis illis ἐπ' ἀκουσίων: quare arbitror hic ipſam eodem pacto accipiendam, vt dixerit noſter doctor, conſuetudinem eſſe de electione dicere, eam fuiſſe illius rei, cuius decebat, potius quàm rectam ipſam appellari: vt iudico enim, argumentatur hic quoque a more loquendi: durum tamen aliquibus non ſine cauſa videri potuit, non apte dici de electione poſſe, illam rectè factam eſſe, ſi commendatur, quod eius rei, cuius decuit, electio fuerit, quae res effecit, vt opinor, vt exiſtimarint tamquam coniungi extremum hoc cum primo decere, atque idem paene valere, quod parum interſit, aut nihil, inter oportere, & recte fieri.

Καὶ προαιρούμεθα μὲν, ἃ μάλιστα ἴσμεν ἀγαθὰ ὄντα: δοξάζομεν δὲ, ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν,

Et eligimus quidem, quae maximè ſcimus bona eſſe: opinamur autem quae non valde nouimus.

Quartum argumentum, ductum a vario iudicio, quod facimus de rebus: veluti enim illas diuerſas eſſe ſuſpicamur, ita diuerſis modis nos gerimus in ipſis ſiue ſumendis, perſequendisque: ſiue minimè perſequendis. Quare perſpicitur inde quoque eſſe illas diſcrepantes: eligimus enim inquit, inducimusque in animum facere ea, quae valde nouimus compertumque habemus eſſe bona, atque vtilia: opinionem autem tantum habentes de illis, quae non valde cognita, perſpectaque habemus; ſed diffidimus noſtris iudicijs de illis, vnde opiniones quaedam verae, aliae autem falſae vocatae ſunt, quod declarat nihil explorati nos de ipſis habere, vt incertis. quare tantum laudamus ipſa; non tamen ſtatim gerimus veriti, ne peccaturi ſimus. Declarat igitur hoc quoque diſſimilitudinem earum rerum, electionis inquam, atque opinionis.

Δοκοῦσί τε οὐχ οἱ αὐτοὶ προαιρεῖσθαι τὰ ἄριστα, καὶ δοξάζειν. ἀλλ' ἔνιοι δοξάζειν μὲν ἄμεινον: διὰ κακίαν δ', αἱρεῖσθαι οὐχ ἃ δεῖ.

Videntur enim non ijdem eligere, quae optima ſunt, & de illis opinari, ſed quidam opinari quidem melius: ob vitium autem, ſumere non ea quae recta ſunt.

Quintum hoc argumentum eſt, ſumptum a perſonis, quae ſaepe non vnae, eaedemque idem volunt: inueniuntur enim mortales non pauci, qui verius ſentiunt, exiſtimantq; de

rebus bonis, quàm poſtea ſe in ipſis gerant; quae varietas opinionis, atque actionum naſcitur, quia deliniti illecebris voluptatum, ſiue metu doloris ac malorum, quae fortibus conſilijs, honeſtiſque factis comitantur, non permanent in ſententia iudicioque, quod de illis prius fecerant. Vitij autem nomine ſignificauit Ariſtoteles inconſtantiam, atque ea, quae impediunt optimas cogitationes: diſſenſit igitur in his electio ab opinione; quod non contingeret, ſi vnum atque idem ambae illae forent. A

Εἰ δὲ προγίνεται δόξα τῆς προαιρέσεως, ἢ παρακολουθεῖ, οὐδὲν διαφέρει· οὐ τοῦτο γὰρ σκοποῦμεν, ἀλλ' εἰ ταυτόν ἐστι δόξῃ τινί.

Si autem antecedit opinio electionem, ſiue ſequitur ipſam, nihil differt: neq; enim hoc inueſtigamus, ſed ſi idem eſt, quod opinio quaedam.

Opinio nunc antecedit electionem, nunc ſequitur ipſam: quare ſignificare voluit Ariſtoteles; ſi quis putaret hoc variare ſententiam ſuam, ipſum decipi, atque errare: neque enim hoc alicuius momenti eſt ad id, quod modo ſtatuit de hac re; verumque eſſe docuit immutandum: neque quaeſtio de hoc modo eſt; ſed diſputatur nunc, vtrum idem omnino ſint electio, atque opinio; de tempore opinionis dubium eſſe non poteſt, quin duo, illa ſint. Nunc enim aliquis exempli cauſa amat tenuem, caſtamque vitam, natura propenſus ad temperantiam; in quo propoſito non permanet; ſemel poſtea guſtata corporis voluptate: alius autem quiſpiam rectam opinionem habet de aliqua virtute, puta, fortitudine; poſtea tamen deterretur ab ea perſequenda, cognitis laboribus, qui in ipſa ſuſtinentur, ac dolore, & vulneribus.

Τί οὖν ἢ ποῖόν τι ἐστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων οὐθέν ἐστιν; ἑκούσιον μὲν δὴ φαίνεται· τὸ δ' ἑκούσιον, οὐ πᾶν προαιρετόν. ἀλλ' ἆρά γε τὸ προβεβουλευμένον; ἡ γὰρ προαίρεσις, μετὰ λόγου, καὶ διανοίας· ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε, καὶ τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

Quae nam igitur, aut qualis res eſt, poſtquam harum nulla eſt, quae dictae ſunt: quiddam igitur quod ſponte fiat perſpicitur eſſe: quod ſponte autem fit, non omne, materia eſt electionis, ſed numquid id, de quo prius deliberatum eſt: electio enim cum ratione, & accurata animaduerſione iuncta eſt: ſignificare autem hoc videtur & nomen, quo appellatur, tamquam id ſit, quod alijs reiectis ſumendum ſit.

Cum iam confutaſſet ſententias eorum, qui, quid foret electio, oſtendere voluerant; itidemque res non nullas, quae ſimilitudinem aliquam cum ipſa haberent, non eſſe veram electionem docuiſſet, aggreditur nunc aperire naturam ipſius. Poſtquam igitur inquit patefactum eſt, non eſſe illam quippiam eorum, quae dicta ſunt; videndum eſt, quid illa potiſſimum ſit, & qualis. Primum igitur de ipſa tradit, intelligi eam plane ſponte facienda ſuſcipere, quae aggreditur; neque tamen penitus eſſe idem, quod eſt illud, quod ſponte ſuſcipitur: non enim retroagitur omne, vt ſtatim declarat; tamquam totum illud, quod ſponte geſtum eſt, ſit etiam deliberatum atque electum, vt ita vocem, quod auctor προαιρετὸν appellat; ſed illud ſolum ſpõte geſtum, exiſtimari debere, quod cum delectu ſuſceptum, adminiſtratumque, repudiatis deterioribus rebus, eſt. Probat hoc duobus argumentis, quorum prius eſt, quod affirmat, electionem non manere ſine ratione, atque accurata deliberatione; alterum autem ab etymologia nomineq; ipſo Graeco, quod iunctum eſt cum praepoſitione, πρὸ, quae particula, cum voce, quae ſequitur, ſignificat ſumptum eſſe illud pro alijs, quae, vt minus idonea, reiecta & poſthabita ſunt: de totaque re prius deliberatum.

Βουλεύονται δὲ πότερα περὶ πάντων, καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστιν, ἢ περὶ ἐνίων οὐκ ἔστι βουλή.

Conſul-

Conſultant autem vtrum de omnibus rebus, & quidquid id ſit cadit in conſultationem? an de quibuſdam non eſt conſultatio.

ATTIGERAT, dum exprimeret vim nominis, quo Graeci appellant electionem, quiddā de conſultatione, delibèrationeve, ex qua voce illa conformata eſt: quare nactus hanc occaſionem, modo de ipſa diligenter diſſerere voluit, quam praeter hoc omittere non poterat, cum tanti momenti ſit ad hanc praeceptionem de moribus abſoluendam: ſed etiam in libro II. de moribus ad Eudemum, poſt accuratam diſputationem de electione, quaeſiuit de conſultatione: inquit igitur nunc, quaſi interrogans: Vtrum autem conſultant de omnibus rebus, & omne, de quo veritas quaeritur, cadit in conſultationem, ſiue ſunt res non nullae, de quibus non conſultatur?

Λεκτέον δ' ἴσως βουλευτὸν, οὐχ ὑπὲρ οὗ ἄν τις βουλεύσαιτο ἠλίθιος, ἢ μαινόμενος: ἀλλ' ὑπὲρ ὧν, ὁ νοῦν ἔχων.

Dicendum autem fortaſſe cadere in conſultationem non id, de quo conſultaret homo fatuus, ſiue furens, ſed de quibus compos mentis.

ANTIQVAM doceat, inueniri res quaſdam, de quibus homines non deliberant, ſignificauit, quid valeret hoc nomen βουλευτὸν, id eſt quod cadit in conſultationem: monſtrauitque appellari non poſſe βουλευτὸν, de quo conſultaret fatuus ſiue inſanus; ac furens, id eſt nullius conſilij, verum illa, de quibus ſententiam aliorum quaereret ſanae mentis homo: neque enim huiuſcemodi aliquis ſibi quaerendum putaret de rebus apertis, valdeq; tenuibus; veluti etiam de ijs, quae non poſſunt mutari vllam in partem humano ſtudio, atque opera.

Περὶ δὲ τῶν ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύεται. οἷον περὶ τοῦ κόσμου, ἢ τῆς διαμέτρου, καὶ τῆς πλευρᾶς, ὅτι ἀσύμμετροι.

De rebus autem eternis nemo conſultat, ceu de mundo, & de dimetiente, & latere, quod ipſorum nulla communis menſura.

STATIM adiungit, neminem extare, qui conſultet de rebus ſempiternis. Quae vero hoc nomine intelligat exponit, exemplisq; talium omnium his vtitur: veluti enim ait de mundo, partibusque eius; quemadmodum etiam de dimentiente ac latere; quod communem menſuram non habent: non ſunt autem ambo haec einſdem generis: etſi conuenit ipſis in perpetuitate: prius enim exemplum eſt cunctarum rerum caeleſtium: poſterius autem mathematicarum: expertes autem ambae ſunt mutationis omni tempore: vnde perſpicitur, ipſas remotas, alienasque eſſe a conſultatione; deliberamus autem, vt melius & quod vtilius eſt ſumamus, deteriusque declinemus.

Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν κινήσει: ἀεὶ δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ γινομένων: εἴτ' ἐξ ἀνάγκης, εἴτε φύσει, ἢ διά τινα ἄλλην αἰτίαν: οἷον τροπῶν, καὶ ἀνατολῶν.

Sed etiam neque de his, quae in motu ſunt: ſemper autem eodem modo fiunt, ſiue neceſſitate, ſiue natura, ſiue alia quapiam de cauſa, veluti de ſolis flexionibus, & ortibus ſiderum.

NEQVE etiam cōſultatur de ijs, quae ſanè immutationi expoſita ſunt, verumtamen eandem ſemper in motu illo ſuo rationem tenent: nam ſuperiora, quae poſuit, ab omni prorſus immutatione vacua, ſolutaque ſunt; cum autem non omnino certa ſit cauſa permutationis eorum: pluresque, ac variae doctorum virorum ſententiae de hoc fuerint, partem earum exponit: ſiue enim inquit hoc neceſſitate efficitur, ſiue natura, ſiue alia qua-

piam cauſa; Exempli cauſa addit, de flexionibus ſolis, ideſt ſolſtitio ac bruma: neque de ortibus ſtellarum & ſignorum.

Οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως. οἷον αὐχμῶν, καὶ ὄμβρων.

Neque de ijs, quae alijs temporibus aliter fiunt, veluti ſqualloribus, atque imbribus.

ADIVNGIT etiam non deliberari de his, quae certi nihil, definitique in ſe habent, ſed magnopere variantur: alijſque temporibus aliter, atque aliter fiunt, quales ſunt, vt narrat, ſquallores, atque imbres: etſi namque certis quibuſdam temporibus crebrius euenire ſolent, nihil tamen omnino firmum, ſtabileque eſt in natura ipſorum: contingit enim hibernis temporibus multos multoſque dies ſine pluuia, humoreque vllo e ſuperis ſedibus fuſo tranſire: eſtiuis autem plures pluresque continentes, imbres in terram fundi.

Οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης, οἷον θησαυροῦ εὑρέσεως.

Neque de ijs, quae a fortuna fiunt, veluti theſauri inuentione.

ADIVNGIT, non conſultare etiam homines de ijs, quae ſunt in poteſtate fortunae collocata; cùm enim incerta admodum ſint, nec notam vllam in ſe poſitam habeant, vnde praeſentiri poſſint, ſtultum negotium eſſet, illa mente verſare: ſperareque ſe poſſe conſilio inueſtigare: aliquando enim, vbi aliquis minime putaſſet, aliud gerens, incidit in grandem pecuniam abditam, qui autem parum ſapienter, incubuerunt in hanc curam, fruſtrati ac deluſi ſunt.

Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπικῶν πάντων. οἷον πῶς ἂν Σκύθαι ἄριστα πολιτεύοιντο, οὐδεὶς Λακεδαιμονίων βουλεύεται· οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τούτων δι' ἡμῶν οὐθέν.

Sed neque de omnibus rebus humanis, ceu quomodo Scythae remp. ſuam optime adminiſtrare valerent, nullus Lacedaemonum conſultat: nihil enim horum ad exitum perduceretur ſtudio, & opera noſtra.

ADMONET etiam non poſſe rectè de omnibus humanis rebus deliberari; cuius veri ſui documenti certum & apertum exemplum ponit: ſimile autem ipſi foret, vt ſiquis Italus homo, penitus alienus ab eo, ſuaderet regi Turcarum, vt multum remitteret illius ſui duri, acerbiq; dominatus. Cur autem nihil horum, quae multa paucis expoſuit attingere homo ſanus debeat, oſtendit: nihil enim horum effici poſſe ſtudio & opera noſtra teſtatur: non oportet autem ita attingere rem quampiam, quae exitum non habeat.

Βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν. ταῦτα δὲ καὶ ἔστι λοιπά: αἴτια γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, φύσις, καὶ ἀνάγκη, καὶ τύχη. ἔτι δὲ νοῦς, καὶ πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου. τῶν δ' ἀνθρώπων ἕκαστοι βουλεύονται περὶ τῶν δι' αὐτῶν πρακτῶν.

Conſultamus autem de ijs, quae noſtri arbitrij ſunt, atque a nobis agi poſſunt: haec autem reſtant: cauſae enim videntur eſſe, natura, & neceſſitas, & fortuna: adhuc autem mens, & omne quod vi hominis effici poteſt: ſinguli autem homines conſultant de his rebus, quae per ipſos agi poſſunt.

CVM ſuſtuliſſet ea, quae nullo pacto veniunt in deliberationem, aperit nunc de quibus homines inter ſe deliberant: prima autem illa appellat, quae agi ab hominibus poſſunt; in poteſtateque eorum ipſorum, & manu poſita ſunt, qui deliberant, ſiue illorum, quibus conſilium dant: haec enim reſtare dicit, poſt excluſa ſuperiora: cum hae cauſae ſint rerum omnium, vt narrat, & illarum, de quibus minime conſultatur, & harum, quae

cadunt

cadunt in deliberationem; natura, neceſſitas, fortuna; praeterea inquit mens, & omne illud, quod vi & opera hominum effici poteſt, ideſt voluntas.

Καὶ περὶ μὲν τὰς ἀκριβεῖς, καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν, οὐκ ἔστι βουλή. οἷον περὶ γραμμάτων: οὐ γὰρ διστάζομεν πῶς γραπτέον, ἀλλ' ὅσα γίνεται δι' ἡμῶν.

Et circa ſcientias exquiſitas, & quae ſe ipſis contentae ſunt, locum non habet conſilium: ceu de litteris: non enim ambigimus, quomodo ſcribendum ſit, ſed de illis, quaecunque fiunt per nos.

EXCIPIT modo res non nullas, quae etſi attinguntur ab hominibus: eiusq; generis ſunt, quod cadit in actiones humanas, non tamen expoſitae ſunt conſultationi, atque id, quia certior eſt ratio ipſarum intelligendarum: quae namque ſcientijs & artibus percipiuntur, magis certa & explorata ſunt, quàm quae opinionibus, iudicijsque, prudentium etiam virorum, cognoſcuntur. Primum igitur tradit, conſilium, & deliberationem, non pedem ponere in illa, quae ab exquiſitis ſcientijs tradita ſunt: neque enim ſcientiae etiam omnes vno, & eodem pacto accuratae, perfectaeq; ſunt; extant enim quae egeant ope, & confirmatione aliarum, enim inueniantur, quae principijs ſuis contentae ſint ad conſtituendum quod praecipiunt, vt in primis geometria: has igitur videtur appellaſſe αὐτάρκεις, ſed, vt potui, declaratis nominibus, veniam modo ad ea, quae traduntur ab auctore, qui cum dixiſſet locum non habere conſultationem in his ſcientijs, quas monſtrauit, exempla poſuit non nullarum, & de ipſis quoque non nihil diſputauit: primam autem nominat ſcientiā, rationemque litterarum, & ſi ipſam vocat litteras, vt veteres illi quoque Latini faciebant, cauſamque adfert, cur non conſultatur de ipſa: neque enim inquit, ambigimus, quomodo vocabulum aliquod ſcribere debemus: ſatis enim hoc exploratum nobis eſt: verum quaerimus de ijs, quae geri, adminiſtrarique a nobis poſſunt.

Μὴ ὡσαύτως δὲ ἀεί, περὶ τούτων βουλευόμεθα. οἷον περὶ τῶν κατὰ ἰατρικὴν, καὶ χρηματιστικὴν, καὶ περὶ κυβερνητικὴν μᾶλλον, ἢ γυμναστικὴν, ὅσῳ ἧττον διηκρίβωται. καὶ ἔτι περὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως.

Non eodem autem pacto ſemper, de his quidem conſultamus, ceu de ijs, quae pertinent ad artem medicorum; & ad ſtudium pecuniae quaerendae, & circa facultatem nauem gubernandi potius, quàm corporis exercendi, quanto minus exquiſita eſt, & praeterea de reliquis eodem pacto.

NEC tamen ſemper eundem exitum adipiſcuntur, ſed naſcitur in ipſis aliquando varietas non parua, veluti ait in ſcientia medicorum, & ratione quaerendae pecuniae, nec non arte gubernatorum magis, quam ea, quae docet, quomodo vtiliter hominum corpora exerceantur; quanto minus inquit certa, exquiſitaque eſt, quae rationem habet cum impetu ventorum, ac tempeſtatibus; quibus moderari difficile eſt. Adiungit, eandem rationem eſſe reliquarum artium: quae namque magis obſcurae, incertaeque ſunt, magis requirunt operam, ſtudiumque deliberantium.

Μᾶλλον δὲ καὶ περὶ τὰς τέχνας, ἢ τὰς ἐπιστήμας: μᾶλλον γὰρ περὶ αὐτὰς διστάζομεν.

Magis autē circa artes, quàm ſcientias: magis enim circa ipſas ambigimus.

GRAECVS interpres teſtatur duobus modis hic olim legi ſolitum, cum inuenirentur libri, in quibus ſcriptum foret, ἢ τὰς δόξας, quae fortaſſe lectio non eſt reijcienda: praeſertim cū ſupra contulerit aliquo modo ſciētias cum artibus: nam illae, quas vocauit ſcientias exquiſitas, putandae ſunt eae, quae proprie, vereque ſcientiae dicendae ſunt; minus autem tales, quas verius foret vocare τέχνας, vt τεχνῶν nomine vſus non fuerit proprie; intellexeritq; ea voce cognitionem etiam tenuem, quemadmodum Iſocrates contra Sophiſtas, accuſans ipſos, cum ſe tenere ἐπιστήμας videri vellent, quae tamen exiles cognitiones, aut nullae forēt, comparauit ipſas cum δόξαις: dixitq; minus eſſe credendum ſcientijs ipſorum, quàm alijs

non nullis hominibus, qui opinionibus vtetentur: nam dubium non eſt, quin opinionibus quorundam doctorum virorum, magnumque vſum rerum habentium, ſtandum ſit.

Τὸ βουλεύεσθαι δὲ, ἐν τοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: ἀδήλοις δὲ πῶς ἀποβήσεται, καὶ ἐν οἷς ἀδιόριστον.

Conſultare autem locum habet in his, quae plerumque fiunt: incerta autem ſunt, quem exitum habitura ſint: & in quibus indefinitum aliquod eſt.

DECLARARE etiam voluit, quae ſit propria, ſuaque materia conſultationum; verſarique ipſas dicit in rebus, quae & euenire illo modo, & non euenire poſſunt, ἐνδεχόμενα vocata a Graecis, quae tamen cum trium generum ſint, circa ea, quae plerumque eodem modo fiunt: ſed tamen incerta ſunt & obſcura hominibus: ſi namque illae res firmae forent, & alienae varietatis, non eſſent contingentes: neque de ipſis conſultaretur. De illis quoque, quae fiunt aequaliter, nec magis pronae ſunt in hanc, quàm in illam partem ſolemus deliberare, ſolliciti cum ſimus de ijs, neque tamen penitus nobis ea polliceamur, quae quamuis ſaepe ita fiunt, ope, conſilioque prudentium ipſa impetrare ſtudemus. Addit etiam deliberari ſolere de ijs, quae ſunt adhuc indefinita, & in ſe continent quiddam, quod adhuc iudicio, & conſenſu deliberantium; ceterorumque cognitum, atque exploratum non ſit, veluti ille, qui apud Terentium, poſt longam & valde diſſentientem conſultationem, inquit. Ego amplius deliberandum cenſeo, res magna eſt.

Συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα, ἀπιστοῦντες ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς οὐχ ἱκανοῖς διαγνῶναι.

Adhibemus autem nobis ſocios in deliberationibus, cum conſilium capiendum eſt de rebus magnis, non fidentes nobis ipſis, vt non ſatis idoneis ad id, quod prodeſſe poſſit, diſtinguendum.

CAVSAM adfert moris hominum, qui in conſilijs capiendis de rebus magnis ſocios ſibi adhibent; aitque hoc ipſos facere, quia diffidunt ingenijs ſuis, tamquàm non facile queant in ipſis verum videre, praeſertim, vt arbitror, quia in rebus ſuis exiſtimandis facile mortales decipiuntur.

Βουλευόμεθα δὲ, οὐ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη: οὔτε γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται, εἰ ὑγιάσει, οὔτε ῥήτωρ, εἰ πείσει, οὔτε πολιτικὸς, εἰ εὐνομίαν ποιήσει, οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδεὶς περὶ τοῦ τέλους. ἀλλὰ θέμενοι τέλος τι, πῶς, καὶ διὰ τίνων ἔσται, σκοποῦσι.

Conſultamus autem non de finibus, ſed de his, quae referuntur ad fines: neque enim medicus conſultat, ſi ſanabit aegrotum, neque orator, ſi perſuadebit, neque qui remp. conſtituit, ſi vtiles leges ſcribet: neque alius quiſpiam reliquorum de fine. ſed cuncti, figentes ſibi aliquem finem, quomodo, & vi quarum rerum ipſum adipiſcantur. deliberant.

CVM ſignificaſſet iam de quibus capitur conſilium, nunc rationem, ordinemque oſtendit, qui in rebus his obſcuris videndis, ſeruari debet, & quorum, ſequentes iudicia, prudentium virorum, certiores fieri velimus: primum igitur admonet non quaeri de finibus: fines enim, qui ſunt tamquam principia quaedam in rebus agendis, rati firmique in pectoribus noſtris eſſe debent: quaerunt igitur inquit, qui conſultant de vijs, & rationibus, quae perducant ipſos ad eos fines: compotesque faciant eorum, quae optant. probat autem hoc inductione, ſignificans, tribus exemplis poſitis, medici, oratoris, politici, hoc facere cunctos, qui quomodo valeant rem aliquam adipiſci, diligenter quaerunt; omnes enim docet

hos

hos non dubitare de finibus: ſed poſitis illis, quomodo, & ope quorum, ea impetrare valeant ſubtiliter perſcrutari.

Καὶ διὰ πλειόνων μὲν φαινομένου γίνεσθαι, διὰ τίνος ῥᾷστα, καὶ κάλλιστα ἐπισκοποῦσι: δι' ἑνὸς δὲ ἐπιτελουμένου, πῶς διὰ τούτου ἔσται: κἀκεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωσιν, ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον, ὃ ἐν τῇ εὑρέσει ἔσχατόν ἐστιν: ὁ γὰρ βουλευόμενος ἔοικε ζητεῖν, καὶ ἀναλύειν τὸν εἰρημένον τρόπον, ὥσπερ διάγραμμα.

Quod ſi ope plurium rerum perſpectum fuerit, poſſe fieri, per quam facillime, & optime conficiant, praeterea quaerunt: cum autem vnius ope id perfici poteſt, quomodo vi huius nobis aderit, & illud itidem vi cuius, donec venerint ad primam cauſam, quae in inuentione vltima eſt: qui enim conſultat, videtur quaerere, et reſoluere dicto modo, quemadmodũ deſcriptionem mathematicã.

Cvm oſtendiſſet in deliberationibus, fine aliquo ſibi propoſito, quaeri ſolere, quo pacto potiſſimus ipſum adipiſci, & ope adminiculoque quarum rerum vſi; docet nunc, ſi forte plures fuerint rationes, viaeque cognitae, quae ad eum finem perducant, reſtare, qua potiſſimum ipſarum, valeamus facillimè & pulcherrime ipſum obtinere: veluti ſiquis cupiat fieri diues, augendi valde patrimonij plures viae ſunt: extiterunt enim qui mercaturis faciendis amplas diuitias conſecuti ſunt, alij autem ſtudio agri colendi rem quaeſiuere, non nulli praeterea in militiam profecti, diuites domum redierunt; videndum igitur, vt admonet, quae ratio certior ſit parandi diuitias, & facilior, & honeſtior, & in eam incumbendum. Quod ſi vna tantum ſit, quae praeſtet hoc, ad ſuperiora redeundum; ponderandumque & quomodo, & ope cuius, conficere quod volumus, valeamus, quod ſi primum vim adhuc tantam, & poteſtatem ſolum non habuerit, ſed egeat adhuc adiumento alius, ſtãdum non eſt, & vlterius progrediendum: nec ceſſandum antea quam ad primam cauſam peruenerimus, quae, dum inuenire quod volumus, ſtudemus; in eoque laboramus, vltima eſt. Hoc autem ipſum ſimili probat, ducto a geometris, inquit enim, qui conſultat de aliqua re, ſimilitudinem habet cum eo, qui quaerit, & reſoluit perceptum aliquod: ab extremo enim ille plane reuertitur ad initium eius demonſtrationis; eodem igitur pacto ſe gerit inueſtigando, quod quaerit, qui deliberat: imitaturque ipſum.

Φαίνεται δὲ ἡ μὲν ζήτησις, οὐ πᾶσα εἶναι βούλευσις: οἷον αἱ μαθηματικαί, ἡ δὲ βούλευσις, πᾶσα ζήτησις, καὶ τὸ ἔσχατον ἐν τῇ ἀναλύσει, πρῶτον εἶναι ἐν τῇ γενέσει.

Perſpicitur autem, quaeſtionem quidem non omnem eſſe conſultationem, ceu mathematicae ſunt: conſultatio autem omnis eſt quaeſtio: & quod vltimum eſt in reſolutione, id primum eſt in generatione.

Perspicitvr hinc inquit, non conuerti inter ſe, nec retroagi quaeſtionem & deliberationem, vt quemadmodum omnis deliberatio eſt quaeſtio, ita omnis quaeſtio ſit deliberatio: hoc enim vſu venit tantum in rebus, quae pares, aequalesque inter ſe ſunt, quod non cadit in has: Non omnem igitur quaeſtionem inquit eſſe conſultationem: id quod declarat ſimilitudine rerum, quae mente viſuntur, nõ ſtudio, & opera humana efficiuntur: quaeſtiones enim inquit ſcientiae mathematicorum, non ſunt vllo pacto conſultationes: Exemplo enim vſus eſt figurae mathematicae, vt rem aliquo modo ante oculos poneret: qui namque vult demonſtrare quippiam quod concluſum iam ſit, reſoluit, ac redigit ipſum in ſua principia, in quo munere pergit, donec peruentum eſt ad illud quod per ſe planum eſt, nec eget probatione. contra autem inquit, omnis conſultatio eſt quaeſtio: qui enim deliberant de aliqua re, accuratè quaerunt, indagantque, quae ratio ſit illius boni impetrandi. Adiungit etiam, quod vltimum eſt in reſolutione, ideſt cum peruenimus ad extremum alicuius facti; indeque, mutato curſu, reuertimur ad initium ipſius, illud primum eſſe in re gignenda, ordiendaque: gigni enim quoque ab ipſo alibi dictae ſunt hominum actiones, vt infra appellauit hominem γεννητὴν τῶν πράξεων: ideſt genitorem & tamquam fabrum actionum.

Καὶ

Κἂν μὲν ἀδυνάτῳ ἐντύχωσιν, ἀφίστανται· οἷον εἰ χρημάτων δεῖ· ταῦτα δὲ μὴ οἷόν τε πορισθῆναι· ἐὰν δὲ δυνατὸν φαίνηται, ἐγχειροῦσι πράττειν· δυνατὰ δὲ, ἃ δι᾽ ἡμῶν γένοιτο ἄν· τὰ γὰρ διὰ τῶν φίλων, δι᾽ ἡμῶν πώς ἐστιν· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν ἡμῖν.

Quod ſi occurrerint alicui, quod fieri non poteſt, ſe remouent ab inquiſitione, veluti ſi grandi pecunia opus eſt: eaq; parari non poteſt: ſi autem perſpectum fuerit eam cogi poſſe, aggrediuntur ad rem agendam: effici autem poſſe putantur, quae ſtudio, curaq; noſtra efficerentur; quae namque auxilio amicorum geruntur, ea per nos aliquo modo fiunt: principium enim in nobis poſitum eſt.

Aperit non nulla, quae in deliberando ſaepe contingunt: traditque quomodo deliberantes, ſe gerere temporibus illis debeant. Primum autem oſtendit; quia in rebus accurate videndis, quae requiruntur fini illi obtinendo, intelliguntur aliquando eſſe difficultates non nullae, quae ſuperari non poſſint, oportere tunc vlterius non quaerere: abijcereque propoſitum illud, ceu inquit, ſi ſine grandi pecunia id effici non poteſt: nec ratio vlla eſt ipſam parandi, conſilium dimittendnm eſt: ſi vero nulla mora eſt, aut quae, ſtudio adhibito, vincatur, aggrediuntur, nec dubitant facere: Cum autem meminiſſet eorũ, quae poſſunt effici; aperuit etiam quae potiſſimum huiuſcemodi ſint: ſignificauit igitur effici poſſe illa, putandum eſſe, quae opera, curaque noſtra exitum conſequi valeant, in quo numerat etiam ea, quae ſtudio, auxilioque amicorum perficimus: amici enim tamquam nos metipſi ſunt: principium enim illorum mouendorum in nobis manet: numquam autem deſunt amici honeſtis poſtulatis amicorum. Nam quod ad pecuniam pertinet, cuius exemplo auctor vſus eſt, cognouit hoc quoque princeps Graecorum Oratorum, &, vt ciues ſui intelligerent, laborauit, cum in contione clamauit, opus eſſe pecunia, ac ſine ipſa nihil effici poſſe eorum, quae tempus illud, & graue bellum poſtularet. Verba eius cum valde nota ſint & in illuſtri loco poſita a me huc comportanda non exiſtimaui.

Ζητεῖται δὲ, ὁτὲ μὲν τὰ ὄργανα, ὁτὲ δὲ ἡ χρεία αὐτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς· ὁτὲ μὲν, δι᾽ οὗ, ὁτὲ δὲ πῶς, ἢ διὰ τίνος.

Quaeruntur autem, aliquando quidem inſtrumenta, aliquando autem vſus ipſorum: ſimili modo. autem & in reliquis aliquando quidem vi cuius rei: aliquando autem quomodo ſiue opera cuius.

Adivngit etiam aliud, cuius cognitio rebus agendis vtilis eſt: dicit enim quaeri aliquãdo inſtrumenta, ſine quibus opus confici non poteſt: alio vero tempore, paratis iam illis, quomodo vtiliter ipſis vtamur: e quibuſdam enim inſtrumentis fructum non magnum capiunt, qui illa tractare non didicerint. Idem etiam ſeruandum eſſe inquit, in ceteris rebus: aliquando enim quaeritur vi cuius, & opera: aliquando autem quomodo, ſiue adminiculo cuius. Primum, quod hic ſignificauit Ariſtoteles, admonuit etiam M. Cicero in Partitionibus ſuis, vbi, & ipſe praecipit de genere deliberandi: inquit enim: Nam, ſiquid effici non poteſt, deliberatio tollitur, quamuis vtile ſit. Sed etiam idem illic diſſeruit de his, quae effici poſſunt; in quo praeterea docuit, quae non ſine magnis laboribus ac ſumptibus efficiuntur: habenda pro rebus quae non poſſunt fieri; haec ipſius verba ſunt. Cum quaeritur quid fieri poſſit, videndum etiam eſt, quàm facile poſſit; nam quae perdifficilia ſunt, petinde habenda ſaepe ſunt, ac ſi effici non poſſent.

Ἔοικε δὴ, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων· ἡ δὲ βουλὴ, περὶ τῶν αὑτῷ πρακτῶν· αἱ δὲ πράξεις, ἄλλων ἕνεκα. οὐκ ἂν οὖν εἴη βουλευτὸν τὸ τέλος, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὰ τέλη. οὐδὲ δὴ τὰ καθ᾽ ἕκαστα, οἷον εἰ ἄρτος τοῦτο, ἢ πέπεπται ὡς δεῖ· αἰσθήσεως γὰρ ταῦτα. εἰ δὲ ἀεὶ βουλεύσεται, εἰς ἄπειρον ἥξει.

Videtur autem, quemadmodum dictum eſt homo eſſe principium actionum:

conſilium autem capitur de rebus, quae ab ipſo agi poßunt, actiones autem aliorum cauſa fiunt. non cadit igitur in conſultationem finis, ſed ea, quae referuntur ad finem, neque res ſingulares, veluti ſi panis hic eſt, aut † piſtus eſt, vt oportet: haec enim ſenſus: ſi autem ſemper conſultabitur ad infinitum res veniet. †

TRADIT ordinem totum huius rei, repetitque, vt ſignificat, quod paulo ſupra expoſuerat: inde enim orditur: additque aliud, quod oportebat, ad oſtendendum de quibus minime deliberatur: inquit igitur, apparere hominem eſſe caput & initium actionum: dixerat autem antea, mentem, & omne, quod agitur ab homine, principium & cauſam eſſe actionum: hic autem adiungit conſilium haberi de ijs, quae ab ipſo agi poſſunt: hoc enim quoque iam ſignificatum fuerat, non conſueſſe homines, de rebus, quae agi nequeunt ab ipſis, conſultare, quas actiones inquit ſuſcipi aliarum rerum obtinendarum cauſa; non enim ſuſciperent ſibi aliquid agendum, niſi ſtudio illo ſuo, & opera quippiam conſequi vellent, quare dicit, quod ſequitur; ſi cogimus conſilium, vt ope ſententiarum dictarum aliud cõſequamur, non cadere in conſultationem finem, ſed illa, vt narrat, quae referuntur ad finem: adiuuantque ipſum & cauſa ſunt, vt eo potiamur, cuius adipiſcendi deſiderio, conſilium coegimus: vnde inquit non conſultamus etiam de rebus ſingularibus, veluti inquit, ſi ad quem manum intendimus, ſiue qui monſtratur nobis ab alio, panis eſt: cum enim panis ſit, vna rerum ſingularium, quibus cognoſcendis ſenſus accommodati ſunt, neceſſe nõ eſt, magno cum ſuo, & aliorum labore dare operam, vt id intelligas; non ſolum autem panis, quem ante oculos habeas, ſenſu oculorum percipi poteſt, paniſne ille ſit, ſed etiam aliane quapiam qualitate praeditus ſit: vnde ſequuntur duo verba, quae puto hoc ſignificare voluiſſe: vereor tamen, ne in libris & formis excuſis, & calamo exaratis, corrupta illa ſint: nam Graecus interpres, vnde iudicium de hoc fieri potuiſſet, mentionem nullam de hoc fecit: quare incerti admodum animi de hoc ſum.

Βουλευτὸν δὲ, καὶ προαιρετὸν τὸ αὐτό. πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη, τὸ προαιρετόν: τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθὲν, προαιρετόν ἐστι: παύεται γὰρ ἕκαστος ζητῶν πῶς πράξει, ὅταν εἰς αὑτὸν ἀναγάγῃ τὴν ἀρχὴν, καὶ αὑτοῦ, εἰς τὸ ἡγούμενον: τοῦτο γὰρ τὸ προαιρούμενον.

Id autem de quo conſultatur, & quod materia eſt electionis, idem eſt, praeter quàm quod definitum iam eſt. illud, quod eligi debet: quod enim e conſilio antepoſitum eſt, id eligi debet: deſinit enim vnusquiſque homo quaerere quomodo aget, quando in ſemet ipſum perdu erit principium, & ſui ipſius partem, quae dux eſt, & antecellit: hoc enim eſt quod eligitur.

CVM diſſeruerit de conſultatione, totius rei magis declarandae cauſa, confert inter ſe, quod in conſultationem venit, & quod, ceteris poſthabitis, de quibus quaeſitum fuit, probatum eſt, & melius quam illa, quae reiecta ſunt, exiſtimatum, ac magis denique illi fini adipiſcendo accommodatum: oſtendit igitur quibus in rebus ipſis inter ſe conueniat: & in quo eadem diſcrepent. Primum autem inquit, idem prorſus illa eſſe, niſi quod, id quod antepoſitum eſt reliquis ex illa deliberatione; definitum iam, certumque eſt: id quod probat natura ipſius, vique euoluta: eſſe enim inquit ipſum id, quod exiſtimatum eſt aptius, cunctis prius, quae venerunt in deliberationem, ponderatis: hoc autem ratione confirmat, quae ducta eſt a ſigno: dicit enim; deſinit namque vnuſquiſque amplius quaerere, poſtquam in ſemetipſum perduxerit initium eius facti; ſuique ipſius partem illam, quae dux eſt, & principatum in hoc obtinet, ceſſat inquam tunc quaerere: inuenit enim iam, quod accurate inueſtigabat: partem autem illam eſſe inquit, cuius officium eſt, hoc moliri.

Δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, ἃς Ὅμηρος ἐμιμεῖτο. οἱ γὰρ βασιλεῖς, ἃ προέλοιντο, ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ.

Planum autem, & apertum eſt hoc ex priſcis rebuſpublicis, quas Homerus imitabatur: reges enim ea, quae prius ipſi elegerant, nota faciebant populo.

ORDINEM

Ordinem hunc, & quomodo res conficitur, cognitum iri ait: perſpicuumque futurum, perſpectis antiquis rebuſpublicis, rationibusque regendi, vetere illa aetate, ciuitates; quas priſcas reſpublicas ſignificat, Homerum imitatum fuiſſe; quare mos, & Inſtitutum earum illic aſpicitur: neque enim aliter hoc cognoſci poterat: non enim litteris proditae reſpublicae illae fuerant: facit enim poeta, vt conſuetudo ipſorum temporum erat, reges renunciare multitudini, quae ipſi, ſecum deliberantes, elegiſſent, vt ipſa illa confirmaret, ac ſe cuſtodituram eſſe, ita tamquam promitteret.

Ὄντος δὲ τοῦ προαιρετοῦ, βουλευτοῦ, ὀρεκτοῦ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν· ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι γὰρ κρίναντες, ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλευσιν.

Cum ſit autem, quod reſtat eligere, quiddam, de quo deliberatum ſit, & cuius appetitio excitatur e numero eorum, quae noſtri arbitrij ſunt, electio eſſe debebit appetitio eorũ, quae in noſtra poteſtate ſunt, profecta e deliberatione: e deliberatione autem, quae habita eſt, cum exiſtimauerimus, appetimus quod voluntas noſtra iubet.

Oſtendit, quid ſit electio, definitque ipſam ſatis huic loco accommodate; definitionem ipſius eliciens e ſuperiore definitione eius, quod προαιρετὸν vocat, ideſt illius, quod poſt deliberationem, deterioribus partibus reiectis, probatum eſt: cum enim inquit illud ſit, de quo deliberatum eſt, quodque ſui appetitum gignit in animis noſtris: appetitum inquam rerum, quae noſtri arbitrij ſunt: electio quoque inquit erit appetitio, orta a deliberatione rerum, quae noſtri arbitrij ſint: hoc autem declarans, inquit: poſtquam enim deliberatum, exiſtimatione a nobis facta: cognitoque veriore conſilio, appetimus ipſum, vt deliberatio ipſa ſuaſit. Euſtratius adnotat in quibuſdam libris pro βουλευτὸν, inueniri ſcriptum βούλητον.

Ἡ μὲν οὖν προαίρεσις τύπῳ εἰρήσθω, καὶ περὶ ποῖά ἐστι, καὶ ὅτι τῶν πρὸς τὰ τέλη.

Electio igitur quid ſit, traditum a nobis ſit craſſo quodam modo, & circa quas res verſetur, eſſeq́ eandem quiddam eorum, quae faciunt ad finem.

Concludit Ariſtoteles, affirmans a ſe expoſitam eſſe electionem craſſo modo: ſignificatum inquam, quae ſit materia, in qua verſatur; eſſeque ipſam earum rerum, quae referuntur ad finem: neque enim alia de cauſa deliberamus, niſi vt peruenire poſſimus certa via ad id, quod conſequi cupimus.

Ἡ δὲ βούλησις, ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστίν, εἴρηται· δοκεῖ δέ, τοῖς μέν, τἀγαθοῦ εἶναι· τοῖς δέ, τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ.

Voluntatem autem finis eſſe, dictum eſt: videtur autem, quibuſdam quidem boni ipſius eſſe: alijs autem eius, quod videtur bonum.

Cum expoſuiſſet, quae requirebantur ad id, quod ſponte fit, & ad electionem declarandam pertinebant, modo ſe iam tradidiſſe narrat, velle eos homines finem; deſiderioque incenſos eſſe ipſius adipiſcendi; eaque de cauſa conſultare, minime contentos cognitione rerum, quae perducunt eos ad eum finem, ſi incubuerimus poſtea in ipſas: etſi igitur hoc ſatis planum, apertumque eſt, non tamen adhuc omnis ſcrupulus euulſus: reſtabat enim praeterea controuerſia non parua: ſunt enim qui velint bonum illud, quod cõſultando inueſtigamus, eſſe verum bonum: exiſtunt alij, qui arbitrentur nos quaerere id bonum, quod nobis bonum videtur, ſpeciemque tantum eius rei habeat. Diſſerendum igitur de hoc ſibi putat, antequam tamen hoc aggrediatur, exponit, quid vſu veniat, conniteturque his & illis, inter ſe grauiter diſſentientibus.

Συμ-

Συμβαίνει δὲ, τοῖς μὲν τὸ βουλητὸν τἀγαθὸν λέγουσι, μὴ εἶναι βουλητὸν, ὃ βούλεται, ὁ μὴ ὀρθῶς αἱρούμενος: εἰ γὰρ ἔσται βουλητὸν, καὶ ἀγαθόν: ἦν δὲ, εἰ οὕτως ἔτυχε, κακόν.

Vſu venit autem his qui dicunt cadere ſub voluntatem ipſum bonum: non cadere ſub voluntatem id, quod vult ille, qui non recte ſumit ſibi faciendum: ſi enim cadet ſub voluntatem, erit vtique bonum: fuit autem, ſi res ita tulit, malum.

PRIMVM indicat, quid vſu veniat iis, qui putant velle homines verum bonum: eſſe autem ipſum inquit, quod non cadit in voluntatem, neque tale exiſtimari debet, id quod vult, qui non recte eligit, neque ratione in hoc vſus: ſi enim inquit tale eſt, vt merito vocari poſſit βουλητὸν, cadatque in voluntatem, neceſſe eſt, vt bonum ſit; fuit autem, quod aliquando contingit: fierique poteſt, non ſolum, minimè bonum, verum etiam malum ac detrimentoſum.

Τοῖς δ' αὖ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν, τὸ βουλητὸν λέγουσι. μὴ εἶναι φύσει βουλητὸν, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν: ἄλλο δ' ἄλλῳ φαίνεται, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχε, τἀναντία.

His autem rurſus qui dicunt, quod ſpeciem habet boni, cadere ſub voluntatem, non extare quippiam quod cadat natura ſub voluntatem, ſed quod cuique videtur: aliud autem alijs videtur, etſi forte res ita contingat, quae ſunt inter ſe contraria.

IN quod incommodum incurrere, monſtrat, illos, qui cenſebant velle homines, id quod apud ipſos ſpecimen boni haberet, eſſeque ipſum ait βουλητὸν, atque implere voluntatem eorum; incommodum autem eſt, quod ita nullum inueniretur, quod ſua vi, naturaque expeteretur ab hominibus, dignumque foret per ſe, quod mortales vellent, ſed ſingulis tale eſſet, quod appareret, taleque ipſis videretur. Quam inſulſum autem eſſet ita credere, declarat, dicens, quia ſpecies rerum in animis, iudicijsque hominum, ac diuerſis ingenijs, variae ſunt: magnopereque inter ſe diſcrepantes: his namque, exempli cauſa, voluptas ſummum bonum videtur: alijs autem graue malum, ac peſtis quaedam mortalium. Quomodo igitur, quae tantopere inter ſe diſſentiunt, ſpeciemque ita diuerſam habent, eadem exiſtimari poſſunt: vſu enim in aliquibus venit, vt non ſolum diſſimilia ſint, ſed aliquando etiam penitus contraria.

Εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἆρα φατέον, ἁπλῶς μὲν, καὶ κατ' ἀλήθειαν, βουλητὸν εἶναι, τἀγαθόν: ἑκάστῳ δὲ, τὸ φαινόμενον.

Si autem haec non placent, numquid dicendum eſt, ſimpliciter quidem, & veritatem ſpectantibus, cadere ſub voluntatem verum bonum: ſingulis autem hominibus, id quod ſpeciem tantum eius habet.

CVM expoſuerit ſententias eorum, qui de propoſito, fineq; voluntatis locuti fuerant, ipſaſq; ſuſtuliſſet, quid ſui iudicij de ipſo ſit, aperit: inquit igitur. Quòd ſi haec minimè placent, probarique meritò non poſſunt: ſunt enim abſurda nimis, diuidenda fortaſſe ſentētia eſt, dicendumque ſimpliciter ac vere, expeti votis bonum ipſum, quodque ſua natura tale eſt, quod ſi non manemus in natura ipſius, attendimusque ſenſus perſonarum, mutanda ſententia eſt, dicendumque a ſingulis hominibus expeti, quod videtur ipſis bonum: capitq; animos eorum.

Τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ, τὸ κατ' ἀλήθειαν εἶναι: τῷ δὲ φαύλῳ, τὸ τυχὸν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων. τοῖς μὲν εὖ διακειμένοις, ὑγιεινά ἐστι, τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα. τοῖς δ' ἐπινόσοις ἕτερα. ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ, καὶ γλυκέα, καὶ θερμὰ, καὶ βαρέα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστα.

Studioſo igitur viro erit, quod verum ſpectanti tale eſt: improbo autem, quodlibet, veluti in corporibus: bene namque conſtitutis ſalubria ſunt, quae vere talia ſunt: valetudinarijs autem longe alia. ſimili autem modo & amara, & dulcia, & calida, & grauia, & ſingulae aliae res.

PROBO autem viro, ac ſtudioſo bonum erit, quod vere bonum eſt; homini vitioſo quodlibet, quod ſcilicet accommodatum ſit prauo ipſius ingenio, ac moribus. Vt autem rem aperiat magis atque illuſtret, ſimili corporum noſtrorum vtitur: quando enim inquit integra ipſa ſunt ac valent, iuuantur cibis ſalubribus: ſibique accommodata ſentiunt ea; quae vere, & omni tempore talia ſunt, contra illis, cum inciderunt in morbum, alia ſalubria ſunt. Vt autem mutatis corporibus, eorum longe alia ſana ſunt, ita etiam variantur ſenſus: quae namque prius dulcia erant, amara fiunt, eodem pacto calida & grauia non ſemper eadem exiſtimatur, ſed eadem de cauſa iudicium, quod fit de his, immutatur, quod in ceteris etiam rebus vſu venire ſignificat, quas non appellauit.

Ὁ σπουδαῖος γὰρ ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται: καθ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν, ἴδιά ἐστι, καὶ καλὰ, καὶ ἡδέα, καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος, τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν. ὥσπερ κανὼν, καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν.

Studioſus enim ſingulas res exiſtimat recte, & in ſingulis rebus verum ipſi apparet: in vno quoque enim habitu propria ſunt, & honeſta, & iucunda: & plurimum praeſtat fortaſſe ſtudioſus homo: quod vim habet perſpiciendi in ſingulis rebus ipſum verum, tamquam norma, & menſura ipſarum.

QVOD ſi, addit, aliquis quomodo remedium adhibeatur huic malo quaereret, & quis ſit ille, qui exiſtimare vere poſſit de tam incertis rebus, tradit hunc eſſe ſtudioſum virum, qui recte iudicat de ſingulis rebus, atque in ipſis ſine vllo errore verum videt: nec fallitur ſpecie, ſimilitudineque rerum. Admonet etiam, rei magis explanandae gratia, quanta ſit varietas iudiciorum in ſingulis habitibus animi, atque ingenijs mortalium: ſingulos enim habitus habere inquit, ſua quaedam & propria, honeſta, ac iucunda, quae non facile aliquis diſtingueret, quamuis non omnino rudis ſit, & imperitus rerum: mirum tamen eſſe inquit quantum in hoc praeſtet ſtudioſus, quem effert ſummis laudibus: vere enim ipſum affirmat eſſe in omnibus rebus explorandis, veluti normam quandam, ac menſuram. Vt autem, tranſlato verbo vtens, hic Ariſtoteles vocauit ſtudioſum virum κανόνα, quod inſtrumentum eſt multarum artium; nec ſinit ipſas errare, ita etiam Halicarnaſſeus in Lyſia de ipſo, quem mirifice laudat, inquit, καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών; ſed etiam in eadem vita multo infra, non contentus hac tranſlatione, ait de eodem; ἔστι καὶ κανόνα τῆς ἰδέας ταύτης αὐτὸν ἀποφαίνομαι. ſed quis neſcit, M. quoque Ciceronem ſuorum ſcriptorum κανόνα Tironem ſuum vocaſſe? Interpres Graecus valde incertus ac varius fuit in declarandis verbis his auctoris; καθ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν, & quae ſequuntur. Primum enim, inquit, intellexiſſe illum, quibus appetimus, guſtamus; videmus, ceteriſque ſenſibus: deinde, non omnino fidens huic ſententiae, atque id non ſine cauſa, vt arbitror, fieri poſſe putat, vt intellexerit cunctas morum virtutes, veluti temperantiam, fortitudinem, iuſtitiam, ceteras; quia cunctae habent ſua quaedam, & propria bona, atque iucunda; ſed tertiam etiam explicationem addidit, vt accipi debeant hic nomine ἕξεων, artes, quae & ipſae habitus ſunt, quod confirmare conatur.

Τοῖς πολλοῖς δὲ ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι, οὐ γὰρ οὖσα, ἀγαθὸν φαίνεται. αἱροῦνται οὖν τὸ ἡδὺ, ὡς ἀγαθόν: τὴν δὲ λύπην, ὡς κακὸν φεύγουσι.

In multis autem fallacia naſci videtur ob voluptatem: cum enim non ſit bonum, eſſe videtur: ſumunt igitur iucundum: quod eſt, tamquam bonum dolorem autem, tamquam malum fugiunt.

ADMONET

ADMONERE etiam voluit, vnde exiſtat hic error: affirmatque proficiſci fallaciam hanc a voluptate, quae, cum bonum non ſit, ſpeciem boni praeſe fert, allicitque ad ſe multos; natura enim haec eſt mortalium, vt expetant, ſumantque ſaepe quod iucundum eſt, quaſi bonum, vitentque ac fugiant dolorem & moleſtiam, tamquàm malum. Non tamen quidquid iucundum eſt, idem bonum eſt, contraque cuncta, quae dolorem aliquem efficiunt, eadem mala exiſtimanda: quod enim inde naſcitur ponderandum eſt.

Ὄντος δὴ βουλητοῦ μὲν, τοῦ τέλους: βουλευτῶν δὲ καὶ προαιρετῶν, τῶν πρὸς τὸ τέλος, αἱ περὶ ταῦτα. πράξεις κατὰ προαίρεσιν ἂν εἶεν καὶ ἑκούσιοι: αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι περὶ ταῦτα.

Cum cadat igitur ſub voluntatem finis, conſultatio autem fiat, & electio de his, quae pertinent ad finem, actiones, quae fiunt circa res has, vt electio monſtrat, fieri debent, ac ſponte adminiſtrari: functiones autem virtutum circa res has.

PROBAT longo ambitu, firmisque rationibus, quas repetit e ſententijs iam explicatis, in noſtra manu, poteſtateque eſſe, fieri nos bonos ac malos, contra ſententiam quorundam qui, ſibi indulgentes, vindicantesque ſe ab infamia ac paena; alterum horum probabant: alterum verò nou concedebant: inuitos enim & coactos homines peccare aiebant. Inquit igitur, cum finem velimus, ſtatutumque iam iu animo habeamus, eſſe illum nobis perſequendum, conſultemus autem, atque eligamus ea, quae perducunt nos ad eum finem & quae agimus in his adminiſtrandis, ac tractandis, quae βουλευτὰ, & προαιρετὰ vocauit, ideſt de quibus conſilium cogimus, & quae poſtea, ceteris relectis, gerenda nobis ſtatuimus, vt finem nobis propoſitum conſequamur, ait geri a nobis, vt ſuadet electio, ac ſponte facientibus; additque actiones virtutum, ideſt quae facimus ſecuti auctoritatem ipſarum in his rebus conſiſtere, ac manere.

Ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετή: ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία: ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν καὶ τὸ μὴ πράττειν, καὶ ἐν οἷς τὸ μὴ, καὶ τὸ ναί, ὥστ' εἰ τὸ πράττειν, καλὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ τὸ μὴ πράττειν, ἐφ' ἡμῖν ἔσται, αἰσχρὸν ὄν, καὶ εἰ τὸ μὴ πράττειν, καλὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ πράττειν, αἰσχρὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν: εἰ δ' ἐφ' ἡμῖν τὰ καλὰ πράττειν, καὶ τὰ αἰσχρά, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν: τοῦτο δ' ἦν, τὸ ἀγαθοῖς, καὶ κακοῖς εἶναι, ἐφ' ἡμῖν ἔσται τὸ ἐπιεικέσι, καὶ φαύλοις εἶναι.

In noſtro autem arbitrio eſt & virtus; ſimili autem modo, & vitium: res enim in quibus agere, & non agere in nobis poſitum eſt, & in quibus non, & in ijſdem ita; quapropter ſi agere, quod honeſtum eſt, in nobis ſitum eſt, & non agere in nobis ſitum erit, quod turpe eſt, & ſi non agere quod eſt honeſtum, poſitum in nobis eſt, & agere, quod turpe eſt, poſitum in nobis: ſi autem in nobis res honeſtas agere, & turpes: ſimili autem modo & non agere (hoc autem nihil aliud eſt quàm bonos eſſe, & malos) in nobis erit probos eſſe, & malos.

ADIVNGIT, vt in poteſtate noſtra eſt virtus, ita etiam eodem pacto, vitium: quod conſtituit affirmans, commune hoc eſſe omnium rerum, vt quae arbitrij noſtri eſt facere, eadem non facere noſtri itidem arbitrij ſit, & in quibus vti poſſumus negatione, diceteque ipſas non eſſe, in ijſdem etiam affirmatione: quibus ex ſententijs cõcludit, ſi agere aliquid, quod honeſtum, praeclarumque ſit, in noſtra poteſtate eſt: non agere etiam illud noſtri arbitrij futurum, quod turpe eſt: eodem pacto ſe rem habere dicit in his, quae recuſamus facere: incipit enim ab his, quae recuſamus facere nou ſine culpa, cum honeſta ſint, quae cum arbitrij noſtri ſint, eadem illa inquit, ſi facere voluerimus noſtri arbitrij futura; quod turpe nobis erit, ſi geſſerimus. Elicit autem ex hac diſputatione illud, quo animus ferebat; & cuius demonſtrandi cauſa, minutè ſubtiliterque de his rebus diſſeruit, ſi voluerimus, licere nobis eſſe moderatis viris; eodemque pacto prauis

nam ita ſe gerere in rebus, vt ſignificauit, nihil aliud eſſe inquit, quàm factis declarare, ſe probos homines eſſe, ſiue improbos.

Τὸ δὲ λέγειν, ὡς, Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων μάκαρ, ἔοικε τὸ μὲν ψευδεῖ: τὸ δ' ἀληθεῖ: μακάριος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄκων: ἡ δὲ μοχθηρία, ἑκούσιον.

Dicere autem neminem ſponte ſua eſſe prauum, neque inuitum beatum, par ſimileq́; eſt: hoc quidem falſo: hoc autem verò; beatus enim nemo inuitus: prauitas autem ſponte contrahitur.

VIDEBAT aduerſari ſuo iudicio Ariſtoteles ſententiam peruulgatam poetae, quare exiſtimauit oportere ſe illam refellere: ſi non totam, partem tamen ipſius, a qua valde diſſentiebat: cum alteram probaret, inquit igitur. Nullum hominem ſponte ſua prauum eſſe: neque inuitum beatum, cum geminum ſit: alterum horum falſum videtur: alterum, verum: ſtatim autem ſignificat, quod falſum putat, & quod verum; beatus enim inquit, nemo inuitus eſt: prauitas autem ſponte ſuſcipitur; volenteſque homines in ipſam incurrunt. Verſu profecto continetur ſententia, cuius partem confutat philoſophus: poetae tamen nomen indicare non poſſum; nam poetae verba eſſe plane intelligi poterat, niſi extremum ſenarij deprauatum prius fuiſſet; accedit etiam teſtimonium Plutarchi, qui περὶ ἀκοῆς, ipſum citat: (vidi enim volumen ipſius, calamo ſcriptum, in quo libellus hic etiam foret) inquit enim, ἐν, ὡς δεῖ ποιημάτων ἀκούειν, ὅτι εἶπε, οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων, μάκαρ, cum μακάριος pro μάκαρ legeretur, quod nomen decurtatum aptum eſt rationi poetarum. Cum autem receptam lectionem huius Ariſtotelei loci, huc vſque ſecutus ſim, quam in omnibus & excuſis, & ſcriptis libris inuenerim, nunc alterius mentionem faciam, quam cognoui indicio Graeci interpretis: narrat igitur ille, ipſam non nullis probatam fuiſſe, quae ſanè, littera nulla a ſuperiore diſcrepabat, ſed tantum ſono vocis: cum prima ſui parte acutum ipſum haberet, vnde naſcebatur, vt longe alia notio eius foret: πόνηρος enim valet miſer & calamitoſus, cum in extrema ſyllaba graui valeat (vt omnibus notum eſt) homo prauus: nam ſignificare πόνηρον, quod dixi, exemplis ille optimorum auctorum, Heſiodi, & Epicharmi confirmat, etſi id obſcurum non erat: factum autem ita eſt, (niſi fallor) vt non deterior fortaſſe lectio poſtea repudiaretur, auctoritate ipſius, cui, vt opinor, non tantum tribui debuit: magis enim repugnare videtur beato viro miſer, & oppreſſus grauibus malis, quàm improbus: eſſeque hoc ἀντίθετον eius nominis magis certum, quàm alterum illud: id quod etiam videtur Carolo Oricellario, amico meo ſummo, & variae, grauiſque omnis doctrinae perito homini, cuius ego iudicio multum in his meis ſcriptis vſus ſum: etſi prauitas quoque, vitiumque in opulento viro reddere ipſum miſerum ſolet, quod ille praeclare intelligens, vtrique lectioni locum eſſe cenſet. Addere etiam hic libet, cum citet interpres huius Ariſtotelei libri, quicumque ille fuit, teſtimonium Heſiodi αἱ μεγάλαι ἠοῖαι, quod opus ipſius vetuſtate amiſſum eſt, pro ἠοῖαι, perperam legi apud eum οἱ αἶς. veluti etiam apud interpretem Pindari.

Ἢ τοῖς γε νῦν εἰρημένοις ἀμφισβητητέον, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐ φατέον ἀρχὴν εἶναι, οὐδὲ γεννητὴν τῶν πράξεων, ὥσπερ καὶ τέκνων.

An de his, quae modo dicta ſunt, ambigendum eſt, neque dicendum hominem principium eſſe, neque genitorem actionum, quemadmodum eſt liberorum.

TAMQVAM reuocat in dubium, quae modo dicta ſunt, cogitans inueniri poſſe aliquem, qui haec minime credat, quare rurſus incumbit in ea. Miratur tamen huiuſcemodi quempiam inueniri, qui ſuperioribus argumentis perſuaſus non ſit: & tamen, quia tanti momenti res erat, nouis quaſi ſagittis configere ipſum ſtudet. Quod igitur inquit diximus, aut probari debet, aut ea, quae modo ſtatuimus, dubia adhuc, & incerta ſunt: cogimurque fateri, hominem non eſſe principium, neque effectorem, auctoremque ſuarum actionum, quod nos cenſemus, veluti parentem ſuorum liberorum.

Εἰ δὲ ταῦτα φαίνεται, καὶ μὴ ἔχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀναγαγεῖν παρὰ τὰς ἐφ' ἡμῖν, ὧν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῖν, καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἑκούσια.

Quod ſi haec plana, apertaq́ ſunt, neque habemus ad quae alia principia perducamus praeter ea, quae ſunt ſita in nobis, quorum & initia in nobis ſunt, & ipſa quoque in nobis, & ſponte noſtra geruntur.

P R O B A T ita ſe rem habere, vt ſignificauit, primum a contrario, deinde auctoritate ſapientum, & aliorum huiuſcemodi ſignorum: initia inquam eſſe noſtrarum actionum, conſiliū, electionem, ac voluntatem: Quod ſi haec inquit, patent, ſatisque plana ſunt, neque valemus facta noſtra referre ad alia vlla principia praeter ea, quae ſita ſunt in nobis, credendum eſt, quorum principia ſunt in noſtra poteſtate, quae inde prodeunt, & ipſa quoque eſſe in noſtra poteſtate: ſponteque a nobis adminiſtrari, non ab inuitis geri.

Τούτοις δ' ἔοικε μαρτυρεῖσθαι, καὶ ἰδίᾳ ὑφ' ἑκάστων, καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν νομοθετῶν: κολάζουσι γὰρ καὶ τιμωροῦνται τοὺς δρῶντας μοχθηρά, ὅσοι μὴ βίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν, ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι: τοὺς δὲ τὰ καλὰ πράττοντας, τιμῶσιν, ὡς τοὺς μὲν προτρέψοντες, τοὺς δὲ κωλύσοντες. καί τοι πρὸς ὅσα, μήτ' ἐφ' ἡμῖν ἐστι, μήθ' ἑκούσια οὐδεὶς προτρέπεται πράττειν: ὡς οὐδὲν πρὸ ἔργου ὄντος πεισθῆναι, μὴ θερμαίνεσθαι, ἢ ἀλγεῖν, ἢ πεινῆν, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν τῶν τοιούτων: οὐθὲν γὰρ ἧττον πεισόμεθα αὐτά.

Haec videntur, tamquam teſtimonio ſuo, confirmare ea, quae fiunt priuatim a ſingulis hominibus, & ab ipſis legum ſcriptoribus: caſtigant enim, & puniunt eos, qui admittunt improba facta, exceptis illis, qui, vi ipſis adhibita, fecerint, ſiue propter ignorantiam, cuius ipſi ſibi cauſa non fuerint: eos autem, qui res honeſtas geſſerint, honorant, veluti hos impulſuri, illos autem prohibituri. atqui ad ea agenda, quae noſtri arbitrij non ſunt, neque ſponte geruntur, nemo impellit, quaſi nihil vtilitatis adlaturum ei ſit, perſuaſum quempiam eſſe, ne caleat, aut doleat, aut eſuriat, aut aliud quippiam huiuſcemodi: nihilominus enim patiemur ipſa.

C I T A T teſtimonium cunctorum paene mortalium, qui ſingillatim de hoc ſecum ſentiunt, ſeorſumque iuriſconſultorum, qui legibus ſuis vniuerſam ciuitatem, gentemque aliquam excolunt: ipſos enim ait, videri ciuſdem animi, iudicijque eſſe, cum puniant eos, qui admittunt aliquas culpas, exceptis illis, qui, ſiquid improbe vmquam faciunt, neceſſitate ſibi impoſita id faciunt, vique adhibita; ſiue ignoratione ducti illius facti: cuius inſcitiae ipſi ſibi ipſis cauſa non fuerint: hos enim non adiuuat, neque liberat malo, dicere, ſe neſcire id crimen eſſe. Adiungit autem eoſdem, eodem conſilio, quod ſtatim aperit, honorare illos, qui praeclarum aliquod, honeſtumq; facinus geſſerint, ſperantes ſe ita hos, exemploque ipſorum ceteros ad eadem facta iteranda inuitaturos: contrarios autem his, & qui turpiter ſe geſſerint, ab ea vita reuocaturos. Cum vtatur autem auctoritate eorum, qui leges ſcripſerunt. notum eſt, Solonem, qui fuit vnus ex illis, remp. duabus rebus contineri dixiſſe, praemio, & paena. Demoſthenes quoque in Leptinem, eum dixiſſet, operam dandam, vt cunctae leges rectae ſint; in primis illas addidit requiri, vt perfectae ſint, quae valent ad remp. augendam, vel minuendam, quas affirmat eſſe illas, quae honores tribuunt illis, qui iuuerint remp. paena afficiat autem, qui contraria praeſtiterint. Contrario quoque vtitur ad idem conſtituendum: neminem enim extare affirmat, qui hortetur quoſpiam impellatq; ad ea gerenda, quae noſtri arbitrij non ſunt, neque ſponte ab hominibus adminiſtrantur: intelligunt enim inquit, cuncti, ſe operam perdituros, & rem, quae exitum non habet, temptaturos: quamuis enim oratione ſua perſuaderent aliquibus, quod volunt, inuenirentque, qui id aggrederentur, illud tamen totum inane foret, ac nihil prodeſſet. Quomodo enim aliquis faceret, ſi calore premitur, ne caleat; aut ſi dolet, ne doleat, ſiue ſi eſurit, ne eſuriat; huiuſcemodique alia perpetiatur: neque enim poteſtatis humanae eſt liberare ſe ſtatim his malis, vt vult; alijs enim rebus, remedijsque opus eſt.

Καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν κολάζουσιν, ἐὰν αἴτιος εἶναι δοκῇ τῆς ἀγνοίας. οἷον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπιτίμια: ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ: κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι: τοῦτο δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας. καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας τι τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ἃ δεῖ ἐπίστασθαι, καὶ μὴ χαλεπά ἐστι, κολάζουσι: ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅσα δι' ἀμέλειαν ἀγνοεῖν δοκοῦσιν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ὂν τὸ μὴ ἀγνοεῖν: τοῦ γὰρ ἐπιμεληθῆναι, κύριοι.

Nam cum accedunt ad plectendum aliquem, qui ob ignorationem peccarit, puniunt eum ſolum, qui viſus ipſe ſibi ipſi cauſa fuiſſe ignorationis: veluti ebriis duplices paenas: principium enim in ipſo eſt: in ſua enim poteſtate poſitum erat, ebrium non fieri: hoc autem cauſa fuit ignorationis: in eos quoque animaduertunt, qui ignorant aliquid eorum, quae legibus definita ſunt, quaeque ſcire opus eſt, nec difficilia ſunt: eodem autem pacto & in ceteris rebus: quaecunque propter incuriam ignorare videntur, tamquam in ipſis poſitum fuerit minime ignorare: erat enim in ipſis ſitum adhibere curam.

Instititvtvm iudicum, magiſtratuumque omnium declarare hoc etiam docet; qui paena afficiunt eum, qui ob ignorátiam rei illius aliquid improbe fecerit, ſi cognorint, cauſam ignorationis in ipſo manere: ipſamque ortam negligentia hominis; veluti ait temulentis duplicem paenam imponunt, ſi laeſerint aliquem eo tempore: initium enim eius iniuriae inde profectum eſt; in ſua namque manu is poſitum habebat, non ſe vino obruere: quis autem neſcit vinum, ſi copioſe aliquis bibat, hoc praeſtare, quod cauſa fuit eius ignorantiae, etſi autem plures hoc ſeruare inquit, vnum tamen auctorem fuiſſe huius ſeueritatis, Pittacum inquam, notum eſt; quod ipſe, & in II de rep. & in II. itidem de arte dicendi commemorauit. Adiungit etiam eoſdem animaduertere in eos, qui ignorant aliquid eorum, quae leges eius loci iubent, aut vetant: illa enim cognoſſe oportere, niſi valde obſcura, & perdifficilia fuerint: hoc enim valeret aliquid ad eos purgandos; narrat etiam iudices eodem pacto exiſtimare de ceteris, quae ob incuriam facta fuerint: ipſam enim quoque cenſent a culpa illorum natam inſcitiam, atque iniuriam.

Ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός τίς ἐστιν, ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι. ἀλλὰ τοῦ τοιούτους γενέσθαι αὐτοὶ αἴτιοι, ζῶντες ἀνειμένως, καὶ τοῦ ἀδίκους, ἢ ἀκολάστους εἶναι, οἱ μὲν, κακουργοῦντες: οἱ δὲ, ἐν πότοις. καὶ τοῖς τοιούτοις διάγοντες: αἱ γὰρ περὶ ἕκαστα ἐνέργειαι τοιούτους ποιοῦσι: τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν μελετώντων πρὸς ἡντινοῦν ἀγωνίαν, ἢ πρᾶξιν: διατελοῦσι γὰρ ἐνεργοῦντες: τὸ μὲν οὖν ἀγνοεῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐνεργεῖν περὶ ἕκαστα αἱ ἕξεις γίνονται, κομιδῇ ἀναισθήτου.

Sed fortaſſe talis eſt aliquis, vt nullo pacto queat diligentiam in hoc adhibere, verum, quod tales euaſerunt, culpa in ipſis eſt, qui viuunt molliter, & quod iniuſti, vel intemperantes ſint; quorum hi quidem improbis factis dant operam; hi vero in potationibus, & huiuſcemodi voluptatibus vitam conſumunt. qualia namque fuerint, quae ſunt in ſingulis factis, tales eos reddunt, hoc autem planum fiat, ſiquis attenderit eos, qui meditantur, quomodo ſe gerere debeant in ſingulis contentionibus, aut factis: non ceſſant enim ea obire; ignorare igitur e muneribus obitis circa ſingulas res gigni habitus, hominis eſt carentis admodum ſenſu.

Indicat, quid afferret aliquis, qui omnino vellet hos purgare, & paena indignos eſſe oſtendere, inſulſum ſanè illud, & nullius momenti ad eos paena liberandos: cócederet enim rectum fuiſſe, ipſos incumbere in ea perdiſcenda, quae non ſinerent illos errare: verumtamen diceret, horum aliquis inueniretur, qui non poſſet ferre hunc laborem; neque ſuſci-

pere tantam curam, vt ea perdiſceret: & in illis meditandis ſe exerceret, vnde ſtatim acriter auctor refellit hanc orationem: magiſque premit, non eum, qui paenaliberare nocentem volebat, ſed illum ipſum, qui tantae inertiae, incuriaeque affinis erat: inquit enim huiuſcemodi omnes ſibi ipſis cauſam fuiſſe, quod tales forent, quia vitam eam amarent ac colerent, vnde tales neceſſario euaderent, quam vitam deprauatam & facile omnes deprauare valentem, diligenter deſcribit, & ponit nobis ante oculos. Ita ego prorſus arbitror, hunc locum eſſe accipiendum; nec tamen me fallit, duos magnos Latinos interpretes horum librorum aliter ſe hos defendere conatos eſſe, & ad naturam corporis, humoremque, quo conſtemus, rem contuliſſe, cauſamque huius noſtrae imbecillitatis eſſe voluiſſe; & tamen, ſi auctoritatibus ſtandum foret, quod non puto, mecum aperte facit Graecus interpres: in primis autem ex verbis Ariſtotelis hic ſenſus elicitur. Poſtquam autem ſatis illos accuſauit, monſtrato fonte & origine eorum vitiorum, addit, planum cuique & apertum eſſe poſſe, tales reddere homines conſuetudinem vitae, ac ſtudia, quae coluerint, ſiquis attenderit morem eorum, qui ſe exercent in aliqua arte, atque actione: meditanturque, quomodo in ea praeſtare alijs poſſint: cuncti enim tractant illa ipſa: accurateque verſantur prius in illis factis, & ita meliores fiunt. Ad extremum inquit, quod declarat, huic ignorationi ignoſci non poſſe: neſcire autem ex ſtudijs frequentatis omnis rei habitus gigni, proprium eſt hominis ſtulti, & qui plane ſenſu careat.

Ἔτι δ᾽ ἄλογον, τὸν ἀδικοῦντα μὴ βούλεσθαι ἄδικον εἶναι: ἢ τὸν ἀκολασταίνοντα, ἀκόλαστον: εἰ δὲ μὴ ἀγνοῶν τις πράττει, ἐξ ὧν ἔσται ἄδικος, ἑκὼν ἄδικος ἂν εἴη.

Amplius autem vacuum eſt a ratione ac ſtultum, eum, qui iniuſte aliquid agat, nolle iniuſtum eſſe: vel qui intemperanter viuat, intemperantem: ſi autem non ignorans aliquis agit ea, vnde efficietur iniuſtus, ſponte ſua iniuſtus erit.

Hoc etiam argumento coarguit turpem errorem eorum, & apertam ſtultitiam: ductum autem eſt a conſeruata ſerie actionum ad habitus: qui enim incumbit in aliquam rem, crebroque gerit quippiam, vnde gignatur habitus, mirari non debet, ſi poſtea ex frequentibus illis actibus, ſibi temperare non poteſt a rebus illis agendis, nec tamen inuitus exiſtimare debet ſe ea gerere: in quo enim cauſa manet alicuius facti, in eo etiam cauſa eſt eius, quod inde ſequitur: inquit igitur. Praeterea ratione caret, qui gerat ea, vnde iniuſtus fiat, nolle fieri iniuſtum hominem; quemadmodum etiam qui libidinoſe, intemperanterque ſe gerat, nolle fieri intemperantem: ſi autem inquit, minime ignorantia ductus, verum intelligens quod agit, adminiſtrat, geritque, quae iniuſta ſunt, ſponte ſua, non inuitus, iniuſtus erit.

Οὐ μὴν ἐάν γε βούληται, ἄδικος ὢν, παύσεται, καὶ ἔσται δίκαιος: οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν, ὑγιής, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἑκὼν νοσεῖ, ἀκρατῶς βιοτεύων, καὶ ἀπειθῶν τοῖς ἰατροῖς. τότε μὲν οὖν ἐξῆν αὐτῷ μὴ νοσεῖν. προεμένῳ δὲ, οὐκ ἔτι. ὥσπερ οὐδ᾽ ἀφέντι λίθον, ἔτι αὐτὸν δυνατὸν ἀναλαβεῖν, ἀλλ᾽ ὅμως ἐπ᾽ αὐτῷ, τὸ λαβεῖν, καὶ ῥῖψαι: ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐπ᾽ αὐτῷ: οὕτω δὲ καὶ τῷ ἀδίκῳ καὶ τῷ ἀκολάστῳ. ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξῆν τοιούτοις μὴ γενέσθαι, διὸ ἑκόντες εἰσί: γενομένοις δὲ, οὐκ ἔξεστι μὴ εἶναι.

Non tamen ſi incubuerit in hanc voluntatem, iniuſtus iam exiſtens, deſinet, atque erit iuſtus: neque enim qui aegrotat, ſanus: etſi ita contigit, ſponte aegrotat, incontinenter viuens, neque obtemperans medicis: tunc igitur licebat ipſi non aegrotare: poſtquam autem ſe proiecit, non amplius licet: veluti neque is, qui lapidem dimiſit, adhuc ipſe poteſt reuocare ad ſe, & tamen in ipſo poſitum erat manu capere, ac iaculari: principium enim in ipſo: ſic vtique & iniuſto homini, & intemperanti, initio licebat ipſis non fieri tales, quapropter tales ſunt ſponte, poſtquam autem tales facti ſunt, non amplius licet.

VT in manu poſitum eſſe cuiuſlibet ſignificauit, fieri ipſum iniuſtum virum, ſi voluerit, ita nunc docet, poſtquam iam talis euaſerit, non licere illi exuere vitium, vitaeque illi, flagitijs inquinatae, terminum figere, ac conuerſa ipſa, iuſtum hominem fieri: quod confirmat exemplo aegrotorum: neque enim inquit, qui in morbum incidit, ſi voluerit valebit: morbumque a ſe ſtatim depellet, etſi ſua culpa, volensque aegrotauit, vt ſaepe vſu venit, vitam intemperatam colens, & non obtemperans medicis. Oſtendit autem tempore ipſum errasse: initio enim licuiſſe illi non aegrotare, poſtquam autem ſe quaſi effudit, & omnem curam ſuae ſalutis abiecit, non obtinere hoc poſſe, hoc autem prorſus planum facere, & declarare volens, altero ſimili vtitur, valde apto ad rem illuſtrandam. Veluti inquit, neque ille, qui dimiſit lapidem, amplius ipſum reuocare ad ſe poteſt, & tamen poteſtatis illius erat, arbitrijque, non capere ipſum, atque manu dimittere: initium enim inquit totius rei in ipſo collocatum erat. Cum ſimile expoſuiſſet, oſtendit illud hic quadrare: idem enim contingere inquit in iniuſto homine, atque intemperante: initio enim licebat ipſis tales non euadere, quare ſponte ſua inquinati ſunt ac deprauati: poſtquam autem tales ſua culpa facti ſunt, quin facti ſint, fieri non poteſt; neque immutari facile valent. Et ſi nullius momenti eſt ad ſententiam auctoris variandam, tamen admonere libet, videri Aretinum, & Argyropylum pro βαλεῖν, legiſſe λαβεῖν, cui lectioni non ſolum locus eſt, verum etiam inuenirentur fortaſſe aliqui, quibus magis ipſa placeret: antea enim ſumitur lapis manu, poſtea iacitur: nam quod hic antecedit, ἀφέντι, non ſignificat iecisse in aliquem lapidem, ſed tantum emiſiſſe manu, quod non minus conuenit huic loco. Apud Ariſtophanem ſanè Ἀχαρνῆσιν excuſi libri habent, cum huiuſcemodi quiddam oſtenderet: ὁ δ' αὖ λίθον βαλὼν βελέμνοις ἐν τοῖς τοῖ λίθοις τῇ χειρὶ πάλιν. Vidi etiam plures veteres libros, in quibus legeretur λαβεῖν: non loquitur autem hic Ariſtoteles de aliquo, qui inimico plagam infligere voluerit; ſed qui tantum manu lapidem teneat ac dimittat. Qui tueri vellet excuſorum ſcripturam dicere poſſet hic λαβεῖν καὶ ῥῖψαι dictum eſſe ἐκ παραλλήλου, vt ſupra inquit κολάζουσι καὶ τιμωροῦνται, ſed nimis multa de hoc.

Οὐ μόνον δὲ αἱ τῆς ψυχῆς κακίαι ἑκούσιοί εἰσιν, ἀλλ' ἐνίοις, καὶ αἱ τοῦ σώματος, οἷς καὶ ἐπιτιμῶμεν· τοῖς μὲν γὰρ διὰ φύσιν αἰσχροῖς, οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ: τοῖς δὲ δι' ἀγυμνασίαν, καὶ ἀμέλειαν: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀσθένειαν, καὶ αἶσχος, καὶ πήρωσιν: οὐδεὶς γὰρ ἂν ὀνειδίσειε τυφλῷ φύσει, ἢ ἐκ νόσου, ἢ ἐκ πληγῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεήσαι: τῷ δ' ἐξ οἰνοφλυγίας, ἢ ἄλλης ἀκολασίας, πᾶς ἂν ἐπιτιμήσαι. τῶν δὴ περὶ τὸ σῶμα κακιῶν: αἱ ἐφ' ἡμῖν, ἐπιτιμῶνται: αἱ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν, οὔ. εἰ δ' οὕτω, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἱ ἐπιτιμώμεναι τῶν κακιῶν, ἐφ' ἡμῖν ἂν εἶεν.

Non ſolum autem animi vitia ſponte contrahuntur: verum etiam corporis in non nullis, quos etiam increpamus: eos namque qui natura turpes ſunt, nemo increpat: eos vero qui corpus non exercuerunt, & ſtudij, curae, nihil in hoc adhibuerunt: eodem pacto & circa imbecillitatem, & foeditatem, & debilitatem: nemo enim obijcit caecitatem ei, qui natura caecus ſit, ſiue ex morbo, aut vulnere, ſed potius miſeretur illos: ſed eum, qui ob vinolentiam, vel aliam quampiam intemperantiam lumen oculorum amiſerit, omnis vtiq; mortalis increparet: vitiorum igitur, quae ſunt circa corpus, quae ſunt arbitrij noſtri reprehenduntur, quae vero non ſunt arbitrij noſtri minimè, quod ſi hoc eodem pacto ſe habet, e vitijs illa, quae increpantur, eſſe debent in nobis.

ADIVNGIT, quod ad finem ſuum conſtituendum & ipſum plurimum valet. Non ſolum animi vitia ſponte a nobis ſuſcipi, verum etiam corporis deprauationes, quare merito id illis obijci; etſi non omnibus, ſed illis tantum, qui culpa ſua in eas labes inciderunt: ſigno autem aperit, qui ſint hi; quod ſignum eſt, conſenſus hominum, qui accuſant hos atque irrident, quos intelligant culpa ſua aliqua deformatos eſſe ac mancos: cõtra autem inquit, minime inſimulant eos, qui natura turpes ſunt, ſed illos, qui, inertiae dediti, & laborem ſe exercendi fugientes, deformes euaſerunt, quod quemadmodum deformibus vſu non venit, vt contemnantur, & ſpectaculo ſint, ita etiam illis, qui imbecilli, ſiue turpes, & mem-

bro

bro aliquo capti ſunt: nemo enim inquit, obijceret caecitatem ei, qui caecus natus eſſet, ſiue ob morbum, vel ob vulnus acceptum in bello, ſiue dum honeſtum aliquod factum gereret, vt Lycurgo Laconi vſu venit qui, ne dũ inde maculae aliqnid acciperet, magis clarus & illuſtris ob id euaſit, vt Philippo Macedoni quoq; contigit, Alexandri patri, qui ab acerrimo ipſius inimico Demoſthene, aliquãdo eo nomine magnifice laudatus eſt: Ariſtoteles tamẽ inquit, eos, qui viderent, potius quàm ei obiecturi eſſent, ipſum miſeraturos. Adiungit autem contra illum, qui, quia vinoſus eſt, foediores oculos habuerit, aut penitus vſum eorum amiſerit, cunctos ſolere ipſum irridere, ac vituperare: irridemus etiam illos, qui ob morbum, quem oos Gallicum vocamus, faciem deformatam habent, cum exploratum ſit, illum morbum, naſcia meretricijs amoribus, & turpi intemperaotia. Argyropylus non expreſſit αἰσχρῶς, vbi auctor appellat eos, quos non inſimulamus, etſi aliqua ſui parte corpus vitioſum habent, quando intelligimus ipſos oon ſua culpa vitium illud contraxiſſe, & ſane non ſine cauſa videtur id feciſſe: ſupra enim eos nominarat. Sequitur tamquam peroratio, & concluſio extremi huius documenti; quo repetito ioquit, ſi hoc ſolidum eſt, nec labefactarur, ſequi, vt in alijs eriam corporis labibus ac vitijs reprehendamur, quibus poteramus carere, cum eſſent noſtri arbitrij: quae vero non eſſeot noſtrae poteſtatis, io his minime accuſemur.

Εἰ δέ τις λέγοι, ὅτι πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ· τῆς δὲ φαντασίας οὐ κύριοι, ἀλλ᾽ ὁποῖός ποθ᾽ ἕκαστός ἐστι, τοιοῦτο καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ. εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἑαυτῷ τῆς ἕξεως ἐστί πως αἴτιος, καὶ τῆς φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος.

Siquis autem dixerit, cunctos mortales expetere id quod ipſis videtur bonum: non tamen in ſua poteſtate habere, vt hoc magis quàm illud, tale ipſis videatur, ſed qualis qualis vnuſquiſque ſibi videtur, talis ei finis videtur: ſiquidem igitur vnuſquiſque ſibi habitus aliquo modo cauſa, auctorq́ eſt, & vt videatur ſibi erit aliquo modo auctor.

VIDEBAT accuratus doctor reſtare quiddam, quod arriperet, aliqnis, qui ſibi adoerſari vellet; quare extorquere etiam hoc e manibus illius voluit: inquit igitur. Quod ſi quiſpiam diceret, cunctos mortales appetere, quod ipſis videtur bonum, non tamen in ipſorum poteſtate ſitum eſſe, vt hoc, quod rectom eſt & oportet facere, ipſis magis, quàm aliud videatur, verum inquit qualis quiſque ingeoio & moribus eſt, talis ipſi finis, bonumque videtur: hoc antem aiebant, tueri volentes eos, qui peccaſſent: negabant igitur tantam vim & poteſtatem homines habere, vt verum ſemper bonum perſpicerent. Hos itaq; ſtatim refellit Ariſtoteles, dicens, ſi ſinguli mortales, incumbentes in hoc, in ſe poſitum habent parare ſibi animi habitum, quem voluerint, ideſt fieri fortes, temperantes, liberales, cur non etiam valent, ſtudio adhibito, conſequi: hoc autem ſupra probatum eſt, vt facultatem adipiſcantur, verum in rebus exiſtimandis videndi, & nullum errorem in hoc capiendi, quod certe facilius eſt.

Εἰ δὲ μηδεὶς αὐτῷ αἴτιος τοῦ κακὰ ποιεῖν, ἀλλὰ δι᾽ ἄγνοιαν τοῦ τέλους ταῦτα πράττει, διὰ τούτων οἰόμενος αὐτῷ τὸ ἄριστον ἔσεσθαι· ἡ δὲ τοῦ τέλους ἔφεσις, οὐκ αὐθαίρετος, ἀλλὰ φῦναι δεῖ ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα, ᾗ κρινεῖ καλῶς. καὶ τὸ κατ᾽ ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται, καὶ ἔστιν εὐφυής, ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκε. τὸ γὰρ μέγιστον, καὶ κάλλιστον, καὶ ὃ παρ᾽ ἑτέρου μὴ οἷόν τε λαβεῖν, μηδὲ μαθεῖν, ἀλλ᾽ οἷον ἔφυ, τοιοῦτον ἕξει, καὶ τὸ εὖ, καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι, ἡ τελεία, καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα.

Si autem nemo ſibi cauſa erit improbe aliquid faciendi: ſed ob ignorantiam finis haec agit, exiſtimans, vi, & facultate horum ſibi quod optimum in vita eſt adfuturum; finis autem appetitio non ſponte ſuſcipitur, ſed opus eſt natum eſſe, tamquam oculum habentem, quo recte exiſtimabit, & quod vere bonum eſt, ſumet, eſt ingenioſus is, cui hoc pulchre a natura datum eſt: quod enim optimum

eſt,

eſt, & pulcherrimum, & quod ab alio fieri non poteſt, vt accipiat, ac diſcat; ſed quale ipſum natum eſt, tale habebit: & bene, pulchreq; natum eſſe, eſt perfecta, & vera ingenij integritas, & abſolutio.

T A M Q V A M cerneret eos, non dum cedere: neque ſibi aſſentiri, expoſitis rurſus rationibus eorum, ad extremnm, vt modo fecit, ipſos confutabit. Ait autem, ſi hoc arripiat aliquis, dicatq;, eunctos mortales appetere id, quod bonum ſibi videtur, non tamen vt magis hoc, quàm aliud tale ſibi videatur, impetare ſibi poſſe: neque enim ſui arbitrij hoc eſſe, verum qualis vnuſquiſq; eſt, tale ſibi hoc, aut illud videtur. Statim autem Ariſtoteles, reijcit hoc, ac nihil valere ad eos purgandos docet, conuertens in eos argumentum: dicit enim, ſi ſibi vnuſquiſq; cauſa eſt, ſi aliquo modo babitus, ideſt, quod talis euaſerit, quod probatũ eſt: erit etiã aliquo modo quod ſibi videatur, ſi voluerit, quod optimũ eſt inquit igitur. Si autem nemo, vt vos vultis, cauſa eſt ſibi ipſi, vt flagitium aliquod admittat, verũ labitur & improbe quippiam gerit, ob ignorantiã finis, putansq; ſe ope & adminiculo earum rerum, quod optimũ eſt cõſequi: appetitus vero finis non ſpontè ſuſcipitur: nec in manu alicuius eſt poſitum ſumere, quem velit, verum a natura proficiſcitur: oportetq; naſci ornatum tamquam lumine quodam, ope cuius luminis bene exiſtimabit de rebus: ſumetque atq; anteponet alijs, non fallax & adũbratum, ſed verum bonum. Quod inquit, optandum eſſe naſci, tamquam oculum habẽtem, non eſt collatio, ſed tranſtulit verbum, vocauitq; mentem, ſiue partem aliam animi qua id efficeret, ob ſimilitudinem, oculum, quod metuẽs ne durum eſſet, addita particula ὥσπερ, tranſlationem conuertit in imaginem. Cum autem dixiſſet, opus eſſe naſci: neque aliter poſſe hoc impetrari; (φῦναι ipſe inquit) ab hoc verbo aliud argumentum elicit, quod a definitione vocauit Ariſtoteles in II. libro de arte dicendi. Cum ſcilicet quiſpiam, aliter capit nomen aliquod, ac vulgo capiatur: inquit enim hunc vere dignum eſſe, qui εὐφυὴς appelletur, quaſi bene natus, qui a natura acceperit hunc oculum, cum vulgo vocetur εὐφυὴς ingenioſus: inquit igitur auctor. Et profecto εὐφυὴς eſt ille, cui hoc a natura datum eſt, cuique haec pars animi abſoluta, perfectaque eſt. Cur vero meritò hic tanto nomine vocari debeat, qui inſtructus ipſo eſt a natura, docet, ferens in caelum ſummis laudibus hanc partem: tradit enim hunc ipſum tenere, quod maximum eſt, & pulcherrimum: quodque ab alio quopiam accipi non poteſt, neque ſtudio ſuo perdiſci, ſed quale ipſum primo natum eſt, tale habebit, rurſus idem verbum φῦν repetens, quod ſolum & fundamentum eſt huius argumentationis, ipſum etiam in extremo hoc vſurparat, adiungens his, quae de ipſo iam praedicarat. Atque hoc bene pulchreque natum eſſe, ideſt, vt locutus eſt πεφυκέναι, perfecta eſt, ac vera εὐφυΐα. Huius etiam nominis meminit Alexander in extremo xxviij. quaeſtionis; quod ſupra idem etiam vſurparat: totum enim hunc locum copioſe ea quaeſtione interpretatur, quo probat Ariſtoteles, vitia noſtri arbitrij eſſe, nõ minus atq; virtutes.

Εἰ δὴ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, τί μᾶλλον ἡ ἀρετὴ τῆς κακίας ἔσται ἑκούσιον; ἀμφοῖν γὰρ ὁμοίως, τῷ ἀγαθῷ, καὶ τῷ κακῷ, τὸ τέλος φύσει, ἢ ὅπως δή ποτε φαίνεται, καὶ κεῖται: τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς τοῦτ' ἀναφέροντες πράττουσιν, ὅπως δήποτε.

Si iam haec vera ſunt, cur magis virtus, quàm vitium ſponte ſuſceptum erit? ambobus enim ſimiliter, & viro bono, & malo finis natura eſt, ſiue quolibet alio modo videtur, ac poſitus eſt: reliqua autem omnia ad hunc referentes agunt, quomodo ſcilicet contingit.

E X P L I C A T I S argumentis ipſorum, ſi haec inquit vera ſunt, vt vos vultis, vt quales ſcilicet ſinguli mortales, talis ipſis finis videatur, cur magis virtus, quàm vitium ſponte a nobis adminiſtrabitur: ad virtutem enim colendam cenſebant illi ſponte nos ferri: ad vitium autem inuitos & recuſantes, rapi: ambobus enim inquit: probo inquam viro, atque improbo, vno & eodem pacto finis a natura datus eſt, ſiue alio quopiam modo ille nobis videtur & fixus eſt, quae vero ſequuntur ac reſtant, ad hunc ipſum finem referentes, gerunt vt res poſcit, ac contingit: in viij. libro topicorum, non longè ab extremo, cum documentum tradidiſſet valde accommodatum, vt ait ad intelligentiam rerum & peritiam ſtudiorum ſapientiae, vnde poſſent aſpici, quae proficiſcerentur ab vtraque hypotheſi, reſtare poſt ipſa inquit, vt vim haberet, qui eam rationem didicit, recte vtendi duobus illis: opor-

tereque

vtreque inquit ad eam natura factum eſſe, iiſdem verbis, quibus hic vſus, de euphyia, ipſam praedicans, affirmansq; eam veram, non quam multi, non ſatis recte eo nomine vocarent, ita autem locutus eſt: δεῖ δὲ πρὸς τὸ τέλος ὑπάρχειν φυσικά, καὶ τοῦτο ἐστὶν ὁ κατ' ἀλήθειαν εὐφυΐα, τὸ δύνασθαι καλῶς ἑλέσθαι τ' ἀληθές, καὶ φυγεῖν τὸ ψεῦδος.

Εἴτε δὴ τὸ τέλος μὴ φύσει ἑκάστῳ φαίνεται, οἷον δήποτε, ἀλλά τι καὶ παρ' αὐτόν ἐστιν: εἴτε τὸ μὲν τέλος φυσικόν: τῷ δὲ τὰ λοιπὰ πράττειν ἑκουσίως τὸν σπουδαῖον, ἡ ἀρετὴ ἑκούσιόν ἐστιν, οὐθὲν ἧττον, καὶ ἡ κακία ἑκούσιον ἂν εἴη: ὁμοίως γὰρ καὶ τῷ κακῷ ὑπάρχει τὸ δι' αὐτὸν ἐν ταῖς πράξεσι, καὶ εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει.

Siue iam finis non videtur natura vnicuique, quale vtique eſt, verum aliquid, & ab ipſo prodit; ſiue finis naturalis eſt: quia autem reliqua agit ſponte ſua vir ſtudioſus, virtus ſponte ſuſcipitur, nihilominus, & vitium ſponte ſuſceptum eſſe debet: ſimili enim modo improbo homini ineſt vt per ſe agat in rebus agendis, etſi non in fine.

QVOD ſi, auctor inquit, res non ita ſe habet, vt illi putabant: vel potius, vt ſibi accommodatam ſententiam defendebant: finisque non omnino natura, qualis eſt, vnicuique apparet, ſed quiddam à nobis etiam proficiſcitur, moribusque noſtris, quod ipſum variet, ornetque aut depravet, ſiue ſi hoc alicui fortè non placet, finis ſanè ipſe naturalis eſt, verumtamen, quia reliqua gerit vir ſtudioſus ſponte ſua, & non coactus, virtus ſponte tractari dicenda eſt, & vt virtus, ita etiam vitium ſponte a nobis tractari exiſtimandum eſt: ſimiliter enim addit, vt probo viro declaratum eſt, homini malo datum eſt, vt in rebus agendis ſequatur, quod in ipſo poſitum eſt, & ſi in fine ei conceſſum non fuit.

Εἰ οὖν ὥσπερ λέγεται, ἑκούσιοι εἰσὶν αἱ ἀρεταί: καὶ γὰρ τῶν ἕξεων συναίτιοί πως αὐτοί ἐσμεν, καὶ τῷ ποιοί τινες εἶναι, τὸ τέλος τοιόνδε τιθέμεθα, καὶ αἱ κακίαι ἑκούσιοι ἂν εἶεν: ὁμοίως γάρ.

Si igitur quemadmodum dicitur, ſponte ſuſcipiuntur virtutes: etenim habituum aliquo modo nos ipſi altera cauſa ſumus, & quia quales ſumus, & finem vtique talem ſtatuimus, & vitia ſponte eſſe debebunt: ſimiliter enim res ſe habet.

CONCLVDIT modo rationem, ordiens a ſolo & tamquam fundamento aduerſariorum, quod ſignificat, ſtatim ponens, vt fertur, communisque ac paenè omnium ſententia eſt, virtutes inquam ſponte noſtra ſuſcipi & adminiſtrari; quod tamen confirmat, & ſi ex iis, quae iam expoſita fuerant, planum id eſſe poterat: ait enim. Sumus namque, etſi non omnino cauſa, & fons noſtrarum actionum; tamen ſocij primae illius cauſae, & tamquam adiutores, quo vtitur argumento priore conſtituendi, quod vult: alterum eſt, quo idem facit: dicit enim nos, quia tales ſumus, finem nobis proponere reſpondentem illi habitui, quo facto, quod eſt contra aduerſarios, ac diſſentientes omnes, affirmat, vi rationis huius, vitia etiam ſponte a nobis ſuſcipi, cum eodem profecto modo, vt in virtutibus, ita quoque in vitijs ſe res habeat, nec diſcriminis aliquid in ipſis ſit.

Κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν, εἴρηται ἡμῖν. τό τε γένος τύπῳ, ὅτι μεσότητές εἰσι: καὶ ὅτι ἕξεις. ὑφ' ὧν τε γίνονται, καὶ ὅτι τούτων πρακτικαί, καὶ καθ' αὑτάς, καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἑκούσιοι, καὶ οὕτως, ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος προστάξῃ.

Communiter igitur de virtutibus dictum eſt a nobis: genusq; ipſarum quod ſit craſſo quodam modo, mediocritates quaſdam eſſe, atque habitus; eaedemq; vnde na-

de na-

de naſcuntur, in iiſdem rebus agendis verſari, per ſeq; eſſe, & noſtra poteſtate ſponteq; comparari, & ſic, vt recta ratio praeceperit.

C v m tempus veniſſe videat virtutum ſingillatim explicandarum: confecit enim iam, abſoluitque ea, quae his ſatis cognoſcendis requirebantur, voluit oſtendere ſe hoc geſſiſſe: breuiterque teſtatur, quid adhuc praeſtiterit: eſt autem hoc. Se locutum fuiſſe communiter, generatimque de virtutibus, indicaſſeque quod genus ipſarum propinquum, primum intelligens, fineque id ſe feciſſe craſſo quodam modo, non ſubtiliter, exquiſiteque, ſed vt loquitur, τύπῳ, quomodo locutus eſt pluribus locis in his libris, vt non longe quoque ab initio primi; & quomodo ſignificat has res debere tradi, etſi hoc in primis ſeruauit in ſecundo horum librorum, in virtutibus leuiter deſcribendis: genus igitur ipſarum eſſe dicit, mediocritates eas eſſe, in medioq; ſitas duorum extremorum, additque habitus eaſdem eſſe animorum, quod alterum genus eſt ipſarum, commune virtutibus cum vitijs; tam enim vitia ſunt habitus, quàm virtutes: non enim motus ipſas eſſe vult, qui cito veniunt, & abeunt; cum firmi, ſtabileſque ſint habitus cuncti. Adiungit itidem ſe monſtraſſe, vnde exiſtant hi habitus, & quomodo conſtentur, atque etiam eoſdem verſari in iiſdem rebus gerendis, quae ipſos procrearint, & non ex vna, propriaque ipſorum ſede in aliam migrare: exempli cauſa, cum fortitudo gignatur e factis magno animo geſtis, non tranſit, cum parta iam eſt, ex illis in facta inde aliena; propriaque aut temperantiae aut liberalitatis. Quod καθ' αὑτὰς ait, videtur ſignificare virtutes per ſemetipſas, & ſine ope aliena, moliri ea ipſa, quae faciunt, ſiue proprie; nam contingere poteſt, vt homo temperans, aut liberalis, forte aliquod facinus gerat, non tamen ob id fortis erit: neque enim id profectum eſt a radice ſua huius boni, contigitque ipſum hoc moliri. Sequitur, ipſas in manu, poteſtateque noſtra eſſe: mortalis enim omnis, qui incubuerit in eas, ipſas ſedulitate ſua ac ſtudio ſibi parabit, & cum volet, ipſis vtetur: ſponte quoque noſtra virtutes a nobis ſuſcipi, ac coli inquit: ſequique nos debere in ipſis, narrat, veram, rectamque rationem, quae non ſinet nos errare, dictabitque quid noſtri officij ſit, in illis perſequendis, efficere.

Οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκούσιοί εἰσι, καὶ αἱ ἕξεις· τῶν μὲν γὰρ πράξεων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους κύριοι ἐσμὲν, εἰδότες τὰ καθ' ἕκαστα· τῶν ἕξεων δὲ, τῆς ἀρχῆς. τῶν καθ' ἕκαστα δὲ ἡ πρόσθεσις οὐ γνώριμος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀῤῥωστιῶν, ἀλλ' ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἦν οὕτως, ἢ μὴ, οὕτω χρήσασθαι, διὰ τοῦτο ἑκούσιοι. ἀναλαβόντες δὴ περὶ ἑκάστης εἴπωμεν τίνες εἰσὶ, καὶ περὶ ποῖα, καὶ πῶς. ἅμα δ' ἔσται δῆλον καὶ πόσαι εἰσί. καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρείας.

Non eodem pacto autem actiones ſponte a nobis comparantur, & habitus: actionum enim ab initio vſque ad extremum domini ſumus, intelligentes, quae in ipſis ſingillatim fiunt: habituum autem ſumus domini initij: ſingulorum enim admotio non facile cognoſcitur, velut in morbis, verum quia in nobis erat ſic vel non, ſic vti ipſis ob hoc ſponte ſuſceptae dicuntur. repetita igitur de ſingulis explicatione, tradamus, quae ſunt, & circa quales res verſentur; & quomodo; ſimul autem perſpicuum erit, quot numero ſint: ac primum de fortitudine.

C v m actiones ipſas, & habitus animorum, vnde illae proficiſcuntur, eſſe affirmarit in noſtra poteſtate: volueritque nos eſſe amborum dominos; non tamen eodem pacto ſimiliterque nos dominos eorum eſſe admonet: cum enim videret eos, qui ita ſentirent, labi magnopere, & peccare poſſe, erudire ſe ipſos debere putauit, diſcrimenque hoc inter ea eſſe ſignificat. quod actionum ipſarum, ab initio vſque ad extremum domini ſumus: poſſumusque, quamuis non parum in ipſis tractandis progreſſi fuerimus, mutato conſilio, ipſa inchoata, imperfectaque relinquere, quod vſu nobis non venit in habitibus ipſis, atque id, vt docet, quia partes illius facti intelligimus, & quidquid illi toto, ſingillatim addimus, fallere nos non poteſt: contra autem habituum ipſorum acceſſio, & quod illis a nobis adiungitur, ignoratur, quantum inquam valeat, ad illos ipſos habitus conſtituendos, firmandoſque; quod cum iterum, tertiumque idem facimus, ipſis adponitur. Hoc autem cum obſcurius

ſcurius eſſe dictum videretur, aperire, illuſtrareque ſimili voluit: idem igitur in hac re vſu venire oſtendit, quod in morbis corporis, qui morbi ab incontinentia proficiſcantur: cum enim conflentur a libidine atque ebrietate, putamus ſaepe nos poſſe ſine damno, periculoque repetere eoſdem actus, in quo fallimur, quia plus uirium eſt, quàm rebamur in illis voluptatibus iterandis: gignitnrqne inde, non ſperantibus nobis, grauis morbus: occurrit autem ſtatim illi, quod contra dici poſſet; ſi inquam habituum ipſorum perpetuo domini non ſumus, neque eijcere ipſos a nobis valemus cum ſaepius illis factis indulſerimus, cur voluntarij appellantur, ſponteque a nobis ſuſcipi dicuntur; affirmat igitur id fieri, quia primi ortus illorum domini eramus. His autem declaratis, inquit ſe, quae in II. horum librorum attigerit, rurſus reuocatis; de ſingulis virtutibus diſſerere velle: tradereque plenius & exquiſitius, quae ſit vis, & natura ipſarum: nec non quales ipſae ſint, & quomodo cònflentur, quod cum diligenter geſſerit, addit numerum ipſarum cognitum iri: primum autem de fortitudine ſe diſſerere velle, ſignificat.

Ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους, καὶ θάῤῥη, ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται: φοβούμεθα δὲ δηλονότι τὰ φοβερά: ταῦτα δ' ἐστὶν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κακά. διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ. φοβούμεθα οὖν πάντα τὰ κακά. οἷον ἀδοξίαν, πενίαν, νόσον, ἀφιλίαν, θάνατον.

Eſſe igitur ipſam, mediocritatem circa metum, & audaciam, iam & prius dictum eſt: metuimus autem ea, quae terribilia ſunt: haec autem ſunt, vt ſimpliciter loquar, mala; quare metum definiunt expectationem mali. Metuimus igitur cuncta mala, infamiam, paupertatem, morbum, vacuitatem amicorum, mortem.

INITIUM ducit huius accuratae diſputationis a praeclara virtute, quam à viris Graeci appellarunt: eſt enim ipſorum propria: Latini vero ab habitu, quem inducit, contemptuque honeſtorum periculorum, eandem appellarunt: eſſe vero ipſam mediocritatem quandam inter metus, & fiducias, iam a ſe dictum fuiſſe narrat: cum igitur a timore illa vacua non ſit: verſeturque in boc, tamquam curriculo ſuo, declarare ſe debere putauit, quae ſint mala, quae vocantur formidoloſa, & plena timoris, cum illa metui ſignificat, quod autem complectitur cuncta ea, exponit, eſſeque indiſtincte ait mala: in quo ſecum facere teſtatur eos, qui, metum definientes, & quod in hac voce incluſum eſſet, aperientes, dixerunt, metum eſſe expectationem, vicinitatemque mali: timemus igitur inqnit cuncta mala. & quidquid nobis incommodi aliquid adportare poteſt; veluti amittere bonam exiſtimationem, paupertatem, morbum, ſpoliari amicis, interitum.

Ἀλλ' οὐ περὶ πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι: ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ καλὸν: τὸ δὲ μὴ, αἰσχρόν. οἷον ἀδοξίαν: ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος, ἐπιεικὴς, καὶ αἰδήμων: ὁ δὲ μὴ φοβούμενος, ἀναίσχυντος. λέγεται δὲ ὑπό τινων ἀνδρεῖος, κατὰ μεταφορὰν: ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἀνδρείῳ: ἄφοβος γάρ τις καὶ ὁ ἀνδρεῖος.

Sed minime circa haec omnia videtur vir fortis verſari: quaedam enim opus eſt metuere, atque honeſtum: non metuere autem, turpe, veluti infamiam: qui enim ipſam metuit, probus eſt, ac verecundus: qui vero non metuit, inuerecundus: dicitur autem a non nullis, verbo translato, fortis: habet enim quiddam ſimile viro forti vacuus: enim a metu eſt vir etiam fortis.

NON tamen addit circiter, haec omnia mala videtur fortis verſari; quaedam enim horum, opus eſt, fortem virum timere; rectumqne & honeſtum eſt hoc facere; contra antem ſe in ipſis gerere turpe ac foedum foret, veluti in eo, quod primum ſupra poſitum eſt, ideſt infamiam & dedecus non metuere: quod probat a communi ſententia, conſenſuque honeſtorum hominnm, quem ſequendum arbitratur; qui enim inquit, metuit infamiam, moderatus vir & pudoris plenus eſt: qui vero non metuit, inuerecundus; hunc autem ipſum, qui

proprie

proprie ita vocatur, ait, tranſlato verbo, a quibuſdam appellari fortem: quod omittere non debuit, quin doceret, cum videatur repugnare iudicio ſuo, qui non vult fortitudinem munere in hoc malo declinando. illos autem, qui relicto vero & proprio nomine, aliunde ſumpto ipſum vocarunt, ſecutos dicit ſimilitudinem: vt enim fortes non metuunt, ita etiam hi, conuenitque ipſis in hoc: fortis enim quoque non metuit. Demoſthenes etiam in oratione contra Dionyſidorum, ita accepit hoc nomen, cum eum affinem eſſe huic culpae ſignificaret, qui tamen ſubito ſe correxit: dixitque eum potius, quam ἀνδρεῖον fortemque, nominari debere ἀναίσχυντον, ideſt impudentem & inuerecundum.

Πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι, οὐδὲ νόσον, οὐδ' ὅλως ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὐτόν. ἀλλ' οὐδ' ὁ περὶ ταῦτα ἄφοβος, ἀνδρεῖος. λέγομεν δὲ καὶ τοῦτον καθ' ὁμοιότητα: ἔνιοι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις δειλοὶ ὄντες, ἐλευθέριοί εἰσι καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν.

Paupertatem autem fortaſſe non oportet metuere, neque morbum, neque denum quippiam eorum, quae non proficiſcuntur a vitio: neque culpa ipſius: ſed neque qui metu vacat circa huiuſcemodi mala, fortis eſt: dicimus autem, & hunc propter ſimilitudinem: non nulli enim, qui in bellicis periculis timidi ſunt, liberales ſunt, & ad effundendam pecuniam fidenti admodum animo ſunt.

ADDIT non nulla extare mala, è numero etiam malorum ſupra appellatorum, quae non putat reformidari debere, quod tamen caute dicit: non enim apertum vitium oſtendunt, neque ſemper merito accuſantur: in illis autem nominat paupertatem, & morbum: huiuſcemodique eſſe dicit ea omnia, quae non naſcuntur a vitio, neque errore ſuo aliquo magno ad ſe traxit is, qui tunc illis premitur: contingere autem in ipſis ait, quod in ſuperiore, cum etiam eum, qui in ipſis ſuſtinendis, tolerandiſque magno animo eſt, ipſaque non reformidat, fortem eſſe dicit, etſi hic quoque propter ſimilitudinem ita vocatur: reperiri enim quoſdam ait, qui cum in bellicis periculis timidi ſint, liberales tamen ſunt, & ad effundendum patrimonium magno animo praediti: non migrat autem a ſua, & propria materia vir fortis: & qui aliter ita vocantur, μεταφορικῶς fortes appellantur.

Οὐδὲ δὴ εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας, καὶ γυναῖκα φοβεῖται ἢ φθόνον, ἤ τι, τῶν τοιούτων, δειλός ἐστιν: οὐδ' εἰ θαῤῥεῖ μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος.

Neque iam ſiquis contumeliam metuit, quae cadat in filios, & vxorem, vel inuidiam, vel aliquam huiuſcemodi rem, timidus eſt: neque ſi confidit, cum debeat verberibus caedi, fortis erit.

PRAETEREA addit, ſiquis alia quaedam mala, plena ſiue turpitudinis, ſiue ingentis alicuius incommodi, quae cadant in perſonam aut ſuorum, aut ſuam, reformidet, non poſſe eum merito vocari fortem exempli cauſa, metuit quiſpiam ne maculae aliquid, contumeliaeque imponatur liberis ſuis, aut vxori: is enim laude dignus eſt, qui hoc timet, aut reformidat inuidiam ciuium, a qua abeſſe non poteſt, aut interitus, aut exilium, quod contingit in alijs etiam huiuſcemodi malis, remotis a materia, finibusque fortitudinis: contra etiam non poteſt exiſtimari fortis, qui cum ſciat ſe paulopoſt virgis caeſum iri, deſpicit hunc dolorem, vt fecit apud Ariſtophanem liber pater: talem enim ipſum fingit in fabula, cuius index eſt Βάτραχοι.

Περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν ὁ ἀνδρεῖος; ἢ περὶ τὰ μέγιστα, οὐθεὶς γὰρ ὑπομενετικώτερος τῶν δεινῶν. φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος, πέρας γάρ. καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι.

Circa quales igitur res è numero terribilium verſabitur vir fortis? an circa

maxi-

maximas: nemo enim maiorem vim, ac poteſtatem habet ſuſtinendi res atroces: maxime autem terribile eſt mors; extremum enim, & nihil amplius videtur mortuo, neque boni, neque mali eſſe poſſe.

QVAE reſtent res terribiles, his inde exploſis, quaerit, quas res ſuſtinere debet conſtanter vir fortis, & quae declarant eũ talem eſſe: an inquit, quae maximae ſunt, qui enim attenderit, neminem inueniet paratiorem, meliusq; inſtructum ad ſubeunda, tolerandaque grauia mala, quàm ipſe ſit, maximè autem omnium terribilis eſt interitus: extremum enim eſt inquit, omnium, malorum ſcilicet, nec quicquam poſt eum, putatur cadere in mortuum poſſe, quod vim habeat boni, aut mali. Videtur hoc in loco doctor aduerſari ſibi ipſi, illique quod dixit in primo horum librorum, vbi diſſeruit contra ſententiam Solonis, valde probatam: ait enim, non omnino certum eſſe, quod ille affirmarat, tuto iam omnem hominem dici poſſe beatum, cum mortuus eſt: ipſe enim tradit aliquid mortuo quoq; & boni, & mali contingere poſſe: ſi concedatur illi, viuenti adhuc: nihil tamen ſentienti, quòd remotus loco ſit, vſu veniat in perſona liberorum, & poſterorum; quod valeat beatitudinem eius ornare, atque augere, ſiue eandem commaculare, atque conterere: iiſdem autem prorſus verbis vtroq; in loco vſus eſt, ſed, vt opinor, euellitur hic tenuis ſcrupulus facile, quia hic loquitur de rebus ſiue bonis, ſiue malis, quae cadunt in eum: illic autem de his, quae in poſteros.

Δόξειε δ' ἂν οὐδὲ περὶ θάνατον τὸν ἐν παντὶ, ὁ ἀνδρεῖος εἶναι, οἷον ἐν θαλάττῃ, ἢ ἐν νόσοις.

Uideretur autem neque circa mortem in omni loco, ac re, fortis verſari: ceu ſi in mari, vel morbo.

OSTENDIT quomodo accipi debeat, quod dixit, praeſertim in contemnenda morte cognoſci virum fortem: neq; enim omne genus mortis aequo animo ille perpetitur, cum mortem illam, qua contingit aliquãdo in mari tempeſtate, & fluctibus oppreſſos, fortes viros extingui: hanc enim ſtomachatur, & ab ipſa valde abhorret: atq; id, quia non licet illi vti ſua virtute contra procellas. De quo queſtus etiam eſt apud Herodotum in vltimo libro Callicrates, qui cum in acie ſtaret, antequam proelium illud clarum committeretur, ſagitta in latere ictus eſt: inquit enim, cum ſocio illius periculi loquens, ſibi moleſtum non eſſe, quod, ſpectante vniuerſa Graecia moreretur, ſed quod vti manu ſibi nõ licuiſſet: his enim verbis vſus eſt, generoſo viro dignis, quae ea de cauſa huc transferam. ὀυ μέλει οἱ: ὅτι πρὸ τῆς ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρί. Aeneas Virgilianus omnibus notus eſt, qui & ipſe valde reformidabat hanc mortem, quem locum expreſſit Latinus epicus ex Homero, qui fortiſſimum heroem fecit lamentari, quod aquis Scamandri extingueretur. Adiungit Ariſtoteles, vt mortem in mari; ita etiam importatam ſibi a morbo, indignam ſe putare, & iniquo animo pati eadem de cauſa: quia graui etiam morbo magnitudine animi ſui reſiſtere non poteſt.

Ἐν τίσιν οὖν; ἢ ἐν τοῖς καλλίστοις; τοιοῦτοι δ' οἱ ἐν πολέμῳ· ἐν μεγίστῳ γὰρ καὶ καλλίστῳ κινδύνῳ.

In quibus igitur? an in pulcherrimis factis? huiuſcemodi autem ſunt quae in bello: in maximo enim, & pulcherrimo periculo.

CVM docuiſſet in quibuſdam, quamuis grauibus malis tolerandis, non verſari cum laude magna fortem virum: neq; ea propriam materiam eſſe ſuae ingentis virtutis, quaerit, quaenam illa ſunt, quae declarant eum talem eſſe, & in quibus ipſe exiſtimat ſe honeſte poſſe occumbere: nam ſi attendi tantum deberet vis & natura malorum, non facile vlla inuenirentur, quae maiora forent: magisque perterrefacere meritò valerent. Inquit igitur ea eſſe mala & pericula, quae pulcherrima ſunt, & pleniſſima dignitatis: illa autem eſſe ait, quae ſuſtinentur in bello; mortesque illic obitae praecipue ornant & decorant honeſtos viros: duo namque illic exiſtunt, quae hoc praeſtant: periculum enim maximum eſt; & dignitas, quae paritur illis factis: comitaturq; huic morti, maxima itidem eſt.

Ὁμόλογοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ αἱ τιμαὶ, αἱ ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ παρὰ τοῖς μονάρχοις.

Conſentanei autem his ſunt honores, qui tribuuntur his in rebus publicis, & apud eos, qui vni ciuitates regunt.

ASSENTIRI iudicio ſuo ac ſententiae teſtatur honores, qui in liberis populis, & apud omnes etiam, qui ſingulari imperio regunt ciuitates, habentur talibus viris, qui in proelijs interfecti ſint: his enim imagines, & ſtatuae in claris locis conſtituuntur: eorumque laudes a diſertis, & eloquentibus viris celebrantur. Hunc autem antiquum morem honeſtatum ciuitatum ac regum, cuſtodiuit quoque noſtra reſp. quae ſemper grata fuit, ac memor acceptorum beneficiorum: cum enim vſa eſſet in bello Piſano conſilio, & virtute Petri Farneſij, poſt mortem, illi in maximo & principe reliquorum templo, ſtatuam equeſtrem conſecrauit, quae perpetuo teſtis foret meritorum ipſius, quae ſane magna fuere: nam proelio etiam magno vicit hoſtes, & ducem ipſorum captiuum in vrbem duxit: ingentique laetitia vniuerſum populum affecit, vt non multo poſt, dolore ac luctu, peſtilentia abſumptus. Sed etiam imaginem eadem, eodem loco dicauit Ioanni Acuto claro & ipſi, illuſtrique duci, cuius itidem ſtudio, & opera vtiliter vſa fuerat.

Κυρίως δὴ λέγοιτ' ἂν ἀνδρεῖος, ὁ περὶ τὸν καλὸν θάνατον ἀδεὴς, καὶ ὅσα θάνατον ἐπιφέρει, ὑπόγυια ὄντα: τοιαῦτα δὲ μάλιστα τὰ κατὰ πόλεμον.

Proprie igitur dicetur fortis, qui circa pulchram mortem eſt ſine metu, ac circa cuncta quae mortem adferunt: cum propinqua ſunt: huiuſcemodi autem maxime, quae ſunt in bello.

PROPRIE igitur fortem eſſe & vocari adiungit, concludens rationem, qui talem mortem intrepidus ſuſtinet, & vt interitũ, ita etiam cũcta illa, quae mortem minantur, vicinaq; admodũ ſunt: nec in morte illa vitanda maculae aliquid, dedecorisq; accipiunt: nõ enim neceſſe eſt, ſemper fortẽ virum extingui, nec aliter poſſe conſequi hoc eximiũ nomen, ac laudem.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν θαλάττῃ, καὶ ἐν νόσοις ἀδεὴς ὁ ἀνδρεῖος: οὐχ οὕτω δὲ, ὡς οἱ θαλάττιοι: οἱ μὲν γὰρ ἀπογνώκασι τὴν σωτηρίαν: καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυσχεραίνουσι: οἱ δὲ εὔελπιδές εἰσι παρὰ τὴν ἐμπειρίαν.

Non tamen in his ſolum, verum etiam in mari, & in morbis vir fortis impauidum ſe praebebit: non ſic autem, vt qui in mari viuunt: hi namque deſperarunt de ſalute, & huiuſcemodi mortem ſtomachantur: hi vero bonae ſpei ſunt ob vſum magnum eorum periculorum.

NE penitus ſpoliet fortem virum ſua gloria, quaſi retexit orationem ſuam, conceditque, qui his etiam temporibus, ac locis, ideſt in mari, aut vi morbi vitam amiſerint, nec vllum ſignũ timoris ediderint, poſſe vocari fortes, cum inquam ſine ſpe vlla ſalutis cõſtanter ſe gerunt: quos tamen ſaeua tempeſtate oppreſſos, fortes viros; diſtinguit ab ijs, qui autem eam habẽt, nec terrentur, quia nouerunt remedia eorum malorum, euadereque ſe illa poſſe ſperant, vt nautae ſunt: fortes enim deſperarunt de vita, ac ſalute ſua: nec tam morte dolent, quàm illo genere mortis extingui cruciantur: nautas vero impauidos reddit vſus magnus earum rerum, & quia non ſemel antea euaſerunt eadem mala. Ornauit etiam hoc praeclaro nomine fortitudinis M. Cicero Epicurum, qui cum morti propinquus foret, torqueretur que laeuiſſimis doloribus, veſicae ac torminum, magno ſane animo ipſos tulit, non tamen plenè ipſum laudauit, eo tempore, quo haec dixit, ne aduerſaretur omnibus ſuis de illo ſententijs;
» inquit igitur. Quamuis idem forticulum ſe in torminibus, & ſtranguria ſua praebeat.

Ἅμα δὲ καὶ ἀνδρίζονται ἐν οἷς ἐστιν ἡ ἀλκὴ. ἢ καλὸν τὸ ἀποθανεῖν: ἐν ταῖς τοιαύταις δὲ φθοραῖς οὐδέτερον ὑπάρχει.

Simul autem, & quae fortes decet, gerunt in his rebus, in quibus robur locũ habet, ſiue pulchrũ eſt mori: in huiuſcemodi autẽ generibus leti neutrũ eorũ eſt.

REDIT poſt haec ad fortes, additq; ipſos meliores fieri, augereq; virtutem illam ſuã, ac totam quaſi effundere: hoc enim arbitror valere ἀνδρίζεσθαι, cum tempus, locumq; nacti ſunt illius exercendae, roburq; ſuũ omne explicare illic valent, quod ipſis non contingit in maris tempeſtatibus, & corporis morbis, ſiue inquit in rebus, in quibus pulchrum eſt mori, quod a noſtro quoque Epico ſignificatum eſt, cum cecinit. Pulchrumque mori ſuccurit in armis.

Τὸ δὲ φοβερὸν οὐ πᾶσι μὲν τὸ αὐτό: λέγομεν δέ τι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον. τοῦτο μὲν οὖν παντὶ φοβερὸν, τῷ γε νοῦν ἔχοντι: τὰ δὲ κατ' ἄνθρωπον διαφέρει μεγέθει, καὶ τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ θαῤῥαλέα.

Terribile autem non omnibus eſt idem: dicimus autem quoddam etiam ſupra naturam hominis: hoc igitur omni formidoloſum eſt, qui ſanae mentis eſt: quae autem non ſuperant vim, & poteſtatem hominis, magnitudine inter ſe differunt, & quòd magis, & quòd minus periculi in ſe continent: eodemq́ pacto, quae animum addunt.

Ostendit cuiuſmodi ſit formidoloſum malum, quòd intelligit, cum plura genera ipſius ſint, atque ea quidem magnopere inter ſe diſcrepantia: vult enim extare quoddam, quod ſuperet humanam naturam, & quod ſine culpa vlla metuere, declinareque mortales queunt, veluti incendia, eluuiones, ruinas domorum: vnde Seianus ille tantum amoris, anctoritatisque couſecutus eſt apud Tiberium Imperatorem, qui corpore ſuo ipſum protexit, cum ſpelunca, in quam ſubierat, laberetur: huiuſcemodi igitur caſum periculi poſſe fortem etiam virum, ac debere reformidare, tradit, cum potius reprehenderetur, amensque merito putaretur, ſi id negligeret. His igitur terribilibus relictis, docet, quae in hominem cadunt, variari magnitudine; ipſorumque non nulla magis talia eſſe, quaedam vero minus merito timeri debere: ad [illegible] autem, vt ipſa diſtinguuntur, quemadmodum dixit, ita etiam quae animum nobis addunt, fidereque nos iubent, aduentantibus grauibus malis.

Ὁ δὲ ἀνδρεῖος, ἀνέκπληκτος, ὡς ἄνθρωπος: φοβήσεται μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα: ὡς δεῖ δὲ, καὶ ὡς ὁ λόγος ὑπομενεῖ τοῦ καλοῦ ἕνεκα: τοῦτο γὰρ τέλος τῆς ἀρετῆς.

Vir autem fortis eſt imperterritus, vt homo: metuet igitur etiam talia, verum vt oportet, & vt ratio feret, honeſtatis cauſa: hoc enim finis eſt virtutis.

Adiungit etiam in his ſubeundis, conſtanterque tolerandis, impauidum ſemper ſe praebiturum virum fortem, quantum patitur condicio mortalis, humanumque ingenium: quare inquit metuet etiam huiuſcemodi mala, vt decet tamen, & vt recta, veraque ratio iubet, ſuſtinebit illa, dignitatis cauſa, qui finis eſt omnis virtutis, & quo dirigere ſua facta debent, qui ipſam colunt.

Ἔστι δὲ μᾶλλον, καὶ ἧττον ταῦτα φοβεῖσθαι, καὶ ἔτι τὰ μὴ φοβερὰ, ὡς τοιαῦτα φοβεῖσθαι: γίνεται δὲ τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ μὲν, ὅτι οὐ δεῖ: ἡ δὲ, ὅτι οὐχ ὡς δεῖ: ἡ δὲ, ὅτι οὐχ ὅτε. ἤ τι τῶν τοιούτων: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰ θαῤῥαλέα.

Contingit autem magis, ac minus haec metuere, & praeterea, quae non terribilia, vt talia, metuere: peccatorum autem committuntur, hoc quidem, quia non decet: hoc autem, quia non vt decet, hoc autem, quia non quando, aut huiuſcemodi aliquo: ſimiliter autem ſe res habet circa ea quoque, quae animos addunt.

Pericula & mala, quae ſunt propria materia fortitudinis, cum quae forent, oſtendiſſet, quomodo in ipſis peccetur, primum declarat: deinde quomodo aliquis in eiſdem cum laude verſetur, docet inquit igitur. Fieri poteſt, vſuque venit, vt aliquis magis, & minus haec ipſa mala metuat, quàm oporteat: & praeterea quae non digna ſunt, vt timeantur, neque formidoloſa: tamen metuat, & talia falſo putet: priores horum peccant in ponderandis his malis; nec veram menſuram horum tenent: poſteriores tota via errant: harum igitur lapſionum, pecatorumque genus quoddam in eo manet: quod timent quae non decet vllo pacto timere: alterum, quod vt minime decet, ea timent: nec verum modum in illis malis vitandis tenent; tertium genus eſt, quod tempus non ſeruant, in eoque labuntur, aut in alia quapiam huiuſcemodi rerum peccant; quae τοιαῦτα: vocantur: faciuntque, vt quod recte, aut ſine magna culpa committi poteſt, ita geſtum, vitio affine ſit. Simili autem modo

inquit, ſe res habet in his, quae animum addunt, faciuntque vt fidamus; quae tamen qualia ſint, non expoſuit.

Ὁ μὲν οὖν ἃ δεῖ καὶ οὗ ἕνεκα, ὑπομένων, καὶ φοβούμενος, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε: ὁμοίως δὲ καὶ θαῤῥῶν, ἀνδρεῖος: κατ' ἀξίαν γὰρ καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος, πάσχει, καὶ πράττει ὁ ἀνδρεῖος.

Qui igitur quae oportet, & cuius gratia, ſuſtinet, ac metuit, & vt oportet, & quando: ſimiliter autem & aggreditur, fortis eſt: vt dignitas enim, & vt ratio praecipit, quidquid contingit, accipit, ac facit vir fortis.

REDIT ad fortem virum deſcribendum, quem tradit eum eſſe, qui mala, quae oportet, & cuius rei cauſa, & quando oportet, ſubit ac tolerat: nec non etiam timet, quae eodem pacto, ſeruatisque ijs, quae cuſtodire oportet, declinat, ſed modum etiam tenet in illis, & tempus; atque vt timet, ita etiam fortis eſt: dignitatem enim tuetur, & in tempore, & modo ſeruando non labitur, atque vt vera ratio iubet, perpetitur, ſuſtinetq; malum, & alteri infert.

Τέλος δὲ πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν. καὶ τῷ ἀνδρείῳ δὲ ἡ ἀνδρεία, καλόν. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ τέλος: ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει. καλοῦ δὴ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ὑπομένει, καὶ πράττει τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν.

Finis autem omnis functionis eſt quòd conuenit habitui, & viro forti, fortitudo, honeſtum eſt: huiuſcemodi autem & finis eſt: definitur autem vnumquodque fine: dignitatis igitur cauſa vir fortis ſuſtinet, ac gerit, quae ſunt ſecundum fortitudinem.

QVI ſit finis fortis viri declarat, & quo referri actiones ipſius debeant: non diſcedereque ipſum docet a natura ceterarum virtutum; quarum omnium actiones conueniunt ſuo fini; qui eſt recte facere, & honeſte ſe gerere in illa ipſa materia, non in alia quapiam, & propria alius virtutis: non igitur fortis ſuo fini ſeruiret, atque in eo laudem adipiſceretur, ſi temperanter ſe gereret, aut liberaliter, ſed oportet eum laudem, ac dignitatem adipiſci in fortibus factis, quod cum faciet, obibit proprium munus fortitudinis: cuncti enim inquit definiuntur, appellanturque a fine, qui propoſitus eſt illis; quare addit, concludens rationem, fortis vir dignitatis cauſa gerit fortia facta, toleratque magno animo: nec non etiam molitur in alios, quae expectantur requirunturq; a fortitudine: vnde nominatus eſt: Hunc arbitror ſenſum eſſe huius loci: neque enim me fallit, aliter ipſum acceptum fuiſſe ab Argyropylo, quem non ſequor hac parte.

Τῶν δὲ ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ, ἀνώνυμος. (εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τοῖς πρότερον, ὅτι πολλά ἐστιν ἀνώνυμα) εἴη δ' ἄν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν, μήτε τὰ κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς.

Ex ijs autem qui iuſtum modum ſuperant, is qui nihil metuendo peccat caret nomine (dictum autem eſt à nobis antea, multa eſſe ſine nomine) foret autem inſaniens quidam, ſiue penitus indolens, ſi nihil metueret, neque terremotum, neque fluctum, quemadmodum aiunt, Celtas.

CVM peccetur in hac virtute colenda, aut nihil timendo, aut plus quàm deceat mala reformidando, ſignificat quibus nominibus oſtendantur, qui his vitijs affines ſunt, cum impoſita ipſis ſunt: neque enim, vt teſtatur, cuncta ſuis, proprijsq; nominibus notata ſunt, quod admonuit etiam, vt narrat, prius: in libro enim, qui antecedit hunc tertium, hoc fecit. Primum igitur dicit, eum, qui ſuperat modum nihil metuendo, carere nomine, quod ſiquis omninò velit eum indicare, non verbo, ſed factis, dicet eum eſſe inſanientem quempiam, ſiue quem dolor numquam attingat: furentem, quia non intelligit vim & poteſtatem malorum, quibus temere exponit vitam ſuam: dolore carentem, quia non ſentit paenam, & cruciatum,

tam, qui ex vulneribus neceſſario prodit: praeſertimque ex his caſibus, periculiſque, quae ſuperant captum mortalium, humanamque naturam, cuiuſmodi ſunt, terremotus, fluctus maris, cui ſtultitiae commemorat affines fuiſſe Celtas, barbaram gẽtem, ſi verum eſt, quod de illis memoriae proditum eſt. Idem autem de ipſis narrauit auctor in III. libro de moribus, quos miſit ad Eudemum Cyprium: Strabo vero Cimbros extitiſſe narrat, de quibus hoc falſo monimentis proditum ſit, qui tamen adiungit dictos eſſe Celtas aſſuefacere ſe ad nihil reformidandum, ſumendo arma, incurrendoque in fluctus.

Ὁ δὲ τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλλων περὶ τὰ φοβερὰ, θρασύς: δοκεῖ δὲ καὶ ἀλαζὼν εἶναι ὁ θρασὺς καὶ προσποιητικὸς ἀνδρείας: ὡς γὰρ ἐκεῖνος περὶ τὰ φοβερὰ ἔχει, οὕτως οὗτος βούλεται φαίνεσθαι: ἐν οἷς οὖν δύναται, μιμεῖται. διὸ καὶ εἰσὶν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, θρασύδειλοι: ἐν τούτοις γὰρ θρασυνόμενοι, τὰ φοβερὰ οὐχ ὑπομένουσι.

Qui autem audendo modum ſuperat circa res terribiles, audax: videtur autem glorioſus quoque eſſe vir fortis, naturaeq́ eius, vt facile ſibi affingat fortitudinem: vt igitur ille circa res formidoloſas ſe habet, ita hic apparere vult: in quibus igitur valet, ipſum imitatur: quare ſunt multi eorum ſimul audaces, ac timidi: cum enim in his ſe iactent, ea, quae formidoloſa ſunt, non ſuſtinent.

Evm, qui modum longo interuallo tranſit, audendo in rebus terribilibus, dicit vocari audacem; ipſum autem ſtatim alij quoq; culpae affinem eſſe tradit, viderique merito poſſe glorioſum hominem affirmat, qui enim Graecis ἀλαζὼν eſt, is, Latinis glorioſus appellatur. Adiungit Ariſtoteles, vt ille, fortis inquam, animo praeditus ſit in rebus terribilibus, ita hunc videri velle: ſtudereque huic laudi, imitarique ipſum, atque exprimere conari quibus rebus poteſt: quae tamen falſae, atque inanes ſunt: quare inquit magna pars horum ſunt θρασύδειλοι: ita enim appellantur, iunctis duobus nominibus, contrarijs inter ſe, qui, & audaces ſimul, & timidi ſunt, ante pericula audaces, appropinquantibus illis, formidoloſi, cum ea minime expectent, nec conſtanter ſubeant.

Ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, δειλός: καὶ γὰρ ἃ μὴ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖ αὐτῷ: ἐλλείπει δὲ καὶ τῷ θαῤῥεῖν. ἀλλ' ἐν ταῖς λύπαις ὑπερβάλλων μᾶλλον καταφανής ἐστι.

Qui autem metuendo modum ſuperat, timidus vocatur: quae namque non oportet, & quomodo non oportet, & cuncta huiuſcemodi comitantur ipſi: minus etiam facit quàm oportet in fidendo ſibi: ſed cum in rebus triſtibus ſuperet modum, magis in ipſis eſt apertus, conſpicuusque.

Qvi labatur ac peccet, pluſquam deceat metuẽdo, formidoloſum & timidum appellari inquit: verè autem ipſum ita vocari docet, cum omnibus modis peccet, quibus in hac re culpa admittitur: quorum tamen modorum duos tantum nominat: timet enim inquit, quae non oportet timere: nec modum cuſtodit in illis malis vitandis, ceteriſque modis omnibus peccari dicit, vt autem iuſtam menſuram ipſum in hoc non ſeruare dicit, ita in contrario, audendoque ipſum deficere tradit, verum inquit, cum in rebus triſtibus, pleniſque doloris turpiter erret, in ipſis magis, planiusque qualis ſit, perſpicitur.

Δύσελπις δή τις ὁ δειλός: πάντα γὰρ φοβεῖται: ὁ δ' ἀνδρεῖος, ἐναντίως: τὸ γὰρ θαῤῥεῖν, εὐέλπιδος.

Vix igitur aliquid bene ſperat vnquam timidus: cuncta enim metuit: fortis autem è regione poſitus ipſi eſt: fidere enim eſt eius, quem bona ſpes tenet.

Aperit quid ſtatuere in animis noſtris debeamus de ingenio, moribusq; timidi hominis, & quid viri fortis; qui, cum contrarij inter ſe ſint, contrario etiam modo ſe habent, circa ſpẽ

honorũ, & deſperationem eorundem: vix igitur ſe poſſe elabi e malis formidoloſus homo putat, diffiditq; ſibi ipſi ſemper, cunctaque demum timet; e regione autem poſitus huic eſt ait, fortis, cum, vt tradit, fidere proprium ſit eius, qui bene ſperat in rebus duris & aduerſis, ſaluumque, & incolumem ſe inde exiturum ſperat. Deſcripſit autem egregie Terentius timidum hominem in perſona Chremetis, qui aſpiciens paucos, & ignauos homines venire, quaſi exercitum ſecum haberet Thraſo, dixit. Viden tu illum, Thais? Militem ſecum ad te quantas copias adducere?

Περὶ ταὐτὰ μὲν οὖν ἐστὶν, ὅ τε δειλὸς, καὶ ὁ θρασὺς, καὶ ὁ ἀνδρεῖος: διαφόρως δ' ἔχουσι πρὸς αὐτά: οἱ μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσι, καὶ ἐλλείπουσιν: ὁ δὲ, μέσως ἔχει, καὶ ὡς δεῖ.

Circa eaſdem res igitur verſatur, & timidus, & audax, & fortis: longe autem aliter ſe habent erga ipſas: hi namque ſuperant modum, & deſinunt ante quam oporteat; hic vero, medio modo ſe gerit, & vt oportet.

Qvod modo fecerat, colligit, paucisque ipſum exponit: oſtendit enim hos, valde inter ſe diſſimiles, in eodem tamquam campo verſari; ſed, quia longe aliter ſe in iiſdem rebus gerunt; magnopere diſcrepare inter ſe; cum ipſorum duo, qui in vitio ſunt, ſiue modum ſuperent, ſiue ipſum non attingant, in curſuque deficiant; vnus autem in medio ſe ſiſtat, recteque ſe atque vt decet, in eo gerat.

Καὶ οἱ μὲν θρασεῖς, προπετεῖς. καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων: ἐν αὐτοῖς δ', ἀφίστανται. οἱ δ' ἀνδρεῖοι ἐν τοῖς ἔργοις, ὀξεῖς: πρότερον δ' ἡσύχιοι.

Et audaces quidem temerarij, & ardentes cupiditate pugnandi ante pericula: cum vero ventum ad ea eſt, abſiſtunt: fortes autem in factis ipſis acuti ſunt: prius autem ſedato animo, & quieti.

Ponere autem eos magis ante oculos nobis volens inquit, audaces eſſe temerarios, ſeque conijcere inconſiderate in magna mala: cumque ante pericula, tempusque pugnandi, ardere ſtudio videantur concertandi conferendique manus cum aduerſarijs, cum poſtea venerunt, illa, non ſubeunt, ſed aſpectum illorum non ferunt: contra fortes tempore ipſo, & cum commiſſum eſt proelium, acres, vehementesque ſe praebent; antea vero quieti, deſidesque exiſtimati poterant ab illis, qui eos non cognoſcerent. Quod ad verba pertinet: Cyrus minor, inſimulatur προπετείας nomine, qui egregiam victoriam, quam virtute Graecarum copiarum, a ſe conductarum, adeptus erat, contra fratrem regnantem, corrupit temeritate ſua, qui enim litteris prodiderunt calamitatem illam, hoc nomine vſi ſunt vt Iſocrates in libro, quem miſit ad Philippum Macedonem. Ὀξέως videtur accepiſſe Xenophon in VI libro de bellis Graecorum, quod infrequens eſt; eodem pacto vt noſter diſertus philoſophus dixit, fortem virum, cum res ad manum venit, eſſe ὀξὺν; verba Attici illius ſcriptoris haec ſunt: στρατηγὸς μάλα ὀξέως τὰς ναῦς ἐπλήρου.

Καθάπερ οὖν εἴρηται, ἡ ἀνδρεία μεσότης ἐστὶ περὶ θαῤῥαλέα, καὶ φοβερὰ, ἐν οἷς εἴρηται, καὶ ὅτι καλὸν αἱρεῖται, καὶ ὑπομένει. ἢ ὅτι αἰσχρὸν, τὸ μή.

Veluti igitur, dictum eſt, fortitudo, mediocritas eſt circa res, quae animum nobis addunt, & quae metum incutiunt; in iis rebus, in quibus traditum eſt: ſumitq; ea ſibi facienda, & ſuſtinet, quia honeſtum eſt, vel quia turpe non ſuſtinere.

Cvm haec expoſuiſſet Ariſtoteles, ſatis apte ſe poſſe definire fortitudinem exiſtimauit, ex dictis iam: monſtrareque & materiam, in qua exerceretur, & finem, ad quem facta ipſius referrentur, euoluereque quod in hoc nomine incluſum eſſet; quare inquit ipſam eſſe mediocritatem quandam in rebus ſeruatam, quae fidere nos iubent, & illis, quae metum inij-

ciunt;

ciunt, quae mala ſubit, conſtanterque fert dignitatis cauſa, ſiue quia dedecoris plenum eſ-ſet aliter facere, quomodo ſe gerunt, qui non omnino vera fortitudine praediti ſunt.

Τὸ δ' ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείας, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ: μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα: καὶ οὐχ ὅτι καλὸν ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγων κακόν. ἔστι μὲν οὖν ἡ ἀνδρεία τοιοῦτόν τι.

Statuere autem ſibi moriendum, fugienti paupertatem, vel amorem, vel quippiam triſte admodum, non viri fortis, ſed potius timidi: mollities enim eſt fugere res laborioſas, ac moleſtas, & non quia honeſtum eſt, ſuſtinet, ſed malum fugiens: eſt igitur fortitudo huiuſcemodi quiddam.

Eruit errorem magnum auctor e pectoribus multorum, qui falſo putant eos fortes eſſe, qui ſibi manus afferront, ſiue alia quapiam ratione vita ſemetipſos priuant; vt grauia incommoda vitent, doloresque vehementiores, veluti paupertatem, amorem; omneque tale, quod maximam moleſtiam inurat: docetque eos, nedum praeclara hac laude digni ſint, meritoque tales haberi debeant, potius timidos dicendos, quod probat affirmans, teneri ac mollis animi munus eſſe, ferre non poſſe res duras & odioſas; ſed alio etiam argumento idem conſtituit, ſignificans ipſos non capere illud de ſe conſilium ob honeſtatem, neque vt pareant dignitati, ſed vt malo ſe liberent. A fine igitur quoque intelliguntur hi non eſſe fortes, cum longe alium habeant, quam fortitudo ſibi proponit. Notum eſt Virgilium quoque de hac re eodem pacto ſenſiſſe, conuenireque ipſi cum ſapiente noſtro, qui etiam eadem mala appellat, & exemplis, quae ponit, cuiuſmodi labores intelligat, declarat, qui iuſta cauſa non ſint, vt quiſpiam mori velit; non enim exiſtimandum eſt, Ariſtotelem velle vllo pacto fieri poſſe, vt aliquis culpae nulli affinis, ſi certa quaedam mala fugiat, atque eius generis, cuius fuit mors Socratis, & Catonis, quae tantopere a veteribus illis probata & laudata fuit, etſi noſtra lex, pietasque Chriſtiana ab hac quoque morte nos absterret, ſepulturae etiam honorem ita mortuis negans. Nam hoc etiam loco ad Eudemum legitur Agathonis verſus, qui affirmat, è genere mortalium improbos, ferre nequeuntes labores, corripi deſiderio mortis. Animaduertendum autem eſt, Ariſtotelem, cum exemplis paupertatis, & amoris vſus fuerit, non intellexiſſe mala puſilla, & quae facile ſuſtineri poſſent, ſed grauia, & acerba: nam veteris etiam Graeci poetae ſententia eſt; oportere, fugiendae paupertatis cauſa in mare ſe abijcere, & per media ſaxa, ſcopuloſque praeteruehi: Alium etiam dixiſſe, quod ſequitur, tantam penuriam rerum, miſerrimum eſſe fame interire. Quanta autem ſit vis amoris, & quantopere nos perturbet vehemens hic animi motus, ad exitiumque perducat, multi cum ſuo magno malo experti ſunt. Ad extremum addidit, putare ſe oſtendiſſe, qualis animi habitus fortitudo ſit: eſſe namque ipſam, ſi non omnino eam, qualem informauit, certe vicinam ipſi, ac tale quippiam.

Λέγονται δὲ καὶ ἕτεραι κατὰ πέντε τρόπους. πρῶτον μὲν ἡ πολιτική: μάλιστα γὰρ ἔοικε: δοκοῦσι γὰρ ὑπομένειν τοὺς κινδύνους οἱ πολῖται, διὰ τὰ ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμια, καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ διὰ τὰς τιμάς. καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρειότατοι δοκοῦσιν εἶναι, παρ' οἷς οἱ δειλοὶ, ἄτιμοι. οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἔντιμοι.

Dicuntur autem, & aliae, quinque modis: primum quidem ciuilis vocata: maxime enim haec ſimilis eſt ipſi: videntur enim ciues ſuſtinere pericula metu paenarum, & ignominiarum, quae legibus conſtitutae ſunt, & ob honores adipiſcendos: atque hac de cauſa fortiſſimi videntur eſſe, apud quos timidi, ignominia notantur, fortes autem, in honore habentur.

Non vnum genus eſſe huius virtutis nunc docere aggreditur, dicique fortitudinem multis modis: quinque igitur alijs, praeter integram & abſolutam fortitudinem appellari hoc nomine ſignificat, quarum primam eſſe vult, quae ciuilis vocatur: quaq; praediti ciues libertatem tuentur, & a patria hoſtes depellunt: aliaque huiuſcemodi munia magno animo obeunt:

eunt: quae vero ſit illa, oſtendit his verbis: maxime enim inquit, videntur ciues ſubire pericula; conſtanterque mala, quae imminent ciuitati, perpeti ob metum legum, poenarumque timidis propoſitarū, & ignominiae, ſi aliter facerent; ſed etiam ob honores adipiſcendos: nam honoris magnam poteſtatem eſſe ad ciues in officio retinendos, intelligi poſſe inquit, quia vbi fortes viri honorantur, illic plurimi tales inueniuntur, & eodem pacto, vbi timidi notantur, & ab omni honore vacui ſunt.

„ Τοιούτους δὲ καὶ Ὅμηρος ποιεῖ, οἷον τὸν Διομήδην, καὶ τὸν Ἕκτορα. Πουλυδάμας
„ μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει: καὶ Διομήδης. Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ'
„ ἀγορεύων. Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο.

„ *Huiuſcemodi autem Homerus quoque fingit, ceu Diomedem & Hectorem.*
„ *Polydamas mihi primus hanc turpem maculam inuret: & Diomedes. Hec-*
„ *tor enim aliquando, apud Troianos verba faciens, dicet. Tydides a me.*

Testatvr, Homerum hoc ſignificare, qui facit heroas illos, & Graecarum, & Troianarum partium conſtantes ſe in bellicis periculis tolerandis praebere, vt vitent dedecus, & infamiam, veluti Hectorem, qui ſecum ita locutus eſt; dixitque, ſi detrectaſſet pugnam, futurum eſſe, vt Polydamas, quem in primis verebatur, vt ſapientem & optimum ciuem, hoc ſibi aliquando obijceret, & eodem pacto Diomedes, ſi inhoneſtè capiti ſuo conſuluiſſet, timuit ne aliquando Hector, verba faciens apud ſuos Troianos, hoc commemoraret: gloriaeque ſibi duceret, quod ipſe a ſe in proelio fugatus eſſet, quam turpitudinem ſibi inuſtā peius morte timebat.

Ὡμοίωται δ' αὕτη μάλιστα τῇ πρότερον εἰρημένῃ: ὅτι δι' ἀρετὴν γίνεται. δι' αἰδῶ γάρ, καὶ διὰ καλοῦ ὄρεξιν: τιμῆς γὰρ καὶ φυγὴν ὀνείδους, αἰσχροῦ ὄντος.

Eſt autem ſimilis haec maxime illi, quae prius dicta eſt: quia ob virtutem gignitur: ob pudorem enim, & honeſti appetitum: honoris namque & dedecoris depulſionem, quod turpe eſt.

Simile valde hoc primum genus fortitudinis eſſe dicit verae ac perfectae fortitudini, atque id, quia a virtute proficiſcitur, cum pudor inducat eos, ne culpam admittant, & deſiderium quoddam dignitatis, vt probat, ſignificans hoc ipſos facere propter honorem, & vt fugiant ignominiam, quae turpis res eſt. Plato, eiuſdem ſententiae fuit, & in III. libro de legibus hoc inſtitutum magnopere laudauit. Polybius quoque, vbi diligenter, copioſeque diſſerit de rebus publicis, varijsque generibus regendae ciuitatis narrat, veteres illos Romanos eodem pacto inflammaſſe adoleſcentes ad bellica pericula ſubeunda, mortemque pro patria contemnendam: coronae enim illae, & cetera inſignia virtutis hunc finem habebant. Plutarchus quoque in Pelopida idem fecit, traditque, vbi adoleſcentes aſſueti fuerint vereri turpia facta, & propter dignitatem non reformidare pericula; quique magis metuant dedecus ac turpitudinem, quàm mortem, illic naſci fortes viros, ac valde metuendos hoſtibus.

Τάξαι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζομένους εἰς ταὐτό, χείρους δ', ὅσῳ οὐ δι' αἰδῶ, ἀλλὰ διὰ φόβον αὐτὸ δρῶσι, καὶ φεύγοντες, οὐ τὸ αἰσχρόν, ἀλλὰ τὸ λυπηρόν:
„ ἀναγκάζουσι γὰρ οἱ κύριοι, ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ. Ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης πτώσσοντα
„ νοήσω. Οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας.

Eodem autem loco haberet quis eos quoque, quibus, ab habentibus in ipſos imperium, neceſſitas imponitur: deteriores autem ſunt, quanto non propter pudorem, ſed propter metum hoc faciunt, & fugientes non turpitudinem, ſed dolorem: cogunt enim, qui poteſtatem in ipſos habent, veluti Hector. Quemcun-

que

» que autem ego ſeorſum a pugna trepidantem cognouero. Non ipſi licebit fugere canes.

ADDIT auctor, illos quoque, quibus a ducibus, praefectiſque neceſſitas pugnandi impoſita eſt, in eiſdem numerari poſſe, qui ſcilicet metu paenae, & ignominiae fortes ſe praebent, quos tamen aliquanto deteriores eſſe putat; quia ſtant contra hoſtes, non pudore impulſi, & vt maculam, turpitudinemque declinent, ſed propter metum ſuperiorum, & qui imperium in ipſos habent, quos vident in ſe grauiter animaduerſuros, niſi paruerint; ſed etiam, quia quae faciunt ſimilia fortitudinis, non faciunt, vt dedecus vitent, ſed corporis dolorem, ac verbera: cogunt enim ipſos, qui poteſtatem legibus in eos habent. Redit autem ad poetam, quem valde amabat, exempla huius aſſimulatae fortitudinis ponere volens, qui fecit Agamemnonem: is enim fuit, non Hector: ita minis, & ſupplicijs, abſterrere milites ab ignauia, & turpibus factis; ſic enim cum militibus agit. Quemcunque veſtrum nactus ero remotum a loco, vbi pugnatur, non poterit is non eſſe eſca canum, atque alitum. Nã, quod in omnibus libris hic ſcriptum eſt: verba haec edi apud poetam ab Hectore, falſum profecto eſt, peccatumque memoriae puto: Homerus namque facit ita loqui Agamemnonem, minis, terroreque mortis conantem in officio retinere milites; ſed etiam in III. πολιτικῶν, quo loco melius recordatus eſt, quod ſaepe legerat, ab eodem imperatore Graecorum hi verſus pronuntiantur. In nomine etiam Circes eodem modo erraſſe auctorem, notum eſt.

Καὶ οἱ προστάττοντες, κἂν ἀναχωρῶσι, τύπτοντες, τὸ αὐτὸ δρῶσι, καὶ οἱ πρὸ τῶν τάφρων, καὶ τῶν τοιούτων παρατάττοντες: πάντες γὰρ ἀναγκάζουσι: δεῖ δ' οὐ δι' ἀνάγκην ἀνδρεῖον εἶναι, ἀλλ' ὅτι καλόν.

Et qui in prima acie locant, & ſi receſſerint, verberibus caedunt, idem efficiunt, & qui ante foſſas, & huiuſcemodi quaedam aciem ſtruunt: cuncti enim neceſſitatem imponunt: decet autem non ob neceſſitatem ſibi impoſitam fortem eſſe, verum quia honeſtum.

EIVSDEM generis ſunt inquit, qui praecipiunt, & denuntiant militibus, vt malum caueant, & ſi ipſi ceſſerint, ipſos verberant. Antequam autem coner, quae hic ſequuntur, declarare, cum cognorim e ſcholijs Lambini extitiſſe doctum hominem, qui ſuſpectum non ſine cauſa habuerit participium προστάττοντες, id quod ipſi quoque accurato, & valde docto viro non probatur, ſignificare volui, me cum illis ſentire, & notionem huius vocis non valde hic accommodatam arbitrari. Cum tamen nihil varietatis inuenerim in antiquis exemplaribus, quorum numerum magnum diligenter conſului, nihil ſum auſus immutare. eius tantum meminero, quod videtur aliquo modo id teſtari, & non vocem perperam receptam explanare, ſed loco illius ponendam ſignificare; quamque ego cum illis aptiorem hic exiſtimarem, ideſt προτάττοντες: legitur enim apud interpretem Graecum quiddam, quod hoc oſtendere videtur, qui commemorat apud Herodotum, Perſas, cum ſaltum Thermopylarum capere non poſſent, defendentibus fortiſſimis illis Laconibus, perterritis ſuis militibus, verberibus, ac plagis ipſos eo compuliſſe, & inultos, recuſanteſque ſuos ad munitiones hoſtium truſiſſe; ſed vt melius exiſtimari de hoc poſſit, verba illa ipſa interpretis hic ponam, ὡς παρ' Ἡροδότῳ Πέρσαι: ὑπὸ γὰρ τοιαύτης ἐπιστάσεως οἱ Θερμοπύλαις τοῖς Ἕλλησιν ἐμαχέσαντο.

Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ἡ περὶ ἕκαστα, ἀνδρεία τις εἶναι. ὅθεν καὶ ὁ Σωκράτης ᾠήθη ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἀνδρείαν: τοιοῦτοι δὲ ἄλλοι μὲν ἐν ἄλλοις: ἐν τοῖς πολεμικοῖς δ' οἱ στρατιῶται: δοκεῖ γὰρ εἶναι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου, ἃ μάλιστα συνεωράκασιν οὗτοι. φαίνονται δὴ ἀνδρεῖοι, ὅτι οὐκ ἴσασιν οἱ ἄλλοι οἷα ἐστίν.

Videtur autem, & periculum ſaepe factum earundem rerum fortitudo quaedam eſſe: vnde & Socrates putauit ſcientiam eſſe fortitudinem: huiuſcemodi autem alij ſunt in alijs rebus: in periculis autem bellicis, milites: Videntur

dentur enim multa eſſe inania belli; quae maxime conſpexerunt hi, & cognita habent: apparent igitur hi fortes eſſe, quia neſciunt alij, qualia ipſa ſunt.

VIDERI poteſt inquit (quod eſt, alterum genus adumbratae fortitudinis) vſus etiam illorum malorum, & cum ſaepe antea periculum ipſorum feceris, fortitudo eſſe: quare inquit, Socrates arbitrabatur, fortitudinem eſſe ſcientiam, & peritiam earum rerum: huiuſcemodi autem ſunt; qui commode ſcilicet tractare ipſas valeant, periti & eruditi alij in alijs rebus: in periculis vero bellicis milites, qui a Graecis στρατιῶται vocantur. Vocabulum autem hoc στρατιῶται, peruenit in patrium noſtrum ſermonem: etſi genus quoddam equitum, non pedites, eo nomine appellamus, & illorum quidem peregrinorum; intelligit autem auctor, qui mercede alicui regi, ſiue reip. ſeruiant: nam mos erat Graecarum ciuitatum, vt exercitus conficerent partim e ſuis proprijsque ciuibus: partim ex externis, & pretio conductis, non vocaſſent autem fere ſuos ciues, & ſi in bello verſarentur στρατιῶται, ſed alienos, & qui artem eam haberent, & nunc huic, nunc alij operam ſuam locarent. Indicat autem quid ſit illud, quod his ſpeciem hanc, & laudem comparat. Videntur enim inquit multae res in bello eſſe inanes, & quae praeſe ferant maxima pericula, mortemque propinquam, quas tamen, ſiquis cognorit, tales nō eſſe facile intelliget: eas autem cum minime cognoſcant ceteri, exiſtimant eos eſſe fortes. Κενὰ τοῦ πολέμου quod inquit, tamquam prouerbium hoc dici ſolitum, notum eſt; meminit ipſius & Plutarchus [illegible] & Thucydides III libro in contione Teutiapli; quo etiam loco ille tamquam interpretatur vim ipſius, & quid primum ſignificare voluerit.

Εἶτα ποιῆσαι, καὶ μὴ παθεῖν μάλιστα δύνανται, ἐκ τῆς ἐμπειρίας: καὶ φυλάξασθαι καὶ πατάξαι, δυνάμενοι χρῆσθαι τοῖς ὅπλοις, καὶ τοιαῦτα ἔχοντες, ὁποῖα ἂν εἴη, καὶ πρὸς τὸ ποιῆσαι, καὶ πρὸς τὸ μὴ παθεῖν κράτιστα: ὥσπερ οὖν ἀνόπλοις ὡπλισμένοι μάχονται, καὶ ἀθληταὶ ἰδιώταις: καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγῶσιν, οὐχ οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοί εἰσιν, ἀλλ' οἱ μάλιστα ἰσχύοντες, καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντες.

Deinde inferre alijs, & non accipere incommodi aliquid valent, ex vſu; & vim poteſtatemque habent ſibi cauendi, & feriendi hoſtem: cum ſciant vti armis: huiuſcemodique habeant, qualia vtique ſint & ad vulnus imponendum, & non accipiendum optima: veluti igitur cum inermibus armati ipſi pugnant: & athletae cum rudibus, & imperitis: in huiuſcemodi enim certaminibus non fortiſſimi viri maxime idonei pugnae ſunt, ſed qui maximis viribus praediti ſint, corporaque optima habent.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quod non parum prodeſt ad aſciſcendum nomen fortitudinis militibus his: hi namque valent in primis hoſtibus plagas infligere, & minime ipſi accipere aliquid ab ipſis incommodi propter vſum magnum belli, & vitare itidem vulnus, tuerique vitam, & ferire aduerſarium, cum didicerint armis vti: praetereaque teneant ea arma, quae idonea ſunt ad hoſti valde nocendum: ſe autem ab impetu illius defendendum; quare inquit, aliquo modo tecti armatique cum inermibus, nudisque proeliantur, & quaſi athletae magiſtrique cum rudibus, ignarisque. Qui forent, athletae vocati apud Graecos, notum puto: ſaepe autem a ſcriptoribus antiquis cum Graecis, tum Latinis, hoc verbum tranſlatum inuenitur: vocatosque apte, vt oſtendi, magiſtros, & praefectos quarundam rerum, artiumque, ſiue illos ipſos, qui earum periti forent: vnde M. quoque Varro dixit pecuarios athletas; nam verbum, quod ſequitur, idiotis, non vno itidem pacto ſemper vſurpari conſtat: nunc enim priuati homines: alias vero rudes & ignari bonarum artium, alicuiuſve ſtudij, ſignificantur: vt hoc loco, atque alijs multis. Reddit poſt hoc rationem eius, quod dixerat: aitque, vtiliores in bello eſſe, meliusque pugnare milites, qui ſcilicet artem eam colunt, quàm non ſolum fortes, tanta laude dignos, verum etiam fortiſſimos viros, illosque ipſos milites, qui robuſti in primis ſunt, corporaque habent maxime accommodata illis laboribus ferendis, cum opera fortium virorum alijs temporibus valde reip. proſit; nec enim ſequitur, vt qui corporis viribus valent, ijdem etiam praeſentia animi, & magnitu-

dinè ceteros vincant. quod M. etiam Cicero videtur ſignificaſſe, cum habitudinem hanc in M. Antonio, cui maledicebat, vocauit gladiatoriam totius corporis firmitatem.

Οἱ στρατιῶται δὲ δειλοὶ γίνονται, ὅταν ὑπερτείνῃ ὁ κίνδυνος, καὶ λείπωνται τοῖς πλήθεσι καὶ ταῖς παρασκευαῖς: πρῶτοι γὰρ φεύγουσι: τὰ δὲ πολιτικὰ μένοντα ἀποθνήσκει, ὅπερ κἀπὶ τῷ Ἑρμαίῳ συνέβη: τοῖς μὲν γὰρ αἰσχρὸν τὸ φεύγειν, καὶ ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης σωτηρίας αἱρετώτερος: οἱ δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐκινδύνευον, ὡς κρείττους ὄντες: γνόντες δὲ, φεύγουσι: τὸν θάνατον μᾶλλον τοῦ αἰσχροῦ φοβούμενοι: ὁ δ' ἀνδρεῖος, οὐ τοιοῦτος.

Qui vero militiam colunt, tamquam artem, timidi fiunt; ſtatim vt periculum valde creuerit: & inferiores fuerint numero atque apparatu: primi namque fugiunt: acies, quae conſtant e ciuibus: in loco manentes intereunt, quod quidem in Hermaeo factum eſt. his namque fugere turpe eſt: & mors huiuſcemodi ſalute optabilior eſt: hi vero initio ſe obyciebant periculis, vt meliores: poſtquam autem rem cognouerunt, fugiunt; mortem magis metuentes, quàm turpitudinem: fortis autem vir non eſt talis.

MILITES tamen hos, στρατιώτας a priſcis vocatos, ſignificat, cum periculum creſcit, & quaſi ſuperat vires eorum, timidos fieri; cumque viderint ſe inferiores numero eſſe, & apparatibus belli, quod facile intelligunt propter longum vſum ſcientiamque belli. hoc declarat, quia primi fugiunt, inhoneſteque ſaluti ſuae conſulunt: ciuiles autem copiae, & qui a republica; poſcente hoc tempore eorum operam, delecti ſunt, intereant, contra hoſtes ſtantes, quod factum aliquando eſſe teſtatur, proeliumque certum quoddam appellat, quod commiſſum fuit apud Hermaeum, Boeotiae locum. In paucis quae remanſerunt hiſtorijs Graecorum ſcriptorum, mentio, quod ſciam, non fit huius pugnae: interpres Graecus narrat hanc rem expoſitam fuiſſe a pluribus auctoribus, ideſt Cephiſodoro, Anaximene Mileſio, Ephoro Cumano, quorum ſane omnium ſcripta vetuſtate abſumpta ſunt. Quomodo autem hoc contigerit, docet, vt ſcilicet ſibi non proſpexerint ciues, qui in bellum vocati fuerant, ſed ſtatuerint potius mori, quàm inhoneſte conſeruari: his enim inquit, turpe erat fugere, morsque magis ipſis optanda fuit, quàm ſalus, ac vita talis: illi vero initio pericula, quae inſtabant, non reformidarunt; ſperabant enim ſe hoſtes ſuperaturos: poſtquam autem ſe deceptos intellexerunt, ſtatim aufugerunt, mortem magis, quàm turpitudinem metuentes, a quo conſilio longe abeſt, inquit, vir fortis, qui ſemper ante oculos propoſitam habet dignitatem.

Καὶ τὸν θυμὸν δ' ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσιν: ἀνδρεῖοι γὰρ εἶναι δοκοῦσι καὶ οἱ διὰ θυμὸν, ὥσπερ τὰ θηρία, ἐπὶ τοὺς τρώσαντας φερόμενοι: ὅτι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι θυμοειδεῖς: ἰτητικώτατον γὰρ ὁ θυμὸς πρὸς τοὺς κινδύνους. ὅθεν καὶ Ὅμηρος. Σθένος ἔμβαλε θυμῷ. καὶ μένος, καὶ θυμὸν ἔγειρε καὶ. Δριμὺ δ' ἀνὰ ῥῖνας μένος. καὶ ἔζεσεν αἷμα: πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἔοικε σημαίνειν τὴν τοῦ θυμοῦ ἔγερσιν, καὶ ὁρμήν.

Et vehementiorem iram, excandeſcentiamq́ ad fortitudinem adportant: fortes enim eſſe videntur, & qui furore commoti, tamquam beluae, in eos, qui vulnerarunt, incurrunt: quia & fortes viri facile excandeſcunt: eſt enim quiddam promptum, paratumq́ ſemper ad pericula adeunda excandeſcentia, vnde &
„ Homerus Robur iniecit irae, & firmitatem, & excandeſcentiam excitauit,
„ &. Acrem per nares bilem & feruit ſanguis: cuncta namque huiuſcemodi videntur oſtendere ortum excandeſcentiae, & appetitionem.

HOC tertium genus eſt minime verae fortitudinis: commemorat enim inueniri quoſdam, qui ea, quae geſta ſunt ſtimulo iracundiae, atque impetu quodam animi & quaſi furore,

referant

referant ad hanc virtutem: rationeque ac conſilio facta velint, cum ſimilitudinem quandam habeant, qui irati pugnant, fortium virorum: ijdemque prorſus eſſe exiſtimentur, veluti enim beluae, impetum faciunt in eos, qui ipſas vulnerarunt, ita & ipſi incurrentes in aduerſarios: naſcitur enim inde haec opinio, quia fortes quoque, vt illae, parent iracundiae atq; excandeſcentiae; huiuſcemodi autem homines a Graecis, iuncto nomine, θυμοειδεῖς vocantur. Vt magis autem ſimilitudinem harum rerum aperiat; docet factam eſſe iram maxime ad ſubeunda pericula: quod etiam confirmat multis teſtimonijs poetae, qui varijs locis, ita ſenſit de ira, vimque hanc ipſam habere monſtrauit; nam quod omnes ipſos ſignificare adiunxit ἔγειρε θυμόν, id eſt ortum iracundiae, & commotionem animi vehementiorem, ita quoque locutus eſt Plato in Timaeo, cum cor quaſi ſalire diceret appropinquantibus grauibus malis, & cum ira haec excitatur. In III. quoque libro de moribus ad Eudemum, vbi de genere hoc eodem fortitudinis non verae diſſerit, rei magis aperiendae cauſa, vtitur eodem hoc ſimili: dicit enim, hos idem facere, quod beluae, feraeque animantes faciunt, quae ira commotae irruunt in vulnus; nec metu vllo mortis deterrentur.

Οἱ μὲν οὖν ἀνδρεῖοι διὰ τὸ καλὸν πράττουσιν: ὁ δὲ θυμὸς συνεργεῖ αὐτοῖς: τὰ θηρία δὲ διὰ λύπην: διὰ γὰρ τὸ πληγῆναι ἢ φοβεῖσθαι, ἐπεὶ ἄν γε ἐν ὕλῃ, ἢ ἐν ἕλει ᾖ, οὐ προσέρχονται. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεῖα, διὰ τὸ ὑπ' ἀλγηδόνος, καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα, πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν, οὐθὲν τῶν δεινῶν προορῶντα.

Fortes igitur honeſti cauſa agunt: excandeſcentia autem adiumento eſt ipſis: beluae autem ob dolorem: quia enim vulnus acceperunt, aut accipere timent: nam ſi in ſylua fuerint, ſiue palude, non aggrediuntur praetereuntes. Non igitur ſunt fortes a dolore, aut excandeſcentia impulſae ad periculum ſubeundum, cum antea nihil cernant grauium malorum.

DISTINGVIT ſimulatam hanc a vera fortitudine, quae quod facit, magno animo, conſtanterque facit dignitatis cauſa: nec tamen non adiuuari ipſam non nihil tradit a ſtomacho & iracundia: ipſam namque dicit quaſi ſociam ſe illi praebere ad factum illud tranſigendum, cum ferae animantes dolore & ipſae impellantur ad mortem contemnendam, imaginemq; huius virtutis exprimendam; quia enim plaga ipſis inflicta eſt, ſiue metuunt, ne infligatur, inſiliunt in venatores, quod declarat, inquit, quia ſi in ſyluis ſuis ſunt, ſiue ſtagno paludeve ſatisque demum tuto loco, ſe potius abdunt, atque occulunt, quam inſiliant; quare inquit non debent putari fortes, quia dolore commotae, ſiue furore quodam, & tamquam rabie impulſae, in media pericula ſe conijciunt, nec vident illud graue malum, quod inſtat.

Ἐπεὶ οὕτω γε, κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες· τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς. καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσιν: οὐ δὴ οὖν ἐστιν ἀνδρεῖα τὰ δι' ἀλγηδόνος, ἢ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον.

Quia ita etiam aſelli fortes forent, cum eſuriunt: verberati enim non recedunt a pabulo: & adulteri ob explendam cupiditatem, multa faciunt, quae audaciae affinia ſunt. Non ſunt igitur fortes beluae, propter dolorem, & furorem conijcientes ſe ad periculum.

CONFIRMARE autem iudicium ſuum volens, confert ſe ad alia ſimilia, additque: nam ſi concederemus feras has eſſe fortes, non poſſemus inficiari, quin aſelli quoque fortes ſint, cum eſuriunt, quia caeſi, & verberibus contuſi, non diſcedunt a pabulo, vnde arcere ipſos dominus velit: ſed etiam addit, amore incenſi, atque adulteri, multa gerunt audacter, vt expleant libidinem illam ſuam. Concludens autem rationem omnem, ait. Non ſunt igitur fortes animantes illae cunctae, quae propter dolorem & excandeſcentiam deſpiciunt pericula, inuaduntque in hoſtes. Attendenda ſunt verba illa ſuperiora, quibus monſtrare auctor voluit domicilia latebraſq; ferarum: videtur enim propter ſimilitudinem ipſorum, quaſi ludere voluiſſe, intelligo, quod inquit, ἐν ὕλῃ, ἢ ἐν ἕλει, quod M. Tullius etiam in re-

bus

bus grauibus exponendis, aliquando fecit: vt cum in XI. Philippica inquit: deliberabatur
„ autem de imperatore deligendo. Paratum habet imperatorem C. Caſſium P. C. reſp. contra
„ Dolabellam, nec paratum ſolum, ſed peritum, & in VI. Ad hunc, verum legatos, an le-
„ giones, ire oportebat; Nam apros in ambobus his locis, oppoſitis inter ſe, libenter ma-
nere, venatores nouerunt, quod etiam Virgilium non fefellit: inquit enim in III libro
„ de rebus ruſticis. Saepe volutabris pulſos ſilueſtribus apros, & alio loco. Dum iuga mon-
tis aper. Videndum etiam ad hunc ſcrupulum euellendum, an cum olim quoque haec le-
ctio incerta foret, & vtraque manere poſſet, qui deſcribebant hos libros ambas receperint,
particula ἢ, qua videntur vſi fuiſſe pro vel, quod nos facimus, in arbitrio lectoris reliquerint, vt quam vellet, ſumeret. cuius ſententiae memini me olim fuiſſe.

Φυσικωτάτη δ' ἔοικεν ἡ διὰ τὸν θυμὸν εἶναι, καὶ προσλαβοῦσα προαίρεσιν, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα, ἀνδρεία εἶναι.

Maxime igitur naturalis videtur eſſe, quae ob excandeſcentiam, & ſi acceſſerit electio, & cuius cauſa, fortitudo eſſe.

M**AXIME** naturalem eſſe inquit fortitudinem eam, quae ortum habet ab iracundia atq; ſtomacho, quia vi naturae ipſius propenſi ſumus ad irã, nec ferre poſſumus, cum putamus nos iniuria laeſos eſſe. Indicat etiã quid in ea deſideretur, vt plena ipſa, perfectaq; fortitudo ſit; ſi enim inquit praeter id, quod iã habet, alicũde acceperit, vt id quod facit, faciat conſulto, & eius rei cauſa vir fortis ſe exponit periculis, ſtatim vera, integraque fortitudo efficietur.

Καὶ οἱ ἄνθρωποι δὴ ὀργιζόμενοι μὲν, ἀλγοῦσι: τιμωρούμενοι δ', ἥδονται: οἱ δὲ διὰ ταῦτα, μάχιμοι μὲν: οὐκ ἀνδρεῖοι δέ: οὐ γὰρ διὰ τὸ καλόν: οὐδ' ὡς ὁ λόγος, ἀλλὰ διὰ τὸ πάθος: παραπλήσιον δ' ἔχουσί τι.

Et homines cum iraſcuntur quidem, dolent; cum vlciſcuntur autem acceptam iniuriam, voluptatem inde capiunt: qui autem ob haec, vtiles quidem in proelijs, ſunt: fortes autem minime: non enim propter honeſtatem: neque vt ratio iubet, ſed ob motum illum; aſſimile autem quiddam habent.

Q**VID** excitet homines ad iniuriam acceptam vlciſcendam, apetit; quodque exiſtat in ijs, qui commoti animo ſunt, quod vim eam habeat: ipſos enim laeſos dolorem ſentire ait: laetari vero, cum paenas capiunt ab inimicis, quibus rebus qui affecti ſunt: ob aegritudinem inquit, ac voluptatem pugnaces ſunt, & in proelijs vitae ſuae non parcunt; non tamen ſunt fortes, quia dignitatis cauſa non faciunt, nec rationem ſequuntur, ſed motibus impelluntur turbidis, quare aſſimiles ſunt fortibus, non tamen vere fortes.

Οὐδὲ δὴ οἱ εὐέλπιδες ὄντες, ἀνδρεῖοι: διὰ γὰρ τὸ πολλάκις, καὶ πολλοὺς νενικηκέναι, θαῤῥοῦσιν ἐν τοῖς κινδύνοις.

Neque iam quos bona ſpes tenet, fortes exiſtunt: quia enim ſaepe, & multos vicerunt, fidunt ſibi in periculis.

E**IICIT** quoque e campo verae fortitudinis, quod quartum genus ipſius ſimulatae eſt, eos, qui bene ſperantes de exitu illorum malorum, fidenteſque ſibi, contemnunt maxima pericula: hos autem eſſe inquit illos, qui, quia ſaepe vicerunt aduerſarios, atq; eos quidem multos: neque enim vnum, aut alterum ſuperaſſe in aliqua contentione, tantum animi, roboriſq; alicui addidiſſet, vt cõfideret, ſe ex omni diſcrimine ſaluum, incolumemq; euaſurum: qui vero e multis certaminibus palmam reportarunt, non ſine cauſa ſperare poſſunt, ſe ſemper idem obtenturos. In III. quoque libro de motibus ad Eudemum, quo loco itidem exponit illos, qui ſpeciem quandam prae ſe ferrent fortitudinis, ponit hos, qui propter ſpem quandam magnis periculis caput obijcerent: eoſque geminos eſſe inquit, id eſt, & qui antea fortuna quadam adiuti, & nulla ſua virtute, ſuperaſſent inimicos: & ebrios, quemadmodum hic fecit: ſed, quia lectio deprauata eſt: prius genus horum extinctum illic

eſt, & è duobus quaſi vnum imperite factum: pro κατακεχυμένος igitur κατατυχοῦντες illic legi debet, & ita omnis macula deleta erit, cuius participij notio eſt ea, quam dixi: nam falſum prorſus eſſet, quod oſtendebat peruulgata illa vox; qui enim onuſti cibo ſunt; & corpore, & animo pigriores ignauioreſque ſunt.

Παρόμοιοι δὲ, ὅτι ἄμφω θαῤῥαλέοι. ἀλλ' οἱ μὲν ἀνδρεῖοι διὰ τὰ προειρημένα, θαῤῥαλέοι: οἱ δὲ διὰ τὸ οἴεσθαι κρείττους εἶναι, καὶ μηδὲν ἀντιπαθεῖν: τοιοῦτον δὲ ποιοῦσιν καὶ οἱ μεθυσκόμενοι: εὐέλπιδες γὰρ γίνονται: ὅταν δὲ αὐτοῖς μὴ συμβῇ τοιαῦτα, φεύγουσιν: ἀνδρείου δ' ἦν τὰ φοβερὰ ἀνθρώπῳ ὄντα, καὶ φαινόμενα, ὑπομένειν, ὅτι καλὸν, καὶ αἰσχρὸν τὸ μή.

Aſſimiles autem ſunt, quia ambo magno animo ſunt in periculis: verum fortes ob ea, quae dicta ſunt magno animo praediti ſunt: hi autem, quia putant ſe meliores eſſe, ac nihil contra accipere poſſe: huiuſcemodi autem quiddam faciunt etiam temulenti: bona enim ſpe praediti ſunt: quando autem ſibi non euenerint talia, fugiunt: fortis autem fuit, ea, quae formidoloſa ſunt homini, eſſeque apparent, ſuſtinere, quia honeſtum, & turpe, contra.

HI igitur inquit ſimiles ſunt fortibus: ambobus enim in hoc conuenit, quod ſunt pleni animi, valdeque confidunt. Vt autem quid ſimilitudinis inter ipſos exiſtat, ſignificauit, ita etiã quid varietatis oſtendit: differre enim ipſos inquit, quia fortes tales ſe praebent ob ea, quae iam dicta ſunt, ideſt, quia dignitati parent, & labem omnem turpitudinemque verentur: hi vero, quia putãt ſe meliores eſſe, & in eo certamine nihil mali pro multis, quae intulerint, accepturos. Tradit, autem huiuſcemodi quoſdam eſſe temulentos etiam, & qui largius potarunt; bene enim & ipſi ſperant, ſed alia de cauſa atque ij, quos ſupra appellauit; non ſinit enim vinum ipſos pericula intueri, ſed illi etiam, quibus alio pacto erepta mens eſt, bona ſpe tenentur in rebus valde dubijs, & periculoſis: vnde M. Cicero in IIII libro Tuſculanarum, cum de fortitudine diſſereret, inſanos etiam poſuit in his, qui multa ſaepe faciunt, quae ſimilitudinem quandam habent huius virtutis, cum prius & vinolentiam, & ebrios appellaſſet: nam quod facit ad temulentiam, vimque ac poteſtatem vini idem etiam de illa
„ praedicaſſe Horatium notum eſt, qui dixit: Spes iubet eſſe ratas; in proelia trudit iner-
„ mem: Sed ad auctorem redeamus: qui ait declarare, non eſſe fortes omnes, qui bene ſperant de exitu inſtantium magnorum malorum; quia ijdem, cum aliter res cadit, atque ipſi ſperarunt: intelliguntque ſe deceptos, fugiunt, quod non committeret vir fortis: cum proprium eius ſit, in eoque maneat ipſius virtus, vt cuncta mala, quae non ſuperant captum hominis, quamuis grauia ſint, & talia eſſe planè cognoſcantur, ſuſtineat, non quia confidat ſe illa toleraturum, ſed quia honeſtum id eſt: contrarium autem, turpe.

Διὸ καὶ ἀνδρειοτέρου δοκεῖ εἶναι, τὸ ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις, ἄφοβον, καὶ ἀτάραχον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς προδήλοις: ἀπὸ ἕξεως γὰρ μᾶλλον, ἢ καὶ ὅτι ἧττον ἐκ παρασκευῆς: τὰ προφανῆ μὲν γὰρ, κἂν ἐκ λογισμοῦ καὶ λόγου τις προέλοιτο: τὰ δ' ἐξαίφνης, κατὰ τὴν ἕξιν.

Quapropter fortioris viri videtur eſſe, in ſubitis timoribus, vacuum a metu trepidationeque ſe praebere, quàm in praeuiſis, ab habitu enim magis, ſiue quod quae minus animo praeparato gerunt: quae namque antea perſpecta ſunt, etiam ſubducta illorum ratione, ac conſilio aliquis ſibi facienda ſtatueret: quae autem repentè exoriuntur, ab habitu ſiunt.

TRADIT nunc, quod e propinqua praeceptione elicitur, qua ſignificauit eos, qui ſpe bona freti, alacreſque proelium inierunt, vt vident rem, aliter ſe habere, ac putarant, ſubito fugae ſe dare, videri fortioris viri eſſe in repentinis caſibus intre-

pidum

pidum ſeſe, & conſtantem praebere, quàm in prouiſis, & meditatis; quare eſt corollarium: perſpicitur enim inquit id, quod ſcilicet non pauet, neq; aſpectu eorum malorum conſternatur, magis ab habitu animi proficiſci; minusq; factum animo tunc confirmato: nam mala prius cognita & animaduerſa, ratione ſubducta illorum, & conſilio habito aliquis ſibi ſuſtinenda exiſtimaret: quae vero ſubito incurrunt, tempus nobis non dilargiuntur praeparandi nos, quare ſi tolerantur, ab habitu id naſcatur, neceſſe eſt. Huc autem confugit Dido Virgiliana, poſtquam Aeneae perſuadere non potuit, ne ſe deſereret, ſed ſecum frueretur regno, à ſe parto: inquit enim. „Tempus inane peto, requiem ſpatiumque dolori. Dum „mea me victam doceat fortuna dolere. Nec tamen illa quaerebat ſe firmiorem fieri ad aduerſarios ſuperandos, ſed ad dolorem, aerumnamque ſuſtinendam.

Ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται, καὶ οἱ ἀγνοοῦντες, καὶ εἰσὶν οὐ πόρρω τῶν εὐελπίδων: χείρους δ' ὅσῳ ἀξίωμα οὐδὲν ἔχουσιν: ἐκεῖνοι δέ. διὸ καὶ μένουσί τινα χρόνον. οἱ δ' ἠπατημένοι, ἐὰν γνῶσιν ὅτι ἕτερον, ἢ ὑποπτεύσωσι, φεύγουσιν: ὅπερ οἱ Ἀργεῖοι ἔπαθον περιπεσόντες τοῖς Λάκωσιν, ὡς Σικυωνίοις. ἅτε δὴ ἀνδρεῖοι εἴρηνται ποῖοί τινες, καὶ οἱ δοκοῦντες ἀνδρεῖοι.

Fortes autem videntur eſſe, & qui magnitudinem periculi ignorant, & ſunt non valde remoti ab ijs, qui bene ſperant de exitu rerum malarum: deteriores autem quanto dignitatis nihil in ſe habent: illi vero non nihil: quare ſtant etiam ad aliquod tempus. Qui autem decepti ſunt, ſi cognorint aliud eſſe, aut ſaltem ſuſpicati fuerint, fugiunt: id quod Argiuis contigit, qui inciderunt in Laconas, tamquam Sicyonios. Ac fortes iam expoſiti ſunt, quales ſunt, & qui videntur fortes.

OSTENDIT aliud genus fortitudinis non verae; quod quintum, atque vltimum taliũ eſt, videntur enim inquit, fortes quoque, qui ignorant mala, quae ipſis immioent, ideſt non omnino cognita & perſpecta ipſa habent: neque quantum incommodi ſecum afferunt, didicerunt: hos autem eſſe dicit non valde diſtantes ab illis, quos ſpes inſtruit, & quaſi armat contra pericula, & tamen deteriores hos iudicat, ratione reddita ſuae ſententiae: non enim inquit, hi ſpeciem vllam, dignitatemque in ſe habent, nec quicquam tribuunt ſuis viribus: ſuperiores vero de ſe, roboreque animi ſui non male exiſtimabant, quare ſtant contra hoſtes ſpatio aliquo temporis; donec inquam illa ſpes, qua freti erant, alacresque pugnabant, ſuperabat magnitudinem mali, melius cogniti, ac ponderati. Qui autem inſcitia aduerſariorum in opinionem, ſpemque victoriae aliquam venerunt; ſtatim, vt intelligunt ſe deceptos, ſiue ſuſpicati hoc fuerint, turpiter fugiunt, quod mirum videri non debet: pro magna enim ſpe, in certum timorem caduot. Hoc autem, exemplo poſito tantae mutationis animi, ſubito in pectoribus eorum natae, declarat Ariſtoteles: dicit enim hoc vſu veniſſe Argiuis, qui in bello inciderunt in Lacedaemonios, quorum erat maximum nomen bellicae virtutis, putantes eos eſſe Sicyonios, quos deſpiciebant, ac nullo negotio ſe ſuperare poſſe confidebant: tota autem res a Xenophonte in IIII eorum librorum expoſita eſt, quibus memoriae mandauit bella Graecorum inter ſe. Similitudinem autem aliquam id habuit cum eo, quod Choroebus fecit apud Virgilium in nocte illa calamitoſa Troianis. Quod ad conſuetudinem ſermonis facit, neq; alienum etiam eſt a re ipſa, cum auctor περιπεσόντες τοῖς Λάκωσιν dicat. Pelopidas ille Thebanus, cum exercitum duceret, accurriſſetq; quidam, perterritus metu ad eum, dicens, incidimus imperator in hoſtes, cur magis inquit, minime & ſuas & hoſtium vires ignorans, quàm illi in nos; verba formidoloſi hominis fuerant, ἐμπεπτώκαμεν εἰς τοὺς πολεμίους: Expoſitis autem iam & veris fortibus, & adumbratis, nec tanto nomine dignis, ſe hoc praeſtitiſſe ſignificauit.

Περὶ θάρρη δὲ, καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν. ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά: ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀτάραχος, καὶ περὶ ταῦθ' ὡς δεῖ ἔχων, ἀνδρεῖος μᾶλλον, ἢ ὁ περὶ τὰ θαρραλέα. τῷ δὴ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ὡς εἴρηται, ἀνδρεῖοι λέγονται. διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρεία καὶ δικαίως ἐπαινεῖται: χαλεπώτερον γὰρ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ἢ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι.

Cum autem fortitudo ſit circa fiducias, & metus, non ſimili modo circa ambas ſe habet, ſed magis circa res, quae metum incutiunt; qui enim in his rebus non trepidat, & circa res has ſe habet, vt oportet, magis fortis, quàm qui circa res, quae animum addunt: quia iam ſuſtinent res triſtes, & quae dolorem inurunt, vt dictum eſt, fortes viri appellantur: quapropter fortitudo eſt quiddam plenum doloris, & iure optimo laudatur: difficilius enim eſt, ea, quae dolorem efficiunt, ſuſtinere, quàm ſe abſtinere ab ijs, quae voluptatem gignunt.

CVM virtutem hanc initio docuerit manere in medio duarum rerum, contrariarum inter ſe, fiduciae, & metus; oſtendit nunc non eodem pacto ipſam ſe habere ad vtramque, ſed potius verſari in rebus formidoloſis, conſtanter ferendis: illicque ſe oſtentare: qui enim inquit non trepidat, nec vehementer commouetur animo aduentu rerum terribilium grauiumque malorum; ſed recte in illis ſe gerit, ac quod decet, facit, magis veriusque fortis eſt, quam qui recte facit in rebus, quae iubent ipſos bonum animum habere, confidereque ſe ſaluos euaſuros eſſe e periculis magnis. Fortes igitur, inquit, homines vocati ſunt, vt monſtratum eſt a nobis, quia res triſtes, & quae efficiunt maximos dolores, tolerant; quare addit concludens, perſpicitur fortitudinem eſſe iunctam ſemper cum dolore ac poena aliquas quod facit, vt tantopere laudetur, conſequaturque plurimum honoris: magis enim arduum eſt, ac durum ſuſtinere tormenta, doloreſque acerrimos, quam ſe abſtinere a rebus iucundis, pleniſque voluptatis; quibus verbis videtur ipſam anteponere temperantiae.

Οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν ἂν εἶναι τὸ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τέλος ἡδύ. ὑπὸ τῶν κύκλῳ δ' ἀφανίζεσθαι, οἷον κἀν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται· τοῖς γὰρ πύκταις, τὸ μὲν τέλος ἡδύ, οὗ ἕνεκα ὁ στέφανος, καὶ αἱ τιμαί· τὸ δὲ τύπτεσθαι, ἀλγεινόν, εἴπερ σάρκινοι, καὶ λυπηρόν· καὶ πᾶς ὁ πόνος· διὰ δὲ τὸ πολλὰ ταῦτ' εἶναι, μικρὸν ὂν τὸ οὗ ἕνεκα, οὐδὲν ἡδὺ φαίνεται ἔχειν.

Nec tamen non videri poſſet, finis, qui a fortitudine eſt, iucundus eſſe: ab ijs autem, quae tamquam cingunt ipſum, obſcurari; quale etiam euenit in gymnicis certaminibus: pugilibus enim, finis iucundus eſt, cuius cauſa certant, corona enim, & honores: caedi autem dolorem in ſe continet; ſiquidem ex carne conſtant, & triſte quiddam eſt & omnis denique labor: quia autem haec multa ſunt, puſillus autem & exilis finis, cuius cauſa tolerantur: nihil ſuauitatis in ſe habere exiſtimatur.

CVM vocaſſet fortitudinem ἐπίλυπον, natamque ferendis doloribus ipſam dixiſſet, oſtendit tamen nunc, eam non omnino vacuam eſſe a voluptate, cum finis eius, & quo referuntur cuncta ipſius facta, videri poſſit non ſine cauſa iucundus, quae tamen voluptas deleatur a rebus virtutem hanc cingentibus, quod vt magis explanaret, poneretque ante oculos, ſimili vſus eſt, aitque idem hic fieri, quod contingit in gymnicis certaminibus: pugilibus enim, qui inter ſe de palma contendunt, finis iucundus eſt: corona enim, quae imponitur capiti victorum, afficit illos voluptate; caedi vero, contundiq; ceſtibus, eſt moleſtum & odioſum, cum e carne conſtent, laborq; omnis, quos maximos ipſi ſuſtinent, dolorem in ſe habeat; quare addit auctor, cum labores maximi illic ſint, acerrimique dolores, cuius vero cauſa ipſos ferunt, exile ac puſillum, nihil in ſe ſuauitatis finis ille habere videtur.

Εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ περὶ τὴν ἀνδρείαν. ὁ μὲν θάνατος, καὶ τὰ τραύματα, λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι ἔσται· ὑπομενεῖ δὲ αὐτά, ὅτι καλόν. ἢ ὅτι αἰσχρὸν, τὸ μή. καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ, λυπηθήσεται· τῷ τοιούτῳ γὰρ μάλιστα ζῆν ἄξιον, καὶ οὗτος μεγίστων ἀγαθῶν ἀποστερεῖται, εἰδώς· λυπηρὸν δὲ τοῦτο: ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος· ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι τὸ ἐν τῷ πολέμῳ καλὸν ἀντ' ἐκείνων αἱρεῖται.

Si iam huiuſcemodi eſt, & quod ad fortitudinem facit: interitus quidem, ac vulnera dolorem inurunt forti viro: ipſiq́; odioſa ſunt: ſuſtinet autem ipſa, quia honeſtum eſt, ſiue quia turpe declinare, ac quanto magis omnis virtutis compos erit, beatiorq́; fuerit, tanto magis morte maerebit: tali enim viro maxime viuere conuenit: atque hic maximis bonis orbatur; id quod non fallit ipſum. eſt autem hoc ipſi moleſtum; ſed nihilominus fortis merito exiſtimabitur: fortaſſe autem magis, quod compenſat cum illis malis decus, quod capitur e bello.

CONFIRMAT ſimile: ſtudetque probare eſſe rem parem, quod ſi concedatur, nihil dubij reſtare inquit, quin verum ſit id, quod dixerat, interitum ac vulnera, quae accipit in virtute ſua exercenda vir fortis, triſtia ipſi futura. & in eum inuitum & nolentem caſura ſint: perpetitur tamen ille ipſa honeſtatis cauſa, & quia turpiter faceret, ſi vitaret, ſeque aliter in ipſis gereret. Oſtendit autem, non quod ſenſu careat, ſeque prorſus deſpiciat, aequo animo ipſum mortem pati: magisque ſe fortem virum talem praebiturum, quanto magis ille ſua virtute praeditus erit: contra enim quanto magis plenam ipſam abſolutamq; conſecutus erit, beatiorque fuerit, magis dolebit ſe mori: huiuſcemodi enim omnis mortalis maximè vita dignus erat: hicque profecto eſt ille, qui maximis bonis interitu ſuo orbatur, id quod praeclare cognoſcit; nec tamen ob id deſciſcit a perſona, officioque ſuo. Adiungit etiam fortaſſe ipſum, cum res poſcit, magis cōtemnere mortem, quia pro vita, bonisq; ſuis, quae amiſit, ornatur decore illo, quod capitur e bello.

Οὐ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν ὑπάρχει, πλὴν ἐφ' ὅσον τοῦ τέλους ἐφάπτεται:

Non igitur in cunctis virtutibus exiſtit, vt aliquis fungatur cum voluptate muneribus ipſarum; niſi quatenus finem attingit.

IN extremo huius diſputationis inquit, poſſe inde cognoſci, non percipi voluptatem ex omnium virtutum factis, ſed tantum conuenire huic cum reliquis, quod finis huius quoque ſuauis eſt, & oblectat. Libet admonere rem, quae ſententiam ſanè non variat, ſed tamen conſuetudinem loquendi indicat. eum in omnibus excuſis libris hic legatur, λυπήσεται, pro vno hoc verbo, in vetuſto exemplari ſcriptum eſſe λύπη ἔσται, quemadmodum etiam in III. libro de moribus ad Eudemum, non ſolum excuſus liber, ſed etiam calamo exaratum exemplar habet. ἐὰν ἤ τις τρωθῇ, ὅτι λύπη ἔσται.

Στρατιώτας δ' οὐδὲν ἴσως κωλύει μὴ τοὺς τοιούτους κρατίστους εἶναι. ἀλλὰ τοὺς ἧττον μὲν ἀνδρείους, ἄλλο δ' ἀγαθὸν μηδὲν ἔχοντας: ἕτοιμοι γὰρ οὗτοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται.

Qui mercede ſeruiunt milites, nihil fortaſſe vetat, quin minime tales vtiliſſimi ſint in bello, ſed minus fortes: nihil autem aliud bonum poſſidentes: prompti enim, paratiq́; ſunt hi ad pericula ſubeunda: vitamq́; cum parua pecunia commutant.

APTVM quoque hoc eſt e ſuperiore ſententia: cum enim voluerit fortes viros, quanto magis beati ſunt, omnibusque bonis expleti, tanto magis caram habere vitam, docet, qui mercede ſeruiunt in bellis, contingere poſſe, vt cum tales minime ſint, ſed malis potius, penuriaque rei premantur, milites optimi ſint; nauentque bonam operam his, qui ipſos conduxerunt: huiuſcemodi enim inquit, prompti ſemper, paratique ſunt ad pericula cuncta ſubeunda, vitamque cum paruo quaeſtu, pecuniaque commutandam. Docet hoc verum eſſe, quod narrauit Horatius de Luculli milite, & Graecus ſcriptor de regis itidem milite, qui mutato habitu corporis, & ipſe animum mutarat: oppreſſus enim morbo, vnde continuos, acreſque dolores ſentiebat, nullum periculum recuſabat: curatus poſtea ille a medicis, mandato regis, qui tantam hominis virtutem amabat, fugie-

bat ea mala, parcebatque capiti ſtudioſe, cuius rei cauſam cum quaeſiſſet ab eo rex, reſpondit, liberaſſe ſe ipſum malis illis, quae faciebant, vt deſpiceret vitam.

Περὶ μὲν οὖν ἀνδρείας, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· τί δ' ἐστιν, οὐ χαλεπὸν τύπῳ γε περιλαβεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων.

De fortitudine autem hactenus dictum ſit: quid autem ea ſit, non eſt difficile craſſo vtique modo, ope horum, quae tradita de ipſa ſunt, percipere.

ADDIDIT Atiſtoteles ſatis ſe putare de hac virtute a ſe dictum eſſe, cuius vim, naturamq; ſiquis euoluere, explanareque velit inquit, non eſſe arduum ex his, quae hic dicta ſunt a ſe, ipſam elicere, ſi non exquiſite, craſſo modo tamen, &c, vt ſaepe loquitur in his libris τύπῳ.

Μετὰ δὲ ταύτην περὶ σωφροσύνης λέγωμεν· δοκοῦσι γὰρ τῶν ἀλόγων μερῶν αὗται εἶναι αἱ ἀρεταί. ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, εἴρηται ἡμῖν. ἧττον γὰρ καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας· ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ ἀκολασία φαίνεται, περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν, νῦν ἀφορίσωμεν.

Poſt hanc de temperantia dicamus: videntur enim animi partium, quae ſunt rationis expertes, hae virtutes eſſe. Temperantiam igitur mediocritatem eſſe circa voluptates, dictum eſt a nobis: minus namque, & non ſimiliter circa dolores: in his autem quoq; intemperantia perſpicitur eſſe: circa quales igitur voluptates, reiectis contrarijs, nunc definiemus.

EXPOSITA fortitudine, ſignificat ſe de temperantia diſputaturum: ordinem enim huius diſciplinae hoc poſcere teſtatur, cùm ambae hae virtutes verſentur in animi partibus, vacuis a ratione, moderandis: motibusque earum emendandis; conuenire autem ipſi cum reliqnis, collocatis in moribus, virtutibus, vt mediocritas ſit, tradit non oportere ſe accurate docere: id namque iam oſtenderat; lócus autem notus eſt, in quo etiam indicarat; quae ſit materia ipſarum. Cum vero eam dixiſſet eſſe voluptatem & dolorem, nō omnino medium motium horum ipſam tenere nunc ſignificat: minus enim vergere ipſam affirmat ad dolorem, quàm ad voluptatem: frequentesque verſari in voluptate moderanda, neque vno, & eodem pacto ſe exercere in ambabus, quod, vt in virtute ipſa contingit, ita etiam in altero conttatio ipſius vitio, quod intempetantia eſt. Reſtare igitur inquit, vt circa quas voluptates tempetandas occupetur, modo ttadat, cum vnius genetis voluptates omnes minimè ſint: ſunt enim & animi, & corpotis voluptates.

Διῃρήσθωσαν δὲ αἱ ψυχικαὶ, καὶ αἱ σωματικαί. οἷον φιλοτιμία, φιλομάθεια. ἑκάτερος γὰρ τούτων χαίρει, οὗ φιλητικός ἐστιν, οὐθὲν πάσχοντος τοῦ σώματος· ἀλλὰ μᾶλλον τῆς διανοίας· οἱ δὲ περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς, οὔτε σώφρονες, οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται. ὁμοίως δὲ, οὐδ' οἱ περὶ τὰς ἄλλας, ὅσαι μὴ σωματικαί εἰσι· τοὺς γὰρ φιλομύθους, καὶ διηγητικοὺς, καὶ περὶ τῶν τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας, ἀδολέσχας. ἀκολάστους δ', οὐ λέγομεν.

Diſtinguantur autem animi, & corporis voluptates, ceu cupiditas honoris, cupiditas bonas artes perdiſcendi: horum enim vterque gaudet illo, cuius incenſus amore eſt, nullam in partem affecto corpore, verum potius animo. Qui autem huiuſcemodi voluptates ſequuntur, neque temperantes, neque intemperantes dicuntur, eodem pacto, neque qui alias, quae ad corpus non referuntur: ſtudioſos enim fabularum, & qui tenentur ſtudio narrandi ſemper aliquid, & de quibuslibet rebus loquentes conſumunt totos dies garrulos: intemperantes autem, non vocamus.

APPELLATIS duabus, quae ſedem ſuam in animo habent, declarat rectè ipſas ita diuiſas eſſe, quarum altera eſt cupiditas honoris, altera cupiditas diſcendi, cum vterque horum eo gaudeat, cuius eſt correptus amore ac deſiderio magno: corpuſque nullo modo inde afficiatur, ſed potius animus, viſque eius illa, qua cogitamus huiuſcemodi res: illi vero inquit, qui ardent deſiderio harum rerum: neque temperantes: neque intemperantes vocantur. Vt autem inquit, qui in duabus his ita quoque qui in ceteris huiuſcemodi, quae corporis non ſunt voluptatibus occupantur, ſiue temperantes, ſiue intemperantes non appellantur: neq; enim culpae maioris quippiam, ac ſceleris in ſe continent. Magis autem rem explanare volens, exempla ponit aliorum, qui cum flagrent cupiditate quarundam rerum, tales proprie non ſint: nec merito ita vocari debeāt, veluti inquit ſtudioſi fabularum, & qui garruli ſunt, tenenturque deſiderio rerum quarundam narrandarum; demumque in quibuſlibet rebus, tenuibus commemorandis, totos dies conſumunt, loquaces, non intemperantes vocamus, etſi valde peccant in modo earum ſuatum voluptatum, menſuraque ſeruanda. I

Οὐδὲ τοὺς λυπουμένους ἐπὶ χρήμασιν, ἢ φίλοις: περὶ δὲ τὰς σωματικὰς εἴη ἂν ἡ σωφροσύνη.

Neque eos qui dolore conflictantur ob amiſſam grandem pecuniam, aut amicos. Circa corporis igitur voluptates reſtat, vt ſit temperantia.

EODEM pacto inquit, qui ſiue modo vllo aegritudini, maerorique ſe dant cum rem familiarem amiſerint, amicisque orbati ſunt. Tertium genus: reſtare igitur inquit, vt circa corporis voluptates verſetur temperantia, habeatque hunc vnum, ac verum campum.

Οὐ πάσας δὲ, οὐδὲ ταύτας: οἱ γὰρ χαίροντες τοῖς διὰ τῆς ὄψεως, οἷον χρώμασι, καὶ σχήμασι, καὶ γραφῇ, οὔτε σώφρονες, οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται. καίτοι δόξειεν ἂν εἶναι, καὶ ὡς δεῖ χαίρειν, καὶ τούτοις, καὶ καθ' ὑπερβολὴν, καὶ ἔλλειψιν.

Sed ne has quidem cunctas: qui enim dediti ſunt his voluptatibus, quae aſpectu capiuntur, veluti coloribus, & figuris, & pictura, neque temperantes, neque intemperantes dicuntur, etſi videtur fieri poſſe, vt aliquis his rebus delectetur, & vt oportet, & pluſquam oportet, & minus.

A

SED ne ipſas quoque cunctas ait, eũ qui non nullis capiuntur earum, quae corporis ſenſibus percipiuntur, non ſint affines huic laudi, aut vitio: in primis autem excipit ſenſum oculorum, veluti enim inquit, qui coloribus certis delectantur, & formis, tabulisque pictis, nec tamen non ait, quod indicat, non penitus alienum eſſe a temperantia hunc ſenſum, vſu venire poteſt, vt aliquis modicè his rebus laetetur & recte; nec non etiam & nimium, & parum harum ſuauitatem ſumat; veluti C. Verres ſuperabat in hoc omnem modum; de quo
„ Cicero, accuſator ipſius, inquit. Venio nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat, ſtudiũ:
„ vt amici eius, morbum & inſaniam.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀκοήν: τοὺς γὰρ ὑπερβεβλημένως χαίροντας μέλεσιν, ἢ ὑποκρίσει, οὐδεὶς ἀκολάστους λέγει. οὐδὲ τοὺς ὡς δεῖ, σώφρονας.

Simili autem modo in his, quae faciunt ad auditum: eos enim, qui praeter modum delectantur cantilenis, aut actione geſtibusq́; hiſtrionum nemo dicit intemperantes: neque eos, qui in his ſe gerant, vt oportet, temperantes.

POST hunc ſenſum oculorum, idem contingere docet in ſuauitatibus aurium: nam qui cantilenis delectantur ſine modo vllo, & vocibus hiſtrionum, factis ad animorum motus perſonarum, quas agunt, exprimendos, non vocamus intemperantes: neque eos, qui, vt decet, ipſis gaudent, temperantes.

Οὐδὲ τοὺς περὶ τὴν ὀσμὴν, πλὴν κατὰ συμβεβηκός. τοὺς γὰρ χαίροντας μήλων, ἢ ῥόδων,

δων, ἢ θυμιαμάτων ὀσμαῖς, οὐ λέγομεν ἀκολάστους, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μύρων, καὶ ὄψων· χαίρουσι γὰρ τούτοις οἱ ἀκόλαστοι, ὅτι διὰ τούτων ἀνάμνησις γίνεται αὐτοῖς τῶν ἐπιθυμημάτων.

Neque eos, qui circa odorem, praeterquam ex accidenti: namque eos, qui gaudent, malorum, aut roſarum, aut ſuffituum odoribus, intemperantes non vocamus, ſed eos potius, qui vnguentorum & obſoniorum: gaudent enim his intemperantes, quia vi horum reminiſcentia naſcitur in ipſis eorum, quae valde cupiunt.

IDEM etiam, inquit, facimus in his, quae pertinent ad odoratum, niſi inquit, ex accidenti. Primum autem docet, non dignos, qui vocentur intemperantes, qui delectentur odore malorum, aut roſarum ſiue etiam ſuffimentorum, ac rerum, quae incenduntur ad aras Deorum; quod ſi cadit in quoſdam hoc vitij nomen, vſurpari potius debet in notandis his, qui capiuntur odoribus vnguentorum, & obſoniorum: gaudent enim his intemperantes, non per ſe, ſed quia redigunt ipſis in memoriam iucunditatem earum epularum, rerumque demum omnium, quas concupiſcunt, quas nouerunt prius: hic enim fons eſt earum voluptatum. Laudat Ariſtoteles in III. librorum illorum de moribus, quos miſit ad Eudemum, vrbanam vocem Stratonici: loquens enim ille, acuti lepidique ingenij vir, de his odoribus, quorũ vnos, quos vult oblectare per ſe, vt ſunt odores florum, ipſos dixit eſſe formoſos: alteros vero, quos ex accidenti iuuare inquit, vt ſunt nidores obſoniorum, appellauit iucundos: laetamur enim his, quia ſperamus indicio illorum nos ſenſum eum expleturos, cui placendo dediti valde ſumus. Non mihi viſum alienum eſt, eam huc transferre; poſtquam noſter auctor ipſam dignam alio loco putauit, quam tantopere commendaret.

Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ἄλλους, ὅταν πεινῶσι, χαίροντας ταῖς τῶν βρωμάτων ὀσμαῖς· τὸ δὲ τοιούτοις χαίρειν, ἀκολάστου· τούτων γὰρ ἐπιθυμητὰ ταῦτα.

Aſpiceret autem quis, & ceteros cum eſuriunt, gaudentes eſcarum odoribus: huiuſcemodi autem gaudere intemperantis eſt. horum enim haec ſunt deſideria.

ADIVNGIT idem his, quae hic dixerat de illis, qui odore dapum capiuntur vehementer; quod valet ad declarandum extare tales, inueniri multos praeter ipſos, qui voluptatem capiunt, cum eſuriunt, ex odoribus eſcarum, dapibuſque cunctis, quibus veſcuntur memoriam earum excitantibus; certis autem gaudere ſine fame, proprium affirmat eſſe intemperantium: cum hoc genus hominum his cupiditatibus ſeruiat, quamuis non eſuriant. ſignificare videtur tales Catullus, cum cecinit. Nam vnguentum dabo, quod tu cum olfacies,
" deos rogabis Totum vt te faciant Fabulle naſum. Tangit, quod hic praecipit Ariſtoteles, in VII. problematum illorum, quibus quaerit, quae faciunt ad temperantiam & intemperantiam: cum enim, quod vſu venit, pertinens huc in beluis, docuiſſet, inquit, quemadmodum, neque nobis ſalſamenti odor, cum referti cibo ſumus, iucundus non eſt: cum vero eſurimus, gratus, acceptusque, cum odor ſemper iucundus ſit.

Οὐκ ἔστι δὲ, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζώοις κατὰ ταύτας τὰς αἰσθήσεις ἡδονὴ, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· οὐδὲ γὰρ ταῖς ὀσμαῖς τῶν λαγωῶν αἱ κύνες χαίρουσιν, ἀλλὰ τῇ βρώσει. τὴν δ' αἴσθησιν ἡ ὀσμὴ ἐποίησεν. οὐδ' ὁ λέων τῇ φωνῇ τοῦ βοὸς, ἀλλὰ τῇ ἐδωδῇ, ὅτι δ' ἐγγύς ἐστι διὰ τῆς φωνῆς ᾔσθετο· καὶ χαίρειν δὴ ταύτῃ φαίνεται. ὁμοίως, οὐδ' ἰδὼν, ἢ εὑρὼν ἔλαφον ἢ ἄγριον αἶγα, ἀλλ' ὅτι βορὰν ἕξει.

Non exiſtit autem neque in alijs animantibus voluptas vi horum ſenſuum, niſi ex accidenti: neque enim leporum odoribus gaudent canes, ſed eſu: ſenſum autem odor excitat: neque leo voce bouis, ſed paſtu; e voce autem ſenſit eum propinquum eſſe, & gaudere vtique hac putatur. Similiter autem neque cum aſpexit,

ſpexit, ſiue inuenit ceruum aut agreſtem capram, ſed quod non deerit, vnde famem ſatiet.

ADFERT Ariſtoteles, ad id, quod habet in manibus, conſtituendum, accommodatum, beluas quoque non percipere voluptatis aliquid è tribus his ſenſibus, niſi ex accidenti, vnde reiecerat iam intemperantes, docueratque non explere ipſos illis appetitiones ſuas: quare inde intelligi poſſe, non corripi etiam incontinentes homines illis voluptatibus per ſe: nam quia prius horum tradat dubitari non poteſt: ponit enim exempla trium ſenſuum; incipitque ab odore, de quo proxime diſſeruerat; inquit enim canes, non, vt quidam falſo putant, gaudere odore leporum, ſed carne, cum ipſis, captis a ſe, veſcuntur, quos lepores vicinos eſſe, odor ille ſignificat: Tranſit autem ex odoratu ad ſenſum aurium: aitque eodem pacto non laetari Leonem mugitu bouis, ſed eſu: non valde autem eum abeſſe illa vox indicat; quare falſo putatur gaudere ipſa ab his, qui verum ortum eius laetitiae non norunt. Reſtabat tertius ſenſus; inquit igitur eodem pacto cum Leo cōſpexit, vel inuenit ceruum, ſiue capram agreſtem, non gaudet aſpectu harum, ſed quia nanciſcetur, vnde famem expleat. Vſus autem eſt philoſophus in extrema hac ſententia verbis poetae: ita enim Homerus locutus eſt in III. Iliadis, cum ſimile exponeret. ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα.

Περὶ τὰς τοιαύτας δὴ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀκολασία ἐστίν: ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα κοινωνεῖ: ὅθεν ἀνδραποδώδεις, καὶ θηριώδεις φαίνονται: αὗται δ' εἰσὶν ἁφὴ, καὶ γεῦσις.

Circa huiuſcemodi igitur voluptates temperantia, atque intemperantia manet: quarum ceterae quoque animantes participes ipſarum nobiſcum ſunt: vnde mancipiorum propriae, & beluarum exiſtimantur eſſe: hae autem ſunt tactus, & guſtatus.

CVM concluſiſſet autem diſputationem hanc, qua docuit beluas non laetari per ſe his ſenſibus hoc pacto. Circa voluptates igitur has verſatur temperantia atque intemperantia; quarum voluptatum participes ſunt ceterae animantes, illis excluſis, aperuit, monſtrauitque quae materia foret, ſegesque ipſarum, & in qua quaſi ſede manerent: ipſum enim eſſe inquit reliquos duos ſenſus, tactum, inquam, & guſtatum: addit eſſe quiddam valde accommodatum ad abſterrendos homines a turpitudine intemperantiae. Vnde enim inquit, qui deditiſunt huic vitio mancipiorum ſimiles & beluarum eſſe exiſtimantur.

Φαίνονται δὲ, καὶ τῇ γεύσει ἐπὶ μικρὸν, ἢ οὐδὲν χρῆσθαι: τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυμῶν: ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες, καὶ τὰ ὄψα ἀρτύοντες: οὐ πάνυ δὲ χαίρουσι τούτοις, ἢ οὐχ οἵ γε ἀκόλαστοι, ἀλλὰ τῇ ἀπολαύσει, ἣ γίνεται πᾶσα δι' ἁφῆς, καὶ ἐν σιτίοις, καὶ ἐν ποτοῖς, καὶ τοῖς ἀφροδισίοις λεγομένοις.

Perſpiciuntur iam, & guſtatu parum, aut nihil vti, exiſtimat enim guſtatus de ſaporibus: quod vtique faciunt, qui vina probant, & obſonia condiunt; non valde autem gaudent his, aut nihil prorſus intemperantes, ſed fruitione voluptatis: quae res geritur tota tactu & in cibis, & in potionibus, & in re Venerea, quae dicitur.

CORRIGIT aliquo pacto, quod modo dixerat, exerceri temperantiam atque intemperantiam duobus ſenſibus: oſtenditque parum, aut nihil vti homines altero ipſorum ideſt guſtatu, cum vtantur ipſo mortales in exiſtimandis ſuccis ac ſaporibus, quod quidem inquit facere videmus eos, qui vina deguſtant, epulasque condiunt ac concinnant, vt ſuauiores ſint, quod eſt officium coquorum. Valet quod ſequitur ad confirmandum iudicium ipſius, qui vult intemperantes ſenſu tangendi paene ſolo vti: inquit enim. Non valde autem his vtuntur intemperantes, ideſt contenti non ſunt guſtatu vini, neque ſucco, ſaporeue dapum

exiguamque aut nullam inde voluptatem capiunt, ſed cum fruuntur his rebus, in ventreq; condunt, quae voluptas, expletioque tota gignitur tactu, & in cibis, & in potando, quemadmodum etiam in rebus Venereis.

Διὸ καὶ ηὔξατό τις, ὀψοφάγος ὤν, ὅτι φάρυγα αὐτῷ μακρότερον γεράνου γενέσθαι: ὡς ἡδόμενος τῇ ἁφῇ.

Quapropter orauit quidam Iouem, deditus vitio gutturis, ac ventris, vt gurges ſibi longior daretur, quàm ſit collum gruis, vt qui voluptatem caperet e tactu.

Hoc plane corollarium eſt. Quapropter inquit, quidam, perditus in gutturis, ventriſque voluptatibus, optauit, vt guttur haberet prolixius, quàm ſit collum gruis, qua voce ſignificauit non longiore lingua, ſed gutture, tactuque decerpi voluptatem, quae capitur ex ſuauibus epulis. Quod vero ipſe addidi de longiore lingua, ſumpſi ex Ariſtotelis eodem hoc loco in III de moribus ad Eudemum: recitauit enim illic quoque eandem Philoxeni vocem, quem nomine appellauit, vt in problemate quoque illo, quod ſupra citaui; id quod factum hic ab eo non fuit; ſi fidem habemus antiquis exemplaribus; vnde olim ipſe, ſecutus auctoritaté eorum, intelligensq; hoc fuiſſe ſcholion, duas has voces ... hinc ſuſtuli; Nollem autem in ethicis, quae Pariſijs poſtea, propoſito meo nomine, excuſa ſunt, hoc repudiatum fuiſſe, quod in alijs quoque non nullis locis ſine cauſa commiſerunt.

Κοινοτάτη δὴ τῶν αἰσθήσεων, καθ᾽ ἣν ἡ ἀκολασία: καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος εἶναι: ὅτι οὐχ ᾗ ἄνθρωποι ἐσμὲν, ὑπάρχει, ἀλλ᾽ ᾗ ζῷα. τὸ δὴ τοιούτοις χαίρειν, καὶ μάλιστα ἀγαπᾶν, θηριῶδες: καὶ γὰρ αἱ ἐλευθεριώταται τῶν διὰ τῆς ἁφῆς ἡδονῶν, ἀφῄρηνται. οἷον αἱ ἐν τοῖς γυμνασίοις διὰ τρίψεως, καὶ τῆς θερμασίας γινόμεναι: οὐ γὰρ περὶ πᾶν τὸ σῶμα ἡ τοῦ ἀκολάστου ἁφὴ, ἀλλὰ περί τινα μέρη.

Maxime communis igitur eſt omnium ſenſuum ille, quo conflatur intemperantia, ac videri poteſt merito exprobandus, quia nobis ineſt, non qua homines ſumus, ſed qua, animalia: huiuſcemodi igitur gaudere, & maxime ipſa cara habere, proprium beluarum eſt: nam maxime liberales voluptates enumero omnium, quae tactu percipiuntur, exceptae ſunt, veluti quae in corporis exercitationibus fricatione, & calefactione gignuntur: non enim circa corpus omne intemperantis hominis tactus, ſed circa partes quaſdam.

Visvs ſibi eſt auctor ſatis probaſſe, in ſolo tactu manere intemperantiam; quare concludit, maxime communem ipſum eſſe, non quia expertes reliquorum omnium ſint ceterae animantes, ſed quia ipſis illae non vtuntur in diſtinguendis, percipiendiſque voluptatibus; quare inquit, ipſum merito turpem maculam inurere, probrumque hominibus: neque enim cadit in nos, vt homines, propriumque vitium noſtrum eſt, verum vt animantes; nec in ea re diſtinctos a beſtijs: vnde litteris proditum eſt, cum Ariſtoteles legiſſet Sardanapali epigramma, quo ſibi gloriae ducebat quod potitus eſſet magna cum copia cunctis corporis „ voluptatibus, dixit; quid aliud in bouis ſepulchro inſcriberes, quod aliquo modo etiam hic tangit: cum affirmet gaudere his rebus, & maxime amplexari has voluptates, beluis conuenire, naturaeque ipſarum proprium id eſſe; quae non ſentiunt maxime ingenuas, & libero homine dignas corporis voluptates: extare namque docet quaſdam, quae ſine labe, & culpa vlla decerpuntur, veluti inquit, quae in corporis exercitationibus fricatu percipiuntur. Eſt autem obſcurus hic locus: non enim facile eſt ex his verbis affirmare, quae potiſſimum ſint voluptates dignae maxime libero homine; quaeq; ſeiunctae ſint a natura intemperantiae. Videndum igitur, an nomen hoc ipſum gymnaſiorum initio huius praeceptionis poſitum, vim ac poteſtatem habeat harum ſincerarum voluptatum indicandarum, accipique debeant ſuauitates, quas capiebant adoleſcentes, cum vetere more gymnaſiorum in paleſtra mutuo corpora ſua attingebant: nam nudi, & vncti ſe exercebant, atque e corporis exercitatione,

citatione, oleique natura, calor exoticbatur, qui voluptatem illam augeret. Argyropylus putauit, omnes fricationes accipi debere, quae in vſu etiam ſunt ſanorum hominum, & & admouentur corpori, tuendae valetudinis cauſa, & humorum inde pellendorum, qui obeſſe poſſent, niſi ratione hac, fricatuque inde eijcerentur, in quibus tamen non eſt ſpecies vlla pugnae, ac concertationis: eodemque pacto, cum partem aliquam corporis, ſiue totum corpus fouemus aqua calida, quam voluptatem magnam eſſe praedicauit quoque, diuini ingenij poeta, Pindarus: haec autem ipſius verba ſunt in IIII. ode Nemeorum Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον γε μαλθακὰ τεύχει γυῖα, ὅσον εὐλογία, φόρμιγγι συνάορος. Addidit etiam quod valet ad diſtinguendas ab his ſuperiores illas, non gigni voluptatem propriam intemperantium hominum attrectatu totius corporis, ſed quarundam ipſius partium: quae autem membra illa ſint, conſtat.

Τῶν δ' ἐπιθυμιῶν, αἱ μὲν, κοιναὶ δοκοῦσιν εἶναι: αἱ δ', ἴδιοι, καὶ ἐπίθετοι, οἷον, ἡ μὲν τῆς τροφῆς, φυσική: πᾶς γὰρ ἐπιθυμεῖ, ὅταν ἐνδεὴς ᾖ, ξηρᾶς, ἢ ὑγρᾶς τροφῆς: ὁτὲ δ' ἀμφοῖν, καὶ εὐνῆς, φησὶν Ὅμηρος, ὁ νέος, καὶ ἀκμάζων.

Cupiditatum autem, hae quidem communes videntur eſſe: hae autem, propriae, & quae illis acceſſerunt, ceu cupiditas cibi eſt naturalis: omnis enim mortalis cupit, cum eget, aridum, vel humidum cibum: quandoque vero ambobus, & cubili, vt inquit Homerus, adoleſcens, & in viridi aetate.

DIVIDIT cupiditates, vt planius intelligatur, quae vitio affines ſunt, & in quibus poſſumus ſine culpa verſari: inquit enim omnis cupiditatum generis quaſdam videri eſſe communes: quaſdam vero proprias quorundam mortalium, & quae communibus illis adiungantur; naturaque nobis inſitae non ſint, ſed poſtea partae, quae autem communes ſint, declarat, quas modo appellat naturales, ceu inquit cibi cupiditas natura conſtat: homo enim omnis, cum ſenſerit ſe illis egere, deſiderat alimentum ſiue aridum, ſiue humidum ipſum fuerit: aliquando autem ſimul ambobus; ideſt cibo & potione: proprie enim cibus videtur vocari, quem aridum auctor appellat, vt fecit Cicero enim inquit in primo de finibus.
" Cum cibo, & potione fames, ſitisque depulſa eſt. Addit autem Ariſtoteles, ſecutus auctoritatem Homeri; aliquando cubile, ac Venerem, adoleſcens, & qui viget, in viridique aetate conſtitutus eſt: hoc vero apud poetam edidit Thetis, cum Achillem conſolaretur, maerentem ob interitum ſodalis: propoſuit enim mater cuncta; quae valerent ad tantum dolorem e pectore eius eijciendum. In VII quoque horum librorum, cum corporis cupiditates exprimeret, quas neceſſarias eſſe vult, illic quoq; Veneris vſum in ipſis appellauit.

Τὸ δὲ τοιᾶσδε ἢ τοιᾶσδε, οὐκ ἔτι πᾶς: οὐδὲ τῶν αὐτῶν. διὸ φαίνεται ἡμέτερον εἶναι.

Talem autem, ſiue talem cibum, non amplius omnis, neque eoſdem, quare perſpicitur hoc noſtrum eſſe.

QVAE minime naturales ſint, monſtrat, dicens, talem vero, ſiue talem cupere nullo pacto, ſiue etiam genus quoddam cupiditatum. quarum deſiderio flagrant non pauci: exempli cauſa, alios praeterea alijs cupiditatibus corripi, nec omnes mortales de ipſis eodem pacto ſentire: quapropter inquit putari poteſt hoc ab ingenio noſtro, moribusque proficiſci.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει γέ τι καὶ φυσικόν: ἕτερα γὰρ ἑτέροις ἐστὶν ἡδέα, καὶ ἔνια πᾶσιν ἡδίω τῶν τυχόντων.

Nec tamen non continet in ſe quiddam a natura profectum: alia enim alijs ſint iucunda, & non nulla cunctis hominibus ſunt iucundiora, quàm quaelibet.

NON facile poſſe de hoc certi aliquid ſtatui oſtendit, & tamquam ſuperiorem ſententiam corrigit, ſint ne hae naturales, communesque, ſiue propriae quorundam hominum: nec enim dubium eſt, quin contineant aliquid in ſe a natura, quod duobus argumentis confirmat,

mat, quorum prius eſt: alia enim alijs mortalibus iucunda ſunt: videmus enim quoſdam ab his dapibus abhorrere, quas alij ardenter appetunt: atque hoc vſu nobis venire non ſolum in his rebus, quibus veſcimur, verum etiam in alijs quibuſdam: alterum vero, extare quaedam, quae iucundiora omnibus ſine diſcrimine vllo ſunt, quàm quaelibet, vileſque dapes. Cum diuiſerit hic Ariſtoteles cupiditates, deſideriaq; corporis, accommodatum huic loco eſſe puto, diuiſionem Epicuri huc comportare, quae multum laudata fuit: cuinſq; meminit M. Tullius in primo libro de finibus, ſed etiam Graecus interpres huius libri, quicunq; ille fuit: verbis autem Ciceronis vtar in ea exponenda; quae ſunt haec. Qui vnum genus po-
„ ſuit earum cupiditatum, quae eſſent, & naturales & neceſſariae; alterum quae naturales
„ nec tamen neceſſariae, tertium, quae nec naturales, nec neceſſariae, & quae ſequuntur,
„ quae, qui plenius audire voluerit, apud auctorem leget.

Ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις, ὀλίγοι ἁμαρτάνουσι, καὶ ἐφ' ἕν, ἐπὶ τὸ πλεῖον: τὸ γὰρ ἐσθίειν τὰ τυχόντα ἢ πίνειν, ἕως ἂν ὑπερπλησθῇ, ὑπερβάλλειν ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν, τῷ πλήθει: ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας, ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία. διὸ λέγονται οὗτοι γαστρίμαργοι, ὡς παρὰ τὸ δέον πληροῦντες αὐτήν: τοιοῦτοι δὲ γίνονται οἱ λίαν ἀνδραποδώδεις.

In naturalibus igitur cupiditatibus, pauci labuntur, & in vnam partem, verſus inquam plus: comedere enim quoslibet cibos, & bibere, vſqueque quiſpiam ſupra modum expleatur, ſuperare eſt deſiderium naturae, copia: expletio enim egeſtatis, naturalis eſt cupiditas: quare dicuntur hi voraces, tamquam inſeruientes ſupra modum ventri: huiuſcemodi autem euadunt, qui ſunt ingenio valde ſeruili.

Cvm diuiſiſſet cupiditates, docet nunc, quomodo in ipſis peccetur; primumque oſtendit in his, quae natura nobis datae ſunt, paucos admodum labi: atque eos, qui merito in genere hoc affines culpae ſunt, vno tantum modo peccare, quod nimium harum ipſarum voluptatum ſumant: nec iuſta menſura contenti ſint; comedere enim inquit, quaslibet eſcas, vulgaribusque cibis contentum eſſe: &, vt cibis, ita etiam potionibus, explerique ipſis ad ſatietatem, eſt ſuperare, migrareque naturae modum multitudine & copia: cupiditas enim naturalis inquit, eſt, ſatiare deſideria corporis: pellereque inde penuriam, qua laborabat. vnde inquit, qui ſine modo hoc faciunt, vocantur γαστρίμαργοι, tamquam inſaniant indulgendo ventri: huiuſcemodi autem ſunt, procliueſque ad hanc foeditatem homines, mancipiorum ſimiles, ſeruileque ingenium habentes, ijdem autem a Graecis, iuncta voce, quae oſtendit ſtultitiam, communi ambabus, cum alia parte. qua collum, gutturque ſignificatur, λαίμαργοι vocantur. Homerus initio XVIII libri Odyſſeae, cum mendici ingluuiem notaret, vſus eſt his vocibus ſeiunctis, qui locus exemplum etiam eſt eius, quod hic aliquando Ariſtoteles vſu venire docet, vt eodem tempore aliquis, & comedere cupiat, & bibere: inquit enim. μετὰ δ' ἔπρεπε γαστέρι μάργῃ, ἀζηχὲς φαγέμεν, ἠδὲ πιέμεν.

Περὶ δὲ τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν, πολλοὶ, καὶ πολλαχῶς ἁμαρτάνουσι: τῶν γὰρ φιλοτοιούτων λεγομένων, ἢ τῷ χαίρειν οἷς μὴ δεῖ, ἢ τῷ μᾶλλον, ἢ ὡς οἱ πολλοὶ, ἢ μὴ ὡς δεῖ, ἢ μὴ ᾧ δεῖ: κατὰ πάντα δ' οἱ ἀκόλαστοι ὑπερβάλλουσι: καὶ γὰρ χαίρουσιν ἐνίοις, οἷς οὐ δεῖ: μισητὰ γὰρ, καὶ εἴ τισι δεῖ χαίρειν τῶν τοιούτων, μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ χαίρουσιν. ἡ μὲν οὖν περὶ τὰς ἡδονὰς ὑπερβολὴ, ὅτι ἀκολασία, καὶ ψεκτὸν, δῆλον.

Circa voluptates autem proprias multi, & multis modis peccant: e numero enim eorum, qui auidi talium dicuntur, ſiue quod gaudent quibus non oportet, ſiue quod magis, quam faciunt multi, ſiue non vt oportet, ſiue non quo oportet: in omnibus autē his intemperantes modum ſuperant: gaudent enim quibuſdam, quibus non oportet: ſunt enim odio digna, etſi quibuſdam talium gaudere oportet;

magis

magis quàm oportet, & non vt multi gaudent: exuperantiam igitur circa voluptates eſſe intemperantiam, ac rem vituperatione dignam, perſpicuum eſt.

DOCET nunc quomodo peccent homines in voluptatibus capiendis, quae ſunt ipſorũ propriae, cum quas communes habent cum beluis, iam declaraſſet: multos igitur in his labi primum teſtatur, nec vno tãtum modo, ſed pluribus. Cum autem ſint mortales non pauci, in quibus etiam ſunt intemperantes, qui quia valde cupiunt quaſdam res, auidi, ſtudioſiq; ipſarum iuncto verbo, vocantur, qui communiter ſunt huius generis: itaque animo affecti, vt non mediocriter ipſas ament, compoſito ita nomine appellantur, vt vocabula ipſarum illarum rerum minimè nominentur, ſed vno, quod generatim ipſas indicat, oſtendantur, vel ſi non ipſas, affectum tamen animi talem, hi igitur φιλοτοιοῦτοι dicuntur, culpaeque affines ſunt, ſiue quod magis, quàm multi faciant, ipſis laetentur, ſiue non, vt decet, nec morem, inſtitutumq; ceterorum in ipſo ſequantur, ſiue etiam eo tamquam inſtrumento, in ea cupiditate explenda, quo decet, non vtantur, peccentque demum in omnibus his rebus, quae περιστάσεις appellatae ſunt; circunſtantiae vero ab inferioribus Latinis: in cunctis inquit his intemperantes labuntur, nec recta ratione contenti ſunt; eſt autem hoc tamquam redditio, qua ſignificat, quod in ceteris valde cupidis cõtingit, idem etiam vſu venire in his: nam intemperantes genus quoddam ſunt φιλοτοιούτων. Ὑπερβάλλουσι, quod ait, arbitror hic valere, vt dixi peccant: neq; enim his omnibus modis, quos indicauit, nimium ipſorum ſumitur, quod committunt, qui proprie ὑπερβάλλουσιν, ideſt iuſta menſura contenti non ſunt, docet autem, repetens vitia ſuperiorum tranſgreſſionum, verum eſſe quod dicit: gaudent enim, inquit, quibuſdam rebus, quibus non decet voluptate affici, cum ſint odio dignae ac foedae, ac ſi quibuſdam earum conceſſum eſt laetari, magis quam oporteat ipſis laetantur, vel modum etiam, rationemq;, quam multi mortales ſeruant, in ipſis non cuſtodiunt, his vero expoſitis, concludit patefactum eſſe omnem exuperantiam, capeſſandarum corporis voluptatum intemperantiam eſſe, ac vituperatione dignam.

Περὶ δὲ τὰς λύπας, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας, τῷ ὑπομένειν λέγεται σώφρων: οὐδ᾽ ἀκόλαστος, τῷ μή: ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἀκόλαστος, τῷ λυπεῖσθαι μᾶλλον, ἢ δεῖ, ὅτι τῶν ἡδέων οὐ τυγχάνει: καὶ τὴν λύπην δὲ ποιεῖ αὐτῷ ἡ ἡδονή: ὁ δὲ σώφρων, τῷ μὴ λυπεῖσθαι τῇ ἀπουσίᾳ καὶ τῷ ἀπέχεσθαι τοῦ ἡδέος.

Circa dolores autem, non quemadmodum in fortitudine, quòd ſuſtinet, dicitur temperans: non autem intemperans, quod non ſuſtinet: verum intemperans vocatur, quod dolorem ſentiat maiorem, quam oportet, quod non adipiſcitur res iucundas, ac dolorem parit ipſi voluptas: temperans autem quod dolorem non ſentiat ex abſentia, & quod ſe abſtinet ab omni re iucunda.

CVM, quae viae, rationesque ſint peccandi in temperantia declinãda docuiſſet, quod ad voluptatẽ, iucundarumq; rerum exuperantiam pertinet, ſitq; illa collocata in medio voluptatum ac dolorum; quaerit nunc, quomodo ſe illa habeat in doloribus, alteraq; parte ipſius; cum praeſertim videret lõge aliter ſe ipſam habere in hac, quam in ſuperiore virtute, ac contrario deniq; modo; inquit igitur in doloribus, non eodem pacto, vt in fortitudine contingit, temperantem manere, in conſtanter ipſis perferendis: intemperantem enim hominem vocari propter ipſos non tolerandos: intemperans namque appellatur, quia dolet magis, quàm oportet, quando frui non poteſt ſuis voluptatibus: nec explere ſitim ipſarum: ſignificat etiam Ariſtoteles ipſius incommodũ, ac moleſtam admodum vitae condicionem, qui ne tum quidem, cum voluptatem capit, vacuus eſt a dolore; gignit enim ipſi dolorem voluptas illa: temperantem autem virum oſtendit appellari, quia non dolet abſentia ipſarum, & cum cogitur abſtinere ſe a rebus iucundis.

Ὁ μὲν οὖν ἀκόλαστος ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων πάντων, ἢ τῶν μάλιστα, καὶ ἄγεται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας: ὥστε ἀντὶ τῶν ἄλλων ταῦθ᾽ αἱρεῖσθαι: διὸ καὶ λυπεῖται καὶ ἀποτυγχάνων, καὶ ἐπιθυμῶν: μετὰ λύπης γὰρ ἡ ἐπιθυμία: ἀτόπῳ δὲ ἔοικε τὸ δι᾽ ἡδονὴν λυπεῖσθαι.

Intemperans igitur concupiſcit cuncta, quae iucunda ſunt, aut quae maxi-

me, & trahitur a cupiditate, ita vt, relictis alijs, haec ſumat: quare etiam angitur, & cum ea nõ adipiſcitur, & cum concupiſcit: cum dolore enim eſt cupiditas: rei autem abſurdae ſimile eſt, quempiam angi ob voluptatem.

DESCRIBIT poſt haec, ponitq; nobis ante oculos intemperantem hominem, dicens eum correptum eſſe deſiderio magno rerum omnium, quae iucundae ſunt, poſſuntq; ſenſus eius titillare, aut ſi non omnium, certè illarum, quae maxime tales ſunt: trahiq; ipſum, & quaſi raptari a cupiditate, libidineq; ſua, ita vt prae omnibus alijs rebus has voluptates ſumat, praedaq; ſit & tamquam mancipium ipſarum: quare addit, angitur, & cum adipiſci nõ poteſt, quod cupit, & cum ardet deſiderio ipſius: omnis enim cupiditas iuncta eſt cum dolore: nec cupit aliquis vehementer, quin ſimul doleat: res autem abſurda videtur, & quae vacua ſit a ratione, quempiam angi, doloremq; ſentire ob voluptatem. Quod ἀλγεῖ καὶ τῆς ἐπιθυμίας inquit, eodem pacto locutus eſt in problematum xxviij ſegmento in eadem paene ſententia, inquit enim, καὶ ἡ ἀκρασία περὶ τὸν λόγον ἀγωγή. Sed etiam in primo libro ἠθικῶν μεγάλων, capite itidem de temperantia, quo loco inquit, temperantem ſanè affici re pulchra & ſuaui, non tamen abduci, & rapi: neque enim poſſet vocari temperans, qui nullam inde perciperet voluptatem. Verba eius ſunt; ἀλλ᾽ ὁ πάσχων, καὶ μὴ ἀγόμενος.

Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς, καὶ ἧττον ἢ δεῖ χαίροντες, οὐ πάνυ γίνονται· οὐ γὰρ ἀνθρωπική ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία· καὶ γὰρ τὰ λοιπὰ ζῷα, διακρίνει τὰ βρώματα· καὶ τοῖς μὲν, χαίρει· τοῖς δ᾽, οὔ· εἰ δέ τῳ μηδέν ἐστιν ἡδὺ, μηδὲ διαφέρει ἕτερον ἑτέρου, πόῤῥω ἂν εἴη τοῦ ἄνθρωπος εἶναι· οὐ τέτυχε δὲ ὁ τοιοῦτος ὀνόματος, διὰ τὸ μὴ πάνυ γίνεσθαι.

Qui autem modum deſerant circa voluptates, & minus quàm oporteat, ipſis gaudeant, non valde exiſtunt: non enim cadit in hominem huiuſcemodi vacuitas ſenſus: etenim ceterae animantes ſecernunt eſcas, atque his quidem, delectantur: his vero, minime: quod ſi exiſtat aliquis, cui nihil iucundum ſit: ſuaq; nihil intereſt hoc, atque illo vtatur, is valde remotus erit ab ingenio humano: non eſt autem talis nactus nomen, quia raro reperitur.

CVM tradiderit, quomodo peccetur, ſumendo nimium corporis voluptatum, trãſit nunc ad contrarium ſuperiori vitium temperantiae, in quod incurrunt, qui abhorrent a voluptatibus, fugiuntq; eas pluſquã oportet, non quia cogitent, quid incommodi, ac culpae inde plerumq; naſcatur, ſed quia natura ſunt ab ipſis alieni. Narrat igitur, huiuſcemodi paucos admodũ inueniri, qui ſcilicet nullum ſenſum habeant voluptatum: fugiantq; id, quod cuncti ferè mortales ſequuntur & amant. Docet autem quod valet ad hunc, tamquam ſtuporem quendam, conuincendum, ceteras animantes diſtinguere eſcas, quibus alantur, atq; ex ijs, quae naturae ipſarum accommodatae ſunt, voluptatem capere: alias autem fugere ac repudiare; quanto magis igitur homines hoc facere debent: quare inquit ille, cui nihil iucundũ eſt in vita: neq; ſentit diſcriminis aliquid inter res ſuaues & aſperas; hic valde remotus eſt a natura humana, & cum tantopere diſſimilis ceteris ſit, non videtur poſſe appellari homo. Adiungit autem ipſum, quo proprie vocetur, vocabulum nactum non eſſe, cum, qui nomina rebus impoſuerunt, ea, quae raro fiunt, certis vocibus minime notarint. Deſcripſit autem eleganter M. Tullius, cum M. Celium in iudicio defenderet, magni ingenij adoleſcentem, deditum tamen his voluptatibus, huiuſcemodi mortalem, agreſtem inquam ac durum: poſuitq; nobis illum ante oculos: quia autem locus valde notus eſt & illuſtris, ſatis putabo eſſe eum indicaſſe: initium vero ipſius eſt. Quamobrem, ſi quem forte inueneritis.
„ Idem autem aliquo modo fecit etiam noſter auctor in III de moribus ad Eudemum: cum enim de ipſo locutus eſſet non nihil in eadem virtute explicanda, vitioque hoc ipſius declarando, dixit, exempla huiuſcemodi indolis ac morum, inueniri apud comicos, cum inducãt in fabulas ſuas quoſdam tales, qui ne ad modicas quidem & neceſſarias voluptates ſtudent prope accedere. Videndum igitur eſt, an Demea Terentianus, exemplum idoneum ſit huius vacuitatis a ſenſibus, & corporis voluptatibus.

Ὁ δὲ σώφρων, μέσως περὶ ταῦτ᾽ ἔχει· οὔτε γὰρ ἥδεται, ἃς μάλιστα ὁ ἀκόλαστος, ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει· οὔτε ὅλως, οἷς μὴ δεῖ, οὔτε σφόδρα τοιούτῳ οὐδενὶ, οὔτε ἀπόν-

των,

των, λυπεῖται· οὐδ' ἐπιθυμεῖ, ἢ μετρίως· οὐδὲ μᾶλλον ἢ δεῖ οὐδενί, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ· οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων οὐδενός.

Temperans autem mediocriter ſe circa res has habet: neque enim delectatur, quibus maxime intemperans, ſed potius haec ſtomachatur, neque omnino quibus non oportet, neque valde huiuſcemodi quopiam, neque ſi illa afuerint, dolet, neq; cupit, niſi mediocriter: non igitur magis quam oportet huiuſcemodi, neque quando, neque omnino huiuſcemodi vllo.

Cvm, qui affines ſint vitijs declararit, quod ſiue nimium, ſiue parum ſequantur harum voluptatum, oſtendit nunc qui medium in ipſis teneat: eſt autem hic, temperans vocatus: neque enim gaudet ille ijs rebus, quibus intemperans: neque inde capit voluptatis aliquid, ſed potius ipſas ſtomachatur: demumq; nihil ei iucundum eſt, vnde non poſſit recte ac ſine macula vlla voluptas capi: neq; etiam peccat in modo, ac menſura rerum, quae ſuauitatem pariunt, quod ijs ſe expleat, vehementerq; ipſis, cum praeſentes adſunt, vorantur que, laetetur, aut cum illae abſunt, ob deſiderium ipſarum dolet, quod intemperanti vſu venire ſignificauit, qui non poteſt ferre deſiderium ipſarum, maeretque, cum orbatum ſe illis videt: non labitur etiam homo temperans in tempore, quod, quando minimè decet, incumbat in has voluptates, & vt non peccat in menſura debita ipſarum percipiendarum ac tempore, ita etiam in his, quae reſtant, circumſtantijs hodie vocatis.

Ὅσα δὲ πρὸς ὑγίειάν ἐστιν ἢ πρὸς εὐεξίαν, ἡδέα ὄντα, τούτων ὀρέξεται μετρίως, καὶ ὡς δεῖ, καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων, μὴ ἐμποδίων τούτοις ὄντων, ἢ παρὰ τὸ καλόν, ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν· ὁ γὰρ οὕτως ἔχων, μᾶλλον ἀγαπᾷ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς τῆς ἀξίας. ὁ δὲ σώφρων οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος.

Quaecumq; autem ad corporis ſanitatem, vel ad bonam habitudinem iucunda ſunt, haec appetet mediocriter, atque, vt oportet, & alia iucũda, quae non ſunt impedimento his, vel contra honeſtatem, ſiue ſupra fortunas ipſius, qui enim ita affectus eſt, magis diligit huiuſcemodi voluptates, quàm aeſtimatio ipſarum ferat, temperans autem talis non eſt, ſed rectam rationem ſequitur.

Cvm quidam cibi vtiles ſint tuendae valetudini, vt etiam alij accommodati ad bonam corporis habitudinem, qui ijdem ſint ſuaues ac iucundi, oſtendit, quomodo ſe gerat in illis homo temperans: commodum enim corporis hortatur, vt ſumat ipſos: reuocat autem eum culpae metus; veretur enim ne in illis conſectandis labatur: appetit igitur ipſos moderate, & vt decet. Exemplum huius continentiae Cn. Pompeius erit aegrotans, qui ſpreuit turdos L. Luculli; cum medici affirmaſſent, carnem eius auis reliquijs morbi pellendis valde idoneam eſſe: niſi potius hoc fecit, quia hominem non amabat, nec vlla in re iuuari ab eo volebat. Sequitur apud auctorem, idem temperantem virum facturum in ceteris rebus, quae voluptatem gignunt, ideſt modicè ipſas ſumpturum, ſi valetudini non nocent; neq; impedimento ſunt optimo corporis ſtatui, ſiue non aduerſantur dignitati, aut ſuperant facultates vireſque patrimonij, quod non ſeruabat Gallonius ille, qui a Lucilio proſciſſus eſt, vt commemorat M. Cicero. Es homo miſer inquit, Cenaſti in vita numquam bene, cũ omnia in iſto conſumis ſquilla, atque acipenſere cum decumano. Qui enim inquit Ariſtoteles ita animo affectus eſt, vt non parcat valetudini, neque rei familiari, perſpicitur plus amare voluptatem, quàm dignitatem ac decus, quod non committeret vir temperans, qui veram omnibus in rebus, rectamque rationem ſequitur.

Ἑκουσίῳ δὲ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας· ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονήν· ἡ δὲ διὰ λύπην· ὧν τὸ μὲν, αἱρετόν· τὸ δὲ, φευκτόν.

Ei autem, quod ſponte fit, magis ſimilis eſt intemperãtia, quàm timiditas: haec namque ob voluptatem exiſtit: haec vero ob dolorem: quorum duorum vnum eſt expetendum, alterum vero fugiendum.

Cvm expoſuiſſet, quae faciebant ad temperantiam, contrariaque ipſius vitia, confert nunc inter ſe intemperantiam cum timiditate, quae ſunt vitia duarum harum, quas iam explicauit, virtutum: probatque magis meritò vituperari intemperantiam, quàm timiditatem, vſus pluribus argumentis. Cum conſtet autem ea, quae ſpontè facimus, ſi turpia ſunt, maiorem nobis maculam inurere, quàm illa, quae inuiti & coacti, docet ſuperioris generis eſſe intemperantiam: ipſam enim, id quod facit improbe, facere ob voluptatem percipiendam: timiditatem autem ob vitandum dolorem: quarum duarum rerũ, altera eſt expetenda: altera, fugienda: expetimus enim voluptatẽ: cupiditateq; ipſius ardemus: fugimus aũt dolorem.

Καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι, καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν: ἡ δὲ ἡδονὴ, οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ: μᾶλλον δὲ ἑκούσιον.

Et dolor quidem e poteſtate eijcit, ac naturam perdit eius, qui ipſo opprimitur: voluptas autem nihil huiuſcemodi efficit; magis autem ſponte ſe gerie.

Alterum hoc argumentum eſt, quo idem probat: praeterea inquit, dolor eripit nobis mentem, ſtatuq; animi mouet: depravat enim inquit, perditque naturam, ac vim eius, quod ipſam continet: voluptas vero nihil huiuſcemodi efficit; poſſumusq; ſine tanto periculo ac damno carere voluptate, ſtatumque noſtrum ſine ipſa melius integriusque ſeruare: magis igitur ſponte facit, qui in ipſam incumbit.

Διὸ καὶ ἐπονειδιστότερον: καὶ γὰρ ἐθισθῆναι ῥᾷον πρὸς αὐτά: πολλὰ γὰρ ἐν τῷ βίῳ τοιαῦτα: καὶ οἱ ἐθισμοὶ, ἀκίνδυνοι: ἐπὶ τῶν φοβερῶν δ᾽ ἀνάπαλιν.

Quare quiddam eſt, quod merito magis obijci poteſt: minus enim negotium eſt aſſueſieri in ipſis: multa enim in vita huiuſcemodi ſunt: & ſine periculo homines ſe aſſuefaciunt in huiuſcemodi rebus: contra autem in rebus formidoloſis.

Hoc ſignificat ipſe corollarium eſſe. Quare etiam inquit magis probro, & dedecori affinis eſt, ac digniot, quae obijciatur illis, qui, ſecuti eam, peccarit. Tertio etiam hoc argumento vtitur: tradit enim, facilius nos poſſe noſmetipſos aſſuefacere iјs tolerandis, quae iubet nos facere voluptas ac libido, propter copiam magnam ac frequentiam harum rerum, quae gignunt voluptatem: contingit enim ſaepe, vt poteſtatem habeamus flagitium aliquod admittendi in hac materia, & ſiue gutturi ac ventri indulgendi, ſiue ſtupro, aut adulterio operam dandi, a quibus ſi nos abſtinemus, temperantes reddimur. Adiungit etiam argumentum, quo idem probat, a nullo periculo, maloque, quod ſubeatur in ſemetipſo inſtruendo ad temperantiam colendam; ſeque contra intemperantiam muniendum: cum contra ſe res habeat in meditanda fortitudine, ſeque ad ipſam parando, vulneribus enim, ac morti caput obijcere neceſſe eſt.

Δόξειε δ᾽ ἂν οὐχ ὁμοίως ἑκούσιον ἡ δειλία εἶναι τοῖς καθ᾽ ἕκαστον: αὕτη μὲν γὰρ ἄλυπος: ταῦτα δὲ διὰ λύπην ἐξίστησιν, ὥστε καὶ τὰ ὅπλα ῥίπτειν καὶ τὰ ἄλλα ἀσχημονεῖν: διὸ καὶ δοκεῖ βίαια εἶναι.

Et videri poſſet non ſimiliter ſponte conſtari timiditas, ac facta ipſius ſingularia: haec enim vacua eſt a dolore: haec vero propter dolorẽ exturbãt e mente, ita vt abijciãt arma: aliaq; ſine dignitate vlla gerant: quapropter videntur eſſe violenta.

Vt ſupra contulit intemperantiam cum timiditate: docuitq; vtrum horum duorum vitiorũ magis ſponte ſuſciperetur: ita nunc confert timiditatẽ cum proprijs ipſius timiditatis factis: dicitque, non videri vno & eodem pacto, timiditatem ſpontè ſuſcipi, vt ſingularia ipſius facta ſponte geruntur, atq; adminiſtrantur: haec enim, timiditas inquam, atque habitus, nullum dolorem inurit: quae vero inde prodeunt ob ingentem dolorem, quem ſentiunt, malumque graue, quod aduentat, ita perturbãnt, vt è poteſtate exeat; vt non pudeat timidum hominem arma abijcere, ceterisque in rebus flagitium & dedecus admittere: Quapropter auctor inquit, haec vim adferre videntur, & cogere inuitum ea moliri: neque enim quicquam horum ſponte faceret.

Τῷ

Τῷ δ' ἀκολάστῳ ἀνάπαλιν· τὰ μὲν καθ' ἕκαστα ἑκούσια· ἐπιθυμοῦντι γὰρ καὶ ὀρεγομένῳ· τὸ δ' ὅλον ἧττον· οὐδεὶς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἀκόλαστος εἶν.

Intemperanti autem contra: res enim ſingulares ſponte ab eo ſuſcipiuntur: nempe cupiente, atque appetente: totum autem minus; nemo enim cupit intemperans eſſe.

OSTENDIT poſt haec, aliter ſe rem habere in homine intemperante: in vita enim, moribusque ipſius res ſingulares, & quae particulatim fiunt, ſponte, libenterque ab eo geruntur: huiuſcemodi enim omnia facit cupiditate, libidineque impulſus, & appetens illa vehementer, totum autem illud, quod conflatur ex illis factis minus ſponte in ipſum cadit: nemo enim, ioquit, amat intemperans fieri, ſed, ſi impetrari hoc poſſet, vellet vndique perfundi voluptatibus, non tamen illo nomine merito notari.

Τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας, καὶ ἐπὶ τὰς παιδικὰς ἁμαρτίας φέρομεν· ἔχουσι γάρ τινα ὁμοιότητα· πότερον δὲ ἀπὸ ποτέρου καλεῖται, οὐδὲν πρὸς τὰ νῦν διαφέρει· δῆλον δ' ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ προτέρου.

Nomen autem intemperantiae ad puerilia etiam peccata comportamus: continent enim in ſe ſimilitudinem quandam: vtrum autem ab vtro ſit vocatum, nihil intereſt ad ea, quae modo quaerimus: planum autem eſt, poſterius a priore ductum eſſe.

QVAERIT nunc de vocabulo, quo a Graecis intemperantia vocatur: conſuetudinemq; ſolere ioquit ipſo in puerorum peccatis notandis vti, ob ſimilitudinem quandam, quae inter ipſa, & libidinoſorum flagitia, grauesq; culpas exiſtit. Cum autem alterum ipſorum ab altero ductum & tranſlatum neceſſario ſit: videt in mentem poſſe venire cuipiam, ſcire velle vtrum primo ſic appellatum fuerit, quam tamen quaeſtionem uon eſſe huius loci ac temporis ſignificat, tantum affirmat, dubitandum non eſſe quin quod poſterius hoc nomine vocatum eſt, a priore tranſlatum fuerit. In libro quoq; III. de moribus, quos miſit ad Eudemum, quaeſiuit Ariſtoteles diligenter de nomine, quo appellatur a Graecis intemperantia: & quomodo id factum ſit, docet, vt a peccatis puerorum videatur ortum eſſe, quae correcta, & caſtigata non fuerint; quod ſi factum fuiſſet, non tantopere creuiſſent, neq; in eum locum res veniſſet, vt vix remedium vllum ipſis adhiberi poſſet. Admonere etiam volo, Xenophontem in primo libro ἀπομνημονευμάτων, quo loco tradit, Socratem minime ſolitum fuiſſe, quaerere rationem, & cauſas rerum caeleſtium aut naturalium, ſed ſemper in humanis rebus cognoſcendis occupatum fuiſſe, resq; bonas ac malas, virtutesq; ac vitia ſedulo indagaſſe, in alijs appellandis, a conſuetudine non diſceſſiſſe: cum vero σωφροσύνῃ contrarium oſtendere vellet, μανίαν ipſum, non ἀκρασίαν nominaſſe, quaſi furor quidam, inſaniaque foret, in eo crimine volutari.

Οὐ κακῶς δ' ἔοικε μετενηνέχθαι· κεκολάσθαι γὰρ δεῖ τὸ τῶν αἰσχρῶν ὀρεγόμενον, καὶ πολλὴν αὔξησιν ἔχον· τοιοῦτον δὲ μάλιστα ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὁ παῖς· κατ' ἐπιθυμίαν γὰρ ζῶσι καὶ τὰ παιδία· καὶ μάλιστα ἐν τούτοις ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις.

Non male autem videtur tranſlatum eſſe: caſtigatum enim eſſe oportet, id quod appetit res turpes, & multam acceſſionem habet: huiuſcemodi autem maxime eſt cupiditas, ac puer: ſeruiunt enim cupiditati pueri quoque, praecipueq; in his exiſtit appetitus rei iucundae.

LAVDAT auctorem, principemq; huius tranſlationis: affirmatq; multum ipſum in hoc vidiſſe: quia rectum eſt caſtigari, corrigiq; omne illud, quod appetit id, quod turpe eſt: augeſcitq; in illo ſuo deſiderio vehementer; tale autem eſſe tradit, huiusq; generis cupiditatem, & puerum omnem; quod declarare quoque ſignificat, quia pueri etiam in vita parent cupiditati, ipſamq; tamquam ducem ſequuntur; qua in aetate maxime inquit, apparere appetitionem rerum iocundarum, quae eſt euolutio eius, quod ioclusum eſt in nomioe cupiditatis: multis enim locis ipſe, definiens cupiditatem, dixit eam eſſe appetitioné rei iucundae.

Εἰ οὖν μὴ ἔσται εὐπειθὲς, καὶ ὑπὸ τὸ ἄρχον, ἐπὶ πολὺ ἥξει: ἄπληστος γὰρ ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις, καὶ πανταχόθεν τῷ ἀνοήτῳ, καὶ ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἐνέργεια αὔξει τὸ συγγενὲς, κἂν μεγάλαι, καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι.

Si igitur non erit obtemperans, & in poteſtate eius, quod imperium habet, multum creſcet: inexplebilis enim eſt appetitio rei iucundae, atque omni ex parte in ſtulto homine, & vſus, functioque cupiditatis auget id quod eiuſdem generis eſt; quod ſi magnae, ac vehementes fuerint, rationem etiam; conſiliumq́ extrudunt.

Exponit mala, quae gigneret pars haec animi, in qua regnat libido, niſi in officio teneretur, ac diſceret parere rationi. Primum igitur narrat, futurum prorſus eſſe, vt valde creſcat in praua illa ſua ratione: cotidieque maiores vires capiat: cuius ſuae ſententiae cauſam certam, veramq; adfert: expleri enim non poſſe ait cupiditatem rei iucundae; quod etiam de ſtulto rege Perſarum protulit M. Cicero, qui praemium propoſuerat ei, qui inueniſſet no-
„ uam voluptatem. inquit enim. Qua inuenta non fuit contentus: neque enim vnquam fi-
„ nem inueniret libido: praecipue autem in animo dementis hominis vndique eam augeſcere noſter tradit. Addit etiam, qui incumbit in eam, dum putat ſe ipſam extinguere, atq; ſatiare, contra augere, cum actus ille amplificet id quod eiuſdem generis eſt, & quaſi ab eodem fonte manat: neque id contingeret in alio genere voluptatis, cum ardor libidinis non augeat amorem pecuniae. Adiunxit etiam tertium quoddam, quod peſſimum eſt omnium, ſi magnae illae vehementeſque fuerint, penitus ipſas poteſtatem ratiocinandi, exiſtimandique detruſuras eſſe, eiecturasque ex homine.

Διὸ δεῖ μετρίας αὐτὰς εἶναι καὶ ὀλίγας, καὶ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι: τὸ δὲ τοιοῦτον, εὐπειθὲς λέγομεν, καὶ κεκολασμένον: ὥσπερ γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον. διὸ δεῖ τοῦ σώφρονος τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν τῷ λόγῳ: σκοπὸς γὰρ ἀμφοῖν τὸ καλὸν, καὶ ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὧν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε. οὕτω δὲ τάττει καὶ ὁ λόγος. ταῦτ' οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης.

Quapropter oportet moderatas ipſas eſſe, & paucas, & rationi nulla in re aduerſari: hoc ipſum autem eſt, quod obtemperans, & caſtigatum vocamus, veluti enim puerum, opus eſt vt praecipit, mandatq́ cuſtos, viuere, ſic & animi partem, in qua viget cupiditas, vt ratio iubet: quare oportet partem animi, quae ſedes eſt cupiditatis in homine temperante aſſentiri rationi: ambabus enim propoſitum eſt honeſtum: concupiſcitq́ temperans quae oportet, & vt oportet, & quando: ſic autem ſtatuit etiam ratio: haec autem dicta ſint de temperantia.

Ostendit quod remedium ſit tot, tantorumque malorum: dandam enim operam nobis eſſe ait, vt cupidines hae moderatae ſint, & paucae, vt nulla in re audeant repugnare rationi: quod cum effectum, ad exitumque perductum fuerit, obediens rationi, caſtigatumque illud vocare ſolemus: redit enim ad rationem nominis explicandam, qua a Graecis appellatur intemperantia; quemadmodum inquit, decet puerum ad praeceptum, documentumque ſui cuſtodis viuere, ita partem illam animi, quae ſedes eſt libidinis, ad rationem. Quapropter ait, oportet illam ipſam partem conſentire rationi; propoſitum namque ambobus eſt honeſtas ac dignitas: cupit enim temperans vir, quae cupere oportet, & in illis expetendis modum iuſtum tenet, & tempus etiam rebus idoneum ſeruat, & ſanè addit nihil aliud praecipit ratio, & conſilium, quàm ne ille hoc praeſtet.

PETRI VICTORII COMMENTARII

IN IIII. LIBRVM ARISTOTELIS De moribus ad Nicomachum

ΛΕΓΩΜΕΝ δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος: δοκεῖ δὲ εἶναι περὶ χρήματα μεσότης: ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευθέριος, οὐκ ἐν τοῖς πολεμικοῖς: οὐδ' ἐν οἷς ὁ σώφρων: οὐδ' αὖ ἐν ταῖς κρίσεσιν, ἀλλὰ περὶ δόσιν χρημάτων, καὶ λῆψιν: μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει: χρήματα δὲ λέγομεν πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται.

DICAMVS autem deinceps de liberalitate: videtur autem eſſe mediocritas circa pecunias: laus enim tribuitur homini liberali, non quod recte ſe gerat in periculis bellicis: neque in quibus temperans commendatur, neque in rebus exiſtimandis: ſed circa dandas pecunias, & accipiendas, magis autem in dandis: pecunias autem appellamus cuncta, quorum aeſtimatio nummo menſuratur.

POST duas, io poſteriore parte libri, qui antecedit hunc, ſe explicatas virtutes, fortitudinem ſcilicet, ac temperantiam; aggreditur nunc libetalitatem, & ipſam vnam harum virtutum, quae morales vocatae ſunt, quas omnes, vna excepta iuſtitia, eoi plenum, integrumque quintum librum ſeruat, in hoc tradit: ſeqoetur autem ipſam magnificentia; quae in eodem quaſi campo, & materia verſator, ſed maiore animo, & honeſtiore graodioreque ſtrato. Quod ad ordinem harum virtutum euoluendarum pertinet, non eundem hic ſequitor, quem in libris de moribus, quos miſit ad Endemum, probauit: illic enim poſt ambas eaſdem, diſſeruit, praeceptqoe de manſuetudine, qua explicata, de liberalitate egit: ipſam autem mediocritatem quandam eſſe vult, in pecunia vtenda; reqne familiari adminiſtranda, quam hic collocatam eſſe, ſedemque ſuam habere vult in medio harum rerum, qoarum vnam vocat ſuis verbis hoc loco δόσιν: alteram vero, λῆψιν: vtrumque enim horum, quae contraria ſunt inter ſe, recte gerere liberalis debet; ideſt dare, dilargitique pecuniam quibus decet, & capere vnde oportet. In altero illo loco ad Eudemum mutauit nomina horum liberalis viri munerum obeundorum, & qoam hic appellat λῆψιν, illic vocauit κτῆσιν: eodemque pacto, quam modo δόσιν, illic ἀποβολὴν: vocabula igitur variata ſuot, ſententia cuſtodita: qui namque pecuniam

niam alicunde capit, is patrimonium auget: paratq; vnde benignus eſſe poſſit: qui vero dilargitur, amittit partem ipſius. Sed his relictis, videamus, quae modo auctor tradit: cum enim ſignificaſſet, materiam eſſe huius virtutis, quam dixit, probat hoc a communi iudicio, ſententiaque hominum, qui haec attingunt: aliquandoque de ipſis ſermonem habent: cum enim commendare quempiam volunt ornatum, vt opinio eſt, hac virtute, laudant eum, non quia ſe recte gerat in rebus bellicis, neque in ijs, quae laudi dantur temperanti viro, ſed quia officio fungitur in dilargienda, cogendaque pecunia: magis tamen intelligi, quempiam liberalem eſſe affirmat, magisque ipſum conſtitui in recte tribuenda, quam in eodem etiam pacto, honeſteque ſumenda pecunia. Cum autem χρημάτων nomine vſus eſſet, in oſtendenda materia huius virtutis, quae vox proprie nunc nummos, pecuniamque ſignificat: teſtatur ſe capi velle ipſo ceteras etiam partes patrimonij, veluti veſtimentum, equum, anulum, vas, omneque demum huiuſcemodi, vnde fructus, vſusque aliquis capiatur. Animaduertendum autem eſt, cum reiecit ab officio liberalis materiam propriam fortitudinis, & temperantiae: minimeq; laudari benignitatem dixiſſet ob illa facta: addiditque. οὐδ' αὖ ἐν ταῖς κρίσεσιν, quam virtutem ipſis ſignificare voluerit, eumque extiterint, qui iuſtitiam illis acceperint, valereque putarint in iudicijs, cogitandum magis de hoc arbitror: κρίνειν enim exiſtimare valet: κρίσεις q; exiſtimationes de aliquibus rebus factae appellantur, quod communius eſt, quam iudicare de lite, cauſaque aliqua forenſi: ſic enim quoque accepit hoc verbum in III de moribus ad Eudemum, vbi de magnitudine animi praecepit dicens. καὶ γὰρ τὸ ὀρθῶς κρῖναι τὰ μεγάλα καὶ μικρὰ τῶν ἀγαθῶν, ἐπαινετόν. id eſt, exiſtimare enim recte, verumque iudicium facere de bonis magnis, & paruis, laude dignum eſt. An ita hic locutus eſt, quia & iudices, & magiſtratus omnis, ſi velit officio fungi, antequam ſententiam ferat, ſecum debet diligenter cogitare de eo, quod in iudicium venit: ſtatuereque, poena ne dignum ſit, ſiue abſolui & periculo liberari, vt quod antecedit hic pro illo quod ſequitur, vſurparit: δικάζειν enim, non κρίνειν hoc vocatur.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀσωτία, καὶ ἡ ἀνελευθερία περὶ χρήματα ὑπερβολαί, καὶ ἐλλείψεις: καὶ τὴν μὲν ἀνελευθερίαν προσάπτομεν ἀεὶ τοῖς μᾶλλον ἢ δεῖ περὶ χρήματα σπουδάζουσι: τὴν δ' ἀσωτίαν ἐπιφέρομεν ἐνίοτε συμπλέκοντες: τοὺς γὰρ ἀκρατεῖς, καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς, ἀσώτους καλοῦμεν.

Sunt autem, & prodigalitas, & illiberalitas circa pecunias exuperantiae, & egeſtates: & illiberalitatem quidem ſemper appendimus ijs, qui maius, quàm oportet, ſtudium ponunt in pecunia quaerenda, & tuenda: prodigalitatem autem obijcimus aliquando complicantes: incontinentes enim, & qui ingentes ſumptus faciunt in intemperantiam, vocamus prodigos.

OSTENDIT, quae ſint vitia in hac quaſi materia, quomodoq; vocentur, qui lógè abeunt a medio: cum duo autem ſint, quod huic commune eſt cum ceteris virtutibus; prius appellat culpam eius, qui patrimonium effundit; vnde vocatum eſt a minimè tuenda re familiari: alteri vero nomen impoſitum eſt a ſordibus, & quod nimis curat rem familiarem, contraq; dignitatem, & id quod conuenit ingenuo, & honeſto viro, ipſi par ſit: labuntur enim contraria via ac modo. Addit autem, nomine, quo ſignificatur haec illiberalitas conſuetudinem ſemper vti in hoc vno tantum vitio notando: illiberales enim dicuntur, qui plus ſtudij curaeque ponunt, quàm oporteat, in cogenda; & tuenda pecunia: hoc autem non contingere in altero vitio, prodigalitateque appellanda: duabus enim culpis, erroribusque magnis accuſandis vſurpatur: aliquando enim inquit dicimus ἀσώτους eſſe incontinentes homines, ac libidinoſos: quiq; ingentes ſumptus faciunt in explendis corporis voluptatibus. Luſit autem in hac Graeca voce Martialis, accuſans feminam, quae & laſciua foret, & in amoribus ſuis perſequẽdis magnos ſumptus faceret, quod inde etiam mirum videri potuit,
„ cum eſſet nata e patre, cui videretur nomen impoſitum eſſe a tuenda re familiari. Sotae fi-
„ lia clinici fabulla, Deſerto ſequeris Clitum marito, Et donas & amas ἔχεις ἀσώτως.

Διὸ καὶ φαυλότατοι δοκοῦσιν εἶναι: πολλὰς γὰρ ἅμα κακίας ἔχουσιν, οὐ δὴ οἰκείως προσαγορεύονται: βούλεται γὰρ ἄσωτος εἶναι, ὁ ἕν τι κακὸν ἔχων, τὸ φθείρειν τὴν οὐσίαν: ἄσωτος

γὰρ

καὶ ὁ δι' αὑτὸν ἀπολλύμενος: δοκεῖ δ' ἀπώλειά τις αὑτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά, ὡς τοῦ ζῆν διὰ τούτων ὄντος: οὕτω δὴ τὴν ἀσωτίαν ἐκδεχόμεθα.

Quare improbiſsimi videntur eſſe: multa enim ſimul vitia in ſe continent: non igitur proprie appellantur: is enim prodigus eſt, qui vnam culpam in ſe habet, perdere inquam fortunas ſuas: prodigus enim eſt, alienusq́ a ſalute ſua, qui ſuo vitio perit: videtur enim perditio quaedam ſui ipſius eſſe interitus patrimonij, tamquam ipſum viuere conſtet his rebus, ſic igitur prodigalitatem accipimus.

Addere hoc auctori viſum eſt, quod elicitur e ſuperiore ſententia: eſt enim corollarium, magnopere accommodatum ad homines deterrendos, reuocandosque ab hac turpi culpa, cum duplici dedecore laborent. peſſimi igitur inquit, mortales hi ſunt: multis enim ſimul vitijs deditii ſunt; quare addidit, non proprie, apteque hi dicuntur ἄσωτοι, prodigique: dignus enim eſt, qui ἄσωτος appelletur, ille qui vni tantum huic culpae affinis, quae eſt diſſipatio atque euerſio patrimonij. Vere autem huiuſcemodi hominem ita vocari affirmat; cum ἄσωτος, alienusque, a ſua ſalute vocari debeat, qui ſua culpa perit: videtur enim ait interitus eſſe, perditioque ſui ipſius, diſſipatio patrimonij; quia vita cuſtoditur, manetq; ope, & auxilio harum rerum, ideſt fortunarum ſuarum, ac rei familiaris. Philoſophum vero hoc dixiſſe in vita emendanda, optimaque diſciplina tradenda, mirari non debemus, cum ſeruo, apud grauem comicum, idem in mentem venerit: illudens enim ille ero ex aliena perſona, inquit. Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam. Poſt haec Ariſtoteles inquit, concludens quod dixerat, ſic nos in colloquijs accipimus ἀσωτίαν.

Ὧν δ' ἐστὶ χρεία τις, ἔστι τούτοις χρῆσθαι καὶ εὖ, καὶ κακῶς: ὁ πλοῦτος δ' ἐστὶ τῶν χρησίμων: ἑκάστῳ δ' ἄριστα χρῆται, ὁ ἔχων τὴν περὶ ἕκαστον ἀρετήν: καὶ πλούτῳ δὴ χρήσεται ἄριστα, ὁ ἔχων τὴν περὶ τὰ χρήματα, ἀρετήν. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ ἐλευθέριος.

Rerum autem, quarum vſus eſt aliquis, licet nobis ijs vti & recte, & perperam: diuitiae autem vnum quiddam ſunt eorum, quibus vtimur in vita: vnaquaque autem re optime vtitur, qui tenet virtutem, quae in ſingulis rebus exiſtit: & diuitijs igitur optime vtetur ille, qui tenet virtutem, quae eſt in rebus pertinentibus ad pecunias: hic autem eſt liberalis.

Svmit quoddam in vniuerſum verum, cui accommodat quod oſtendere vult: illud autem eſt; hanc eſſe naturam rerum omnium, quae vſibus humanis ſeruiunt, ac ſunt tamquam inſtrumenta noſtrae vitae, vt liceat nobis ipſis vti, & recte & praue. exempli gratia gladio: cui enim rei inuentus eſt, vtitur gladio diſciplina domeſtica: ſicarij autem ipſo vtuntur ad innocentem hominem obtruncandum: huiuſcemodi igitur eſſe inquit, diuitias. Addit quoque, ad concludendum neceſſarium, vnaquaque re optime vti illum, qui praeditus eſt virtute propria ipſius illius rei: eximieque eam tractare didicit: quare, rationem concludens, inquit, optime diuitijs vtetur ille, qui virtutem eam tenet, quae in ipſis exiſtit: is autem eſt homo liberalis.

Χρῆσις δ' εἶναι δοκεῖ χρημάτων δαπάνη, καὶ δόσις: ἡ δὲ λῆψις, καὶ ἡ φυλακή, κτῆσις μᾶλλον.

Vſus autem pecuniarum eſſe videtur ſumptus facere, & dare: capere autem, & tueri potius eſt poſſidere.

Restabat quaerere, quis foret pecuniae, reique omnis familiaris vſus; ipſum autem duplicem eſſe affirmat, qui namque abſumit eam in familia alenda, rebusque neceſſarijs liberis parandis, ijſdemque, ſi facultates patiuntur, honeſtis artibus inſtituendis, is vtitur re-

&c pecunia:nec non is etiam qui dono dat; qui vero, inquit, quaerit pecuniam, augetq; patrimonium, partamque rem tuetur ac ſeruat, is potius incumbit in rem, quae κτῆσις vocata eſt, quàm in χρῆσιν, atque vſum.

Διὸ μᾶλλόν ἐστι τοῦ ἐλευθερίου τὸ διδόναι, οἷς δεῖ, ἢ λαμβάνειν, ὅθεν δεῖ, καὶ μὴ λαμβάνειν, ὅθεν οὐ δεῖ.

Quare magis eſt liberalis hominis dare quibus oportet, quàm capere vnde oportet, & non capere, vnde non oportet.

Hoc eſt plane corollarium, quod elicitur e ſuperiore ſententia: valetque ad inſtituendum, ornandumque liberalem virum: potius enim partes ipſius eſſe dicit, dare quibus decet, quàm ſumere, vnde etiam licet; & non capere, domumq; comportare pecuniam, vnde non licet, etſi duorum horum, quae minus probari poſſe ſignificat in moribus liberalis hominis prius cum laude gerit, alterum non poteſt attingere niſi improbè, vt capiat ſcilicet pecuniam, vnde minime decet.

Τῆς ἀρετῆς γὰρ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν, ἢ τὸ εὖ πάσχειν, καὶ τὰ καλὰ πράττειν μᾶλλον, ἢ τὰ αἰσχρὰ μὴ πράττειν: οὐκ ἄδηλον δ', ὅτι τῇ μὲν δόσει, ἕπεται τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ καλὰ πράττειν: τῇ δὲ λήψει, τὸ εὖ πάσχειν, ἢ μὴ αἰσχροποιεῖν.

Virtutis enim magis proprium eſt, beneficium in alium conferre, quam beneficium accipere, atque honeſtum aliquid efficere, quàm turpe non efficere. Non eſt autem obſcurum, comitari largitioni, benefacere, & res honeſtas agere; acceptioni autem, bene accipere, & non turpia agere.

Confirmat quod modo ait verumque eſſe probat, pluribus argumentis, quorum argumentorum primum hoc eſt: dicit enim proprium magis eſſe virtutis, beneficia conferre in alios, quàm ipſum aliunde accipere, & honeſtum aliquod gerere potius, quàm turpe nō efficere, & ſi hoc quoque commendatur, ſed quaeritur modo de maiore honore, ac laude. Quod nunc tradidit de honeſtiore munere liberalis viri, vique virtutis, non in vna tantum hac re, ſed in omnibus. in II. quoque libro de arte dicendi, virtutem definiens, inquit, ipſam eſſe vim, poteſtatemque conferendi beneficia multa & magna in mortales. Planum autem, & apertum hic eſſe addit, comitari donis datis & largitioni, beneficium dare: neque ſeiunctum inde eſſe poſſe, & honeſtas res gerere: acceptis vero ab aliquo commodis & vtilitatibus, tueri ſe, & nullam maculam turpitudinis admittere: qui enim cum eget, nō repudiat benignitatem locupletis viri ac benefici, nulli culpae affinis eſt.

Καὶ ἡ χάρις τῷ διδόντι, οὐ τῷ μὴ λαμβάνοντι: καὶ ὁ ἔπαινος δὲ μᾶλλον.

Et gratia habetur ei, qui dedit, non illi qui non accepit, & laus magis ſequitur ipſum.

Alterum hoc argumentum eſt, quo idem probat, ductum a more, conſuetudineque hominum, qui gratias habent, obligatosque ſe eſſe fatentur illi, qui dederit aliquid, ſuaq; pecunia ipſos ſubleuarit, non ei, qui ab ipſis accipere noluerit; cum hi quoque rectè ſe gerāt, a laudeque vacui non ſint; affirmat tamen priores illos magis laudari. Addam, quod claro teſtimonio confirmabo, eos, qui repudiant benignitatem alicuius, donaque inde accipere nolunt, aliquando non ſolum non placere munificis illis, ſed etiam apud eos offendere: impediunt enim beneficentiam ipſorum; vt memoriae proditum eſt a M. Cicerone cum Xenocrati Alexander magnam pecuniam miſiſſet: accipereque primo ille noluiſſet, eundem, poſtquam legatos triſtiores vidit, exiguam partem ipſius accepiſſe, ne aſpernari regis liberalitatem videretur.

Καὶ ῥᾷον δὲ τὸ μὴ λαμβάνειν τοῦ δοῦναι: τὸ γὰρ οἰκεῖον ἧττον προΐενται μᾶλλον, ἢ οὐ λαμβάνουσι τὸ ἀλλότριον.

Et facilius eſt non capere, quàm dilargiri: ſuam enim rem, propriamq́ minus homines effundunt quàm capiant rem alienam.

TERTIVM hoc argumentum eſt ab eo, quod magis arduum, difficileque eſt; vnde etiam honeſtius eſt: pronius enim eſſe inquit minoreque negotio adminiſtrari, non capere ab alio, qui dilargiri voluerit, pecuniam, donumque, quàm alij munerari. Adiungit autem, hoc probans: minus enim, aegriusque conſueſcunt mortales, quod ſuum, propriumq; eſt, effundere, quàm ſumere alienum; durum enim videtur, ſpoliare ſe ſuo aliquo bono, & quod diu poſſederit: in rebus autem moleſtis, arduisque peragendis virtutem manere, notum eſt.

Καὶ ἐλευθέριοι δὲ λέγονται οἱ διδόντες· οἱ δὲ μὴ λαμβάνοντες, οὐκ εἰς ἐλευθεριότητα ἐπαινοῦνται, ἀλλ' οὐχ ἧττον εἰς δικαιοσύνην: οἱ δὲ λαμβάνοντες, οὐδ' ἐπαινοῦνται πάνυ.

Et liberales autem appellantur, qui dederunt: ij autem qui non accipiunt, non liberalitatis nomine laudantur; ſed non minus iuſtitia: qui autem capiunt, neque admodum laudantur.

QVARTO hoc argumento conſtituit idem, ducto a conſuetudine ſermonis, & quaſi communi de hac re ſententia: liberales enim inquit dicuntur, qui dant de ſuo aliquid, dilargiunturque, quod nomen valde ornat ipſos, virtuteque praeditos ſignificat: qui non libenter ſumunt, nec facile patiuntur ſe pecunia aliena iuuari: etſi ipſi quoque laudari ſolent, non tamen vt liberales laudantur, ſed potius vt iuſti, ancſi non nudi ſunt omnino a laude liberalitatis: nam quin liberalis quoque officium ſit, non ſumere vnde minimè oportet, dubium non eſt: Adiungit autem qui ſumunt, ne laudari quidem magnopere ſolere, etſi non labuntur nec peccant, cum caſu aliquo oppreſſi, non repudiant benignitatem locupletium.

Φιλοῦνται δὲ σχεδὸν μάλιστα οἱ ἐλευθέριοι τῶν ἀπ' ἀρετῆς: ὠφέλιμοι γάρ: τοῦτο δ' ἐν τῇ δόσει.

Fermè autem maximè diliguntur liberales e numero omnium, qui virtutis vi aliquid gerunt: proſunt enim ceteris: hoc autem in dando poſitum eſt.

QVINTO hoc vltimoque argumento idem probat: manere inquam virtutem hanc potius in danda, quàm in accipienda pecunia: ducit autem ipſum ab amore, quo perſpicitur magno mortales liberales viros proſequi: affirmat enim hos ferme diligi ſupra ceteros omnes homines, qui ex virtute quippiam gerunt; cuius ratio eſt, quod iuuant ceteros: opitulanturque ijs, qui egent, ſua pecunia; hoc vero inquit poſitum eſt in dando, vnde naſcitur, vt cum maior hominum numerus egeant, quàm abundent, hi potiſſimum inueniant multos amatores.

Αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν πράξεις, καλαὶ, καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, καὶ ὁ ἐλευθέριος οὖν δώσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα, καὶ ὀρθῶς: οἷς γὰρ δεῖ, καὶ ὅσα, καὶ ὅτε: καὶ τ' ἄλλα, ὅσα ἕπεται τῇ ὀρθῇ δόσει.

Actiones autem, quae a virtute adminiſtrantur, honeſtae ſunt, & honeſtatis gratia adminiſtrantur; & liberalis igitur dilargietur honeſtatis gratia, recteq́: quibus enim oportet, ac quot oportet, & quando, & cetera ſeruabit, quaecumque comitantur recte largitioni.

CVM pluribus argumentis docuiſſet maxime virtutem hanc manere in dando, pecuniaque pauperes ſubleuando, modoque eſſe hanc honeſtiorem, anteponendamque alteri, ipſius rationem: tradit nunc, non omnem largitionem poſſe merito vocari liberalitatem; ſed requiri in ea conſtituenda, vt ſeruentur, quae in ceteris virtutibus abſoluendis cuſtodiri debent; cum enim ipſae ſint honeſta facta, propoſitamque ante oculos habeant dignitatem: liberalem igitur virum etiam oportebit dignitatis cauſa, moliri, quae gerit: illa autem quae ſint, exponit,

exponit, quae hoc conſilio recteque geſta eſſe intelligantur: in primis oportere eum narrat, dare, quibus dare oportet, rectumque eſt, & vt in perſonis deligendis ipſum diligentiam adhibere, ita etiam in rebus, quas dono dat, ſed tempus etiam ſeruare eundem debere indicat, cum exiguae, minutaeque res aliquando praebitae, valde laborantibus, vim magnorum beneficiorum nactae ſint, cetera quoque cuſtoditurum ipſum ſignificat, quae παρεπόμενα nomine continentur, comitanturque honeſtae benignitati.

Καὶ ταῦτα ἡδέως, ἢ ἀλύπως· τὸ γὰρ κατ' ἀρετὴν ἡδὺ, ἢ ἄλυπον· ἥκιστα λυπηρόν.

Atque haec libenter, aut ſaltem ſine dolore: quod enim efficitur ex praeceptis virtutis iucundum eſt, aut ſaltem expers doloris: minime triſte, & ad inferendum dolorem factum.

A N I M V M etiam, voluntatemque ſpectari debere adiungit illius, qui dat: libenter enim eum opitulari debere ſignificat, aut ſaltem ſine dolore, quod addidit, quia vix videtur fieri poſſe, vt aliquis capiat voluptatem, cum ſemetipſum ſpoliet parte fortunarum ſuarum: aliter autem fieri non oportere oſtendit: cum quidquid ex virtute fit, iucundum eſſe debeat, ſiue vacuum ab aegritudine, moleſtiaque. Adhuc addidit, manens in eadem cogitatione, difficultateque huius operis abſoluendi, nullo certe pacto cum dolore, triſtisque aliquis hac benignitate fungi debet: hoc enim facit, qui magis diligit pecuniam, quam virtutem, vt ipſe ilico teſtatur.

Ὁ δὲ διδοὺς οἷς μὴ δεῖ, ἢ μὴ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ διά τινα ἄλλην αἰτίαν, οὐκ ἐλευθέριος· ἀλλὰ ἄλλος τις ῥηθήσεται.

Qui autem dedit quibus non oportet, ſiue non honeſti gratia, ſed ob aliam quampiam cauſam, non eſt liberalis, ſed alius quiſpiam dicetur.

C V M oſtenderit, quae ſeruare opus eſt illum, qui cupidus ſit huius praeclari nominis conſequendi: vereque liberalis haberi ſtudeat, rei magis explanandae cauſa, adiungit, eum, qui aliter facit, peccatque in his rebus, aut quapiam ipſarum, nullo modo liberalem dici poſſe, ideſt qui perſonas non ſeruat dignas, quibus ipſe opituletur: neque dignitatis gratia facit, quod facit, ſed aut oſtentandarum diuitiarum cauſa, deſiderioque inanis, falſaeque gloriae incenſus; aut quod ſperet illa via ſe poſſe in libera ciuitate imperium adipiſci; vnde Catullus vocauit C. Caeſaris ſiniſtram liberalitatem, liberalem non poſſe vocari, ſed dicendum eſſe, vt conuenit illi rei, quae hominem impellit, vt talem ſe praebeat.

Οὐδ' ὁ λυπηρῶς· μᾶλλον γὰρ ἕλοιτ' ἂν τὰ χρήματα τῆς καλῆς πράξεως· τοῦτο δ' οὐκ ἐλευθερίου.

Neque etiam is qui dolenter: magis enim hic ſibi ſumeret pecuniam, quàm honeſtam actionem: id quod minime eſt liberalis hominis.

E O D E M pacto narrat reijci ab hac illum, qui triſtis & cum dolore dat: neque enim dubium eſſe inquit, quin magis amaturus ſit pecuniam, quàm honeſtum, plerumque dignitatis factum, cuius animi, voluntatisque non eſt vir liberalis, qui anteponit ſemper honeſtatem pecuniae.

Οὐδὲ λήψεται δὲ, ὅθεν μὴ δεῖ· οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦ μὴ τιμῶντος τὰ χρήματα ἡ τοιαύτη λῆψις· οὐκ ἂν εἴη δὲ, οὔτ' αἰτητικός· οὐ γάρ ἐστι τοῦ εὖ ποιοῦντος, εὐχερῶς εὐεργετεῖσθαι.

Neque etiam accipiet pecuniam, vnde non oportet: neq; enim eſt eius qui non magni aeſtimet pecuniam huiuſcemodi acceptio: neque eſſet etiam promptus ac paratus ſemper ad poſcendum: non enim eſt eius, qui factus ſit ad beneficia danda, pati ſe facile iuuari ab alio.

POSTQVAM

POSTQVAM expoſuit, quomodo ſe gerere debet homo liberalis in dando, declarat nunc, quae ſint partes ipſius in accipiendo, quae cuncta niſi ſeruaret, inquinaret laudem ſuam; vel potius totã frangeret, ac diſſiparet: nam in hoc etiam oportere ipſum recte facere, & dignitati ſeruire apertum eſt: abſtinebit igitur ſe ab his erratis, ac culpis; neque enim inquit, capiet pecuniam, vnde minime capere oportet; qui namque hoc facit, improbeque atq; inhoneſte pecuniam parat, longe abit ab officio eius, qui non magni aeſtimat pecuniam. Addit poſt hoc non eſſe illum natura, moribusque promptum paratumque ſemper ad petendum, quia remotum valde eſt atque alienum ab ingenio hominis, qui iuuare alios pecunia velit, facile pati ſe aliunde beneficium capere. Talem autem a graui ſcriptore memoriae proditũ eſt, fuiſſe Solonem, qui cum è patre natus eſſet benefico homine; quiq; rem familiarẽ attriuerat in ſubleuandis, fouendisq; pauperibus ciuibus, etſi non deerant qui ipſi, opitulari vellẽt, locupletes homines, tamen induci nunquã potuit, vt liberalitatẽ eorum vteretur, pudore deterritus, cũ ſciret ſe ortum e familia, quae alijs prodeſſe pecunia ſua ſolita foret.

Ὅθεν δὲ δεῖ, λήψεται, οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, ὅπως ἔχῃ διδόναι: οὐδ' ἀμελήσει τῶν ἰδίων, βουλόμενός γε διὰ τούτων τισὶν ἐπαρκεῖν: οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει, ἵνα ἔχῃ διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ οὗ καλόν.

Accipiet autem, vnde oportet, ceu a ſuis bonis, & fundis: atque hoc, non quod honeſtum ſit, ſed quod neceſſarium: vt poſſit pecunia iuuare: neque etiã abijciet omnem curam ſuorum bonorum, cum in animo habeat fructibus horum aliquibus ſuppeditare: neque quibuslibet dabit: vt poſsit quibus oportet dare, & quando, & vbi honeſtum.

ADDIT noſter auctor, capiet pecuniam vnde decet, veluti e ſuis praedijs, non quia honeſtatem vllam in ſe hoc habeat, verum quia cogitur hoc facere, vt ſuppeditare alijs valeat. Tradit, eundem ſuſcepturum eſſe curam aliquam vectigalium ſuorum, & nullo pacto neglecturum patrimonium; quod non nulli cum laude praeſtiterunt, dediti toto animo cognitioni rerum naturalium, ac ſtudijs quibuſdam alijs honeſtarum rerum; non tamen, ita ſe gerunt ſtudio augendarum fortunarum ſuarum, ſed vt poſſint prodeſſe ſua pecunia honeſtis viris. Adiungit etiam ipſum quibuslibet hominibus & nulla laude commendatis non dilargiturum, ne priuet ſe facultate eorum iuuandorum, quibus rectum eſt, decetq; prodeſſe, atque vt in perſonis deligendis nulli errato affinis erit; nam & finem verum propoſitum habebit, & tempus captabit. Illuſtri etiam exemplo ornare volo documentum auctoris, qui non patitur liberalem virum abijcere curam redditũu ſuorum. Commemorat Plutarchus, cum Pelopidas, ille Thebanus, videretur in hoc labi: remq; vt aiebant, neceſſariam vitae, negligere, amicos eius, prudentes viros, ſuaſiſſe ipſi, ne hoc faceret, quibus tamen ille reſpondit, magni animi vir, contemnens optimum eorum conſilium, vere neceſſariam dicitis, ſed huic Nicodemo, oſtendens illis hominem, qui forte aſtabat, cecum ac claudum.

Ἐλευθερίου δὲ ἐστὶ σφόδρα, καὶ τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει, ὥστε καταλείπειν ἑαυτῷ ἐλάττω: τὸ γὰρ μὴ ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτὸν, ἐλευθερίου.

Valde autem liberalis proprium eſt, & tranſire lineam in dando, ita vt relinquat ſibi pauciora: non reſpicere enim ad ſemetipſum, liberalis officium eſt.

SIGNIFICAT hic auctor non nulla, quae requiruntur in moribus liberalis hominis, neq; a perſona ipſius abeſſe debent: quorũ primum eſt, quod inquit, liberalis hominis proprium eſſe, vehementer ſe in ſuo munere gerere: ſuperareq; potius modum in dilargiendo, quàm pati officium ſuum deſiderari, atque hoc, cum nactus eſt hominem dignum ſua tanta liberalitate; ita vt relinquat ſibi pauciora, quàm in alium conferat, & quaſi effundat; cum minime ipſius officium ſit conuertere mentem ad ſe.

Κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται: οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει: αὕτη δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν δίδωσιν. οὐθὲν δὲ κωλύει ἐλευθεριώτερον εἶναι τὸν τὰ ἐλάττω διδόντα, ἐὰν ἀπὸ ἐλαττόνων διδῷ.

Ex fortunis autem liberalitas appellatur: non enim in numero rerum, quae dantur factum liberale eſt, ſed in animi habitu eius, qui dat: hic autem pro

facultatibus dat: vnde nihil vetat, quin liberalior eſſe poſsit, qui pauciora dat ſi e paucioribus dederit.

NON habere certum vllum ac definitũ terminum liberalitatem, teſtatur, ſed ſpectari ipſam, ac ponderari oportere ex fortunis, viribusque eius, qui ipſa vtitur: neque enim liberale factum aeſtimari debere e numero, copiaque eorum, quae praebentur, ſed in animo, voluntateque ipſius, qui benignus eſt, cuius habitus norma erit patrimonium; vnde inquit, vſu venire poteſt, vt aliquis magis liberalis ſit, qui minora, pancioraque dat, ſi minus peculium habens, minus etiam quàm maiore fultus, libenter dederit, magis benignus eſt.

Ἐλευθεριώτεροι δὲ εἶναι δοκοῦσιν, οἱ μὴ κτησάμενοι, ἀλλὰ παραλαβόντες τὴν οὐσίαν: ἄπειροί τε γὰρ τῆς ἐνδείας, καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὐτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς, καὶ οἱ ποιηταί.

Liberaliores autem eſſe videntur ij, qui non quaeſiuerunt rem ſed acceperunt a maioribus: nam & egeſtatem numquam experti ſunt, & cuncti cara magis habent ſua opera, veluti parentes, & poetae.

MONSTRAT, qui plerumque magis procliues ſint ad hanc virtutem colendam, docetq; rationibus huius rei redditis, eos, qui ſuo labore, ſtudioque rem non quaeſiuerunt, ſed a parentibus relictam ſibi acceperunt, magis liberales eſſe, prius duorum argumentorum, quibus ad hoc comprobandum vtitur, eſt, quod numquam in vita ante actam egerunt, nec guſtarunt, quàm graue malum ſit paupertas; non metuunt igitur, ne ſibi aliquando res deſit. Alterum autem, quod a natura hominibus datum eſt, vt diligant magnopere ſua omnia & facta, & opera: quare magis ſolent ea tueri, id, quod probat exemplo & parentum, & poetarum: vtrique enim in hoc valde labuntur ac peccant. Quód ad poetas pertinet, eodem ſimili vſus eſt Plato in primo libro politiae, qui dixit, veluti poetae ſua poemata diligunt, ita parentes diligere ſuos liberos: idem quoque in epiſtola quadam ad Atticum edidit M. Cicero his verbis. „Nemo vmquam, neque poeta, neque orator fuit, qui quemquam meliorem, „quàm ſe arbitraretur: hoc etiam malis contigit. Quod ad priorem ſententiam pertinet, Martialis in Hendecaſyllabo, cum exponeret, quae vitam beatam reddunt, primum id poſuit dicens. „Res, non parta labore, ſed relicta. Legi etiam ſententiam hanc vno verſu expreſſam in veteribus illis ſcholijs in Iliadem, quo loco noni libri Achilles loquitur reſpondens Vlyſſi, vni legatorum Agamemnonis, ſpernenſque illius munera, poſſe ſe, ſi domum reuerti voluerit, oblectari bonis, quae ſibi Peleus pater reliquiſſet, ſua opera partis: Πατρῷ' ἔχων τὰ [illegible]. Quaſi non poſſit plene beatus eſſe, qui pauper a parente relictus, ſtatim cogitur res victui neceſſarias parare.

Πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον, μήτε ληπτικὸν ὄντα, μήτε φυλακτικόν: προετικὸν δὲ, καὶ μὴ τιμῶντα δι' αὐτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕνεκα τῆς δόσεως.

Diuitem autem eſſe liberalem haud facile eſt: quippe cum deditus non ſit accipiendae pecuniae, neque etiam tuendae: ſed profundendae, quique non aeſtimet ob ſuas vtilitates pecuniam, ſed vt habeat vnde dilargiri queat.

MIRARI nos minime oportere ſignificat, quod ſpectamus paucos liberales homines, qui diuites admodum ſint: repugnant enim mores, inſtitutaq; liberalis patrimonio augendo, vt accuratè docet: neque enim praeditus hac virtute libenter aliunde accipit: neq; etiam deditus eſt rei tuendae, ſed potius procliuis ad dandũ, & dilargiendum, quem etiam apertum planumq; eſt, non aeſtimare per ſe pecuniam, ſed vt dilargiri queat, honeſteq; ipſa vti.

Διὸ καὶ ἐγκαλεῖται τῇ τύχῃ, ὅτι οἱ μάλιστα ἄξιοι ὄντες, ἥκιστα πλουτοῦσι: συμβαίνει δ' οὐκ ἀλόγως τοῦτο: οὐ γὰρ οἷόν τε χρήματ' ἔχειν, μὴ ἐπιμελούμενον, ὅπως ἔχῃ, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τῶν ἄλλων.

Quare accuſant fortunam, quod illi, qui maxime digni erant, qui abundarent, minime diuites ſunt: contingit autem hoc non ſine cauſa: non enim fieri po-

vi poteſt, vt pecuniam magnam habeant ij, qui in ea quaerenda ſtudij nihil ponunt, vt fit etiam in alijs rebus.

ADIVNGIT corollarium, oſtendens male ſentire de hoc multos, in erroreq; magno verſari, qui fortunam accuſant, quod ſua bona perperam tribuat, cum quos praecipue locupletare debebat, quique digni erant ſua largitate, minime locupletes ſint. Docet igitur hoc contingere non ſine cauſa, cum minime poſſint ad amplum, copioſumq; patrimonium peruenire, qui curam nullam de ipſo augendo ſuſcipiunt: quod inquit, videmus vſu venire in ceteris omnibus: requirit enim in omni arte, ac ſtudio ſummus grados curam ac diligentiam plurimam in illis rebus poſitam. Non video autem, cur voluerit Lambinus lectionem mutare, quae recta eſt in cunctis & ſcriptis libris & excuſis conſtans manſit: praeſertim cum varietas haec ſententiam, oullam in partem variet; nec quicquam in ſe habeat, vnde merito receptae ante ponenda ſit. I

Οὐ μὴν δώσει γε, οἷς οὐ δεῖ, οὐδ᾽ ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ᾽ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· οὐ γὰρ ἂν ἔτι πράττοι κατὰ τὴν ἐλευθεριότητα· καὶ εἰς ταῦτα ἀναλώσας, οὐκ ἂν ἔχοι εἰς ἃ δεῖ ἀναλίσκειν. ὥσπερ γὰρ εἴρηται, ἐλευθέριός ἐστιν, ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν δαπανῶν, καὶ εἰς ἃ δεῖ.

Non tamen dabit, quibus non oportet, neque quo tempore minime oportet, neque aliquid huiuſcemodi: neque enim amplius ſe gereret, vt iubet liberalitas: et ſi in his rebus pecuniam abſumpſiſſet, non haberet, vnde ſumptus faceret in ea, quae oportet: vt enim traditum eſt, liberalis is eſt, qui pro viribus patrimonij ſumptus facit, & in ea quae oportet. A

CVM pronum ad rē aliquo modo effundendam liberalem virum eſſe oſtendiſſet, non tamen temere hoc inconſiderateq; ipſum facturum declarat: ſeruatorum enim eum dicit, quae requiruntur in omni virtute perficiēda: nam, & perſonas, & tempora, & cetera omnia ipſum animaduerſurum, enſtoditurumque eſſe teſtatur: indicauit etiam incommoda, quae inde naſcereotur, ſi aliter faceret: amitteret enim nomen, laudemque liberalis: praeterea ſi ſumptus magnos faceret, in indignos, & improbos homioes, facultate ſe priuaret, honeſtos viros pecunia ſua iuuandi, cum traditum ſit, ſpectandum eſſe patrimonium, nihilque magnopere ſupra vires ipſius gerendum.

Ὁ δ᾽ ὑπερβάλλων, ἄσωτος. διὸ τοὺς τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους· τὸ γὰρ πλῆθος τῆς κτήσεως, οὐ δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι ταῖς δόσεσι, καὶ ταῖς δαπάναις ὑπερβάλλειν.

Qui autem ſuperat modum, is prodigus eſt. quare tyrannos non dicimus prodigos: ingentem enim numerum bonorum, quae poſſident, non videtur pronum eſſe largitionibus, & ſumptibus ſuperare.

CVM deſcripſiſſet liberalem, accurateq; mores & inſtituta ipſius explicaſſet, nunc prodigū, & qui diſſipat ſua bona, cuiuſmodi ſit, declarat: quomodo igitur vocetur, qui modum nullum in hoc ſeruat, oſtendit, traditq; ipſum appellari ἄσωτον; quod nomeo ipſi impoſitum eſt, quia non ſuetur rem familiarem: hoc autē in fortunis priuati hominis, facile vſu venit, vt contra in principibus viris: magnamque poteſtatem in oppido, genteq; aliqua habentibus vix contingit; quare inquit, non dicimus prodigos eſſe fortunatos & opulentos viros, quia copia, vbertasq; booorū, quae poſſident, nō videtur facile poſſe donis & ſumptibus ſuperari, & tamen notum eſt, non nullos vetere memoria extitiſſe, qui non ſine cauſa prodigi, perditoresq; fortunarum ſuarum publicarum merito vocari poſſeot, veluti Nero, cuius effuſioni vectigalia populi R. ſatis non fuerunt; & Ptolemaens ille, Aegyptiorum rex; qui cum primo ἐπιφανὴς vocatus eſſet ob ingentes ſumptus, quos in pompis, & alijs ſimilibus rebus, faciebat, tamquam inſaniret, ἐπιμανὴς vocatus eſt. I

Τῆς ἐλευθεριότητος δὴ μεσότητος οὔσης περὶ χρημάτων δόσιν, καὶ λῆψιν, ὁ ἐλευθέριος καὶ δώσει, καὶ δαπανήσει εἰς ἃ δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ. ὁμοίως ἐν μικροῖς, καὶ μεγάλοις, καὶ ταῦτα ἡδέως.

Cum ſit igitur liberalitas, mediocritas in pecunijs dandis, & accipiendis, li-

beralis & dilargietur, & ſumptus faciet in ea, quae oportet, & quot oportet: ſimili modo in paruis, ac magnis, atque haec quidem iucunde.

DECLARAT, quae ſint officia liberalis hominis, quibus cum fungitur, non diſcedit a ſuo, proptioque campo, ſummaque laude dignus eſt: contta autem, cum omittit aliquid, quod alienum ſit, peccar; tranſitque in oppoſita vitia: quae vero ſint recta ipſius facta, & quae culpae affinia, monſtrat, ducens ipſa e definitione & natuta, vique euoluta huius virtutis: inquit autem. Cum igitur liberalitas medioctitas quaedam ſit in danda, ſumendaque pecunia, liberalis & praebebit, & ſumptus faciet in rebus, in quibus decet, rectumque eſt largum eſſe, quarum rerum ſua pecunia parandarum numerum etiam ſeruabit, ſiue illae puſillae ſiue amplae ſint, qua ex pecunia, ita erogata, voluptatem capiet, libenterque illos ſumprus feret.

Καὶ λήψεται ὅθεν δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ: τῆς ἀρετῆς γὰρ περὶ ἄμφω οὔσης μεσότητος, ποιήσει ἀμφότερα ὡς δεῖ: ἕπεται γὰρ τῇ ἐπιεικεῖ δόσει ἡ τοιαύτη λῆψις: ἡ δὲ μὴ τοιαύτη, ἐναντία ἐστίν; αἱ μὲν οὖν ἑπόμεναι, γίνονται ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ: αἱ δ᾽ ἐναντίαι, δῆλον ὡς οὔ.

Et capiet vnde oportet, ac quot oportet: cum enim virtus ſit mediocritas in ambabus his rebus; tractabit ambo haec, vt oportet: comitatur enim largitioni probae huiuſcemodi acceptio: quae autem talis non eſt, contraria eſt: quae igitur ſibi comitãtur ſimul fiunt: contrarias autem inter ſe res, planum eſt, nõ ſimul eſſe.

APERIRE etiam voluit, quae ſint partes eius in quaetenda, capiendaq; pecunia: quod tamen generatim indicauit, tradens eum, & vnde oportet, & quot oportet in eo cuſtoditurum eſſe: cum enim virtus inquit in ambabus his rebus medium teneat, vtrumque faciet recte; comitatur namque, ait, honeſtae beneficentiae par ipſi, ſimiliſque pecuniae comparatio, & qualem deſcripſi, quae vero talis non eſt, ipſi repugnat & aduerſatur. Quae igitur, addit, comitantur ſibi, ita vt vna ipſarum alteram ſequatur, ſimul fiunt, atque in eodem habitu animi: conttarias autem vna manere non poſſe, apettum perſpicuumque eſt: quomodo enim qui inhoneſte, praueq; pecuniam parat, recte ipſa, honeſteque vtetur?

Ἐὰν δὲ παρὰ τὸ δέον, καὶ τὸ καλῶς ἔχον συμβαίνῃ αὐτῷ ἀναλίσκειν, λυπήσεται: μετρίως δὲ καὶ ὡς δεῖ: τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ ἥδεσθαι, καὶ λυπεῖσθαι ἐφ᾽ οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ.

Si vero praeter id quod decet, ac rectum eſt contigerit ipſi, vt ſumptus faciat, ſentiet inde dolorem: mediocriter tamen aegre feret, atque vt oportet: virtutis enim proprium eſt, & laetari, & angi ob ea, quae oportet, atque vt oportet.

DOCET qui ſit animus hominis liberalis, ſi forte contigerit ipſum aliquando, errore quopiam, male collocaſſe pecuniam, quod graui etiam viro, prudentique vſu venire poteſt: dicit igitur ipſum aegrè profecto laturum, quia improbo homini, & indigno ſua benignitate, videt ſe tribuiſſe illud, quo bono viro potuiſſet opitulari; mediocrem tamen inde dolorem affirmat eum capturum, & vt vera ſuadet ratio, cum proptium virtutis ſit, & laetari, & & angi ob ea, quae oportet, & modum etiam in his rebus ſeruare. Litteris proditum eſt, Ariſtotelem etiam aliquando in hoc lapſum fuiſſe, qui mendico cuidam, ſed improbo mortali & flagitioſo pecuniam dederit, quod cum ipſi poſtea obiectum fuiſſet, quomodo ſe purgarit, arbitror notum eſſe.

Καὶ εὐκοινώνητος δ᾽ ἐστὶν ὁ ἐλευθέριος εἰς χρήματα: δύναται γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ τιμῶν γε τὰ χρήματα, καὶ μᾶλλον ἀχθόμενος εἴ τι δέον, μὴ ἀνάλωσεν, ἢ λυπούμενος, εἰ μὴ δέον τι ἀνάλωσεν, καὶ τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος.

In communione autem pecuniae facilem ſe praebet liberalis: poteſt enim iniur

tam accipere, quia non aeſtimat pecuniam, magiſq; angitur, ſi qua in re ſumptum non fecit, cum opus eſſet: quam doleat ipſum, ſi quando, vbi non oporteret grandem pecuniam abſumpſit, neque ſentit cum Simonide.

ADIVNGIT, quod alienum non eſt a ſuperiore ſententia, ſed tamquam inde pendet, mirum videri non debere, ſi aliquando liberalis vir decipitur ſuo in ſtudio, cum propenſus ſit ad homines pecunia iuuandos: poteſt enim inquit iniuriam facile accipere cum magni pecuniam non aeſtimet per ſe: maioremque moleſtiam ſentiat, ſi aliquando nactus occaſionem aliquam bene viendi pecunia, ipſam amiſit, quam dolorem capiat, ſi ſumptus aliquos fecit parum debitos: quare inquit, minime probat vocem Simonidis melici, qui auarus erat: valde autem illa nota eſt de duabus arcis, quas iactabat, ſe domi habere, in quarum alteram conijciebat gratias: in alteram vero nummos, mercedem ſuorum verſuum; hanc igitur ſe plenam ſemper inuenire aiebat, cum aliquid emendum foret: alteram vero inanem. Satis nota, & peruulgata eſt haec vox Simonidis. Meminit eius Plutarchus in libello περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ βραδέως τιμωρουμένων.

Ὁ δ᾽ ἄσωτος, καὶ ἐν τούτοις διαμαρτάνει: οὔτε γὰρ ἥδεται ἐφ᾽ οἷς δεῖ, οὔτε ὡς δεῖ, οὔτε λυπεῖται: ἔσται δὲ προϊοῦσι φανερώτερον.

Prodigus autem in his quoque labitur, neque enim laetatur ob ea, quae oportet, neque quomodo oportet, neque dolet: erit autem hoc magis apertum, cum progreſſi fuerimus.

CVM iam oſtendiſſet, quomodo ſe gerat in his, quae commemorauit, & in alijs, quae intelliguntur, liberalis, ſignificat prodigum in iiſdem omnibus labi, ac peccare: neque voluptatem ipſum capere inquit e rebus, vnde rectum eſt laetari: neque verum modum in ipſis decerpendis cuſtodire: neque etiam angi & dolere ob ea, quae iuſtum dolorem inurunt, ſed affligi, cum frui non poteſt iucunditatibus illis, quarum deſiderio incenſus eſt: quae omnia pollicetur ſe ſuis locis plana facturum.

Εἴρηται δ᾽ ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ, καὶ ἐλλείψεις εἰσὶν, ἡ ἀσωτία, καὶ ἡ ἀνελευθερία, καὶ ἐν δυσίν; ἐν δόσει, καὶ λήψει: καὶ τὴν δαπάνην γὰρ εἰς τὴν δόσιν τίθεμεν: ἡ μὲν οὖν ἀσωτία, τῷ διδόναι, καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει: τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει: ἡ δ᾽ ἀνελευθερία, τῷ διδόναι μὲν, ἐλλείπει: τῷ λαμβάνειν δ᾽, ὑπερβάλλει, πλὴν ἐπὶ μικροῖς.

Traditum autem eſt a nobis exuperantias, & paucitates eſſe prodigalitatem, & illiberalitatem, atque hoc in duabus rebus, in danda pecunia, atque accipienda: ſumptum enim numeramus in dando: prodigalitas igitur exuperat in dando, & non accipiendo: in accipiendo autem deficit: illiberalitas autem, in dando quidem, minus facit, in accipiendo autem, exuperat, praeter quàm in paruis.

CVM expoſuiſſet, qui ſint mores hominis liberalis, qui medium ſeruat, nunc tranſit ad extrema declaranda, quae teſtatur ſe, quomodo vocentur, ſupra oſtendiſſe, cum quae nimium ſequitur ἀσωτία a Graecis, prodigalitas a Latinis ſiue effuſio rei familiaris appelletur; oppoſita autem huic, & quae parum ſequitur ἀνελευθερία, &, verbum ex verbo, illiberalitas, quia minime conuenire videtur, ingenuum & honeſtum virum, nimis minutum & parcum eſſe; In duabus autem iiſdem rebus ambas verſari tradit, ſed contrario modo, ideſt in danda, accipiendaque pecunia, nam quod duas nominat, quae tres videntur eſſe, dicit ſe, ſumptus factos in aliqua re emenda, ponere in dilargienda pecunia. Quomodo igitur praui habitus animorum vitijs affines ſint, docet: primum igitur inquit, prodigalitatem labi atque exuperare, quia multum det, nec curet capere, cum prorſus a quaetenda pecunia ipſa aliena ſit: illiberalitas contra, animusq; anguſtus deficit in dando; modum aût nullum tenet in ſumendo: nec tamen in hac ſua culpa ſequitur amplitudinis aliquid, ſed

minuta, exiliſque eſt in hoc quoque, quod valde amat: ſectatur enim puſilla lucra, culpamque ſuam exercet in exiguis quaeſtibus.

Τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσωτίας οὐ πάνυ συναύξεται: οὐ γὰρ ῥᾴδιον μηδαμόθεν λαμβάνοντα, πᾶσι διδόναι: ταχέως γὰρ ἐπιλείπει ἡ οὐσία τοὺς διδόντας ἰδιώτας, οἵπερ καὶ δοκοῦσιν ἄσωτοι εἶν.

Quae igitur prodigalitatis propria ſunt non valde vna creſcunt: non enim facile eſt è nullo accipientem loco omnibus dilargiri: celeriter enim deficiunt fortunae illos, qui largiuntur, ſi priuati homines ſunt, qui ſanè putantur prodigi eſſe.

Errata, culpaſque prodigalitatis, dicit non valde ſimul creſcere, quia, cum contrariae inter ſe illae ſint, dum altera ipſarum augeſcit, facultas eripitur alteri creſcendi: potius enim minuitur, & paulatim deletur. Quomodo hoc contingat, auctor accurate docet: non enim inquit facile, pronumque eſt, hominem, qui aliunde nihil capit, neque cogitationem vllam ſuſcipit de quaerenda pecunia, poſſe omnibus dilargiri: breui enim ſpatio temporis relinquet priuatos, deſeretque pecunia, omnibus effuſe dilargientibus; qui priuati ſoli poſſunt vocari merito prodigi, nam tyranni, & qui fortunas omnium, quibus iniuſte dominantur, eripiunt, non dicuntur prodigi, ſed priuatis ſolum hoc nomen conuenit. Satis autem notum eſt duobus modis hic legi, verbum, quo haec ſententia concluditur: in quibuſdam enim libris ſcriptum eſt, & ijs quidem cunctis, quos vidi, συναύξεται interpres vero Graecus legit, συνδυάζεται, de qua etiam varietate lectionis diligenter diſſeruit Lambinus. Nollem autem me olim a communi lectione diſceſſiſſe, quae praeſertim reperitur etiam in optimo omnium exemplari: quamque vetus tralatio expreſſit; etſi ad ſententiam ipſam paruni, aut nihil intereſt, vtrum duorum horum verborum recipiatur: enitar enim ſemper germanam, veramque ſcripturam auctori ſeruare.

Ἐπεὶ ὅ γε τοιοῦτος δόξειεν ἂν οὐ μικρῷ βελτίων εἶναι τοῦ ἀνελευθέρου: εὐίατός τε γάρ ἐστι καὶ ὑπὸ τῆς ἡλικίας, καὶ ὑπὸ τῆς ἀπορίας: καὶ ἐπὶ τὸ μέσον δύναται ἐλθεῖν: ἔχει γὰρ τὰ τοῦ ἐλευθερίου: καὶ γὰρ δίδωσι, καὶ οὐ λαμβάνει: οὐδέτερον δ' ὡς δεῖ, οὐδ' εὖ: εἰ δὴ τοῦτο ἐθισθείη, ἤ πως ἄλλως μεταβάλλοι, εἴη ἂν ἐλευθέριος: δώσει γὰρ οἷς δεῖ, καὶ οὐ λήψεται, ὅθεν οὐ δεῖ.

Quia talis videri poßet non paulo melior eſſe, quàm illiberalis: facile enim ſanari poteſt & aetate, & egeſtate, & ad medium venire poteſt: continet enim in ſe ea, quae liberalis ſunt: dilargitur enim, & non capit: neutrum autem vt oportet, neque recte: ſi igitur hoc facere aſſuetus fuerit, ſiue alio quopiam pacto immutatus erit, erit vtique liberalis: dabit enim quibus oportet, & non capiet vnde non oportet.

Qvia inquit, niſi hoc eſſet, huiuſcemodi aliquis non paruo interuallo melior videri poſſet, quàm illiberalis: poſtquam enim docuit, in quibus labitur prodigus, vixque poſſe illa vitia vna creſcere, ne penitus eum videretur damnare, oſtendit anteponendum ipſum eſſe illiberali, cuius ſuae ſententiae cauſam diligenter adfert: dicit enim corrigi ipſum ſanarique, non magno negotio poſſe, atque id ipſum a duabus rebus, quae vim, poteſtatemque magnam habent hoc efficiendi: illae autem ſunt, aetas, & penuria, & extremis relictis, ad medium peruenire. Nam quod ad aetatem pertinet, id quoque teſtatus eſt Terentius ex perſona Micionis, placidi ſenis; dum litigaret cum fratre agreſti ac duro homine: ait enim.
„ Solum vnum hoc vitium adfert ſenectus hominibus, Attentiores ſumus: nam quod dixit ſperari hoc de ipſo poſſe non ſine cauſa, probat id dicens, eum liberalis viri partes aliquas tenere: nam & praebet, & non ſumit: non tamen recte facere, & adminiſtrare haec dicit: fuiſſet enim, ſi hoc cuſtodiret, non prodigus, ſed liberalis; quod ſi aſſueſcet, curamque

adhi-

adhibebit, vt ſe purget, ſiue alia quapiam ratione vitam, moresq; mutarit, fiet liberalis: dabit enim quibus rectum eſt dare, & non capiet pecuniam, vnde minime oportet.

Διὸ καὶ δοκεῖ οὐκ εἶναι φαῦλος τὸ ἦθος· οὐ γὰρ μοχθηροῦ· οὐδὲ ἀγεννοῦς, τὸ ὑπερβάλλειν διδόντα, καὶ μὴ λαμβάνοντα. ἠλιθίου δέ· ὁ δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἄσωτος πολὺ δοκεῖ βελτίων ἀνελευθέρου εἶναι, διά τε τὰ εἰρημένα, καὶ ὅτι ὁ μὲν, ὠφελεῖ πολλούς· ὁ δὲ, οὐδένα· ἀλλ' οὐδὲ αὑτόν.

Quare non malus moribus eſſe videtur: non enim praui hominis: neque degeneris videtur eſſe, ſuperare modum in dando, & non accipiendo, ſed fatui; prodigus autem, ita ſumptus, videtur multo melior eſſe illiberali, & ob ea quae dicta ſunt, & quia hic prodeſt multis: hic vero nemini, ſed ne ſibi ipſi quidem.

Hoc ductum eſt e ſuperiore vicina ſententia, & plane intelligitur eſſe corollarium: inquit enim, quapropter homo prodigus non videtur eſſe ingenio, moribusque malus: nec enim eſt improbi mortalis opus, inſtitutumque, neque ignobilis, ſuperare modum in dando, & in minime accipiendo; ſed potius boni viri & ſimplicis naturae proprium: accommodatum itidem hic eſt illud Terentij. In iſtam partem potius peccato tamen. Quare addit, is, qui eſt hoc pacto prodigus, melior videtur, quàm illiberalis, ijs de cauſis, quae dictae ſunt; & praeterea quia hic multis prodeſt: ille vero nemini, ac ne ſibi quidem ipſi: propter innatum enim magnum amorem pecuniae, non capit commoda vlla vitae, neque fruitur etiam iuſtis, neceſſarijsque voluptatibus.

Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀσώτων, καθάπερ εἴρηται, καὶ λαμβάνουσιν ὅθεν μὴ δεῖ, καὶ εἰσὶ κατὰ τοῦτο ἀνελεύθεροι.

Sed multi e numero prodigorum, vt traditum eſt a nobis, & capiunt vnde non oportet, ſuntq; hac parte illiberalis.

Si in vno tantum illo peccarent, quod proprium eſt vitij ipſorum, vt ſignificauit, medicari poſſet prodigis: & ijs, qui nimis magnos ſumptus faciunt; verum inquit, magna pars eorum, praeter quàm quod perdunt fortunas ſuas, capiũt pecuniam, vnde minime decet, quare migrant e ſuis finibus, ſuntque hac parte illiberales ac ſordidi.

Ληπτικοὶ δὲ γίνονται, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν ἀναλίσκειν· εὐχερῶς δὲ τοῦτο ποιεῖν μὴ δύνασθαι· ταχὺ γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα· ἀναγκάζονται οὖν ἑτέρωθεν πορίζειν· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μηδὲν τοῦ καλοῦ φροντίζειν, ὀλιγώρως, καὶ πάντοθεν λαμβάνουσι· διδόναι γὰρ ἐπιθυμοῦσι· τὸ δὲ πῶς, ἢ πόθεν, οὐδὲν αὐτοῖς διαφέρει.

Proni autem euadunt ad accipiendum, quia deſiderio magno tenentur ſumptus faciendi: efficere autem hoc facile nequeunt: celeriter enim deſerit eos res familiaris: neceſſitas igitur ipſis imponitur aliunde ſibi parandi: ſimul autem, & quia nullam cogitationem ſuſcipiunt de honeſtate, inconſiderate, atque vndique capiunt: cupiunt enim dilargiri: quomodo autem, ſiue vnde, nihil ipſorum intereſt.

Quomodo incidant in contrariam culpam docet: proclines enim fieri ipſos dicit ad ſumendum aliunde; quia ſtatuerunt ſecum ingentes ſumptus facere, quod facile praeſtare nequeunt, ſi contenti velint eſſe ſuis vectigalibus: quis enim non videret, ita eos celeriter amiſſuros patrimonium? quare inquit coguntur aliunde quaerere, ſtudioſiq; eſſe pecuniae vndique cogendae. Coniunctum eſt cum his, quaſi mutatis moribus, prodigis aliud maius malum, quod cum nullam ſuſcipiant cogitationem de dignitate, temere & vndique ſumunt:

munt: libido enim illa dilargiendi impellit ad hoc ipſos: quomodo autem hoc obtinere queant, & vnde pecuniam ad ſe trahant, nihil inquit ipſorum intereſt.

Διόπερ οὐδ' ἐλευθέριοι αἱ δόσεις αὐτῶν εἰσιν: οὐ γὰρ καλαί: οὐδὲ τούτου αὐτοῦ ἕνεκα, οὐδὲ ὡς δεῖ: ἀλλ' ἐνίοτε οὓς δεῖ πένεσθαι, τούτους πλουσίους ποιοῦσι: καὶ τοῖς μὲν μετρίοις τὰ ἤθη, οὐδὲν ἂν δοῖεν: τοῖς δὲ κόλαξιν, ἢ τινὰ ἄλλην ἡδονὴν πορίζουσι, πολλά.

Quapropter neque liberales ſunt benignitates ipſorum: neque enim honeſtae ſunt, neque huius ipſiusque gratia, neque vt oportet, ſed aliquando eos, quos oportet pauperes eſſe, hos ditant: & probis, moderatisque hominibus nihil vtique darent: aſſentatoribus autem, & aliam quampiam voluptatem adminiſtrantibus multa dilargiuntur.

Hoc facit, vt munera ipſorum, largitionesque non poſſint facta liberalitatis appellari; hoc autem probat oſtendens, ipſos verum finem non ſequi; neque proprium liberalis hominis, & vt in hoc errare, ita etiam in perſonis eligendis grauiter ipſos peccare docet: nactus autem occaſionem hanc philoſophus, praeter quam quod officio fungitur, increpat acriter locupletes, & fortunatos homines, qui plerumque incumbunt in has culpas; & inſtrumentum, quo vti debebant in probis, & honeſtis uiris iuuandis, diſperdunt in turpibus, & facinoroſis hominibus fouendis. Huc autem pertinent verba illa M. Ciceronis. „Quare L. „Syllae, & C. Caeſaris pecuniarum tranſlatio a veris dominis ad alienos, non debet libera„lis videri, etſi hi, dominandi cauſa, non voluptatum capiendarum, rem alienam dominis eripiebant.

Διὸ καὶ ἀκόλαστοι αὐτῶν εἰσὶν οἱ πολλοί: εὐχερῶς γὰρ ἀναλίσκοντες, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι, καὶ διὰ τὸ μὴ πρὸς τὸ καλὸν ζῆν, πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποκλίνουσιν.

Quare multi ipſorum intemperantes ſunt; nam cum largè impendant, & in res intemperantiae proprias, magnos illos ſumptus faciunt, & quia ad honeſtatem conuerſam vitam non habent, ad voluptates declinant.

Postquam merito inſimulauit hos improbos mortales: prodigosque multos dixit paratos ſemper eſſe ad pecuniam vndique perdendam, ait ipſorum non paucos fieri intemperantes: cum enim effundant qualibet ratione pecuniam, magnos etiam illos ſumptus faciunt in turpibus corporis voluptatibus conquirendis: hae namque ad ſe inuitant, rapiuntque multos mortales: cumque viam, facultatemque nacti ſint illarum explendarum, facile patiuntur ſe ab ipſis perſuaderi: & cum non propoſuerint ſibi vnquam in vita, ne vmbram quidem, dignitatis, totos ſe conferunt ad corporis voluptates hauriendas.

Ὁ μὲν οὖν ἄσωτος ἀπαιδαγώγητος γενόμενος, εἰς ταῦτα μεταβαίνει: τυχὼν δ' ἐπιμελείας, εἰς τὸ μέσον, καὶ τὸ δέον ἀφίκοιτ' ἄν.

Prodigus igitur ſi cuſtode vitae caruerit, in haec vitia delabitur: ſi nactus autem fuerit qui ei mederetur, ad medium, & ad id quod oportet, deueniet.

Quod cum dixiſſet, concluſiſſetque orationem ſuam, addidit; prodigus igitur, niſi paſſus fuerit, ſe emendari, talis euadit; ſi vero ſe alicui tradiderit in diſciplinam, ad medium perueniet, in ſedeque liberalitatis conſiſtet.

Ἡ δ' ἀνελευθερία ἀνίατός ἐστιν: δοκεῖ γὰρ τὸ γῆρας, καὶ πᾶσα ἀδυναμία ἀνελευθέρους ποιεῖν, καὶ συμφυέστερον τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀσωτίας: οἱ γὰρ πολλοὶ φιλοχρήματοι μᾶλλον, ἢ δοτικοί.

Illiberalitas autem inſanabilis eſt: videtur enim ſenectus, atque omnis imbe-

cilli.

cillitas illiberales homines reddere: eſtq́ ipſa quiddam, quod magis adnatum cum hominibus, quàm prodigalitas: multi enim mortales cupidi pecuniæ, auarique magis ſunt, quàm procliues ad dandum.

VT prodigalitatem aliquo modo poſſe ſanari dixit, ita nunc cõtrario ipſius vitio remedium inueniri nullum teſtatur: vtitur autem, in ambobus habitibus notandis, verbo tranſlato ab arte medicorum; mutata tantum priore parte, cum iuncta ſint; mederi igitur non poſſe quempiam nunc inquit illiberalitati, atque id duobus argumentis probat, quorum prius eſt, ductum a ſigno, quod ſenectus, quae medetur prodigalitati, ne dum medeatur illiberalitati, potius auget hoc vitium, & vt ſenectus, ita etiam omnis imbecillitas, priuatioque virium, in quibus eſt, quam ſupra nominauit, egeſtas, reddit homines illiberales. Alterum argumentum eſt, quo idem conſtituit. Quod ait, ipſam magis innatam hominibus eſſe, & in natura ipſorum inſitam, quàm ſit prodigalitas, quod inde perſpicitur, quia magna pars mortalium, cupidi potius pecuniae ſunt, atque auari, quàm proni ad dandum ac dilargiendum; quàm autem arduum ſit euellere e natura, moribusque noſtris, quod illic ingeneratum ſit, ſatis apertum eſt.

Καὶ διατείνει δὲ ἐπὶ πολὺ, καὶ πολυειδές ἐστι: πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι τῆς ἀνελευθερίας εἶναι: ἐν δυσὶ γὰρ οὖσα, τῇ τε ἐλλείψει τῆς δόσεως, καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς λήψεως, οὐ πᾶσιν ὁλόκληρος παραγίνεται, ἀλλ᾽ ἐνίοτε χωρίζεται: καὶ οἱ μὲν τῇ λήψει ὑπερβάλλουσιν: οἱ δὲ τῇ δόσει ἐλλείπουσι.

Porrigitur autem, manatq́ longe, atque eſt multiformis: multi enim modi videntur eſſe illiberalitatis: cum enim maneat in duabus rebus; in minus quàm oportet dando, & pluſquam oportet capiendo, non cunctis plena, integraq́ adeſt; ſed aliquando ſeparatur: & hi quidem in capiendo exuperant: hi vero in dando minus faciunt, quàm oportet.

OSTENDIT, plures extare vias incurrendi in hanc humilem, vilemque labem: tradit igitur illiberalitatem valde porrigi, & dilatari, exiſtereque vitium hoc multiforme ac varium: cum enim minutus anguſtusque alicuius animus intelligatur duobus modis, idest in exiliter dando, & large, auideque ſumendo, non plenum, integrumque in cunctis ſordidis hominibus hoc vitium inuenitur, ſed contingit ipſum ſeiungi ac dirimi, cum inueniantur, vt inquit, qui modum nullum, neque iuſtam menſuram ſeruent in ſumenda vndique, cogendaque pecunia: aliorum autem officium deſideretur in dando, quibus ambobus modis, contrarijs aliquo pacto inter ſe, culpa haec admittitur.

Οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, οἷον φειδωλοὶ: γλίσχροι, κίμβικες, πάντες τῇ δόσει, ἐλλείπουσι: τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται, οὐ δὲ βούλονται λαμβάνειν: οἱ μὲν διά τινα ἐπιείκειαν, καὶ εὐλάβειαν τῶν αἰσχρῶν: δοκοῦσι γὰρ ἔνιοι, ἢ φασί γε, διὰ τοῦτο φυλάττειν, ἵνα μή ποτε ἀναγκασθῶσιν αἰσχρόν τι πρᾶξαι: τούτων δὲ καὶ ὁ κυμινοπρίστης, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος: ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μηθενὶ ἂν δοῦναι: οἱ δ᾽ αὖ διὰ φόβον ἀπέχονται τῶν ἀλλοτρίων, ὡς οὐ ῥᾴδιον ὂν, αὐτὸν μὲν τὰ ἑτέρων λαμβάνειν: τὰ δὲ αὐτοῦ ἑτέρους, μή: ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς, τὸ μήτε λαμβάνειν, μήτε διδόναι.

Qui enim huiuſcemodi nominibus notantur, veluti parci, minuti, & ſordidi, cuncti in dando modum deſerunt: rei autem alienae appetentes non ſunt: neque ſtudent capere, quorum non nulli hoc faciunt ob morem, quo praediti ſunt, moderatum, & cautionem rerum turpium: videntur enim quidam, vel certe aiunt, hanc ob cauſam ſibi ipſos ab hoc temperare, quia metuunt ne aliquando ſibi neceſſitas imponatur turpe aliquid faciendi: horum vnus eſt, qui vocatur

cumi-

cumini ſector, & omnis, qui talis ingenio eſt: appellatus autem ita eſt, quia modum nullum ſeruat in ſtudio nemini dandi. Hi autem rurſus propter metum ſe abſtinent a rebus alienis, tamquam non facile ſit, ipſum quidem res aliorum capere: res autem ſuas, neminem alium: placet igitur eis neque capere, neque dare.

O S T E N D I T, qui ſint ij, quos dixit alienos eſſe toto animo a pecunia a ſe dimittenda; ſignificatque eos eſſe, qui nominibus his appellētur, vel potius notentur: inurunt enim cuncta maculam turpem: tria autem huiuſcemodi nomina ipſorum ponit, non tamen eos, vt parcant pecuniae ſuae, iam partae, inquit appetere alienam: incumbereque in eam quaerendam; diuidit autem hos: duabusque de cauſis tradit ipſos hoc efficere; quoſdam enim ipſorum ait in vita degenda ita ſe gerere, quia probi, moderatique viri ſunt, metuuntque, ne, ſi aliter ſecerint, innocentiam, exiſtimationemque ſuam laedere aliquando cogantur: videntur enim, auctor ait, tales quidam inueniri, aut ſi non omnino ſint, ſe tamen ſtudeant haberi: vnus autem horum inquit, Ariſtoteles, eſt, qui vocatur κυμινοπρίστης idest cumini ſector omnique talis ingenij, ac naturae homo, appellatus vero ita eſt, quia excedit, ſuperatque valde verum modum in nemini praebenda, ſuppeditādaque pecunia; cum in vili etiam admodum re, cum ſocio partienda, qualis eſt granum cumini, ne minus iuſto capiat, ſecet ipſam, ac diuidat. Nos quoque patrio ſermone huiuſcemodi homines ſimili admodum huic, iuncta voce, vituperamus: non tamen a fruge, ſemineque diuiſo, ſed a minuto in primis nummo diſſecto appellamus; ſquarta piccioli. Sed etiam in III. de moribus ad Eudemum, quibus nominibus appellaretur hoc genus hominum abiectiſſimorum commemorauit: ſunt autem ferè eadem; quo praeterea in loco ſignificauit accuratè, qui proprie hi, aut illi forent. Plutarchus in ſecundo capite ſecundi libri συμποσιακῶν, cum de vafra quadam ratione diſputaret, laudandi aliquos a contrarijs vitijs, & quae nullo pacto cadunt in eos, ad exemplum quoque hoc ſe contulit: vſusque duobus, quibus hic noſter ijſdem nominibus; ſiue inquit, aliquis virum largum, magnificum, & beneficum vocaret κίμβικα, & κύμινον, in quo notandum eſt, a fruge ſimpliciter illum vocaſſe hunc hominem, non à ſecta, & diuiſa illa. Tertium, quo exprimitur genus hoc auaritiae, vſurpauit M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum, inſimulans Graecum hominem, qui filio ſuo Marco, cum Athenis eſſet, exiliter pecuniam ſuppeditabat. Sed Xenonem inquit perexigue & γλίσχρως, praebere; quod Graecum verbum arbitror in ſermonem noſtrum patrium tranſiſſe, ſed, vt neceſſe eſt, aliquantum deprauatum: hos enim nos quoque vocamus, gretti. Aliud autem genus horum eſſe dicit, qui ſibi temperant a benignitate in alios ob metum, tamquam non facile ſit, qui eum ſe patitur iuuari ab alijs pecunia; non ipſum quoque ſuum aliquando praebere, quare aiunt ſibi hoc in vita placere, neque ſumere, neque tribuere.

Οἱ δ' αὖ κατὰ τὴν λῆψιν ὑπερβάλλουσι, τῷ πάντοθεν λαμβάνειν, καὶ πᾶν: οἷον οἱ τὰς ἀνελευθέρους ἐργασίας ἐργαζόμενοι, καὶ πορνοβοσκοὶ, καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τοκισταὶ, καὶ τὰ μικρὰ ἐπὶ πολλῷ: πάντες γὰρ οὗτοι, ὅθεν οὐ δεῖ λαμβάνουσι, καὶ ὁπόσον οὐ δεῖ: κοινὸν δ' ἐπ' αὐτοῖς ἡ αἰσχροκέρδεια φαίνεται: πάντες γὰρ ἕνεκα κέρδους καὶ τούτου μικροῦ, ὀνείδη ὑπομένουσι: τοὺς γὰρ τὰ μεγάλα μὴ ὅθεν δεῖ, λαμβάνοντας: μηδὲ ἃ δεῖ, οὐδὲ λέγομεν ἀνελευθέρους: οἷον τοὺς τυράννους, πόλεις πορθοῦντας, καὶ ἱερὰ συλῶντας, ἀλλὰ πονηροὺς μᾶλλον, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους.

Hi autem rurſus in capiendo exuperant, quia vndique capiunt, atque omne, quemadmodum hi ſunt, qui miniſteria illiberalia colunt, & lenones, atque omnes huiuſcemodi homines, & foeneratores, & qui puſillas res magno propoſito quaeſtu tradunt: omnes namque hi, vnde minimè oportet capiunt, & quantum non oportet: commune autē in ipſis perſpicitur eſſe, quòd incumbunt in turpia lucra: cuncti enim hi quaeſtus gratia & huius quidem parui, probris ſe obijciunt; nam eos, qui magna, vnde non oportet, ad ſe trahunt, neque etiam

quae

quae oportet, non dicimus illiberales, veluti tyrannos; qui vrbes depopulantur, templaq́ expilant, ſed prauos potius, & impios, & iniuſtos.

GENVS praeterea quoddam illiberalium dicit eſſe, contrarium ſuperiori, qui affines huic culpae ſint, aliunde ſumendo, non in eo, quod iam habent inhoneſte tuendo; reſpondet enim quod inquit modo οἱ δὲ, hi autem, ſuperiori illi οἱ μὲν, hi quidem; eſſe autem hos oſtendit homines, qui ſine vllo diſcrimine vndique pecuniam ad ſe trahunt, & nullum lucri genus repudiant, veluti inquit ſunt illi, qui ſordida miniſteria, munetaque obeunt, primos enim ponit qui turpes quaeſtus colunt, cuiuſmodi ſunt inquit lenones, quibus addi poſſent caupones, & reliquae huiuſcemodi omnes perſonae, quas notauit etiam carmine ſuo Flaccus, & foeneratores, quique demum merces, paruo emptas, fraude aliqua adhibita, magni vendunt: cuncti enim addit, in eodem labuntur, capiuntque pecuniam vnde minime decet, & in numero quoque, quantitateque pecuniae, id quod decet, non ſeruant. Docet autem, ſi quis nomine vno complecti velit ipſos, ſtudium turpis lucri id eſſe, quod a Graecis, iunctis duobus verbis, αἰσχροκέρδεια vocatur, cum vniuerſi hi homines incumbant artibus, dedecoris plenis: & ignominiae; quaſque vulgo mortales, obijciunt auctoribus magiſtriſque ipſarum. Recte autem ſe feciſſe docet, qui in minutis quaeſtibus ſeclandis, exiliquae pecunia fraudanda, ſtatuerit eſſe hanc culpam, cum illos, qui maximos fructus, vtilitateſque, vnde minime decet, ad ſe ducant, & quae non oportet, attingunt, fraudantq́;, non illiberales inquit, vocamus, veluti tyrannos, qui vrbes diripiunt, & ſacra expilant, potius appellamus prauos mortales, & impios, & iniuſtos.

Ὁ μέν τοι κυβευτὴς, καὶ ὁ λωποδύτης, καὶ ὁ λῃστὴς, τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν· αἰσχροκερδεῖς γάρ· κέρδους γὰρ ἕνεκα ἀμφότεροι πραγματεύονται, καὶ ὀνείδη ὑπομένουσι· καὶ οἱ μὲν, κινδύνους τοὺς μεγίστους ἕνεκα τοῦ λήμματος: οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσιν, οἷς δεῖ διδόναι: ἀμφότεροι δὴ ὅθεν οὐ δεῖ κερδαίνειν βουλόμενοι, αἰσχροκερδεῖς: καὶ πᾶσαι δὴ αἱ τοιαῦται λήψεις ἀνελεύθεροι.

Aleator quidem, & qui noctu deſpoliat per vrbem ambulantes, & praedo, hi omnes illiberalium ſunt: ſectantur enim turpia lucra: & lucri cauſa omnia in vita gerunt, & probra ſuſtinent: & hi quidem pericula magna ſubeunt ob mercedem exilem: hi vero ab amicis fructus capiunt, quorum oportet vtilitatibus inſeruire: vtrique iam vnde non oportet lucrum facere ſtudentes, dediti turpibus lucris ſunt, atque omnes huiuſcemodi rationes quaeſtum faciendi, illiberales ſunt. I

RESTABANT quidam, quaſi medij, & interiecti inter hos, quos iam monſtrauit, de quibus dubitare potuiſſet aliquis, in quorum numero eſſent collocandi: ij autem ſunt, vt narrat, aleatores, & qui noctu praetereuntes ſpoliant, ac praedones: vult igitur, hos eſſe illiberales, cum improba, iniuſtaque lucra ſectentur: vtrique enim inquit propoſitum ſibi habét quaeſtum, nec declinant flagitij quicquam, aut turpitudinis, dum potiantur fine ſuo; diuidit autem hos, poſterioreſque duos maximis periculis caput obijcere narrat propter lucrum: intelligit autem, qui nocte deſpoliant, quos poſſunt, & praedones; priores illos oſtendit quaeſtum facere ab amicis; ſunt autem hi aleatores: ludere enim homines, cum familiaribus ſolent, quos, inquit auctor grauis pecunia iuuare debemus, non ipſos ea ſpoliare; vtrumque genus horum, cũ ſtudeant rem facere vnde minime oportet, in numero turpia lucra ſectãtium collocandi ſunt: cunctae igitur hae viae inquit, totam rationem concludens, pecuniae faciendae, ſunt humiles & illiberales.

Εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι ἡ ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται: μεῖζόν τε γάρ ἐστι κακὸν τῆς ἀσωτίας, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἁμαρτάνουσιν, ἢ κατὰ τὴν λεγομένην ἀσωτίαν. Περὶ μὲν οὖν ἐλευθεριότητος, καὶ τῶν ἀντικειμένων κακιῶν, τοσαῦτ' εἰρήσθω.

Merito igitur liberalitati illiberalitas contraria eſſe dicitur: maius enim malum eſt, quàm prodigalitas: & magis verſus hanc peccant, quàm circa eam C

prodigalitatem, quae dicta eſt: De liberalitate autem & iis vitiis, quae ipſi aduerſantur, tot dicta ſint.

ERAT communis opinio de liberalitate, quod ipſi aduerſaretur illiberalitas: vt enim valde diligunt homines liberales viros; ita diſplicent iiſdem minuti in ſumptibus faciendis & auari: probat eorum ſententiam Ariſtoteles; affirmatque eos bene de hoc ſentire. cuius ſui iudicii rationes duas reddit: primum enim affirmat, maius ipſam malum eſſe, quàm ſit prodigalitas, quod iam probauerat: deinde tradit, homines magis in hoc peccare, quod natura ſunt attentiores ad rem tuendam, quàm ad pecuniam effundendam; quod ipſum etiam huiuſcemodi eſſe ſignificarat; poſt hoc oſtendit, praecepiſſe ſe de liberalitate, vitiiſque oppoſitis, quae ſatis eſſe arbitratur.

Δόξειε δ' ἂν ἀκόλουθον εἶν, καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας διελθεῖν: δοκεῖ γὰρ καὶ αὐτὴ περὶ χρήματά τις ἀρετὴ εἶν: οὐχ ὥσπερ δ' ἡ ἐλευθεριότης διατείνει περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ τὰς δαπανηρὰς μόνον: ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει: καθάπερ γὰρ τοὔνομα αὐτὸ ὑποσημαίνει, ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη ἐστί.

Videretur autem ſequi de magnificentia percurrere: putatur enim & ipſa quoque virtus quaedam eſſe, quae circa pecunias verſatur; non autem quemadmodum liberalitas porrigitur circa omnes, quae ſunt in pecuniis actiones; ſed tantum illas, in quibus magni ſumptus requiruntur: in his enim ſuperat liberalitatem magnitudine, quemadmodum enim nomen ipſum ſignificat, in magnitudine congruens ſumptus eſt.

EXPOSITA iam liberalitate, aggreditur magnificentiam explanare: videri enim inquit, ordinem verum virtutum tradendarum poſtulare, vt poſt ipſam potiſſimum haec explicetur; cuius ſuae ſententiae ſtatim rationem reddit: occupari enim eam quoque tradit in eadem materia; ideſt in ſumptibus faciendis, ac pecunia dilargienda: in III. tamen illorum de moribus librorum, quos miſit ad Eudemum poſt liberalitatem, attigit magnanimitatem, ſecutus, vt opinor, priorem partem duorum horum nominum iunctorum, ideſt magnitudinem, quam ambo hi ſuis in factis, habitibuſque animorum amplexantur: qua declarata, vel potius magnanimo viro indicato, reuertitur ad magnificentiam: cum vero hic conuenire ipſi cum liberalitate docuerit in materia, aperit ſubito, qua in re ipſae inter ſe diſcrepent: aliter enim vnae eaedemque forent, non diuerſae aliqua parte ac duae. diſcrimen igitur eſſe inquit, quod magnificentia non ſe extendit: neque porrigitur ad cuncta pecuniae facta, ſed tantum ad ampla, grandiaque: minuta enim ſpernit; neque ſuae dignitatis eſſe putat, ſuſcipere curam vllam de ipſis: Vtitur autem eodem verbo hic, quo ſupra vſus eſt, ſed aliquo modo contrarie ac fecit, vbi de illiberali diſſeruit: illic enim διατείνειν valet effundi ac dilatari; hic vero quaſi contrahi & aſtringi; tantum enim ad ſumptuoſa ea ſe conferre dicit: In his igitur ſumptibus affirmat ſuperare ipſam liberalitatem, magnitudine inquam ipſorum, id quod nomen etiam ipſum, quo vocatur, oſtendere ſignificat; quod valet impenſam factam eſſe magnam, & in re, opereque magno.

Τὸ δὲ μέγεθος πρός τι: οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ δαπάνημα τριηράρχῳ, καὶ ἀρχιθεωρῷ, τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτὸν καὶ ἐν ᾧ καὶ περὶ ἅ.

Magnitudo autem vnum eorum, quae referuntur ad aliquid eſt: non enim idem ſumptus faciendus eſt praefecto triremis, & praefecto theoridis: quod decet igitur, ſpectat & ad quem, & in quo & circa quas res.

CVM magnitudo ſit vna earum rerum, quae conferuntur cum quopiam; nec certum aliquod ſolidumque oſtendunt, ſed variantur, variatis rebus, cum quibus conferuntur: tradit minime

me debere magnam eodem pacto appellari impenſam, quam facit praefectus triremis, & praefectus grandis illius, ſacrique nauigij, quod vocabatur θεωρίς, id autem mittebant Athenienſes Delphos ad rem diuinam faciendam, omnique illo tempore, quo nauigabat, non licebat ipſis, legibus ſupplicio afficere quempiam, quae cauſa fuit, vt Socrates damnatus in cuſtodia multos dies viueret, vt Plato commemorat in Phaedone; Lyſias etiam in oratione, cuius index eſt, ἀπολογία δωροδοκίας, huius obiti a ſe muneris, praefecturaeque meminit: ſed Pollux etiam commemorauit, eos, qui ipſo Delphos mitterentur θεωροὺς vocatos. Meminit quoque huius vocis Plutarchus in Demetrio, quo loco expoſuit plures, & immoderatos honores, ne dicam flagitioſos & conſceleratos, quos Athenienſes tribuerant Antigono & Demetrio ipſius filio: in alijs enim narrat, vt qui ad eos publice miſſi forent, non vocarentur nomine, quo Graeci cuncti ipſos appellabant, ideſt πρεσβευταί, ſed θεωροί: quo vocabulo mos Athenienſium erat dicere illos, qui ab ipſis mitterentur ad Apollinem Pithyum, & Iouem Olympium ad rem diuinam faciendam. Peccauit vero Argyropylus, qui falſo putauit valere hic ἀρχιθεωρόν, praefectum ſpectaculorum; quod peccatum ipſius magnum eſt: neque enim res tam diſſimilis rectè inter ſe conferretur: hoc tamen erratum ipſius, ne dum ceteri interpretes correxerint, ipſum tamquam verum exploratumque ſecuti ſunt. Sequitur apud auctorem, oportere ſeruare magnificum virum id, quod decet cunctis ſuis in factis; videreque quid congruat perſonae ſuae, ſimulque quid requirant res, in quibus ſumptus illos facit, ceteraque omnia, quae cuſtodiri debent, niſi velit aliquis aduerſari dignitati, contaminareq; factum illud honeſtum ſuum.

Ὁ δ᾽ ἐν μικροῖς ἢ ἐν μετρίοις κατ᾽ ἀξίαν δαπανῶν, οὐ λέγεται μεγαλοπρεπής, οἷον τὸ, Πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ: ἀλλ᾽ ὁ ἐν μεγάλοις, οὕτως: ὁ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς, ἐλευθέριος: ὁ δ᾽ ἐλευθέριος, οὐθὲν μᾶλλον μεγαλοπρεπής.

Ille autem, qui in paruis, vel etiam mediocribus vt dignitas iubet, ſumptus facit, non dicitur magnificus, quale eſt illud: Saepe ego dedi erroni; ſed qui in magnis, is eſt magnificus: magnificus enim liberalis eſt: liberalis autem, non ideo eſt magnificus. A

ADIVNGIT, illum, qui reprehendi non poſſit alijs nominibus, nec tamen ſumat materiam dignam tanta virtute, ſed paruis in rebus, ſiue etiam mediocribus, recte ſe gerat, debitoſque ſumptus faciat, non poſſe merito vocari magnificum; qualem ſe quondam fuiſſe praedicauit apud Homerum Vlyſſes, cum domi adhuc viueret, & haberet copioſum patrimonium; narrat enim ſe ſaepe erroni ac mendico pecuniam ſuppeditaſſe; in quem caſum ipſe tunc inciderat: non talem igitur dignum putat, qui praeclaro hoc nomine vocetur, ſed qui in magnis, ampliſque rebus idem faceret. Quare inquit, omnem magnificum eſſe liberalem, atque id, quia libenter dono dat, adiuuatque aliquos ſua pecunia; non tamen contra omnẽ liberalem eſſe magnificum; neceſſaria enim eſt in hac virtute implenda magnitudo.

Τῆς τοιαύτης δ᾽ ἕξεως, ἡ μὲν ἔλλειψις μικροπρέπεια καλεῖται, ἡ δ᾽ ὑπερβολὴ, βαναυσία, καὶ ἀπειροκαλία, καὶ ὅσαι τοιαῦται οὐχ ὑπερβάλλουσαι τῷ μεγέθει περὶ ἃ δεῖ, ἀλλ᾽ ἐν οἷς οὐ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, λαμπρυνόμεναι: ὕστερον δ᾽ ὑπὲρ αὐτῶν ἐροῦμεν.

Huiuſcemodi autem habitus egeſtas quidẽ in paruis rebus captatio honoris appellatur: exuperatio autem, fabrilis inſolētia, ac vacuitas quaedam honeſtatis, & quicumque habitus huiuſcemodi ſunt, qui non modum tranſeunt magnitudinũ in his rebus, quibus oportet, ſed in quibus non oportet, atque vt minime oportet, ſplendorem, & claritatem captant: ſed de ijs poſterius praecipiemus. B

QVOMODO vocentur extrema in hoc animi habitu oſtendit: iſtū enim, habitumque nominat, ingenium, animumque pronum ad dandum, aut ſaltem inde non alienum: nam minutus quoque, anguſtique animi homo dat: hunc igitur habitum, vitiumque in hac virtute, vt poteſt, imitanda; appellari dicit a ſuis μικροπρέπειαν; alterum vero extremum, &

qui nimium in hoc facit, pluribus nominibus notari ſignificat; quorum nominum duo hic ponit: hos igitur animi habitus non ſuperare modum dicit magnitudine impenſarum in his rebus, quae requirunt amplos illos ſumptus, & in quibus rectum eſt, ita ſe gerere, ſed in quibus minime decet, quos etiam homines inſimulat, ſignificans eos falſo putare, ſe rem praeclaram facere, & ſumma laude dignam, cum ita ſe gerant: omittit autem modo plura, quae de hac labe, turpique culpa dici poſſunt: quia infra diligenter ipſa exponet.

Ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς, ἐπιστήμονι ἔοικε· τὸ πρέπον γὰρ δύναται θεωρῆσαι, καὶ δαπανῆσαι μεγάλα ἐμμελῶς· ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, ἡ ἕξις ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται, καὶ ὧν ἐστίν· αἱ δὲ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι μεγάλαι, καὶ πρέπουσαι· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἔργα· οὕτω γὰρ ἔσται μέγα δαπάνημα, καὶ πρέπον τῷ ἔργῳ· ὥστε τὸ μὲν ἔργον, τῆς δαπάνης ἄξιον δεῖ εἶναι· τὴν δὲ δαπάνην, τοῦ ἔργου, ἢ καὶ ὑπερβάλλειν.

Magnificus autem, homini, qui ſcientias didicerit, par ſimiliſq; eſt: vim enim, ac poteſtatem habet videndi id quod decet, & ſumptus magnos faciendi eleganter: quemadmodum enim initio a nobis dictum eſt; habitus actionibus definitur, & rebus, quarum eſt: ſumptus autem magnifici viri magni ſunt, & vt decent res, in quas fiunt: huiuſcemodi igitur & opera eſſe debent: ſic enim erit magnus ſumptus & qui deceat opus: quapropter opus quidem oportet eſſe dignum ſumptu illo, ſumptum autem opere: ſiue etiam ſuperare ipſum.

APERIRE voluit Ariſtoteles, quod acutè animaduertit, in moribus & inſtitutis magnifici viri, quaedam extare debere, quae inde abeſſe non poſſunt; alioquin ſimulatus ille, non verus magnificus foret: ſunt autem ea numero ſex; quorum primum eſt, parem ipſum eſſe, ſimilemq; homini erudito, & qui didicerit bonas artes: quia vim habet, poteſtatemq; videndi, quid deceat ſingulis in rebus, ſumptusq; faciendi, qui congruant illis ſtudijs. Quemadmodum aũt inquit, initio tradidimus: facit autem hoc in ſecundo horũ librorum: habitus animorum definiuntur, perſpiciunturque quales ſint, cognitis factis, & materia ipſorum; hoc ipſum igitur in hoc verum eſſe repetietur: ſumptus enim magnifici viri magni eſſe debent, & qui conueniant ipſi; talia etiam eſſe debent facta; quod cum ſeruatum erit, contingetque, & ſumptus magnus erit, & qui conueniat, reſpondeatque facto illi; quare addit, concludens rationem, & vt opus dignum ſit ſumptu, oportet, & ſumptus opere: quod ſi accurate cuſtodiri non poteſt, potius ad exuperantiam, nimiumque vergendum eſt, quàm ad contrarium ipſius, minusque. Cum elegans autem ac lepidum aduerbium ſit, ductumq; a ſuaui re, qua hic vſus eſt Ariſtoteles in moderandis ſumptibus magnifici viri, eodem etiam vſus eſt Plato in VI. libro de legibus ita loquentem inducẽs Athemenſem hoſpitem: μάλα μοι ὀρθῶς ἄρχεται καὶ ἐμμελῶς; cuius contrarium eſt πλημμελῶς, quo infra, in eodem libro vſus eſt auctor, & in III de moribus ad Eudemum in inſtitutis itidem magnifici viri declarandis.

Δαπανήσει δὲ τὰ τοιαῦτα ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ καλοῦ ἕνεκα· κοινὸν γὰρ τοῦτο ταῖς ἀρεταῖς.

Sumptus igitur huiuſcemodi faciet vir magnificus honeſtatis cauſa: commune namque hoc eſt virtutibus cunctis.

EXPONIT alterum, quod requiritur, vt ſumptus ampli, proprijq; magnifici viri exiſtimari, dicique merito debeant: non enim ſatis eſt ipſos eſſe grandes; ſed hoc quoque diligenter eſt attendendum; vt dignitatis cauſa fiant, non alia quapiam de cauſa; quae ſaepe impellunt homines ad hanc virtutem adumbrandam: hoc vero non proprium, peculiareque huius eſſe tradit, ſed commune ipſi cum alijs virtutibus.

Καὶ ἔτι ἡδέως, καὶ προετικῶς· ἡ γὰρ ἀκριβολογία, μικροπρεπές.

Et praeterea libenter, atque effuſe: exquiſita enim ratio in ſumptibus adhibita, minuta eſt, ac ſordida.

TERTIVM eſt, vt libenter ſumptus illos faciat, & largè; nec quicquam cogitet de extenuandis illis; omnis enim cura ſuſcepta de hac re minuta eſt, inquit, paruumque atque anguſtum animum redolet.

Καὶ πῶς κάλλιστον, καὶ πρεπωδέστατον σκέψαιτ' ἂν μᾶλλον, ἢ πόσου, καὶ πῶς ἐλάχιστου.

Ac quomodo opus pulcherrimum, & maxime decens effici poſſit, magis conſiderabit, quam quanti, & qua ratione minimo.

QVARTVM hoc eſt, quod in muneribus, factisque ipſius requiritur; animaduertet enim inquit, magis magnificus, quo pacto praeſtare poſſit, vt opus pulcherrimum ſit, maximeq; amplum, quàm quo impenſa in eo grandis non ſit, & quomodo minore pecunia id moliri queat.

Ἀναγκαῖον δὴ καὶ ἐλευθέριον τὸν μεγαλοπρεπῆ εἶναι: καὶ γὰρ ὁ ἐλευθέριος δαπανήσει ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ: ἐν τούτοις δὲ τὸ μέγα τοῦ μεγαλοπρεποῦς, οἷον μέγεθος, περὶ ταῦτα τῆς ἐλευθεριότητος οὔσης.

Neceſſe igitur eſt, liberalem quoque magnificum eſſe: nam liberalis ſumptus faciet in ea, quae oportet, & vt oportet: in his autem rebus id quod magnum eſt, proprium eſt magnifici, veluti magnitudo, cum liberalitas conſiſtet circa haec.

ADDIT, quod quintum eſt, fieri non poſſe, quin magnificus liberalis ſit; cum liberalis etiā homo ſumptus faciat in rebus, in quibus rectum eſt non parcere pecuniae, & modum etiam debitamque rationem in illis ſeruet; quibus in ſumptibus cum amplitudo exiſtit, illi efficiunt virum magnificum; granditas enim, magnitudoque diſtinguit magnificum a liberali, cum materia amborum eadem ſit, verſenturque in iiſdem rebus ambae cum laude.

Καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης δαπάνης, τὸ ἔργον ποιήσει μεγαλοπρεπέστερον: οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ κτήματος, καὶ ἔργου: κτῆμα μὲν γὰρ τὸ πλείστου ἄξιον, καὶ τιμιώτατον, οἷον χρυσός: ἔργον δὲ, τὸ μέγα, καὶ καλόν: τοῦ γὰρ τοιούτου ἡ θεωρία θαυμαστή: τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς, θαυμαστόν: καί ἐστιν ἀρετὴ ἔργου, μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει.

Et ab aequali ſumptu opus efficiet magnificentius: non enim eadem virtus eſt rei familiaris, & operis: quod poſſidet enim quis, maius putatur, ſi maxime pretio dignum fuerit, veluti aurum: opus autem, quod magnum, & praeclarum: huiuſcemodi enim omnis ſpectatio eſt admirabilis: magnificum autem admirabile: eſtq; operis virtus magnificentia, quae in magnitudine collocata eſt.

ADIVNGIT ſextum quod & ipſum valet ad declarandum magnificum virum, ſeiungendumque ipſum a liberali, cum eadem impenſa, pecuniaque moliturum eſſe opus magnificentius. Cum incumbat toto animo in ſplendorem ac decus; cum vero hoc, quod praedicat, mirum alicui videri potuiſſet, docet ipſum incredibile non eſſe, rationem reddens ſuae ſententiae; non enim eſſe dicit eandem virtutem, laudemque partis alicuius rei familiaris, & operis, cum alterius virtus, exempli cauſa, fundi, veſtimenti, tabernae, equi pretium ſit, pretiumque quo paratur, veluti vt ipſe inquit, aurum; operis autem, magnitudo ac ſpecies, formaque; affert quoque huius rei cauſam: inquit enim: huius enim, operis ſcilicet, ſpectatio, animaduerſioque admirabilis eſt: intelligit enim fanum, porticum, baſilicam, publicum denique aliquod aedificium; quod autem adiungit ſumptum eſt ad ratione concludendum; quod vero magnificum eſt, admirationem gignit, & eſt operis virtus magnificentia in magnitudine poſita.

Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια, οἷον τὰ περὶ θεοὺς ἀναθήματα, καὶ κατασκευαὶ, καὶ θυσίαι: ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον.

Sumptuum autem eorum eſt, quos vocamus grandes, & honeſtos: cuiuſmodi ſunt ij, qui referuntur ad Deos; veluti quae in fanis dicata ſunt; & arae etiam aedificatae, victimaeq́ caeſae: ſimiliter autem & cuncta, quae ad omnem diuinam naturam referuntur.

OSTENDERE etiam voluit, quae ſint impenſae, quas intelligit, illiusque generis eſſe dicit honeſtas, ac plenas dignitatis, quales ſunt inquit, quae referuntur ad Deos immortales, ceu dona in tẽplis ipſis dicata, & fabricae tales, & ſacrificia, nec non apparatus, magnusque numerus victimarum, ipſis immolatarum, eodemque pacto inquit, quae ad omnem naturam diuinam illorum, quos priſci illi vocabant daemonas: erant autem ita vocati ab ipſis, naturae quaedam mediae atque interiectae inter Deos & homines, quas etiam arbitrabantur dignas eſſe, quas colerent, & venerarentur, non tamen tantae dignitatis erant apud ipſos, quantae caeleſtes forent, cum etiam ipſorum aliqui reperti ſint, qui interire daemonas hos, etſi longiſſimum temporis ſpatium viuerent, affirmarent.

Καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν.

Et quaecumque etiam erga commune ciuitatis ob laudem adipiſcendam, magna cum cura geruntur: veluti ſicubi arbitrantur oportere choragi munere fungi ſplendide, ſiue praefecturam gerere triremis, aut epulum dare populo.

ADDIT etiam his ſumptus publicos, vnde paretur honos plurimus, veluti inquit, ſiqua ciuitas eſt, quae delectetur amplitudine hac, & ſplendore, veluti inquit, ornare, & inſtruere chorum, cantorumque greges; quod munus qui obibant, appellabantur choragi: ita autem loquitur de his ſumptibus, vt non videatur omnino ipſos probare, neque in omnibus locis, ac temporibus idoneos eſſe exiſtimare, quod fecit etiam in II. de officijs M. Cicero, ſitatis quoq; auctoritatibus doctorum virorum, qui ipſos reprehenderunt, quia exhauriunt non ſolum priuatas domos, verum etiam aerarium; huiuſmodi ſumptus eſſe inquit, quos ſuſtinebant, quibus publice mandatum erat, vt triremem ſua pecunia inſtruerent ornarentque; qui mos erat Athenienſium in bello, quemadmodum etiam epulae publicae, cum aliquis accipiebat vniuerſam ciuitatem.

Ἐν ἅπασι δ', ὥσπερ εἴρηται, καὶ πρὸς τὸν πράττοντα ἀναφέρεται, τίς ὢν, καὶ τίνων ὑπαρχόντων: ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι, καὶ μὴ μόνον τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν.

In omnibus autem his, vt dictum eſt, res refertur ad eum, qui agit, quis ille ſit, & quae ipſius fortunae: digna enim quae agit oportet his eſſe: ſumptusq́ conuenire non ſolum operi, quod geritur, verum etiam perſonae, quae gerit.

ADMONET, vt ſeruetur in hac ſumptuum amplitudine id, quod decet, repetitque quod prius praeceperat, conuenire enim ipſos oportere oſtendit, & perſonae, & facultatibus, copijsque ipſius, qui ſuſtinet; aliter enim, ne dum laudem vllam afferrent, maculam potius inurerent: dignos igitur his ſumptus hos oportere eſſe affirmat; & non tantum in ipſis attendendum, vt reſpondeant operae illi, ac muneri, ſed perſonae etiam eius, qui facit. In III. libro de moribus ad Eudemium, quo in loco diſſerit de illo, quod πρέπον Graeci, Latini decorum vocant, narrat Ariſtoteles, cum miſiſſent Athenienſes legatum ad Iouem Olympium, qui illic rem diuinam faceret, Themiſtoclem: id autem munus qui obirent, appellabantur θεωροί, id exiſtimatum non conueniſſe Themiſtocli, propter humilitatem generis, ſed Cimoni, contentionemq; amplitudinis, qui maxime diues fuit, & antiqua nobiliq;

ſtirpe

ſtirpe ſatus: Non opus eſt autem de ipſo plura dicere, cum in manibus ſit vita eius à Plutarcho diligenter ſcripta: & M. Cicero de diuitijs, & liberalitate illius magnifice locutus ſit. nam ille alter, antequam forte illud factum gereret, non ſolum nobilis non erat, ſed etiam olim publice notatus in columna, vnà cum alijs, qui turpem aliquam culpam admiſerant.

Διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής· οὐ γὰρ ἔστιν ἀφ᾽ ὧν πολλὰ δαπανήσει πρεπόντως· ὁ δ᾽ ἐπιχειρῶν, ἠλίθιος· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ καὶ τὸ δέον· κατ᾽ ἀρετὴν δὲ τὸ ὀρθῶς.

Quare pauper quidem nullo pacto magnificus foret: non enim adſunt illi, vnde multos ſumptus decenter facere poſſit; qui autem experiretur, fatuus foret: faceret enim contra dignitatem, atque id, quod oportet: quidquid autem recte fit, cum virtute geritur.

POST ea, quae hic tradidit, adiungit auctor, erutum e ſuperiore documento, ac plane corollarium; fieri non poſſe, vt pauper homo ſit magnificus: neque enim adeſt ipſi ea copia bonorum, vt valeat ſubſiſtere his ſumptibus decenter: qui vero talis inquit, niteretur hoc facere, ἠλίθιος foret, ideſt fatuus, atque expers prudentiae: hoc enim nomine notare ſolet Ariſtoteles vacuos a iudicio ac ſtultos, atque id, addit hic, quia quod gerunt, gerunt contra dignitatem, & id quod oportet: quidquid autem a virtute proficiſcitur, recte, atque ordine adminiſtratum eſſe debet.

Πρέπει δέ, καὶ οἷς τὰ τοιαῦτα προϋπάρχει δι᾽ αὐτῶν, ἢ διὰ τῶν προγόνων, ἢ ὧν αὐτοῖς μέτεστι, καὶ τοῖς εὐγενέσι, καὶ τοῖς ἐνδόξοις, καὶ ὅσα τοιαῦτα· πάντα γὰρ ταῦτα μέγεθος ἔχει, καὶ ἀξίωμα.

Decent autem eos, quibus haec prius parta erant ſtudio ipſorum, ſiue maiorum, ſiue demum eorum, cum quibus illi aliqua neceſſitudine coniuncti ſunt: & nobiles etiam, & qui aliquam dignitatem in vita conſecuti ſunt, & quaecunq; huiuſcemodi: cuncta enim haec magnitudinẽ in ſe habent, ac dignitatem.

NON tantum requiri vult in hac virtute exercenda opimum patrimonium, ſed veteres diuitias, & bene honeſteque partas; cum ſubitae, inhoneſteque quaeſitae, nullo modo ipſi conueniant; partas autem ſiue ſtudio, operaque ipſorum, ſiue maiorum, demumq; neceſſariorum aliquorum, & vt conuenire his hanc virtutem, ita nobilibus ac claris, ceteriſque demum, qui aliqua praeſtanti laude praediti ſint: poſtulari namque ab ipſa haec inquit, quia cuncta haec magnitudinem in ſe continent, ac dignitatem.

Μάλιστα μὲν οὖν τοιοῦτος ὁ μεγαλοπρεπής, καὶ ἐν τοιούτοις δαπανήμασιν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὥσπερ εἴρηται· μέγιστα γὰρ καὶ ἐντιμότατα.

Huiuſcemodi igitur maxime eſt vir magnificus: & in huiuſcemodi ſumptibus manet magnificentia, vt traditum eſt: maxima enim ſunt, & maximo honore digna.

CVM ſibi viſus eſſet ipſum ſatis informaſſe, teſtari etiam hoc voluit; inquit enim, maxime autem talis, qualem deſcripſi, eſt magnificus, ac virtus haec in his praecipue ſumptibus elucet, cum maximi ſint, & maximo quoque honore digni.

Τῶν δὲ ἰδίων, ὅσα εἰσάπαξ γίνεται, οἷον γάμος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον.

Priuatorum autem ſumptuum hi proxime ad hos accedunt, qui ſemel in vita fiunt, veluti nuptiae, & ſiquid aliud huiuſcemodi eſt.

QVANDO conceditur alicui, vt adumbret hanc virtutem in priuatis factis, docet, eſſe vero ipſa dicit, quae ſemel in vita fiunt; cuius exemplum ponit, nuptias, additque, ac ſiquid

aliud huiuſcemodi eſt, quod raro admodum & infrequenter contingat; nam ſi repeterentur hi ſumptus, exhaurirent cito patrimonium priuatum, praeter quam quod minime conueniunt tali.

Καὶ εἰ περί τι πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει, ἢ οἱ ἐν ἀξιώματι· καὶ περὶ ξένων δὲ ὑποδοχὰς, καὶ ἀποστολὰς, καὶ δωρεὰς, καὶ ἀντιδωρεάς· οὐ γὰρ εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸς ὁ μεγαλοπρεπὴς, ἀλλ' εἰς τὰ κοινά· τὰ δὲ δῶρα τοῖς ἀναθήμασιν ἔχει τι ὅμοιον.

Et ſiquid eſt, in quo vniuerſa ciuitas putat ſe ornari, aut ſaltem ij, qui publicae dignitatis participes ſunt: in recipiendorum autem hoſpitum cura, & domum dimittendorum, & donis accipiendis, & reddendis: non enim in ſemetipſum magnos ſumptus facit magnificus, ſed in eas res, quae publicam dignitatem augent: dona autem ſimilitudinem quandam habent cum ijs rebus, quae dicatae Dijs, in templis collocantur.

PRAETEREA ferri poſſunt in his muneribus obeundis, quibus vniuerſa ciuitas delectatur, gloriaeque ſibi illa eſſe ducit, aut ſaltem principes ciuitatis. Addit etiam ſumptus, qui fiunt in hoſpitibus recipiendis, domumque dimittendis, donisque dandis, atque acceptis remunerandis, qui omnes ornant non ſolum illos ipſos, qui liberales ſe praebent, verum etiam ciuitatem: inſtituta enim magnifici viri eſſe inquit, conuenireq; amplitudini ipſius, vt ſumptus faciat, non in ſemetipſum, ſed referat illos ad publicam dignitatem. Quod vero dona numerauit in his, quae pertinent ad magnificum virum, confirmat hoc, dicens, ipſa paria eſſe, aſſimiliaque his, quae in templis Deorum conſecrantur.

Μεγαλοπρεποῦς δὲ καὶ οἶκον κατασκευάσασθαι πρεπόντως τῷ πλούτῳ· κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος· καὶ περὶ ταῦτα μᾶλλον δαπανᾶν, ὅσα πολυχρόνια τῶν ἔργων· κάλλιστα γὰρ ταῦτα.

Eſt quoque magnifici viri domum aedificare, quae conueniat amplitudini ſuarum fortunarum: ornatus enim quidam hic quoque eſt: & in his rebus potius ſumptus facere, quae diuturnae ſunt: pulcherrima enim haec ſunt.

CONVENIRE quoque tradit magnifico viro, vt domum ſibi aedificet amplam, & quae diuitijs ipſius, & opibus reſpondeat; cuius ſuae ſententiae cauſam hanc adfert, quod haec quoque res ornat talem hominem, augetque dignitatem ipſius: decorum enim poſitum eſt in ornatu, ſplendoreque, qui ornatus non poteſt obtineri ſine ſumptibus magnis. De hac etiam parte magnificentiae diſſeruit M. Cicero in I. libro de officijs: docuitque quantopere requireretur in perſona magnifici viri, praeter quam quod toti ciuitati ornatui eſt. Admonet praeterea noſter, vt homo talis ſumptus potius faciat in rebus, quae reſtent, diuque manſurae ſint, quàm in his, quae dilabuntur, atq; intereunt breui: cum vere haec pulcherrima vocari poſſint.

Καὶ ἐν ἑκάστοις τὸ πρέπον· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ ἁρμόζει θεοῖς, καὶ ἀνθρώποις, οὐδ' ἐν ἱερῷ, καὶ τάφῳ· καὶ ἐπεὶ τῶν δαπανημάτων ἕκαστον μέγα ἐν τῷ γένει. καὶ μεγαλοπρεπέστατον μὲν, τὸ ἐν μεγάλῳ μέγα· ἐνταῦθα δὲ, τὸ ἐν τούτοις μέγα, καὶ διαφέρει τὸ ἐν τῷ ἔργῳ μέγα, τοῦ ἐν τῷ δαπανήματι· σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ λήκυθος, ἡ καλλίστη, ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικοῦ δώρου· ἡ δὲ τούτου τιμὴ, μικρὸν, καὶ ἀνελεύθερον· διὰ τοῦτό ἐστι τοῦ μεγαλοπρεποῦς ἐν ᾧ ἂν ποιῇ γένει, μεγαλοπρεπῶς ποιεῖν· τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐκ εὐϋπέρβλητον, καὶ ἔχον κατ' ἀξίαν τοῦ δαπανήματος· τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλοπρεπής.

Et in ſingulis exiſtit decorum: non enim eadem conueniunt Dijs & hominibus; neque in fano, & ſepulchro: & in ſumptibus vnuſquiſque ma-

gnus

gnus ſuo in genere, ac magnificentiſſimus quidem, qui in magno magnus eſt: hic autem quod in his magnum eſt, & quod eſt in opere magnum diſcrepat ab eo, quod eſt in ſumptu: pila enim, aut ampulla pulcherrima magnificentiam in ſe continet puerilis doni: pretium autem huius paruum, & illiberale eſt: & hac de cauſa magnifici viri eſt in quocumque genere fecerit aliquid, magnificè facere: huiuſcemodi enim omne non facile ſuperari poteſt, ac ſe habet ſecundum dignitatem ſumptus: huiuſcemodi igitur eſt vir magnificus.

IN cunctiſque his ſtudeant decoro; videantque diligenter, qui ſumptus congruant illis operibus, ac factis; neq; enim ijdem probari poſſunt exhibiti Dijs, atque hominibus; quod etiam facere oportere docet; exemplo poſito fani alicuius, & buſti, quo nullum excogitari potuit, quod magis rem declararet, etſi in opulentis ciuitatibus peccatur quoque in hac re non parum. Reprehendens igitnr hunc errorem, ſumptus magnos exiſtimari debere pro cuiuſque rei genere inquit: ſingulos vero magnificentiſſimos eſſe vnlt, cum reſpondet magnitudo ipſorum, magnitudini operis, ſed in ſuperioribus rebus affirmat magnos eſſe, qui ſuperant vulgares ac communes. Cum aliquod magnum dici, exiſtimarique debeat duobus modis, & quod videlicet in re magna ſit, & quod ſua ui, per ſeque magnum eſt; diſcrepare igitur inter ſe ipſum affirmat, atque id illuſtribus exemplis poſitis: pila enim inquit, & pyxis, ampulla ve pulcherrima haberet in ſe magnificentiam, vt in puerili dono, & tamen pretium huius exile eſt & minutum: vnde perſpicitur, verum eſſe, quod praecepit; eſt enim in hoc & amplitudo, & exiguitas, quae tamen, in ea re vſurpata, vitio affinis non eſt, ſed mntat nomen; quare addit, ob hanc ipſam rem, magnifici officium eſt in ſingulis generibus facinorum, operumque incumbere in amplitudinem, ſeruireq; munificentiae: huiuſcemodi enim omne tale eſt, vt non facile poſſit vinci, ac ſuperari; bellequé ſe vndique habet, & vt requirit ſumptus, quibus muneribus magnifici expoſitis, repetit quod ſupra iiſdem verbis expoſuerat, talem, qualem quaſi pinxit, eſſe magnificum. Quod ad pilam pertinet, quam puerile donum eſſe ſignificat; Apollonius qu oque in III libro ἀργοναυτικῶν, cum oporteret impellere Cupidinem ad Iaſonem amore inflammandum, narrat ipſi matrem pollicitam eſſe σφαῖραν εὐτρόχαλον, Vulcani manibus fabricatam. Eiuſdem generis dona ſunt aſtragali, talique, quibus luditur; quae cuncta intellexit T. Litiins, cum inaequale, variumque Perſei, Macedonum regis, ingenium oſtendere vellet, in munificentia exercenda, inquit enim. Quibuſdam honoratis, magnoque aeſtimantibus ſe, puerilia, vt eſcae, aut luſus, munera dare: alios nihil expectantes, ditare.

Ὁ δ' ὑπερβάλλων, καὶ βάναυσος, τῷ παρὰ τὸ δέον ἀναλίσκειν, ὑπερβάλλει, ὥσπερ εἴρηται: ἐν γὰρ τοῖς μικροῖς τῶν δαπανημάτων, πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος: οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν, καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν, ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ποιήσει, οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον ἐπιδεικνύμενος: καὶ διὰ ταῦτα οἰόμενος θαυμάζεσθαι: καὶ οὗ μὲν δεῖ πολλὰ ἀναλῶσαι ὀλίγα δαπανῶν: οὗ δ' ὀλίγα, πολλά.

Qui autem tranſit modum, & banauſus, quod ſumptus facit praeter id quod oportet, tranſit modum, vt traditum eſt: in res enim, quae paruos ſumptus requirunt, multa expendit, & ſplendorem oſtentat illepide, veluti nuptiarum more accipiens eos, qui ſymbolis datis ſimul cenare ſtatuerunt, & cum choragi perſonam ſuſtinet, in aditu ſcenae purpuram ſternunt, quod Megarenſes faciunt, & cuncta huiuſcemodi faciet non honeſti gratia, ſed diuitias oſtentans, & propter haec exiſtimans, homines in admirationem ſui venturos: & vbi quidem oportet magnos ſumptus facere, pauca expendens: vbi autem paucos, multa.

EVM, qni nimis facit in hoc, multiſque modis peccat, dum imitari vult magnificum; oſtendit modo qualis ſit; ipſi autem nunc videtur putare conuenire banauſi nomen; cum tamen

in III.

in III.libro de moribus ad Eudemum tradat huic vitio, Graeco in ſermone, nomen impoſitum non eſſe: appellari vero huiuſcemodi homines poſſe non male propter vicinitatem culpatum, quibus haerent, apirocalos, & ſalaconas: ſed nominibus relictis, affirmat hic, labi ipſum, vel potius praecipitem ferri in vitium, quod ingentes ſumptus faciat, vbi minimè decet: hoc vere dici de ipſo ſingillatim declarans, inquit: in rebus enim, quae tenues, puſillosque ſumptus requirunt, grandem impenſam facit, clarusque & illuſtris videri vult inepte, atque illepide: exempli gratia inquit, ſi domi acceperit ſodales, qui ſymbolis datis, vna cenare velint, ſtruit conuiuium, quale conueniret nuptijs: eodemque pacto, ſi forte choragus creatus ſit, & ornare debeat cantorum gregem, ac ſcenam, in aditu eius comoedis purpuram ſternit, cui ſtultae, inanique gloriae captandae, deditos fuiſſe commemorat Megarenſes, vt qui ſe inuentores eius poematis fuiſſe ferebant: πάροδον enim modo videtur Ariſtoteles vocaſſe viam, aditumque illum, non primum cantum chori, vt alias fecit. Cum iam flagitium expoſuiſſet, quod committitur, in effundenda grandi pecunia in ſumptibus, qui exili contenti erant, adiungit eos finem verum ante oculos non habere, nec dignitatis cauſa, vt oportet, facere ſed oſtentandarum diuitiarum cauſa facere, quique putent, ita ſe admirationi futuros: demumque tota via, vt aperte ſignificat, in ſumptibus faciendis errare.

Ὁ δὲ μικροπρεπὴς, περὶ πάντα ἐλλείψει, καὶ τὰ μέγιστα ἀναλώσας, ἐν μικρῷ τὸ καλὸν ἀπολεῖ, καὶ ὅ, τι ἂν ποιῇ, μέλλων, καὶ σκοπῶν πῶς ἂν ἐλάχιστον ἀναλώσαι, καὶ ταῦτ' ὀδυρόμενος, καὶ πάντ' οἰόμενος μείζω ποιεῖν, ἢ δεῖ.

Qui autem, cum magnificus eſſe velit, minutus eſt in minutis ſumptibus faciendis, omnibus modis peccabit, & cum magnos ſumptus fecerit, parua in re perdet dignitatem omnem, ac ſplendorem, & quodcunque fecerit, tempus interponens, moramque faciet & cogitans quomodo minimo ſumptu id efficere poſſit, & haec ipſa etiam cum ſuſpirio, & cuncta putans ſe ampliora facere, quàm oportet.

Oſtendit quomodo peccet, qui contrario vitio affinis eſt; ipſum igitur inquit in omnibus rebus, quae ad ſumptus pertinent, minus facere, quàm rectum ſit, & ſi forte aliquando contigerit, vt maximos ſumptus fecerit, puſilla in pecunia, cui pepercit, corrumpit laudem ſuam, ſpeciemque illius honeſti alioquin operis, & quodcunque aggreſſurus eſt, procraſtinans, & quantum poteſt in poſterum differens, attingit, & minute quaerit, ac ponderat, quomodo id opus minore pecunia conficiat, moliaturque, & de illis ipſis ſumptibus conquerens, quamuis valdè imminuti ſint, putansque demum, contra veritatem omnem, ſe cuncta grandiora, amplioraque facere, quàm opus ſit.

Εἰσὶ μὲν οὖν αἱ ἕξεις αὗται, κακίαι· οὐ μὴν ὀνείδη γ' ἐπιφέρουσι, διὰ τὸ μήτε βλαβεραὶ τῷ πέλας εἶναι, μήτε λίαν ἀσχήμονες.

Sunt igitur habitus hi vitia, non tamen probra inferunt, quia nihil detrimenti ceteris apportant, neque valde deformes ſunt.

Poſt deſcriptum accuratè, conſtitutumque paene nobis ante oculos, minutum hunc, anguſtumq; animum, tradit Ariſtoteles duos habitus animorum vitioſos eſſe, nō tamen probro, flagitioque eſſe, neque obijci ſolere, vt facta turpia atque improba; cuius ſuae ſententiae cauſas duas affert: aliter namque non vera illa putari potuiſſent: quomodo, quod vitium eſſe concedit, non poſſit auctori eius recte obijci? inquit igitur ipſos nihil detrimenti ceteris mortalibus importare: nec obeſſe proximo, vt nos quoque, eodem nomine ſeruato, loquimur: altera cauſa eſt, quod non valde turpes ſunt, vt ſunt crimina libidinis, gutturis ac ventris, & reliquarum improbiſſimarum cupiditatum.

Ἡ δὲ μεγαλοψυχία, περὶ μεγάλα μὲν, καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι, περὶ ποῖα δ' ἐστὶ, πρῶτον λάβωμεν (διαφέρει δ' οὐδὲν, τὴν ἕξιν, ἢ τὸν κατὰ τὴν ἕξιν, σκοπεῖν)

Magna-

Magnanimitas autem circa res magnas, indicio etiam nominis, videtur verſari: circa quales autem, primum cognoſcamus (nihil autem intereſt habitum ne conſideremus, ſiue eum, qui praeditus habitu eſt.

Post traditam, explanatamque, quantum diſciplina haec poſtulat, magnificentiam, aggreditur magnanimitatem, in quo primum animaduertendum eſt; ipſum ordinem immutaſſe; antea namque in libris de moribus, quos miſit ad Eudemum, expoſuit diligenter, qui foret vir magnanimus, quod indicaui initio quoque declaratae antecedentis huic virtutis; puto autem id factum, quia manent aliquo modo in eadem ſi non materia, tamen gradu, modoq; variarum rerum: vt enim illa magnitudine ſumptus, ita haec honoris ac laudis magnitudine: inquit igitur hoc loco, videri, intelligique poſſe, verſari magnanimitatem in magnis rebus, indicio quoque nominis: cum enim iunctum ſit e duobus verbis, prior pars ipſius granditatem illius rei ſignificat; quare videndum reſtare, cuiuſmodi illa ſint, quae magna, amplaque eſſe debent. Cum perſpiceret autem viam faciliorem eſſe huius virtutis explicandae, poſitis ante oculos moribus, inſtitutiſque magnanimorum virorum, quam ſi habitum animi illorum, non monſtratis prius factis, quae facta inde prodeunt, hanc elegit.

Δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος εἶναι, ὁ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἄξιος ὤν: ὁ γὰρ μὴ κατ᾽ ἀξίαν αὐτὸ ποιῶν, ἠλίθιος: τῶν δὲ κατ᾽ ἀρετὴν, οὐδεὶς ἠλίθιος, οὐδ᾽ ἀνόητος: μεγαλόψυχος μὲν οὖν ὁ εἰρημένος.

Videtur autem magnanimus eſſe is, qui magnis ſe ipſum dignum exiſtimat, & ſane his dignus eſt: qui namque non ſecundum dignitatem hoc facit, fatuus eſt: eorum autem, qui virtutem in vita ſequuntur, nemo fatuus, neque demens: magnanimus igitur eſt is, qui dictus eſt.

Inquit igitur videri magnanimum illum eſſe, meritoq; ita appellari poſſe, qui ſe dignum putat magnis, qui tamen illis dignus eſt, nec in ſuis rebus pluris aeſtimandis, quam oporteat, decipitur: probat autem quod dicit a contrario, cum qui praeter dignitatem, nec vere hoc facit, fatuus ſit; quod nomen fatui, inſulſique hominis non cadit in quemquam virtute praeditum, eum autem, quem tradidit, magnanimum eſſe teſtatur.

Ὁ γὰρ μικρῶν ἄξιος, καὶ τούτων ἀξιῶν ἑαυτὸν, σώφρων: μεγαλόψυχος δ᾽, οὔ: ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία: ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι: οἱ μικροὶ δ᾽, ἀστεῖοι, καὶ σύμμετροι: καλοὶ δ᾽, οὔ.

Qui enim paruis dignus eſt, iisq; ipſis ſe dignum putat, temperans eſt: magnanimus vero nullo pacto: in magnitudine enim poſita eſt magnanimitas, veluti pulchritudo etiã in magno corpore: parui autem, vrbani & venuſti, iidemq; ob ſibi reſpondentẽ menſuram membrorum, commẽdati: formoſi autem, nullo pacto.

Cum exiſtat quidam, qui vna parte ſimilis ipſi eſt: altera vero diſſimilis; docet hunc, ne quis error in hoc exoriatur temperatum hominem, moderatumque appellari: non enim decipitur in iudicio de ſe faciendo: in hoc quo par, ſimiliſque eſt magnanimo; paruis autem rebus contentus eſt, illaſq; ſibi poſcit; quare magnanimus, inquit, non eſt: in magnitudine enim fundata eſt haec virtus: rei autem illuſtrandae cauſa vtitur ſimili, valde apto ad id praeſtandum: idem namque in hoc vſu venire affirmat, quod in pulchritudine corporis: requirit enim illa quoque magnitudinem: adoleſcentes enim inquit, qui parui ſunt, etſi ſpeciem aliquam retinent: ἀστεῖοι inquit, quaſi concinni, elegantesque ab aliquo, qui laudare ipſos, ornareque vellet, vocarentur; formoſi vero nullo pacto; altero quoque nomine teſtatur eoſdem commendari, quod valet partes illius corporis ſibi conuenire, nec diſcrepare inter ſe, quod vitium haerebat Quintiae Catullianae, quare corrumpebat ceteras ipſius corporis dotes: ſales enim, Vereresq;, quas illic praedicat, parit συμμετρία membrorum.

Ὁ δὲ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἀνάξιος ὤν, χαῦνος: ὁ δὲ μειζόνων ἢ ἄξιος, οὐ πᾶς χαῦνος.

Qui autem magnis ſe dignum exiſtimat, indignus exiſtens, is inflatus eſt: qui vero maioribus quam dignus, non omnis eſt inflatus.

Cvm, quomodo vocetur, qui ſedem mediam tenet, oſtenderit, ſignificat nunc quibus nominibus appellentur extremi, & qui cingunt ipſam, longo tamen interuallo ab ipſo remoti: qui igitur plus in hoc facit, quàm deceat, exiſtimatque ſe dignum ijs, quibus non eſt, magnis quidem illis; (quae vero ipſa ſint infra paulo quaeret:) χαῦνος vocatur: quod Graecum nomen valet lentum, & quod facile extenditur, ac dilatatur; intelligo lentum, quo ſenſu Virgilius appellauit lentam ſalicem; non quo Cicero lentum negotium: & quo, lentus homo aliquando vocatur, ideſt nimis patiens iniuriarum. Vt opinor autem ita ipſe appellabatur; quia quaſi ſe protenderet ad honores, & niteretur ſibi aſciſcere non debitos; notionem huius nominis, quam dixi; eſſe puto, quod tamen à corporibus hoc loco ad animum tranſlatum arbitror: inuenio enim ita bonos auctores ipſum cepiſſe, vt Plutarchum in extremo eius libelli, cuius index eſt: ἐρωτικός; vbi rem incredibilem narrat, feminam integerrimam Epponinam celaſſe vterum, cum praegnans foret, medicamine quodam, quod vim hanc haberet, etſi in balneo lauaretur vna cum mulieribus, amicis, ac cognatis; ita igitur loquitur de illo pharmaco: habereque ipſum dicit μάλαγμα σαρκοποιόν, ὃ χαυνωτικὸν σαρκός, ὥστε οἱ ἐν διαχύσει τινά, ἢ διόγκωσιν ἐμποιεῖν. ideſt vt opinor pinguedinem, quae gigneret carnem, ſiue quae vim, poteſtatemque haberet laxandi carnem; ita vt valeret effuſionem quandam & tumorem inferere. Quod vero auctor addit, non omnem mortalem, qui ſe maioribus dignum exiſtimat, eſſe χαῦνον; recteque hoc nomine notari poſſe: crediderim valere, quia hominibus aliquo modo conceſſum eſt, vt augeant ſua bona, quod ſanè ſi modice faciunt, non magnam culpam in ſe continet: aliter enim multi, multique inuenirentur, qui vitio hoc laborarent: aliud enim eſt magnis ſe dignum putare, quod perpetuo in natura quorundam exiſtit; ſineq; vlla dubitatione vitioſum eſt, propriumque vani ingenij: aliud, ornare ſemetipſum, addendo aliquid ſuis bonis. Praeterea non dicit, maximis bonis, ſed magnis, vt etiam non loquitur de ipſo, vt funditus indigno illis. Aſpaſius tamen aliter accipit, quod mihi non placet, nec ſequendum arbitror; exiſtimat enim, hoc Ariſtotelem admonere voluiſſe, quia videbat extare quoſdam, fallaces homines, qui animo imponendi alijs ita ſe gererent in rebus ſuis, amplificarentque ſua bona, cum id ſuperiores illi facerent ob cupiditatem inanis gloriae, non verſuti, ſed ſtolidi.

Ὁ δ' ἐλαττόνων ἢ ἄξιος, μικρόψυχος, ἐάν τε μεγάλων, ἐάν τε μετρίων, ἐάν τε καὶ μικρῶν ἄξιος ὤν, ἔτι ἐλαττόνων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, καὶ μάλιστα ἂν δόξειεν ὁ μεγάλων ἄξιος: τί γὰρ ἂν ἐποίει, εἰ μὴ τοσούτων ἦν ἄξιος.

Qui autem minoribus, quàm dignus, parui animi homo, ſiue ille magnis, ſiue mediocribus, ſiue paruis dignus eſt, adhuc minoribus ſe dignum putat, & maxime ſi videretur dignus magnis: quid enim feciſſet, niſi huiuſcemodi dignus fuiſſet.

Significat modo qualis ſit, qui contrario vitio affinis eſt; nec, culpa quadam ingenij, putat ſua bona tanti eſſe, vt debeat ob ea ſibi multum placere: huncque parui animi hominem, & quaſi puſillanimum vocari dicit, cum autem peccet, minoris ſua bona aeſtimando, quàm vere aeſtimari debeant, ſiue illa magna ſint, ſiue mediocria, ſiue parua, in primis illum ita appellari poſſe dicit, qui, cum amplis dignus ſit, tamen ea extenuat, minoribusque ſe dignum cenſet, quem errorem magnum animi redarguens, inquit, quid feciſſet hic, qui cum dignus maximis honoribus ſit, tantopere ſe abijcit, ſi non talibus, tamque magnis dignus extitiſſet.

Ἔστι δὴ ὁ μεγαλόψυχος: τῷ μὲν μεγέθει, ἄκρος: τῷ δὲ ὡς δεῖ: μέσος, τοῦ γὰρ κατ' ἀξίαν ἑαυτὸν ἀξιοῖ, οἱ δ', ὑπερβάλλουσι, καὶ ἐλλείπουσιν.

Eſt igitur magnanimus, magnitudine quidem ſummus: ſi autem cogite-

tur,

tur, vt oportet, medius: exiſtimat enim ſe ipſum dignum eo, quod pro dignitate ipſius eſt: hi autem ſuperant modum, & tamquam in curſu deficiunt.

NE quis ſcrupulus exoriretur in aoimo alicuius, qui audiſſet ipſum tribuentem magnanimo amplitudinem, altiſſimumque locum: dixit enim plane ipſum ceoſere ſe dignum ijs gradibus, atque honoribus, quibus dignus eſt: cum tameo idem velit ooo diſcrepare hanc a ceteris virtutibus, poſitis in moribus, quae cunctae mediam ſedem tenēt, mederi voluit huic malo, atque errori; inquit igitur magnanimum; ſi attendatur magnitudo, quae ipſum conſtituit, ſummum eſſe; ſi vero facta eius ponderentur, medium: facit enim quod rectum eſt, ac decet. Declarauit hoc etiam Alexander in xxvij quaeſtione quarti libri, cum ipſius iam aetate inuentus eſſet, qui negaret, virtutes has eſſe mediocritates, cum illae cunctae ſuis in conſilijs, ac factis ſequantur ſummum, quod in ipſis eſt, ac perfectum: ueq; enim quod modo tradit Ariſtoteles de magnanimo, vt vna ſummus ſit, ac medius, proprium ipſius eſt, ſed commune ipſi, cum ceteris morum virtutibus, etſi id magis repugnare videtur in hac, quae ſibi aſciſcit ſummum, atque editiſſimum. Idem quoque docuit Plutarchus in libello, quo inſtruxit adoleſcentes ad lectionem poetarum: in pluribus enim virtutis definitionibus, quae tunc circumferebantur: deſcribebantque hunc optimum, & diuiniſſimum animi noſtri habitum, hunc etiam tetigit, ἀκρότητα λογικῆς φύσεως.

Εἰ δὲ δὴ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, ἄξιος ὤν, καὶ μάλιστα τῶν μεγίστων, περὶ ἓν μάλιστα ἂν εἴη: ἡ δ' ἀξία λέγεται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀγαθά: μέγιστον δὲ τοῦτ' ἂν θείημεν, ὃ τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν, καὶ οὗ μάλιστα ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλον: τοιοῦτον δ' ἡ τιμή: μέγιστον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν: περὶ τιμὰς δὴ καὶ ἀτιμίας, ὁ μεγαλόψυχός ἐστιν, ὡς δεῖ.

Si igitur magnis ſe ipſum dignum exiſtimat, dignus profecto ipſis, & maxime, ſi maximis, circa vnum maxime eſſe debet: dignitas autem dicitur ad relationem externorum bonorum: maximum autem hoc eſſe ſtatueremus, quod dijs tribuimus, & cuius maximè deſiderio inflammati ſunt, qui gradus honoris in rep. adepti ſunt: quodq́; praemium eſt ob res honeſtiſſimas geſtas: huiuſcemodi autem quiddam eſt honor: maximum enim hoc eſt externorum bonorum: circa honores igitur, & probra, dedecoraq́; magnanimus ſe gerit, vt oportet.

ID, quod reſtabat, patefecit nunc ſingillatim, quod nam potiſſimum ſit bonum, in quod ſibi parandum incumbit magnanimus, & quae demum ſit materia huius virtutis; declaratque illud eſſe, quod tradit, vtés eo, quod iam coofirmarat: inquit enim, ſi igitur is magnis ſe digoum arbitratur, cum dignus illis ſit, nec temerè ſibi ipſa arrogat, praecipue autem maximis: iu vno maximè impetrando ſtudium ſuum ponet; videndum igitur, quid hoc ſit; id quod ſumere oportet, à vi dignitatis, aeſtimationisque ſpectata: aeſtimatio vero refertur ad bona, quae ſunt poſita extra nos, metienda; maximum autem horum bonorum eſſe exiſtimare debemns, id quod tribuimus Dijs; quodque appetere maxime perſpicimus viros honeſtos, & in magno gradu honoris habitos; praetereaque quod praemium ſtatuimns eſſe pulcherrimorum factorum; his enim quattuor iodicijs vſus eſt in declarando, ante oculosque conſtituendo honore: quare merito addidit, ſentētia ſua his argumentis confirmata; huiuſcemodi autem bonum eſt honos, quare maximum hoc eſt externorum bonorum. Adiungit in extremo, quo ſignificat negotium confectum eſſe, rationeq; concluſum, quod volebat: planum igitur ait factum eſt, circa honores, ignominiasque occupari magnanimum, hos vt conſequatur, vt decet, bonisque artibus: illas, vt vitet, atque a ſe ſtudioſe reljciat: non poteſt autem aliquis cupidus eſſe hooris, quin eodem tempore det operam, ne irrepat in ſe vlla macula.

Καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται οἱ μεγαλόψυχοι περὶ τιμὴν εἶναι: τιμῆς γὰρ μάλιστα οἱ μεγάλοι ἀξιοῦσιν ἑαυτούς: κατ' ἀξίαν δέ.

Et ſine argumento vllo perſpiciuntur magnanimi circa honores verſari: ho-

nore

nore enim maxime magni viri ſe dignos eſſe arbitrantur, vt dignitas tamen vult.

POTVISSE aliquo modo ſe ſuperſedere teſtatur rationibus atque argumentis: quia per ſe ac ſine ipſis ſatis apertum, perſpicuumq; erat, verſari in hac materia magnanimum virum, cum peculiare ſit omnium magnorum virorum, putare ſe dignos honore: ipſe autem in his primum locum teneat; repetit tamen, quod ſupra admonuerat, id ipſum recte, & ordine facere, & vt veritas poſtulat.

Ὁ δὲ μικρόψυχος, ἐλλείπει καὶ πρὸς αὑτὸν, καὶ πρὸς τὸ τοῦ μεγαλοψύχου ἀξίωμα: ὁ δὲ χαῦνος, πρὸς ἑαυτὸν μὲν ὑπερβάλλει: οὐ μὴν τόν γε μεγαλόψυχον.

Parui autem animi homo, eſt in penuria, & ſecum collatus, & cum dignitate magnanimi: inflatus autem, cum ſemet ipſo quidem collatus, ſuperat modum: non tamen magnanimum ſuperat.

POST magnanimum explanatum, ſignificat qualis ſit parui animi homo in hoc, quem dicit peccare in minorem partem, ſi conferatur cum meritis & ſuis, & magnanimi hominis: minore enim honore ſe is dignum putat, quam vere dignus ſit, nec peruenire ad ſe arbitratur poſſe partem vllam eorum honorum, qui conueniunt magnanimo viro, nec ab eo deſpiciuntur: merita igitur ſua ob hoc vitium ipſe conterit, ac ſine modo vllo extenuat. Lentum autem qui contra ſe gerit, ſiquis conferat illum cum ipſo, ſuisque meritis, tradit ſuperare modum magno interuallo: neque enim merito poteſt poſcere illos honores, quibus falſo ſe dignum putat, nec tamen vt ſemetipſum vincit in amplitudine honorum ſibi arroganda, ſuperat in hoc magnanimum: non enim poſſet illo nomine vocari, ſi quiſpiam exiſteret, qui maiores ſpiritus haberet.

Ὁ δὲ μεγαλόψυχος, εἴπερ τῶν μεγίστων ἄξιος, ἄριστος ἂν εἴη: μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος, καὶ μεγίστων, ὁ ἄριστος: τὸν ὡς ἀληθῶς ἄρα μεγαλόψυχον, δεῖ ἀγαθὸν εἶναι.

Magnanimus autem, ſiquidem maximis honoribus dignus eſt, optimus vtique eſſet: maiore enim ſemper honore dignus eſt, qui melior eſt, & maximis ille, qui optimus: vere igitur magnanimum oportet virum bonum eſſe. a I

POSTQVAM docuit, qualis ſit, magnanimus, monſtrauitque itidem, quale ingenium ſit, mosque eorum, qui ſimiles ipſi aliquo modo ſunt, ſed labuntur ac peccant, declarat oportere ipſum optimum virum eſſe, ſummumq; locum tenere in omnibus morum virtutibus tractandis. Primum igitur probat fieri non poſſe, quin ille vir optimus ſit: aliter enim non foret dignus praeclaro hoc nomine: inquit igitur, magnanimum oportere virum optimum eſſe, ſi maximis quibusque rebus, honoribusq; dignus eſt: ſi namque ſupra ceteros omnes, iure ſuo poſcere poteſt, vt ſibi, quod maximum eſt, tribuatur, in gradibus omnibus dignitatis requiritur, vt ſummum locum obtineat in omni probitate: quod enim ad altiſſimum locum peruenit dignitatis, non poteſt merito cadere, niſi in virum ſumma virtute praeditum: quanto magis enim inquit aliquis melior extiterit, tanto maiore praemio, honoreque dignus eſt: quare, qui maximis, optimus ſit, neceſſe eſt: concludamus igitur, cum, qui re vera, non verbotenus, magnanimus eſt: multi enim tales repetiuntur, oportet virum bonum eſſe.

Καὶ δόξειεν δ' εἶναι μεγαλοψύχου, τὸ ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ μέγα: οὐδαμῶς τ' ἂν ἁρμόζοι μεγαλοψύχῳ φεύγειν παρασείσαντι, οὐδ' ἀδικεῖν: τίνος γὰρ ἕνεκα πράξει αἰσχρὰ, ᾧ οὐθὲν μέγα: καθ' ἕκαστα δ' ἐπισκοποῦντι πάμπαν γελοῖος φαίνοιτ' ἂν ὁ μεγαλόψυχος, μὴ ἀγαθὸς ὢν, οὐκ εἴη δ' ἂν οὐδὲ τιμῆς ἄξιος, φαῦλος ὤν: τῆς ἀρετῆς γὰρ ἆθλον, ἡ τιμὴ, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς.

Videre-

Videretur autem eſſe magnanimi id, quod in vnaquaq; virtute amplũ eſt: nullo enim pacto conueniret magnanimo, fugere demiſſis manibus, neq; iniuriã facere: cuius enim gratia aget, quae turpia ſunt, cui nihil eſt magnum: illi autem, qui ſingillatim cuncta conſideraret, penitus ridiculus eſſe videretur vir magnanimus, niſi eſſet probus: non foret autem vtique neque honore dignus, ſi malus homo eſſet; virtutis enim praemium, honor, & tribuitur probis viris.

ADIVNGIT, videri etiam poſſe, vt in vita, factisq; magnanimi viri exiſtat, quod in ſingulis virtutibus amplum eſt; initium autem ducit a fortitudine: neque enim inquit, conueniret vllo modo, vt magnanimus, obiecto ſibi aliquo metu, fugeret demiſſis manibus, ac turpiter deniq;. Huius nominis, ac timidi facti exemplum ab auctore ſumemus; qui in libro de progreſſu animantium tradidit eos, qui in curſu quatiunt bracbia, celerius currere. Verba eius ſunt; καὶ οἱ θέοντες θᾶττον θέου., παρασείοντες τὰς χεῖρας. Idem etiam vſu venire oſtendit in iuſtitia, quibus duabus virtutibus expoſitis cootentus, idẽ affirmãs io reliquis contingere, inquit; ſiquis ſingillatim attendat, intelligere eum facile poſſe, nullam cauſam peccandi habere magnanimum virum; ſpectaculoque ipſum omnibus futurum, ſi intelligeretur non eſſe vir probus. Addit quoque eundem honore vllo dignum exiſtimari non poſſe, ſi eſſet homo nequam, cum honos ſit praeminm virtutis, atque honeſtorum factorum; tribuaturque ab his, qui recte ipſum diſpenſant probis viris.

Ἔοικε μὲν οὖν ἡ μεγαλοψυχία οἷον κόσμος τις εἶναι τῶν ἀρετῶν· μείζους γὰρ αὐτὰς ποιεῖ: καὶ οὐ γίνεται ἄνευ ἐκείνων: διὰ τοῦτο χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι: οὐ γὰρ οἷόν τε ἄνευ καλοκαγαθίας.

Videtur igitur magnanimitas veluti ornatus quidã eſſe virtutum: maiores enim ipſas reddit: & nõ efficitur ſine illis: hac de cauſa arduum, vere magnanimũ eſſe: non enim effici hoc poteſt abſque concurſu honeſtarum, bonarumq; rerum.

CVM explicarit hanc virtutem, dignitatemque eius aperuerit; ſtudio ipſius magis celebrandae, perſpici poſſe inquit ex ijs, quae ſunt expoſita, eſſe ipſam veluti ornamentom, & quaſi ſplendorem omnium virtutum: cuius iudicij ſui, magnaeq; laodis, quam ei tribuit, cauſam affert; quod reddit illas etiam ipſas maiores: amplificatq; vim ac poteſtatem earum; neque etiam maoere, ſtatumq; ſuum tueri poteſt ſine illis, qua de cauſa adiungit, arduum eſſe adipiſci ipſam: re ueraq; magnanimum eſſe, cum conflari, obtineriq; non poſſit, ſine cumulo, congreſſuq; cunctarum virtutum, quem concurſum earum vocabant Graeci, iuncto verbo, καλοκαγαθίαν; de quo nomine diſſeruit ipſe diligenter in II librorum illorum, quorum index eſt μεγάλα ἠθικά; cum ipſum laudaſſet, non maleq; dici ſolere affirmaſſet de illo, qoi abſolute, perfecteq; ſtudioſus foret. Vt autem ipſe illic τελέως σπουδαῖον inquit, ita Xenophon initio ſtatim laodationis Ageſilai, ὅτι τελέως ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο, ait. Quod etiam hoc loco inquit de hac ipſa virtute, quantum poteſt eam extollens, ipſam eſſe οἷον κόσμον cunctarum virtutum. Metnens fortaſſe, ne illius celebrandae ſtudio, iuſtum modum in eo tranſiſſet, in tuto ponere laudem hanc multam voluit. Quare addidir particulam οἷον, quae videtur hic valete, vt locutns eſt in libro primo de anima, cor dicens eſſe, οἷον ἀρχὴν ζώων, molliens, particula addita, tranſlarionem, ne dorior videretur.

Μάλιστα μὲν οὖν περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστι· καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις, καὶ ὑπὸ τῶν σπουδαίων, μετρίως ἡσθήσεται, ὡς τῶν οἰκείων τυγχάνων, ἢ καὶ ἐλαττόνων: ἀρετῆς γὰρ παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή.

Maxime igitur verſatur magnanimus circa honores, & ignominias: & magnis quidem honoribus, & a ſtudioſis viris profectis mediocriter laetabitur, tamquam ſua, ſibiq; accommodata conſequens, ſiue etiam minora: virtute enim plena non inueniretur vlla digna merces.

CVM ſupra dixiſſet, verſati magnanimum circa hooores & ignominias: eſſeque hanc veram materiam, propriamque ipſius, non mutat ſanè ſententiam nunc, ſed addit id, quod tradi-

dit,plerumque fieri; cumque in illis occupetur,quaſi in ſuo campo ipſum manere; ſed tamen aliquando inde digredi, atque in vicina loca migrare, quae tamen antequam, quae illa ſint, monſtret, ſignificat, quomodo ſe gerat in omni genere honoris: variatur enim non parum animus ipſius, variatis honoribus: ob magnos igitur honores, & qui a granibus, honeſtiſque viris prodierint, mediocriter inquit, laetabitur, vt ſua, propriaque conſecutus:neque enim cauſam vllam habuit, cur gaudio exultaret:illi namque iuſtius videntur poſſe laetitia efferri,qui nacti ſunt aliquid magni boni praeter expectationem, ſuaque merita: Corrigit autem ſtatim quod dixerat de iuſtis,ſibique debitis honoribus datis;atq; ſiue potius minoribus, pauciotibusque, quod eos facere,poſtulareque poſſe declarat, cum plenae,integraeque virtutis praemium nullum par, dignumque exiſtat.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἀποδέξεταί γε, τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς μείζω αὐτῷ ἀπονέμειν· τῆς δὲ παρὰ τῶν τυχόντων, καὶ ἐπὶ μικροῖς, πάμπαν ὀλιγωρήσει. οὐ γὰρ τούτων ἄξιος.

Nec tamen non accipiet, quia nihil illi habent maius, quod ipſi tribuant: honores autem ſibi a quibuslibet hominibus, & ob paruas res delatos, penitus deſpiciet: non enim his dignus eſt.

VERVMTAMEN inquit capiet, nec repudiabit honores illos, quia intelligit eos poteſtatem non habere maiora ſibi tribuendi. Indicat etiam, qui ſit animus, mosque magnanimi viri circa honores ſibi tributos a quibuslibet, ideſt tenuibus; obſcuriſque hominibus & ob puſilla ſua facta: narrat enim illum eos deſpicere, & nullo loco habere, cum cognoſcat, eos ſibi non conuenire, nec vllam in partem compenſare ſua merita. In III.quoq; ad Eudemum tradidit Ariſtoteles de moribus,atque inſtitutis magnanimi viri,quiddam,& ipſum proprium naturae eius,quo in loco inquit. Attendere illum magis,quid exiſtimat de quolibet re vnus homo tantum ſpectatae virtutis, quàm multi è multitudine & nulla laude commendati, id quod exemplo probat honeſti & clari hominis: cum enim contigiſſet, vt Antipho,ille Rhamnuſius, magni ingenij vir,atque acer in dicendo, vocatus in iudicium, pro ſe cauſam diceret, damnatus foret, atque Agathon defenſionem illam laudaret, magis ſe iudicium eius ſequi dixit ſolius,quàm illorum,qui ipſam criminabantur. Meminit illius iudicij M. Cicero in Bruto, & Thucydides in VIII. libro hiſtoriarum. Verba Ciceronis
„ ſunt haec. Huic Antiphontem Rhamnuſium ſimilia quaedam habuiſſe conſcripta,quo ne-
„ minem vmquam melius vllam orauiſſe capitis cauſam, cum ſe ipſe defenderet, ſe audien-
„ te,locuples auctor ſcripſit Thucydides.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἀτιμίας· οὐ γὰρ ἔσται δικαίως περὶ αὐτόν· μάλιστα μὲν οὖν ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται, ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμάς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ πλοῦτον, καὶ δυναστείαν, καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν, καὶ ἀτυχίαν μετρίως ἕξει, ὅπως ἂν γίνηται· καὶ οὔτ' εὐτυχῶν, περιχαρὴς ἔσται· οὔτε ἀτυχῶν, περίλυπος· οὐδὲ γὰρ περὶ τιμὴν οὕτως ἔχει, ὡς μέγιστον ὄν· αἱ γὰρ δυναστεῖαι, καὶ ὁ πλοῦτος, διὰ τὴν τιμήν ἐστιν αἱρετά· οἱ γοῦν ἔχοντες αὐτά, τιμᾶσθαι δι' αὐτῶν βούλονται· ᾧ δὴ καὶ ἡ τιμὴ μικρόν ἐστι, τούτῳ καὶ τἆλλα· διὸ ὑπερόπται δοκοῦσιν εἶναι.

Similiter autem & probra, conuiciaq́; non enim vere cadent in ipſum: maxime igitur, vt traditum eſt, verſatur magnanimus circa honores: nec tamen non etiam circa diuitias, & ſummam poteſtatem in ciuitate, & omnes res ſecundas, & aduerſas mediocriter ſe geret, quoquo modo ſe res habebit: & neque in bonis rebus conſtitutus, gaudio exultabit: neque in malis, aegritudini ſe tradet: neque enim circa honorem ſe habet, vt maximum omnium: principatus autem in ciuitate, & diuitiae ſunt res expetendae propter honorem qui igitur tenent ipſa, honorari vi, opeq́; ipſorum volunt: cui igitur honos in rebus paruis ducitur, huic cetera etiam parua erunt: quare deſpectores aliorum eſſe videntur.

EO ENIM pacto, ad extremum adiungit, ſe geret circa maculas, quas ſibi aliquis innrere voluerit: negliget enim, intelligens in ſe illas cadere non poſſe. Significarat ſuprà,

verſari

verſari magnanimum circa honores, & maculas, ac labes, quae ſane, etſi propria materies huius virtutis ſunt, non ſunt tamen ſola. Antequam autem exponeret, quae ſunt illae, in quas delabitur, cum ſint varij, diſparesque inter ſe honores, oſtendere voluit, quae ſine inſtituta ipſius, conſiliaque in illis ipſis aut probandis, aut reijciendis, quae tum longior oratio fuiſſet; repetit, vt conſuetudo eſt, priora illa verba; quibus poſitis, pergit facere, quod primo pollicitus erat; non tamen dicens illas res ſolum, verum etiam diuitias, ac principatus, cunctasque demum res proſperas ac ſecundas, contrariasque his malas & aduerſas, quibus in omnibus cuicuimodi illa ſint, moderate ſe geret: id quod explanat, accuratiusque quale ſit docet: neque enim inquit, cum ipſius valde bonae res erunt, gaudio efferetur, neque cum malae, miſeraeque, vehementer dolebit: oſtendit autem non oportere nos mirari, ſi aequo animo fert damna rei familiaris, & ſummae ipſius poteſtatis in ciuitate interitum; cum circa honores etiam non ita ſe habeat tamquam maximum bonum, cum imperia, ac ſummae poteſtates in ciuitate expetantur, caraeque ſint hominibus ob honores, quos ſecum ferant, quod probat, dicens: videre enim poſſumus illos, qui ea nacti ſunt in honore eſſe, ope ipſorum, commendationeque velle; quare inquit, cui honos puſilla res eſt, huic homini multa etiã alia tenuia, minutaq; ſunt, vnde addit, ob hunc quaſi contemptum rerum putantur magnanimi contumaciores eſſe, ceterosq; prae ſe ſpernere. V

Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν· οἱ γὰρ εὐγενεῖς ἀξιοῦνται τιμῆς, καὶ οἱ δυναστεύοντες, ἢ οἱ πλουτοῦντες· ἐν ὑπεροχῇ γάρ· τὸ δ' ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν, ἐντιμότερον· διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα μεγαλοψυχοτέρους ποιεῖ· τιμῶνται γὰρ ὑπό τινων· κατ' ἀλήθειαν δ' ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος· ᾧ δ' ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς.

Videntur autem, & res valde ſecundae ad animi magnitudinem conferre: nobiles enim digni eſſe putantur, qui honorentur; & illi qui imperia nacti ſunt, ſiue etiam qui diuites valde ſunt: praeſtant enim ceteris mortalibus, quod autem praeſtat aliquo bono, maiore honore dignum habetur: quapropter huiuſcemodi res maiore animo dignos efficiunt: honorantur autem hi a quibuſdam: vere autem vir probus ſolus dignus eſt, cui honos habeatur; cui autem ambo haec inſunt, magis dignus exiſtimatur honore.

PVTARI docet, nõ omnino tamen vere exiſtimari, bona, quae accipimus a fortuna, prodeſſe ad magnanimitatem adipiſcendam, ſiue potius augendam, quae opinio inde exorta eſt, quod vident homines nobiles dignos haberi, quibus honores tribuantur: & vt honeſto loco natos, ita regulos & locupletes: praeſtant enim inquit ceteris commendatione earum rerum; quidquid autem antecellit bono quopiam, id maiore honore dignum eſt; quapropter addit, huiuſcemodi bona, ideſt nobilitas, ſumma poteſtas in aliqua gente diuitiae, efficiunt homines magis magnanimos: multi enim honorant hos, quorum ipſe iudicium, inſtitutumque non probat; cum vir probus ſolus dignus ſit, cui honos habeatur; nam qui vna & bona haec, quae fortuna dilargitur, & virtutem haberet, is profecto magis dignus foret, in quem honores conferrentur. E

Οἱ δ' ἄνευ ἀρετῆς τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἔχοντες, οὔτε δικαίως ἑαυτοὺς μεγάλων ἀξιοῦσιν, οὔτε ὀρθῶς μεγαλόψυχοι λέγονται· ἄνευ γὰρ ἀρετῆς παντελῶς οὐκ ἔστι ταῦτα· ὑπερόπται δὲ καὶ ὑβρισταὶ γίνονται· ἄνευ γὰρ ἀρετῆς, οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα, οὐ δυνάμενοι δὲ φέρειν, καὶ οἰόμενοι τῶν ἄλλων ὑπερέχειν, ἐκείνων μὲν καταφρονοῦσιν· αὐτοὶ δέ, ὅτι ἂν τύχωσι πράττουσι. μιμοῦνται γὰρ τὸν μεγαλόψυχον, οὐχ ὅμοιοι ὄντες· τοῦτο δὲ δρῶσιν ἐν οἷς δύνανται· τὰ μὲν οὖν κατ' ἀρετὴν οὐ πράττουσι· καταφρονοῦσι δὲ τῶν ἄλλων, ὁ δὲ μεγαλόψυχος δικαίως καταφρονεῖ· δοξάζει γὰρ ἀληθῶς· οἱ δὲ πολλοί, τυχόντως.

Qui autem ſine virtute huiuſcemodi bona nacti ſunt, neq; merito ſe ipſos magnis rebus dignos putant, neq; recte magnanimi dicuntur: ſine virtute enim plena non manent haec: deſpectores aũt, & cõtumelioſi, qui huiuſcemodi bona habẽt, ſunt: ſine virtute enim, nõ facile eſt, eleganter ferre res valde proſperas: cũ autem H

poteſtatem hanc non habeant ferendi, putantq́ ſe alijs antecellere, illas quidem contemnunt: ipſi autem quidquid fors tulerit, agunt: imitantur enim magnanimum, non ſimiles ipſi exiſtentes: hoc autem faciunt, quibus in rebus poſſunt: quae igitur ex praeceptis virtutis, non agunt: alios autem deſpiciunt: magnanimus autem iure deſpicit, exiſtimat enim recte, multitudo autem temere.

V t qui, ſimul cum virtute, bona quae dixit, poſſiderent, poſſe meritò poſtulare, vt ſibi magis adhuc tribuerentur honores, ſignificauit, ita nunc, qui abſque ipſa poſcunt illos, freti tantum vbertate externorum bonorum, iniuſte facere oſtendit: peccareque itidem, qui eos magnanimos vocant: ſine enim plena, integraq; virtute, non poſſunt haec exiſtere. Adiungit eos, cum abutantur illis bonis, deſpicere ceteros ac vexare contumelia honeſtos viros; quod ipſos facere mirari nos non oportere inquit, quia ſine virtute, & non comite, vel duce potius illa difficile eſt, eleganter, recteque ferre copiam fortunae bonorum: quod cùm praeſtare nequeant, deprauenturque vbertate illa, prae ſe ceteros contemnunt, nihilque gerunt ratione ac conſilio, ſed temere: imitari enim, exprimereque volunt magnanimum virum, nulla in re ipſi pares; quare in virtute, factisque honeſtis, non reddunt ipſum, neque adumbrant, ſed in rebus, quae ſimilitudinem quandam vitiorum habent: deſpiciunt enim reliquos: magnitudine enim animi praeditus cum cauſa hoc facit; recte namque de rebus exiſtimat; praue autem, & inconſiderate multitudo. Quod ſupra inquit Ariſtoteles procliue non eſſe ſine virtute recte ſe gerere in rebus proſperis ac ſecundis; moderarique ſibi ipſi, idem etiam Demoſthenes teſtatus eſt his verbis: ὀλίγοι γάρ εἰσιν, οἷς μετὰ τοῦ εὐτυχεῖν παραγίνεται τὸ φρονεῖν· οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν φρονεῖν δοκούντων ἐπαιρόμενοι; quam ſententiam poſuit etiam T. Liuius in ore Carthaginienſium oratorum, cùm pacem Romae a ſenatu peterent.

Οὐκ ἔστι δὲ μικροκίνδυνος, οὐδὲ φιλοκίνδυνος, διὰ τὸ ὀλίγα τιμᾶν· μεγαλοκίνδυνος δὲ, καὶ ὅταν κινδυνεύῃ, ἀφειδὴς τοῦ βίου· ὡς οὐκ ἄξιον ὂν πάντως ζῆν.

Non autem ſe tradit ſubeundis paruis periculis, neque etiam adeundorum periculorum cupidus eſt, quia pauca ſunt, quae honore digna putet: magnis autem periculis ſe obijcit, & cum ſe in pericula conijcit, vitae nullam in partem parcit, tamquam carum habendum non ſit omni pacto viuere.

E x p o n i t modo multa, quae propria ſunt magnanimi viri: docetque, quomodo ſe ille his temporibus, ac locis geret: eum enim voluerit eum praeditum eſſe omnibus virtutibus, ſignificat etiam, quae inſtituta ipſius ſint in ipſis illis adminiſtrandis: initium autem ducit a fortitudine. Tradit igitur magnanimum non ſolere obijcere caput paruis, crebriſue periculis: neque etiam offerre ſe aliquo modo illis, & quaſi captare ipſa, quod ſeruare ipſum dicit, quia pauca admodum ſunt, quae digna ſua perſona putet; ſed graues tantum caſus: ingentiaque pericula non declinare, quae cum ſemel ſtatuerit ſibi eſſe ſubeunda, grandi animo ſuſtinet, neq; vitae ſuae parcit, vt qui decreuerit ſecum, non eſſe omni pacto eam caram habendam, tuendamque. Non eſt autem omnino certum primum iunctum verbum huius ſententiae; in quibuſdam enim libris legitur πυκνοκίνδυνος: in alijs vero, prima eius parte variata, μικροκίνδυνος: quod vero admonet Ariſtoteles, non valde variatur, quia ea, quae denſa, frequentiaque pericula ſunt, puſilla etiam ſint, neceſſe eſt.

Καὶ οἷος εὖ ποιεῖν· εὐεργετούμενος δ', αἰσχύνεται· τὸ μὲν γὰρ, ὑπερέχοντος· τὸ δὲ, ὑπερεχομένου.

Et cum paratus ſemper ſit ad beneficium dandum, cum beneficium accipit, erubeſcit: hoc enim: ſuperantis: illud vero inferioris, ac minoris.

H o c ad largitatem, beneficentiamq; magnanimi viri pertinet: ſignificat enim eum factum ac paratum ſemper, ad alios pecunia, conſilio, officijsq; omnibus iuuandos; non tamen eundem libenter accipere aliunde commoda, beneficiaque vlla, ſed, contra morem humilium perſonarum, cum cogitur ab aliquibus opem petere, erubeſcere; reddit rationem auctor huius inſtituti, ac moris ipſius; docens, prius illorum oſtendere perſonam ſupe-

ſuperiorem, & quae antecellat: alterum vero minorem, atque inferiorem: arbitratur vero ille, atque id non ſine cauſa, ſe ceteris omnibus antiſtare.

Καὶ ἀνταποδοτικὸς πλειόνων: οὕτω γὰρ προσοφλήσει ὁ ὑπάρξας, καὶ ἔσται εὖ πεπονθώς.

Ac pro acceptis beneficijs plura reddit: ſic enim qui incepit, quaſi debitor reſtabit, beneficioq; auctus erit.

Addit, eundem, cum beneficia accepta compenſat, non par pro pari reddere, ſed plura, maioraq; tribuere: ita enim cognoſcit ſe quaſi perſonam commutaturum, ac pro tamquam debitore, creditorem futurum; cuius contrarium continget in eo, qui initio ſe beneficum praeſtitit: ita enim videbitur non beneficium dediſſe, ſed accepiſſe.

Δοκοῦσι δὲ καὶ μνημονεύειν, οὓς ἂν ποιήσωσιν εὖ: ὧν δ᾽ ἂν πάθωσιν, οὔ: ἐλάττων γὰρ ὁ παθὼν εὖ, τοῦ ποιήσαντος: βούλεται δὲ ὑπερέχειν.

Videntur autem & recordari illorum, quos beneficio affecerint: vnde autem adiuti ſunt, minime: minor enim eſt, qui beneficium accepit, quam qui dedit: vult autem vir magnanimus excellere.

Pergit exponere alia ſtudia, inſtitutaque magnanimi viri, quae ſedulo auctor colligit, vt eum nobis ponat ante oculos: inquit igitur nunc, eum libenter meminiſſe illorum, quos iuuerit; mentionemque eorum facere in omni ſermone cum voluptate; firmamque ipſorum memoriam retinere: illorum vero, vnde adiutus ſit, minime; cuius moris ipſius cauſam hanc adfert: inquit enim minorem eſſe, qui accepit, quam qui dedit beneficium; cupere autem magnanimum cunctis in rebus ſe antiſtare ceteris, ardereq; deſiderio huius laudis.

Καὶ τὰ μὲν, ἡδέως ἀκούει: τὰ δ᾽, ἀηδῶς: διὸ καὶ τὴν Θέτιν οὐ λέγειν τὰς εὐεργεσίας τῷ Διΐ: οὐδ᾽ οἱ Λάκωνες πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ᾽ ἃ πεπόνθεσαν εὖ.

Et haec quidem libenter audit: illa vero iniucunde: quare Thetim non exponere ſua in eum beneficia Ioui, neque Lacones Athenienſibus, ſed quae inde acceperunt.

Praeterea dicit, eum libenter haec audire, quae ipſe ſcilicet beneficia in alios contulerit, quae vero acceperit iniucunde, & non ſine dolore, cuius rei cauſa perſpicua eſt: redigunt enim in memoriam, fuiſſe tempus, quo ille egeret. Vidiſſe autem hoc narrat, apud diuiniſſimum poetam, Thetim, cum rogaret Iouem, vt auxilium ferret filio, poſt acceptam iniuriam ab Agamemnone: nõ enim commemorare ipſam magna beneficia, quae in ipſum olim contuliſſet; vt recordatione illorum, quod vellet ab eo impetraret; & tamen Thetis initio orationis ſuae dixit. Si ego tibi, vnquam aut verbo, aut re proſui: quare accipere ita locum debemus, vt ſignificare voluerit Ariſtoteles, eam non nominatim illa expoſuiſſe: neque tempus etiam oſtendiſſe, quo illa facta eſſent, ſed tamquam de re dubia, & incerta locutam fuiſſe. Videndum autem eſt, cum omnino noſter doctor velit magnanimum virum non poſſe pati hanc commemorationem, quomodo Terentius tribuerit recte eandem naturam & morem humili homini, & paenè ſeruo, qui aegre paſſus eſt, cum operam ipſius requireret Simo erus, dicere moleſtam ſibi eſſe, & odioſam illam commemorationem & quaſi iubere ipſum vno verbo dicere, quod vellet: Nam in vetuſto etiã libro Homeri Scholion legitur, ſententiaque alius aliter locum interpretantis: erat enim communis opinio, facto tantum opem tuliſſe Thetim patri, non autem praeterea oratione, ac verbis: Cenſet igitur illud poetam addidiſſe, quod falſum planè erat admiſcens ipſum vero, vt totum vanum putaretur; ne videretur illa beneficium antiquum exprobaſſe Ioui. Verba declarationis ſunt haec. [illegible] δὲ φιλοσόφως, ὅτι προσέθηκε τῷ λόγῳ, [illegible] Idem etiam ſeruaſſe commemorat auctor (eſt autem hoc alterum exemplum) legatos Laconum, qui, cum illi victi eſſent magna pugna a Thebanis, duce Epaminonda, miſſi Athenas, non expoſuerunt merita ſua erga Athenienſes; ſed quae ab ipſis beneficia acceperunt;

runt: oratio haec non extat oratorum illorum. Graecus interpres narrat Calliſthenem in primo libro Ἑλληνικῶν hoc memoriae prodidiſſe.

Μεγαλοψύχου δὲ, καὶ τὸ μηδενὸς δεῖσθαι, ἢ μόλις: ὑπηρετεῖν δὲ, προθύμως.

Magnanimi autem eſt, & neminem rogare, aut aegre: inſeruire autem commodis aliorum promptè.

PECVLIARE quoque tradit eſſe Ariſtoteles viri magnanimi, neminem rogare, vt ſibi, aliqua re aduerſa grauato, opem ferat & quaſi ipſi ſupplicare, aut ſi quando neceſſitas ſibi huius rei impoſita eſt, ſero id facere, atque aegre: contra autem prompte alijs ſuppeditare, veluti etiã forraſſe non requirere, vt quiſpiã ipſi ad ſtatum ſuũ amplificandum, magisq; ornandum auxilij aliquid praebeat: ſatis enim praeſidij ad vtramq; fortunam in ſe poſitum putat. A

Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώματι, καὶ εὐτυχίαις, μέγαν εἶναι: πρὸς δὲ τοὺς μέσους, μέτριον. τῶν μὲν γὰρ ὑπερέχειν, χαλεπὸν, καὶ σεμνόν: τῶν δὲ, ῥᾴδιον: καὶ ἐν ἐκείνοις μὲν σεμνύνεσθαι, οὐκ ἀγεννές: ἐν δὲ τοῖς ταπεινοῖς, φορτικόν, ὥσπερ εἰς τοὺς ἀσθενεῖς ἰσχυρίζεσθαι.

Et erga illos, qui gradus honoris in ciuitate adepti ſunt, quorumq; res valde ſecundae, magnum ſe praebere: ergà mediocres autem, moderatum: hos enim vincere arduum eſt, & dignitatis plenum: hos vero, facile, ac pronum: & in illis quidẽ dignitatem ſuam tueri, non ignobile eſt: in humilibus autem ineptum, veluti velle periculum facere virium corporis, atque oſtentare illas, cum imbecillis certando.

ADDIT etiam, ipſum erga viros in magno gradu honoris conſtitutos, grandem ſe, ſtudioſumque ſuae dignitatis tuendae praebere; erga vero mediocres, interiectosque inter honeſtos, & humiles, moderatum: cuius moris magnanimi viri ratio haec eſt, quia vincere illos in contentione de honore, arduum eſt, ac dignitatis plenum: alteros vero, procliue: victoria autem facilis in omni certamine magnam laudem non gignit: placere autem ſibi, ac gloriae ducere contentionem cum grauibus, & claris viris, non ignobile, inquit, eſt; cum tenuibus vero contumax, & inani gloriae affine; ſimili, quod dixit, illuſtrare volens, inquit, ceu videri velle validum ſe eſſe, oſtentareque vires, ac robur, aduerſus imbecillos.

Καὶ εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἰέναι, ἢ οὗ πρωτεύουσιν ἄλλοι: καὶ ἀργὸν εἶναι, καὶ μελλητὴν, ἀλλ' ἢ ὅπου τιμὴ μεγάλη, ἢ ἔργον.

Et in loca non accedere, in quibus contentio eſt de honore, ſiue vbi principem locum tenent alij: & ignauum eſſe, ac procraſtinatorem, praeter quam vbi aut magnus honos propoſitus eſt, aut magnum opus.

MOS etiam, propriumque ipſius eſt, inquit, non accedere in ea loca, in quibus locis certamen eſt, contentioque de honore, ſiue addit, vbi primum locum tenent, inſtituto videlicet illius populi, ac lege quapiam, alij: quod arbitror ipſum facere, quia ita in periculum veniret minuendae ſuae dignitatis, quam tueri ipſe ſummo ſtudio conatur. Sequitur apud auctorem, eundem etiam ſegnem, & ignauum eſſe ad honores ſibi comparandos: neque ſubito, vt ſpecies aliqua honoris effulſerit, ferri ad eam ardenter, niſi aliquis velit partem eſſe hanc ſuperioris ſententiae, atque animaduerſionis, & non putet hoc ipſum ſemper facere, omnibus que in rebus tardum ſe lentumque praebere, ſed cum ſecum cogitat, an adeunda ſibi ſunt loca, quae dixit: nam quod ſtatim adiungit eum eſſe μελλητὴν, non alienum eſt ab hac opinione, vt dixerit, ipſum differre in aliud tempus, & quaſi procraſtinare in ea proficiſci: eſſe namque hanc notionem, ac vim huius nominis certum eſt: vnde illud Euripidis apud Plutarchum de conſuetudine Deorum, caeleſtisq; naturae, quae ſero animaduertit in improbos, ac conſceleratos: μέλλει τὸ θεῖον δ' ἐστὶ τοιοῦτον φύσει. Vnum autem tempus excipit, in

quo

quo ſegnis ille eſſe non debet: vbi ſcilicet de magno honore agitur, aut dignitatis plenum facinus alicui gerendum, adminiſtrandumque datur; nollet enim tunc ſe facultate priuari obtinendi laudem illam, ac gloriam.

Καὶ ὀλίγων μὲν πρακτικόν· μεγάλων δὲ, καὶ ὀνομαστῶν.

Et eſſe factum ad res paucas gerendas: magnas autem, & quarum nomen magnum ſit.

INDICAT etiam magnanimũ incumbere in paucas admodum res agendas: illas tamen eſſe ipſas vult, quas attingit, magnas, ac memorabiles, & vnde augere poſſit exiſtimationem ſuam. Cum autem paucae admodum repetiantur, quae huiuſcemodi ſint, mirum videri non debet, ſi facile patitur ipſas ſibi elabi e manibus.

Ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι, καὶ φανερόφιλον· τὸ γὰρ λανθάνειν, φοβουμένου.

Neceſſe autem eſt, & odia, & amores eius apertos eſſe: ſtudere enim vt fallat, metuentis eſt.

ADMONET quoque fieri non poſſe, quin ille ſit apertus, ſolutusque, in odio, atque amore; neqne occultet animum ſuum vllam in partem: cauſam hnius conſuetudinis ipſius, vel potius ingenij eſſe inquit, quia, ſi tueri vult perſonam ſuam, non operam dare debet, vt fallat, abdatqne ſenſus ſuos; eſt namque illud ſignum timoris: in magnanimi vero viri pectore nullum veſtigium exiſtit metus.

Καὶ μέλειν τῆς ἀληθείας μᾶλλον, ἢ τῆς δόξης.

Et maiori curae habere veritatem, quàm exiſtimationem.

EVNDEM adiungit magis ſollicitum eſſe de veritate, quàm de exiſtimatione; cuius egregiae voluntatis, animique magnitudinis, fuit apud Aeſchylum Amphiaraus, & Salluſtianus
„ Cato, de quo ſcripſit. Eſſe, quàm videri, bonus malebat; quae ſententia ſummaque laus expreſſa fuit ex ipſo tragico.

Καὶ λέγειν, καὶ πράττειν φανερῶς· καταφρονητικοῦ γάρ· διὸ παῤῥησιαστικός· παῤῥησιαστικοῦ δέ· διὸ καταφρονητικός.

Et dicere, & facere omnia palã: contemnẽtis enim propriũ: quare amat libertatẽ loquendi: libere aũt loquẽtis hoc eſt: quare factus eſt ad contemnẽdos ceteros.

EVNDEM dicit hic Ariſtoteles, quaecunque diceret, aut faceret, aperte, ac ſine fuco vllo gerere: vnde proficiſcitur, vt videatur deſpicere ceteros, cum minime caueat apud aliquos offendere: contingit enim, vt qui cuncta, quae animo probant, efficiunt, aut loquuntur, diſpliceant multis, quibus ex moribus, naturaque ipſius inquit naſci, vt pronus ſit ad ea, quae ſentit, libere loquenda; hoc enim proprium eſſe vult hominis procliuis ad hanc libertatem, quae tota res, natnraque, vt ait, conuertitur; cum huiuſcemodi etiam omnes, qui ſcilicet libere loquuntur, deſpiciant ceteros.

Καὶ ἀληθευτικὸς, πλὴν ὅσα μὴ δι' εἰρωνείαν· εἴρωνα δὲ πρὸς τοὺς πολλούς.

Et ad veritatem cuſtodiendam factus, praeter quàm ea, quae narrat diſſimulationi nulli accommodata; ironia autem vtitur erga multos.

VERITATISQVE amator eſt: excipit, vt ſnpra fecit, vnum tantum tempus, cum ſimulat: verbisque extennat ſua bona; quae figura dicendi vocata eſt εἰρωνία: illa autem in omni ſuo ſermone vſum fuiſſe Socratem notum eſt; Addit autem monſtratque tempus, quo magnanimus

nimus ipſa vtitur, ac ſimulat: in congreſſibus inquam, colloquijſque cum tenuibus hominibus, & quando ipſi vſu venit, vt cum idiotis loquatur: neque enim tunc metuit, ne dignitas ſua violetur: apud graues vero, & honeſtos viros, vt vere facere poteſt, de ſua virtute magnifice loqueretur, nec quicquam illis cederet.

Καὶ πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν, ἀλλ᾽ ἢ πρὸς φίλον: δουλικὸν γάρ: διὸ καὶ πάντες οἱ κόλακες, θητικοί: καὶ οἱ ταπεινοὶ, κόλακες.

Et ad alterius imperium viuere non poſſe, niſi fuerit ille amicus: ſeruile namque hoc eſt: qua de cauſa aſſentatores omnes ſimiles mancipijs ſunt: & humiles homines, aſſentatores.

Adiungit, non poſſe ſibi, magnitudine hac animi praeditum virum, imperare, vt vitam traducat ad commoda vtilitateſque aliorum, neque vllo pacto ſeruire illorum honori; tantum praeſto ſemper ipſum futurum temporibus amicorum: intelligit enim non conuenire ſibi humilitatem eam, ſed eſſe id proprium mancipij alicuius, ac tenuis hominis. Elicit autem ex hac ſententia, vt exploratum ac verum; omnes, qui alicui aſſentantur, ſeruile ingenium habere, & contra, qui humilem animum habent, facile animum inducere ad aſſentandum; nec reformidare hanc maculam ac turpitudinem. ζῆν πρὸς ἄλλον, valere quod dixi, & alieno demum arbitratu viuere ſatis apertum eſt.

Οὐ δὲ θαυμαστικός: οὐδὲ γὰρ μέγα αὐτῷ ἐστιν.

Neque admirator eſt: nihil enim magnum in animo ipſius eſt.

Addit magnanimum non valde aliquid admirari, cuius ipſius animi, atque inſtituti cauſam hanc affert: nihil enim ducere ipſum grande, amplumque affirmat: haec autem ſunt, quae ſuſpicere ſolemus, quae noua ſcilicet, inauditaque ad aures, oculoſque noſtros veniunt. Democritum praecipue commendaſſe ἀθαυμαστίαν hanc narrauit Plutarchus in libello περὶ τοῦ ἀκούειν: Pythagoramque ſolitum dicere accepimus, ex ſtudijs ſapientiae ſe fructum hoc feciſſe, quod nihil amplius admiraretur: ſed quis accuratius, copioſiuſque hoc laudauit, quàm Horatius in epiſtola ad Numicium, quem ſecutum eſſe ſententiam doctorum virorum, quos nominaui, arbitrari debemus: recte igitur tribuit hoc quoque noſter doctor magnanimo viro, ipſique in primis hoc congruit.

Οὐδὲ μνησίκακος: οὐ γὰρ μεγαλοψύχου τὸ ἀπομνημονεύειν, ἄλλως τε καὶ κακά: ἀλλὰ μᾶλλον παρορᾶν.

Neque recordatur praeterita mala: non enim viri magnanimi eſt, reminiſci, praeſertim mala: ſed ea potius ſua nihil intereſſe putare.

Eundem etiam non ſolere inquit vetera mala, incommodaq; accepta recordari, ſed è memoria ipſa facile delere; non enim viri talis eſſe ait, praeteritas res firmas in animo retinere, ſiue bonae illae, ſiue malae fuerint, ſed potius obliuiſci, praeſertim res aduerſas, & odioſas, veluti acceptas iniurias, atq; omne, quod poſſit recordatione inurere animo ipſius moleſtiae aliquid, aut aegritudinis. Hoc verbo vſum fuiſſe in ſenatu M. Ciceronem indicio ipſius cognouimus, cum, poſt recuperatam, vt ſperabat, remp. nece Caeſaris, auctor fuit ciuibus ſuis, vt iniurijs, maliſque acceptis, dominante illo, ſilentium imponeretur, cum enim inquit. Graecum etiam verbum vſurpaui, quo tum in ſedandis diſcordijs vſa erat ciuitas illa, intellexit μὴ μνησικακεῖν, etſi non deſunt etiam veteres ſcriptores, qui ἀμνηστίαν intelligunt. Sed ad noſtrum redeamus, qui cum velit potiſſimum hoc facere magnanimum debere in malis a ſe acceptis, videtur oſtendere, non eſſe etiam officium eius, neque conuenire ipſi, vt res ſecundas, & bonas valde recorderur, ac memoret: ſi namque hoc faceret, videretur nimis illis delectatus eſſe, nec ſperare magnopere, vt reliquo tempore ſimilibus commodis vteretur.

Οὐδ᾽ ἀνθρωπολόγος: οὔτε γὰρ περὶ αὑτοῦ ἐρεῖ, οὔτε περὶ ἑτέρου: οὔτε γὰρ ἵνα ἐπαινῆται,

μέλει

μέλει αὐτῷ: οὔθ᾽ ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγωνται: οὐδ᾽ αὖ ἐπαινετικός ἐστι: διόπερ οὐδὲ κακολόγος: οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν, εἰ μὴ δι᾽ ὕβριν.

Neque de hominibus loquitur: neq; enim de ſemet ipſo verba faciet, neque de alio quopiam: neque enim vt laudetur, magnae ipſi curae eſt: neque vt alij vituperentur: neque etiam procliuis ad alios laudandos eſt: quapropter neque maledicus: nam inimicos etiam non laedit, niſi cum vexat ipſos contumelia.

Non morem qooque habere magnaoimum inquit, vt de hominibus loquatur: ſtudijsq; ac factis eorum: is namque, qui ſermonem inſtituit de ipſis, neceſſe eſt, aut de ſemetipſo loquatur. aut de alijs: de ſe non loquetur: neque enim ſuſcipit curam vllam, vt laudetur: relinquit enim hoc in voluotate, poteſtateque aliorum: ſatis ipſi eſt ſcire, ſe dignnm eſſe omni laude atque honore: neque etiam ſua intereſſe putat, videre, vt alij vituperentur: non enim ex aliorum dedecore, infamiaq; laudem ſibi eſſe hauriendam putat, eum habeat illa ipſius vita ſuas proprias, ſtabileſque tadices. quapropter ait, non maledicit alijs, neque exiſtimationem laedit cuiuſpiam; qninimmo parcit etiam inimicis, niſi eum contumeliae cauſa hoc facit: cuius rei rempus eſſe potat, cum illi ſe ipſi improbe antepoſuerint. Non pnto autem intellexiſſe Ariſtotelem, cum inquit εἰ μὴ δι᾽ ὕβριν, tune licere ſolum magni animi viro male loqoi de aliquibus, cum vlciſcitur acceptam ab illis iniuriam, eo tempore non verbis opus, ſed factis: neque ὕβριν, hoc valet; pertinetque ad eorum perſonam, ſed magnanimi, qui deſpicere ſolet improbos quoſdam, qui ipſum laeſeriot, non ipſos dignos putat, quibus reſpōdeat accurate: ſed iacit in ipſos contumeliae aliquid, quo docet, ſe ipſos paruiducere, & nullius ptetij homines exiſtimare.

Καὶ περὶ ἀναγκαίων, ἢ μικρῶν, ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς, καὶ δεητικός: σπουδάζοντος γὰρ οὕτως ἔχειν περὶ ταῦτα.

Et de damnis neceſſario acceptis, ſiue paruis, minime queribundus eſt, neque ſupplex aliquibus: eſt enim eius, qui valde ea curat, ita affectum in ipſis eſſe.

Significat enndem etiam de rebus ad vitam oeceſſarijs, puſillisque, ſi forte aliquid incommodi, damnique in ipſis accepit, non magnopere qoeri ſolere, neqne deplorare ſingulis horis haec detrimenta rei familiaris, neque rogare etiam aliquos, vt ſuceurrent his malis; quod facere, inquit Ariſtoteles ſignum eſt, quod aliquis haec valde eara habeat, nec putet ſe commode, illis deſtitutum, vitam, dignitatemque ſuam tueri. Huius animi, contemnentis inquam, haec incommoda, damnaque accepta, fuit M. Cicero, vt ipſemet de ſe
„ praedicat: inquit enim in epiſtola quadam ad Atticum. Tabernae mihi dnae corruerunt,
„ ceterae rimas agunt, o Socrates, & Socratici viri, numquam vobis gratiam referam; hoc tamen ipſe bonom fatetnr ſe accepiſſe a ſtudijs ſapientiae, non ab animi inſita ſibi a natura magnitudine.

Καὶ οἷος κεκτῆσθαι μᾶλλον τὰ καλὰ, καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων: αὐτάρκους γὰρ μᾶλλον.

Et ingenio talis, vt magis poßidere velit pulchra praedia, & infructuoſa, quàm fructuoſa, & vtilia: eſt enim hoc magis eius, qui contentus ſit rebus ſuis.

Talem qnoqne, atqne ita animo factum eſſe dicit magnanimum, vt magis delectetur partibus patrimonij, quae pulchrae ſunt, plenaeqne dignitatis, etſi minime fructuoſae ſunt, quàm fructuoſis, & vnde magna vectigalia capiantur; quod ſi ager emendus ſit, parabit potius talem; huius antem iudicij de illo eſt auctor, quia videt ea magis declarare hominem, qui ijs, quae poſſidet, conteotus ſit, ſtudeatque ſplendori, atque honeſtae voloptati. Οἷος κεκτῆσθαι; qui elegans loquendi modus, & ſaepe vſurpatus a noſtro diſerto ſcriptore, valet id, quod dixi: non multo ſupra etiam inquit eodem ſenſu, οἷος δὲ κτᾶν, ſed etiam in III lib ro de ortu animalium, inquit ὑπὸ φ ἐστὶ πάντων γένεσις, οἷον κτῶν ἀξίως γενέσθαι.

Καὶ

Καὶ κίνησις δὲ βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις στάσιμος: οὐ γὰρ σπευστικὸς, ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων, οὐδὲ σύντονος, ὁ μηδὲν μέγα οἰόμενος: ἡ δ' ὀξυφωνία, καὶ ἡ ταχυτὴς διὰ τούτων: τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλόψυχος.

Et motus etiam tardus magnanimi viri videtur eſſe, & vox grauis, & locutio ſtabilis: non enim feſtinare ſolet is, qui de paucis ſollicitus eſt: neque contendit animum is, qui nihil magnum eſſe arbitratur: acuta autem vox, & celeritas in omni re adhibita, propter haec exiſtit: huiuſcemodi quidem eſt vir magnanimus.

MOTVM etiam corporis magnanimi oportere tardũ eſſe oſtẽdit, & qui ſpectarit ipſum, hoc ſeruare illum facile intelliget: magnitudo enim animi non patitur eum feſtinare; non enim metuit, ne tempori praeſto futurus ſit omnibus ſuis factis; quod ſi etiam non conſequeretur, nihilo tamen deteriores ſuas res futuras putat: his enim ferè de cauſis tradit auctor ipſum ita ſe gerere in vita. Non intelligit autem, vt falſo quidam putat, motum illum, quem ſignificauit M. Cicero, vbi de Cn. Magno loquitur, dicit ipſum habuiſſe in voce ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem: loquitur enim ibi de illo, vt oratore; intelligitque actionem, & ὑπόκρισιν; Ariſtoteles autem mutationem loci; ideſt cum aliquo proficiſcitur, aut inde redit. eódem pacto, vocem grauem, non contrariam huic, ac volubilem, cum acuta vox, feſtinatioque declaret hominem ſollicitum de multis, magniſque rebus, nec alijs de cauſis ſuſcipiatur. De graui voce, idem, quod hic, tradidit auctor in V. libro de generatione animantium his verbis. καὶ δοκεῖ γενναιοτέρας εἶναι φύσεως, ἡ βαρυφωνία: Conuenire quoq; ſtabilem ſonum vocis magnanimo viro aliquo modo teſtatur ipſe in problemate quodam: eſſeque res has ſimiles; dixit enim muſicam καθεστηκυῖαν eſſe μεγαλοπρεπῆ καὶ στάσιμον: pares autem ſunt multis in rebus grandes hae, amplaeque virtutes. Quod ad σύντονον pertinet, Plato quoque, cum acres, vehementesque cupiditates oſtendere vellet, verbis tranſlatis vſus, vocauit ipſas συντόνους, καὶ οἰστρώδεις, vt quae intenſae forent, & nihil vmquam remitterent. Cum vero expoſuiſſet Ariſtoteles, qualis ſit magnanimus, & quaſi mores ipſius, inſtitutaque nobis ante oculos collocaſſet, deſcribit nunc eos, qui in hoc, contrarijs modis labuntur ac peccant, quibuſque nominibus notentur, inquit enim.

Ὁ δ' ἐλλείπων, μικρόψυχος: ὁ δ' ὑπερβάλλων, χαῦνος: οὐ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι, οὐδ' οὗτοι: οὐ γὰρ κακοποιοί εἰσιν: ἡμαρτημένοι δέ.

Qui autem quaſi in curſu deficit, parui animi homo: qui vero ſuperat modum, inflatus: non improbi igitur mortales videntur eſſe, neque hi: non enim malefici homines ſunt: affines autem erroribus.

CVM quae ſit magnitudo animi tradidiſſet, nunc contraria ipſius huius virtutis vitia declarat, & quomodo vocentur, qui in illis peccant, exponit, ſunt autem illi parui animi homines, alteri vero quaſi inflati, non improbos autem mortales hos quoque eſſe inquit; neque alicui magnae culpae affines; quippe cum nemini noceant; neq; incommodi aliquid cuipiam pariant; ſed tamen errent, ſibique ipſis obſint.

Ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος, ἄξιος ὢν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ἀποστερεῖ, ὧν ἄξιός ἐστι, καὶ ἔοικε κακὸν ἔχειν τι, ἐκ τοῦ μὴ ἀξιοῦν ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγνοεῖν δ' ἑαυτόν: ὠρέγετο γὰρ ἂν ὧν ἄξιος ἦν, ἀγαθῶν γε ὄντων.

Parui enim animi homo, qui ſanè bonis dignus eſt, ſe ipſum ijs, quibus dignus eſt, orbat, & videtur malum quiddam in ſe continere, quòd non exiſtimat ſe ipſum dignum bonis, & ignorat ſemet ipſum: appetiſſet enim, quibus dignus eſſet, cum bona ſint.

PRIMVM docet parui animi hominem labi, qui cum dignus ſit bonis, ſemet priuat, errore animi, honoribus his, qui ipſi conueniunt: quare videtur hanc culpam in ſe habere, quod non exiſtimat ſe dignum praemijs vllis; ignoratque ſemetipſum: ſi namque ſe noſſet, inquit, expetiſſet ea, quibus dignus eſt, non ſpreuiſſet, cum bona, optabiliaque ſint.

Οὐ μὴν ἠλίθιοί γε δοκοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον νωθροί: ἡ τοιαύτη δὲ δόξα, δοκεῖ καὶ χείρους ποιεῖν: ἕκαστοι γὰρ ἐφίενται τῶν κατ' ἀξίαν: ἀφίστανται δὲ καὶ τῶν πράξεων τῶν καλῶν, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἀνάξιοι ὄντες: ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν.

Non tamen fatui hi videntur eſſe, ſed potius acutae mentis viri: huiuſcemodi autem opinio videtur ipſos deteriores reddere: ſinguli enim mortales amant ea, quae ex dignitate eorum ſunt: remouent autem ſe ab honeſtis actionibus, ac ſtudijs, tamquam non digni ſint ipſis: ſimili autem modo & a bonis extra ſe poſitis.

NON tamen inquit, hi exiſtimari debent eſſe ἠλίθιοι idest fatui & inſulſi, quo vitio laborare multos ſignificauit in his libris, veluti qui protſus imbecilli conſilij forent: ſed potius eſſe acuti ingenij, ac multum in rebus exiſtimandis videre: hos enim puto ab auctore νοεροὺς hic vocatos, quam veram eſſe lectionem huius loci arbitror, ſemperque exiſtimaui: quod enim addidit, ἀλλὰ μᾶλλον, hoc prorſus videtur ſignificare. Sed cum Lambinus lectionem hanc meam improbarit, ad veteremque illam, a me reiectam, redierit, ne rurſus idem ei contingat, quae me cauſae mouerint, vt hanc veriorem putarim, ſignificabo: ſumam autem ad hoc comprobandum eadem argumenta, quibus vſus fui olim in epiſtola, quam ſcripſi ad Ludouicum Caſtaneum Rupipozaeum, cum legatus eſſet ſui Regis ad Gregorium XIII. Pontifice Maximũ, fuit enim mihi commodum ad eum de hoc ſcribere magni iudicij virum, & non minoris eruditionis, eundemque Graeci ſermonis eximium amatorem, exercendi ingenij cauſa, & principem, qui me amaret, ſalutandi. Primum igitur pro νωθροὶ reſtitui νοεροὶ, ſecutus fidem cunctorum fere, quos vidi, calamo ſcriptorum codicum. Sed Aſpaſius etiam ita legit, qui ſic interpretatur hoc nomen, νοεροὶ δοκοῦσι καὶ ἐπιστημονικοί. Significare igitur puto voluiſſe auctorem μικροψύχους hos, non fatuos eſſe, neque tardos, vt ſunt, quos vocat χαύνους, ſed contrarios potius his, & perſpicacis ingenij, qui ſibi nihil arrogent, ſed potius detrahant aliquid eius honoris, ac laudis, quam ſibi non ſine cauſa vendicare poſſent: atque hoc facere, vt opinor, quia bene cognitas, & perceptas habeant res humanas, ipſarumq; infirmitatem, & crebras mutationes reformident: ideoque fugiant, ſe implicare nimis moleſtis, & plenis periculorum factis. Siue quia non magni aeſtiment hos gradus honoris, nihilque huiuſcemodi magnopere admirentur. Ariſtoteles praeterea in II. libro de partibus animalium, de ſanguine diſſerens, vique Ipſius, ac natura, inquit, cruorem craſſiorem & calidiorem magis gignere vires corporis, ac robur: acriores autem ſeoſus & mentem acutiorem illum, qui tenuior eſt, ac frigidior: νοερώτερον enim illic ſine vlla dubitatione, vt extat in veteribus exemplaribus, non νωθρότερον, vt habet Aldi liber, legi debet. Extant adhoc antiquae multae declarationes, & bonis verbis expoſitae, veterum illorum doctiſſimorum virorum in Iliada Homeri, in margine vetuſti libri, qui apud nos eſt; domi Iacobi Saluiatij illuſtriſſimi viri, vna cum alijs multis praeclaris monimentis antiquitatis, quae ſcholia, niſi vidiſſet Euſtathius, atque ipſorum parte aliqua commentarios illos ſuos prolixos ornaſſet, planc minutus quidam grammaticus fuiſſet. In illo igitur verſu XVI. libri: Ὁ τρεῶν ἵπποισι, καὶ ἀνέρας ὀτρύνοντες: quo poeta dicit, Achillem exhortatum fuiſſe equos, & milites ſcutatos, primum conſuetudinem quandam ſermonis ſecutum Homerum putat: etſi enim equos nominarat, tamen equites intelligi voluiſſe. Deinde adiungit, ὁ τοὺς ἵππους ὀτρύνων: νοεροὶ γὰρ ὄντες, ὡς θεῖοι, quaſi cum fati caeleſti ſemine forent, proprij equi illius herois, potuerit ipſos, vt participes rationis verbis excitare. Nunc autem ad ſententiam auctoris reuertamur: huiuſcemodi opinio, ait Ariſtoteles, quod ſcilicet de ſe humiliter ſentiunt, ac ſpernunt, quae iure bono ad ſe peruenirent, videtur eos deteriores facere: cuncti enim mortales expetunt, quae ſibi conueniunt bona, & non pauci etiam, addo ego, in alteram potius partem peccant. Adiũgit autem, hos ſe abſtinere ab honeſtis factis ac ſtudijs; vnde poſſent multum laudis, ac dignitatis adipiſci, vt qui falſo putent ſe illo honore dignos non eſſe: eodem autem pacto etiam priuare ſe multis eorum bonorum, quae ſunt extra nos.

Οἱ δὲ χαῦνοι, ἠλίθιοι, καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες, καὶ ταῦτ' ἐπιφανῶς: ὡς γὰρ ἄξιοι ὄντες,

τῶν

τοῖς ἐντίμοις ἐπιχειροῦσιν, εἶτα ἐξελέγχονται.

Inflati autem fatui ſunt: ſeq́ ipſos ignorantes, atque id quidem apertè, tamquam enim digni ſint, res plenas honoris aggrediuntur: deinde arguuntur.

VT parui animi homines in honoribus expetendis, negauit eſſe ἠλιθίους: ita contra qui nimis cupidi ipſorum ſunt, amplexanturque eos, quibus ſuſtinendis pares non ſunt, eſſe vult ἠλιθίους, ideſt fatuos & hebetis, tardique admodum ingenij: quique ſe, ſuasque vires ignorent. Errorem autem illorum perſpicuum eſſe dicit, & obuerſari ante oculos omnium, tãquam enim idonei ſint rebus illis gerendis, plenis honoris, ipſas aucupantur, ſibique depoſcunt: deinde inquit, redarguuntur.

Καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦνται, καὶ σχήματι, καὶ τοῖς τοιούτοις, καὶ βούλονται τὰ εὐτυχήματα φανερὰ εἶναι αὐτῶν, καὶ λέγουσι περὶ αὐτῶν: ὡς διὰ τούτων τιμηθησόμενοι.

Et veſte ornantur, & forma, & reliquis huiuſcemodi: voluntq́ res proſperas ipſorum ante oculos omnium eſſe, & loquuntur de ipſis: tamquam ex ipſis honores conſecuturi.

MORES etiam eorum exponit, ſtudiaque, falſam vndique, inanemque gloriam captantia: pretioſa enim veſte vtuntur, & ſpecie, formaque corporis accommodata ad inanem ſplendorem: huiuſcemodique omnibus rebus, quae valent non nihil ad ornatum ſibi comparandum, non ſolidum tamen illum, neque verum. Dare operam etiam eos dicit, vt res ipſorum proſperae omnibus notae ſint, veluti diuitiae, ceteraque fortunae bona, loquuntur quoque de ipſis, ſuis inquam illis bonis, & praedicant, augentque oratione ſua quantum poſſunt, vt qui ſperant, ſe ita, quod valde cupiunt, conſecuturos eſſe: ita enim accipio illud περὶ αὐτῶν, vna cum Arretino, & Argyropylo, nec tamen me fallit, D. Thomam aliter de hoc ſenſiſſe, qui interpretatur de ſeipſis, ſecutum veterem tralationem.

Ἀντιτίθεται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἡ μικροψυχία, μᾶλλον τῆς χαυνότητος: καὶ γὰρ γίνεται μᾶλλον, καὶ χεῖρόν ἐστιν: ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία, περὶ τιμήν ἐστι μεγάλην, ὥσπερ εἴρηται.

Aduerſatur autem animi magnitudini vitium parui, & anguſti animi, magis quàm inflati: nam & frequentius, & deterius eſt: magnanimitas igitur circa honorem magnum eſt, vt dictum eſt.

CVM magnanimitati, duo, contraria inter ſe, vitia opponantur, oſtendit, vtrum ipſorum magis aduerſetur virtuti, quae in hac re exiſtit: affirmatq; magis repugnare ipſi minutum, anguſtumque animum, quàm ventoſum, & vanae laudi deditum; quod probat duobus argumentis; frequentius enim eſſe inquit, faciliusque irrepere in hominum pectus: nec non deterius, quodque magis poſſit, & illi, cui haeret, & ceteris obeſſe: poſt quod redigit in memoriam nobis, manere virtutem hanc in magnis honoribus recte, ordineq; conſectãdis.

Ἔοικε δὲ καὶ περὶ ταύτην εἶναι ἀρετή τις, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέχθη, ἣ δόξειεν ἂν παραπλησίως ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐλευθεριότης πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν: ἄμφω γὰρ αὗται, τοῦ μὲν μεγάλου ἀφεστᾶσι: περὶ δὲ τὰ μέτρια, καὶ τὰ μικρὰ διατιθέασιν ἡμᾶς, ὡς δεῖ.

Videtur autem & circa hanc eſſe virtus alia quaedam, quemadmodum initio dictum fuit, quae videri poſſet ſimili modo ſe habere ad magnanimitatem, quo ſe habet liberalitas ad magnificentiam: ambae namque hae ſe remouent a magno: circa autem res mediocres, ac paruas afficiunt nos, vt oportet.

ADMO-

ADMONET, videri circa materiam hanc exiſtere virtutem alteram quandam,quae ſimiliter ſe habet ad magnanimitatem, veluti liberalitas ad magnificentiam,id quod a ſe prius, quo loco leuiter deſcripſit virtutes has morum, dictum eſſe, memorat: ſimiles autem inter ſe ſunt,quia ambae ſeiungunt ſe a magnitudine; in mediocribus autem rebus, puſillisque ita inſtruunt animos noſtros, componuntque, vt decet,ac rectum eſt.

Ὥσπερ δ' ἐν λήψει, καὶ δόσει χρημάτων, μεσότης ἐστὶ, καὶ ὑπερβολή τε, καὶ ἔλλειψις: οὕτω καὶ ἐν τιμῆς ὀρέξει τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον, καὶ τὸ ὅθεν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ: τόν τε γὰρ φιλότιμον ψέγομεν, ὡς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὅθεν οὐ δεῖ τῆς τιμῆς ἐφιέμενον: τόν τε ἀφιλότιμον, ὡς οὐδ' ἐπὶ τοῖς καλοῖς προαιρούμενον τιμᾶσθαι.

Veluti autem in ſumendis pecunijs, & dandis mediocritas eſt, & exuperantia, & paucitas: ita in honoris appetitione: magis quàm oportet & minus, & vnde oportet, & vt oportet: cupidum enim honoris vituperamus, vt, & magis quàm oportet, & vnde non oportet, honorem appetentem: & vacuum a cupiditate honoris, vt ne ob honeſtas quidem res volentem honorari.

SIMILITVDINEM conſtituit,quaeque ita vere vocari poſſit,'oſtendit: vt enim inquit in capienda, dandaq; pecunia medium eſt,& nimium & parum;ſic in expetendo honore exiſtit magis,ac minus,nec non recta via, ac veritas, vt quaerantur ſcilicet & vnde oportet, & quomodo: declarat hoc verum eſſe, ducto argumento a conſuetudine, moreque noſtro loquendi: ſolemus enim inquit inſimulare cupidum valde honoris: is enim eſt φιλότιμος; vt peccantem in hoc, & magis quàm oportet, & vnde non oportet honorem appetentem: eodemque pacto eum, qui nullo deſiderio honoris teneatur, vt hominem, qui non ob honeſta etiam facta ſtudeat ornari.

Ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον: τὸν δὲ ἀφιλότιμον, ὡς μέτριον καὶ σώφρονα, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἴπομεν.

Contingit autem aliquando, vt cupidum honoris laudemus, tamquam virilem, & ſtudioſum dignitatis: itemq; vacuum a cupiditate honoris, vt moderatum, & temperantem, vt in primis illis diximus.

ADDIT, temporibus mutatis, ac locis ſenſus noſtros variari; contingereque aliquando, vt cupidum honoris laudemus: honeſtisque nominibus appellemus, vt virilem, & ſtudioſum dignitatis: eodemque pacto alienum ab honore commendemus; quaſi moderatum hominem, & temperatum, quod etiam ſignificat, initio ſe tetigiſſe.

Δῆλον δ' ὅτι πλεοναχῶς τοῦ φιλοτοιούτου λεγομένου, οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ φέρομεν τὸν φιλότιμον: ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν, ἐπὶ τὸ μᾶλλον, ἢ οἱ πολλοί: ψέγοντες δὲ, ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ.

Perſpicuum autem eſt, cum multis modis, ſtudioſus huius, aut illius dicatur, non ſemper ad idem nos comportare hoc nomen: ſed cum laudamus quempiam, ad eum, qui magis, quàm multi faciant: cum vituperamus autem, ad eum, qui magis quàm deceat.

DOCET, cum omnes, qui cupidi ſunt alicuius rei: iunctoq; cum illis ipſis rebus verbo appellantur, nominanturque nomine, quod non ſemper idem valet, ſed variatur, variatis ſenſibus ac iudicijs hominum, idem etiam vſu venire in hoc, vno illorum, quod eſt φιλότιμον, ſed cum laudamus φιλότιμον, ſtudioſumque honoris, ita capimus hoc nomen, vt intelligamus magis eum appetere honores, quàm multitudo: humilesq; homines faciant: illi namq; nullam cogitationem vnquam ſuſcipiunt de adipiſcendo honore: cum criminamur autem, capimus tamquam magis cupiat, quàm decet.

Ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης, ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα: ἐν οἷς δ'

δ᾽ ἐστὶν ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον: ὀρέγονται δὲ τιμῆς, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον: ἔστι δὴ καὶ ὡς δεῖ.

Cum careat autem nomine mediocritas, de ipſa, vt ſede deſerta, litigant inter ſe extrema: vbi autem eſt exuperantia, & paucitas, illic etiam eſt mediũ: appetũt autem honorẽ & magis quàm oportet, & minus: quare licet etiã vt oportet.

C v m autem in hac re media ſedes nomine careat, de ipſa, tamquam deſerta, ac ſine poſſeſſore, contendere inter ſe litigareque videntur extrema: Adiungit autem quod ad rem confirmandam valet. Omnibus antem inquit in rebus, in quibus exiſtir nimium, ac parum, in iiſdem etiam eſt medium: videmus enim inquit mortalès non paucos expetere honõres, ac magis, quàm oportet, & minus: quare deeſſe non poſſunt etiam, qui vt decet, expetant; declaratum autem eſt, extare virtutem hanc.

Ἐπαινεῖται γοῦν ἡ ἕξις αὕτη, μεσότης οὖσα περὶ τιμὴν ἀνώνυμος: φαίνεται δὲ πρὸς μὲν τὴν φιλοτιμίαν, ἀφιλοτιμία: πρὸς δὲ τὴν ἀφιλοτιμίαν, φιλοτιμία: πρὸς ἀμφότερα δὲ, ἀμφότερά πως: ἔοικε δὲ τοῦτ᾽ εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς: ἀντικεῖσθαι δὲ ἐνταῦθ᾽ οἱ ἄκροι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ ὠνομάσθαι τὸ μέσον.

Laudatur igitur hic habitus, qui eſt mediocritas circa honorem, vacuus nomine: ſpeciem autem habet, ſi conferatur quidẽ cum cupiditate honoris, vacuitatis honoris: ſi vero cum vacuitate honoris, cupiditatis honoris: ſi cum ambabus autem, ambarum aliquo modo: videtur autem hoc eodem pacto ſe habere & circa alias virtutes: opponi autem hic extremi perſpiciuntur, atque hoc, quia nomen non impoſitum eſt.

L a v d a r i habitum hnnc animi teſtatur, quae res declarat eum virtutis nomine ornandũ: eſſe vero ipſum repetit, mediocritatem quandam in honore expetendo, non tamen maximo, carereque ipſum nomine ſignificat, quae res fecit, vt non tam facile intelligi, cognoſcique potnerit. Adiungit antem (ſtudet enim quantum poteſt aperire illum, & magis patefacere) eum, ſi conferatnr cum habitu, qui vehementer cupit talem honorem, poſſe videri habitum vacuum penitus a deſiderio honoris; ſi vero cum altero extremo, peiorem illum, qui flagrat deſiderio ipſius, ad ambos autem illos hunc ipſum medium collatum ſimul vtrumque eorum extremorum non omnino male, nec ſine cauſa exiſtimatum iri; quod tamen (iudicari inquam poſſe aliquo modo medium ambos extremos) non proprium eſſe vult huius virtutis, ſed commune ipſi cum reliquis virtutibus: ſpeciem enim quandam in ſe habent cunctae vitiorum, quae ipſas cingunt; vt qui non multum vident, facile in hoc decipi, & errare poſſint; quod oſtendir ille, vſus verbo ἔοικε, quo paſſim vtitur, cum loquitur de rebus, quae incertae ſunt, & non omnino firmae, planaeque. Addit in hac potiſſimum materia videri extremos repugnare, aduerſariq; ſibi, quia medio nomen impoſitum non eſt; quae namque nomen non habent, fallunt multos: extareq; non putantur.

Πραότης δ᾽ ἐστὶ μὲν μεσότης περὶ ὀργάς: ἀνωνύμου δ᾽ ὄντος τοῦ μέσου: σχεδὸν δὲ, καὶ τῶν ἄκρων, ἐπὶ τὸν μέσον τὴν πραότητα φέρομεν, πρὸς τὴν ἔλλειψιν ἀποκλίνουσαν, ἀνώνυμον οὖσαν: ἡ δ᾽ ὑπερβολὴ, ὀργιλότης τις λέγοιτ᾽ ἄν: τὸ μὲν γὰρ πάθος, ἐστὶν ὀργή: τὰ δ᾽ ἐμποιοῦντα, πολλὰ, καὶ διαφέροντα.

Lenitas autem eſt mediocritas, quae circa iras verſatur: cum autem medium careat nomine: fermè autem, & extrema, ad mediũ lenitatẽ portamus, ad paucitatem ſanè illã declinantẽ, quae nomine caret: exuperantia autẽ iracũdia quaedã diceretur: perturbatio enim eſt ira: quae aũt inſerũt eã, multa ſunt, & varia.

E x p l i c a t a magnanimitate: ſimilique ipſi virtute, qnae etſi in eadem materia, campoq; verſatur, non tamen tam amplum, latumque eum habet, venit ad lenitatem, manſuetudinemue,

nemue, quàm vocat πραότητα, qui etiam habitus non male, vt opinor, mitis a me vocaretur. Manſuetudinem igitur eſſe inquit mediocritatem quandam in ira, varijsq; irae generibus. Statim autem oſtendit nomen hoc, quo mediocritas appellatur, non omnino ipſi conuenire: neque enim aequali interuallo remota eſt illa, vt ait, ab extremis ambobus, ſed vergit ad illum, qui minus quàm oportet, iraſcitur, qui habitus animi eſt ſine nomine, vt ferè, inquit, extremi in hac materia: exuperantiam in hoc ἀοργησίαν poſſe vocari oſtendit; nam qui crederet illam appellari poſſe ὀργήν atque iram, erraret, cum ita oſtendat motum quendam animi, non nimium ipſius, atque exuperantiam neque parum. Quae autem pariunt ipſum, inſeruntque in pectus noſtrum, multa eſſe dicit, diſcrepantiaque ipſa inter ſe.

Ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος: ἔτι δὲ καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται: πρᾶος δὴ οὗτος ἂν εἴη: εἴπερ ἡ πρᾳότης ἐπαινεῖται.

Qui igitur ob ea, quae oportet, & quibus oportet, iraſcitur: amplius autem, & vt oportet, & quando oportet, & quanto tempore, laudatur. Lenis igitur hic eſſet, ſiquidem lenitas laudatur.

INDICAT, qui ſit manſuetus; quem eſſe vult, qui iraſcitur, commoueturque animo ob ea, propter quae decet, rectumque eſt iraſci, & quibus hominibus oportet, ceteraque cuſtodit, quae exponit: ſunt autem, quae περιστάσεις vocantur; cum enim, qui diligenter haec ſeruat, laudetur, dubitari non poſſe inquit, quin is ille ſit, cum manſuetudo laudetur, commendeturque ab hominibus. Ducit igitur argumentum, probatque quod vult, vſus iudicio & teſtimonio mortalium. M. Cicero, quam auctor πραότητα vocat, manſuetudinem videtur appellaſſe; qui tamen potius laudat ea vſum Caeſarem in ignoſcendo, quàm in recte iraſcendo; quare non fuit illa vera πραότης: conuenit enim ipſi in hoc cum Ariſtotele, quae cauſa fuit, vt idem etiam ille factum illic clementiae nomine appellarit.

Βούλεται γὰρ ὁ πρᾶος, ἀτάραχος εἶναι: καὶ μὴ ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους: ἀλλ' ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ, οὕτω, καὶ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, χαλεπαίνειν.

Requiritur enim, vt lenis ſolutus ſit omni motu, ac trepidatione, & non abducatur a perturbatione: ſed vt ratio praeceperit, ſic & ob haec, & tanto tempore, valde commotus animo ſit.

QVID requiratur, vt proprie aliquis manſuetus dici poſſit, oſtendit: nullis enim valde turbidis animi motionibus: & quaſi trepidationibus, quas appellat ταραχήν, ipſum vexari oportere ſignificat: neque abduci, & rapi ab affectu; & tamquam tumultu illo: ſunt autem, quae adiunxit verba, quaſi declaratio ipſius illius, quo prius vſus fuerat, ἀτάραχος; ſed ea quoque aliquo modo interpretatur: illum enim docet non trahi motu hoc, qui commotus animo eſt, iratusq; alicui factus, ſed vt ratio praecipit, ita ſe gerit. Addit autem eundem vt modum in ira, ſic cetera ſeruare; quae in omni virtute tuenda, cuſtodienda ſunt, vt ſpatium temporis.

Ἁμαρτάνειν δὲ δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν: οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος: ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός.

Labi autem, ac peccare videtur magis in eam partem, quae vergit ad parum: non enim pronus ad vlciſcendum eſt lenis: ſed potius ad ignoſcendum.

QVOD ſi in aliquam partem peccat, non qui mediam ſedem tenet (neq; enim ille errori vlli affinis eſt aut labitur) ſed qui manſuetus vocatur mitisque, peccat magis, quia minus facit, quàm oportet: neque enim eſt propenſus ad vlciſcendam acceptam iniuriam, ſed potius ad ignoſcendum.

Ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τίς ἐστιν, εἴθ' ὅ τι δή ποτε, ψέγεται: οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι: καὶ οἱ μὴ ὡς δεῖ: μηδ' ὅτε, μηδ' οἷς δεῖ: δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθά-

νεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι· μὴ ὀργιζόμενός τε, οὐκ εἶναι ἀμυντικός· τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν, ἀνδραποδῶδες.

Paucitas autem, ſiue lentitudo quaedam eſt, ſiue quouis alio nomine appelletur, vituperatur: qui namque non iraſcuntur ob ea, quae oportet, fatui videntur eſſe, & illi, qui non vt oportet: neque quando, neque quibus oportet: videtur enim ſenſu carere, & dolore: qui autem non iraſcitur, non eſt propenſus ad acceptam iniuriam vlciſcendam: videre autem ſe ludibrio haberi: ſuosq́; contumelijs vexari & perpeti, ſeruile eſt.

EVM, qui minus, quàm decet, iraſcitur, habitumque animi ipſius accuſari dicit, quoquo nomine vocetur: manet enim in eo, quod initio ſignificauit carere nomine cunctos hos animi motus: ſiue enim inquit ἀοργησία, ideſt vacuitas ab ira, ſiue alio quopiam nomine vocetur, probat illos in vitio eſſe, accuſarique non ſine cauſa, vſus illo nomine, quo ſaepe vtitur, cum aliquos docet magnae culpae affines eſſe, ideſt, tradit illos, qui non iraſcuntur, accepta huiuſcemodi aliqua iniuria, ob quam deceret iraſci, videri eſſe ἠλιθίους, ideſt fatuos, & tamquam ſenſu carere; & quemadmodum hos, ita etiam, qui iuſtum modum in hoc non ſeruant, neque tempus, neque perſonam: qui enim tam lento animo, vt docet, patitur ſe contumelia vexari, videri poteſt, inquit, nihil ſentire: neque dolere; qui autem nemini iraſcitur ait, exiſtimatur non ſine cauſa, minime factus, inſtructusque ad iniuriam vlciſcendam; quare addit, rationem concludens, ludibrio habitum quempiam, perpeti id ac tolerare: eodemque pacto, ſua intereſſe non putare propinquos, ac familiares violari, ac deſpici, non liberi hominis officium eſſe, ſed mancipij alicuius viliſque perſonae proprium. In III. libro de moribus ad Eudemum, quo in loco de virtute hac, vitijsque in hac materia diſſeruit, breuius tamen, inquit hunc poſſe vocari eodem, quo hic verbo vſus, ἀνδραποδώδη, καὶ τὸν ἠλίθιον. Poſterius autem verbum (nactus enim occaſionem huius rei, hoc etiam admonere volo, non alienum vllam in partem a ſcientia rerum, de quibus in his libris praecipitur) intelligo autem ἠλίθιον, non ſignificat proprie vitium huius rei: nam alia etiam magna peccata in alia quoque materia, eo nomine notata & damnata ſunt, veluti quod eſt poſt hunc locum, vbi diſſerit de magnanimitate, vbi inquit: ὁ μὲν γὰρ ἄξιος μικρῶν, μικρῶν δὲ ἀξιῶν ἑαυτὸν ἠλίθιος· ἠλίθιον γὰρ καὶ οὐ καλὸν, τὸ παρὰ τὴν ἀξίαν τυγχάνειν; ita enim ſcriptum eſt in libris antiquis, cum in Aldino exemplari hoc verbum turpiter deprauatum ſit: valet igitur hic quoque ἠλίθιον plane ſtultum, & dementis hominis proprium. Latinos lentum hominem vocaſſe hunc, notum eſt: & vitium, habitumque animi talem, lentitudinem; vnde illud M. Ciceronis in longa illa epiſtola ad Q. fratrem. "Quae quidem mihi virtus interdum non minor videtur, quàm omnino non iraſci: nam illud eſt, non ſolum grauitatis, ſed non numquam etiam, lentitudinis."

Ἡ δ᾽ ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται· καὶ γὰρ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ᾽ οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ θᾶττον, καὶ πλείω χρόνον· οὐ μὴν ἅπαντά γε τῷ αὐτῷ ὑπάρχει· οὐ γὰρ ἂν δύναιτο εἶναι· τὸ γὰρ κακὸν καὶ ἑαυτὸ ἀπόλλυσι· κἂν ὁλόκληρον ᾖ, ἀφόρητον γίνεται.

Exuperantia autem omnibus modis gignitur: & quibus enim non oportet, & ob quae non oportet: & magis quàm oportet, & celerius, & longiore tempore: non tamen cuncta haec eidem inſunt: neq; enim ſtare poſſet: malum namque ſe quoq; ipſum perdit: etſi totum, plenumque fuerit, intolerabile efficitur.

QVOD nimium eſt in hoc atque exuperantia, tradit, omnibus modis expoſitis huic vitio fieri, quos cunctos modos nominat: ſunt autem valde noti: & ſaepe repetiti; non tamen omnes in vnam, eandemque perſonam ſimul cadere vult: ſunt enim ipſorum quidam ita diſcrepantes inter ſe, vt nullo pacto vna maneant. Probat hoc ipſe, declarata vi ac poteſtate mali; quae tanta eſt, vt non ſolum obſit ceteris, perdatque illos, verumetiam ſemetipſum extinguat ac deleat; & ſi plenum, ſuo illo in genere ſit atque integrum, ferri, tolerarique non poſſit. Duo igitur affert, quae valent ad mali abſoluti naturam peſſimam declarãdam, quod ſibimet interitum parit: nec extat quippiam, quod diutius ipſum ſuſtinere valeat:

cum enim perdit omnes partes, perdit etiam ſemet ipſum; totumque illud, in quod incurrit.

Οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι, ταχέως μὲν ὀργίζονται: καὶ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ: παύονται δὲ, ταχέως: ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι: συμβαίνει δ' αὐτοῖς τοῦτο, ὅτι οὐ κατέχουσι τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ ἀνταποδιδόασιν: ᾗ φανεροί εἰσι διὰ τὴν ὀξύτητα: εἶτα ἀποπαύονται.

Iracundi igitur celeriter quidem iraſcuntur, & quibus non oportet, & propter quae non oportet, & magis quàm oportet: deſinunt autem celeriter: id quod optimum in ſe habent: vſu venit autem hoc ipſis, quia non continent in ſe iram, ſed effundunt in eos, qui laeſerunt: qua de cauſa ſe produnt, apertiq; fiunt ob acumen: deinde ceſſant.

PROBAT verum eſſe, quod dixit, eos, qui magis iraſcuntur, quàm deceat, varijs modis labi, neque cunctos in vna, & eadem perſona locum habere: appellat autem tria genera ipſorum: ptimos vocat ὀργίλας, id eſt iracundos, pronoſque ad iram, quos dicit celeriter, leuique momento iraſci; illiſque quibus rectum non eſt, & propter res leues, & non dignas, vt ob eas ira excitetur, ſimulque in ea modum, veramque rationem non ſeruare; eoſdem tamen inquit breui tempore iram illam in animo tueri, ſedareque motum illum; id quod optimum extare narrat in vita, moribusque ipſorum; Id autem, quia incredibile videri potuiſſet, oſtendit, quomodo fiat: docet enim illos affectum eum in pectore non continere; ſed eijcere inde, & pro dolore accepto ex iniuria, dolorem inferre illi, qui prior laeſerit, quod facit, vt perſpicui apertique ſint ob acumen illud, celeritatemque compenſandi iniuriam acceptam, quo facto, ſtatim, vt inquit, deſinent irati eſſe.

Ὑπερβολῇ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι, ὀξεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλοι, καὶ ἐπὶ παντί: ὅθεν καὶ τοὔνομα.

Praeter ceteros omnes, qui acrocholi vocantur, ſunt acuti, & ad omne commouentur, & in omni, vnde nomen nacti ſunt.

CVM oſtendiſſet fallere non poſſe iracundos, quia acuti, celereſque ſunt in iniuria vlciſcenda, adiungit eos, qui hoc genere irae tenentur, ita vt in ipſo ſuperent ceteros, magisque adhuc in eo ſubiti, praecipitesque ſunt, vocari a Graecis ἀκροχόλας; vt qui promptam ſemper, paratamque bilem habeant, & in ſummo poſitam, cum & aduerſus omnia, & ob quamlibet rem excandeſcant; vnde inquit, nomen adepti ſunt. Vt autem hos indicauit auctor, ἀκροχόλας appellatos, ita legitur, eos ὀξυχόλας vulgo dictos, quod nomen magis adhuc declarat, eos ab acumen nomen hoc adeptos. Fuit autem antiquitus Bollanus quidam, de quo Horatius, qui valde in hoc peccabat; vnde cerebroſum ipſum poeta appellauit, vocabatur, vt litteris proditum eſt, ὀξύχολος. Meminit etiam M. Cicero alterius, qui & ipſe valde pronus ad iram foret; vnde ἀκρόχολος vulgo vocaretur: quo nomine tradit Ariſtoteles vniuerſos hos nominari.

Οἱ δὲ πικροὶ, δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται: κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν: παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀνταποδιδῷ: ἡ γὰρ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα: τούτου δὲ μὴ γινομένου, τὸ βάρος ἔχουσι: διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐπιφανὲς εἶναι, οὐδὲ συμπείθει αὐτοὺς οὐδείς: ἐν αὑτῷ δὲ πέψαι τὴν ὀργὴν, χρόνου δεῖ: εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς ὀχληρότατοι, καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις.

Amari autem aegre diſſolui poſſunt, & diu irati manent: cohibent enim in ſe animum: requies autem, ceſſatioq; tunc gignitur, cum compenſarit iniuriam: vltio enim ſedat iram, voluptatem pro aegritudine inferens: cum autem

hoc non ſit, onus in ſe habent: quia autem hoc notum, apertumq́ non eſt, neque exiſtit aliquis, qui incumbat in eos mitigandos: in ſemet autem ipſo concoquere iram longi temporis opus eſt: ſunt autem tales ſibi ipſis moleſtiſſimi, & iis, qui maxime ipſis ſunt amici.

CVM extet ſecundum genus horum, qui valde in ira labantur, πικροί que a Grecis, ideſt amari appellentur, ſignificat hos, cuiuſmodi ſint: atque tales eſſe, vt vix ira ipſorum diſcuti, frangique poſſit, quare longo temporis ſpatio ipſos commotos habet; non patiuntur enim ſe deliniri: tunc autem addit, quieſcunt, componuntque animum, cum vlti fuerint iniuriam: ac par pro pari reddiderint: hoc vero ipſis vſu venire inquit, quia animaduerſio in eũ, qui laeſit, cecidit, paenaque ſumpta ab illo, extinguit iram, pro aegritudine voluptatem eo inſerens: quando autem addit, hoc non ſit, onus quoddam graue in pectore habent, quod onus premit ipſos & affligit. Videns autem accuratus magiſter occurri huic malo putare aliquos facile poſſe, qui exiſtimarent deijci illud onus ſolere, monitis, auctoritateq; amicorum, tamquam reſpondet; quia illud ſuum odium occultum habent amari homines, teguntque, neminem dare operam, enitique, vt medeatur illis. Reſtabat, vt aliqui dicerent, conteri paulatim ſua vi iram illam poſſe, & concoqui: quod arduum eſſe ſignificat, poſtulareque remedium hoc affirmat, longitudinem temporis. Quod ad verba huius loci pertinet, ſimulque ad ſententiam, paſtor apud Theocritum ait, Pana, deum, peculiarem eius nationis, amarum eſſe, nec facile pati, vt aliquis ſibi dormienti grauis moleſtusque ſit; additq: ſemper ipſi bilem acrem in naribus manere; quare videtur loqui de illo, vt πικρῷ & ἀειχόλῳ. Demoſthenes quoque vocat inimicos ſuos πικρούς, & Virgilius dixit hoſtem amarum. πικρὸς eodem ſenſu, quo hic auctor, vſurpauit Sophocles in Coloneo, vbi facit Theſeum cum Oedipo ita loquentem. πικρὸς γὰρ ὑμᾶς ἄλλον ἐκ τούτων ἔχει; nam μεταφορικῶς Homerum de bile dixiſſe πέψαι, vnde ſuſpicor noſtrum doctorem accepiſſe, magnum amatorem eius poetae, etiam pueri nouerunt, qui primoribus labris eum ſermonem guſtarunt: concoquere autem ſignificare voluit, ideſt extinguere, & ſedare. In extremo huius partis addidit Ariſtoteles, vitium grauemque culpam horum oſtendere volens, ſimulque admonere mortales, vt vitent hunc tamquam ſcopulum, hoc genus irae valde moleſtum & odioſum, cum ſibi ipſis, & intimis amicis familiaribusque aegritudinem, ac triſtitiam pariant; Vſus fuit etiam apte hoc nomine ὁ χαλεπὸς Iſocrates & ipſe in tertia collatione: inquit enim ὁ μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, τῷ πρὸς ἀλλήλους, ὁ χαλεπὸς τοιοῦτος ἐστίν.

Χαλεποὺς δὲ λέγομεν, τοὺς ἐφ᾽ οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ πλείω χρόνον, καὶ μὴ διαλλαττομένους ἄνευ τιμωρίας, ἢ κολάσεως.

Aſperos autem dicimus eos, qui propter ea, quae minime oportet, ſaeuiunt, & magis quàm oportet, & longiore tempore, & non placantur, niſi acceptam iniuriam vlti fuerint, ſiue etiam eos caſtigarint.

TERTIVM hoc genus eſt vehementioris irae, qui vero in eo peccant, dicit hic, ſolitos a Graecis χαλεποὺς vocari, quaſi aſperos; & qui non iuſtis de cauſis ſaepe in alios, tamquam canes, incurrant: canes enim praecipue tales, boni auctores, hoc adpoſito nomine, oſtendebant. In III. libro de moribus ad Eudemum hoc quoque nomine vſus eſt, cum quibus oppoſitus ſit, aduerſeturque manſuetus, ſignificaret: inquit enim ἀντιθέντες τῷ ὀργίλῳ, καὶ χαλεπῷ, καὶ ἀγρίῳ: cuiuſmodi autem ſint difficilis ſit naturae, atque aſperae, ſignificans, inquit, vocamus ita eos, qui magnopere iraſcuntur ob ea, quae minime oportet, & magis quàm oportet, vt modum etiam nullum ſeruent in ira ſua exercenda; longioreque itidem temporis ſpatio iram illam in animo contineant, ac numquam placentur illis, qui laeſerint, niſi vlti fuerint eos, aut ita retuderint ſpiritus ipſorum, vt reddiderint eos, cum confeſſi fuerint improbitatem ſuam, reliquo tempore modeſtiores.

Τῇ πρᾳότητι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπερβολὴν ἀντιτίθεμεν· καὶ γὰρ μᾶλλον γίνεται· ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ μᾶλλον τιμωρεῖσθαι· καὶ πρὸς τὸ συμβιοῦν οἱ χαλεποὶ, χείρους.

Lenitati autem magis opponimus exuperantiam: nam & frequentior eſt: magis enim

gis enim peculiare eſt humani ingenij vlciſci iniuriam: & ad vitam vna degendam, aſperi ſunt deteriores.

CVM duo repugnent manſuetudini, & lenitati, docet nunc, vtrum ipſorum magis ipſi oppoſitum ſit; inquit igitur nimium in ira, exuperantiamq; putari magis ipſi aduerſari, quod probat duobus argumentis: eorum prius eſt, quod frequentius in hoc peccatur, communiusque eſt, cum peculiare magis ſit hominum generis vlciſci acceptam iniuriam, quam condonare ipſi, & pati ſe placari: alterum vero, quod difficilis ingenij mortales, aſperique magis impediant corrumpantq; conſuetudinem vitae, ac familiaritatem; vnde tot fructus, & ſuauitates capiuntur: odioſum enim eſt, periculique plenum cum huiuſcemodi hominibus familiariter verſari.

Ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται, καὶ ἐκ τῶν λεγομένων δῆλον: οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι τὸ πῶς, καὶ τίσι, καὶ ἐπὶ ποίοις, καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον, καὶ μέχρι τίνος ὀρθῶς ποιεῖ τις, ἢ ἁμαρτάνει: ὁ μὲν γὰρ μικρὸν παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον, οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον: ἐνίοτε γὰρ τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν, καὶ πρᾴους φαμέν: καὶ τοὺς χαλεπαίνοντας, ἀνδρώδεις, ὡς δυναμένους ἄρχειν.

Quod autem, & in ſuperioribus dictum eſt, ex ijs quoque quae modo traduntur, perſpicuum eſt: non enim facile eſt definire quomodo, & quibus, & propter quales res, & quanto temporis ſpatio iraſcendum eſt, & vſquequo recte facit aliquis, ſiue peccet: qui namque parum recta via migrat, non vituperatur, neque ſi verſus magis, neque ſi verſus minus: interdum enim eos, qui minus iraſcuntur, laudamus, & lenes eos eſſe affirmamus: & eos, qui tamquam in ira ſaeuiunt, virili animo praeditos dicimus, vt qui vim, poteſtatemq; habeant regendi imperium.

PVRGAT ſe philoſophus aliquo modo, quod certos terminos non fixerit irae, ſine culpa exercendae, vel potius docet eos, qui ſe, quod hoc non praeſtiterit, accuſarent, iniuſte facturos, quia materia haec non patitur, vt particulatim, exquiſiteque tradatur: haec igitur ſententia huius loci. Animaduertendum autem hyperbaton hic eſſe: ipſumque antequam monſtret, ſe nihil in hoc peccaſſe; diligenterque, quod res patitur, effeciſſe, inculcare multa in medium; perſequitur igitur, abſoluitque quod inceperat, repetito initio ſui conſilij verbis illis. ὁ δὴ πόσον, καὶ πῶς παρεκβαίνων. & quae ſequuntur: ſed a principio ordiamur: dixit enim. Quod vero, & initio a nobis indicatum fuit, atque ex ijs, quae praecipiuntur, perſpicuum eſt, poſt quae verba ſtatim ſignificat ſe, quae omiſerit, neceſſario reliquiſſe, inquit enim. Non enim procliue eſt accurate oſtendere, definireque, quomodo, & quibus hominibus, & propter quas iniurias iraſci decet, & quanto temporis ſpatio iram in animo ſeruare, & vſquequo recte facit in hoc aliquis, ſiue peccat; qui enim addit, migrat a vera ratione paruo interuallo, ſiue verſus magis, ſiue verſus minus, non ſolet vituperari: huius autem ſui iudicij rationem reddit, ductam a conſuetudine, inſtitutoque mortalium: aliquando enim ait, eos qui minus iraſcuntur, quàm ſine culpa facere potuiſſent, laudamus, & manſuetos miteſque vocamus: aliquando autem contra illos, qui grauiter iraſcuntur, & tamquam aſperi ſunt, probamus, quos verè viros eſſe dicimus, & qui idonei ſint ad imperium tuendum. hoc enim M. Cicero ſignificauit, vbi de motu hoc animi diſſerit in IIII Tuſculana. „ Virum denique videri negant, qui iraſci neſciat, & imperia ſeueriora nulla „ eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiae.

Ὁ δὴ πόσον καὶ πῶς παρεκβαίνων ψεκτὸς, οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀποδοῦναι: ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ τῇ αἰσθήσει, ἡ κρίσις: ἀλλὰ τό γε τοιοῦτον δῆλον, ὅτι ἡ μὲν μέση ἕξις, ἐπαινετή: καθ' ἣν οἷς δεῖ ὀργιζόμεθα, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα: αἱ δ' ὑπερβολαὶ, καὶ ἐλλείψεις, ψεκταί: καὶ ἐπὶ μικρὸν μὲν γινόμεναι, ἠρέμα: ἐπὶ πλέον

δὲ, μᾶλλο

δὲ, μᾶλλον· τὸ δὲ πολὺ δὲ, σφόδρα. δῆλον οὖν ὅτι τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον. Αἱ μὲν οὖν περὶ τὴν ὀργὴν ἕξεις, εἰρήσθωσαν.

Qui vero quantum, & quomodo via migrat, vituperatione dignus eſt, non facile eſt oratione aſsignare: in rebus enim ſingularibus, ſenſu etiam exiſtimatio fit: verum hoc ipſum planum, & apertum eſt, medium habitum laude dignum eſſe: vi & monitu cuius, quibus oportet, iraſcimur, & propter quas res oportet, & quomodo oportet, & cuncta huiuſcemodi ſeruamus: exuperantiae autem & paucitates vituperatione dignae ſunt, & cum parum quidem fiunt, leuiter: ſi plus vero, magis: multum autem, valde. Perſpicuum igitur nobis eſt, oportere nos medio habitui ad fixos eſſe. Habitus igitur, qui referuntur ad iram expoſiti ſint.

HAEC eſt tamquam redditio ſuperioris illius, quod monſtraui: abſoluitque nunc demum auctor ſententiam omnem: inquit enim. Eum igitur, qui, cum & in quantitate, & in modo peccet, migretque valde è veris finibus, dignus eſt, qui vituperetur, non facile eſt verbis, orationeq; exponere: ad ſingularium enim rerũ exiſtimationem ſenſus adhibetur; hoc tamen inquit, planum, apertumque nobis eſſe debet; medium habitum laude dignum eſſe; vi cuius, poteſtateque nos in ira gerimus, vt oportet. Repetit autem, quae ſeruanda in hoc ſint: contra autem nimium ipſius, ac parum, vituperanda, & cum leniter hoc fit, addit, paulum peccatur; cum vero plus, magis: quando autem magis adhuc, vehementer. Conſtat igitur, in extremo inquit; oportere nos medio habitui haerere: habitus etiam animorum, qui in ira exiſtunt, putemus ſatis a nobis explanatos eſſe.

Ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις, καὶ τῷ συζῆν, καὶ λόγων καὶ πραγμάτων κοινωνεῖν: οἱ μὲν, ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι: οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες, καὶ οὐδὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλ᾽ οἰόμενοι δεῖν ἄλυποι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι: οἱ δ᾽ ἐξ ἐναντίας τούτοις, πρὸς πάντα ἀντιτείνοντες, καὶ τοῦ λυπεῖν οὐδ᾽ ὁπουοῦν φροντίζοντες, δύσκολοι, καὶ δύσεριδες καλοῦνται.

In congreſsibus autem, atque vna viuendo, ſermonesq;, ac res communicando: hi quidem blandi videntur eſſe, qui cuncta, vt voluptatem pariant, laudant, & nemini repugnant, ſed arbitrantur nulla in re oportere ſe moleſtos eſſe his, in quos incidunt: hi vero contra atque hi, ad omnia repugnantes, & ne curam, quidem vllam ſuſcipientes efficiendi dolorem, moroſi, difficiles, ac litigioſi vocantur.

PERGIT exponere habitus quoſdam animorum, vnde ſuauitates aliquae percipiuntur, aut ſi non habitus abſolutos, mores tamen & ſtudia mortalium: etſi hi non tantos fructus ferunt, quantos ferunt ij, quos iam ſignificauit: vnde non ſolent in virtutibus numerari, cum tamen homines conuictu gaudeant; itaque a natura informati ſint, vt ſoli manere nõ facile poſſint, exiſtimauit oportere etiam tradere, quid boni, malique inde naſcatur: cum enim multas diei horas cum familiaribus conſumamus; danda eſt nobis opera, vt relictis moleſtijs, vitijsque, quae illic exiſtunt, voluptatibus, laetitijsque perfruamur: valet enim hoc quoque non parum ad bene, beateque viuendum: incipit autem ab habitu, qui valde probatur: gratusque admodum, ac iucundus eſt in conſuetudine victus; quem extare docet, monſtratis prius culpis, quae in hac re admittuntur: inquit igitur, in congreſſibus hominum ac conuictibus; omnique denium communione verborum ac factorum, reperiuntur quidam, qui videntur omnibus velle placere: ij autem ſunt, qui ad voluptatem loquuntur: & cuncta quae audiuerint, aut facta viderint, commendant, & nulla in re alicui vmquam repugnant; ſed ſtatuerunt in animis ſuis, & hoc putant verum eſſe, nemini doloris aliquid inurere. Ingenium autem tale, moreſque laudaſſe in filio Simonem Terentianum notum eſt; Docet etiam quomodo vocentur contrarij his, quorum tamen naturam prius, moreſque ponit nobis ante oculos; eos autem eſſe inquit, qui opponunt ſe omnibus, &

factis,

factis, & dictis aliorum: neque cauent moleſti eſſe, laedereque voluntatem ſodalium; ſuaq; intereſſe non putant offendere apud illos, vocari hos dicit δυσκόλους, & δυσέριδας, quaſi importunos, & litigioſos. Horatium in epiſtola, duo haec contraria inter ſe hominum ingenia, ambo culpae affinia, ſubtiliter deſcripſiſſe notum eſt.

Ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι ἕξεις ψεκταί εἰσιν, οὐκ ἄδηλον: καὶ ὅτι ἡ μέση τούτων, ἐπαινετή: καθ' ἣν ἀποδέξεται ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ: ὁμοίως δὲ καὶ δυσχερανεῖ.

Expoſitos igitur animi habitus vituperatione dignos eſſe, non eſt obſcurum: mediumq; horum laude dignum, vi cuius probabit, quae oportet, atque vt oportet: ſimiliterq; etiam repudiabit.

Affirmat, dubium non eſſe, quin habitus ij, quos tamquam pinxit, maculoſi ſint; meritoque reprehendi, & vituperari debeant: eorum enim alter nimium in hoc facit: alter vero parum: interiectusque inter ipſos laude dignus ſit, vi cuius, poteſtateque probabit, concedetque talia eſſe, quae audit, qualia dictum eſt, ſi vera illa, rectaque fuerint: in eoque modum tenebit, neque plus quam decet, laudabit, eodemque pacto repugnabit aduerſabiturque contrarijs, ac ſedulo ipſa refellet.

Ὄνομα δὲ οὐκ ἀποδέδοται αὐτῇ τι: ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ: τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, οἷον βουλόμεθα λέγειν τὸν ἐπιεικῆ φίλον, τὸ στέργειν προσλαβόντα.

Nomen autem nullum ipſi impoſitum eſt: ſimile autem maxime eſt amicitiae: huiuſcemodi enim eſt, qui medio habitu praeditus eſt, qualem dicere volumus probum amicum, ſi acceſſerit ipſi, vt amet.

Nomen nullum huic habitui medio impoſitum eſſe dicit, & tamen, quoquomodo poteſt, ipſum oſtendet: dicit enim eum praecipue ſimilem eſſe amicitiae; nam qui mediam ſedem tenet in hac re talis eſt, qualis eſt ille, quem ſignificamus his verbis: dicimusque probum virum, ſiue moderatum: nec non amicum etiam, ſi acceſſerit ipſi amor ac beneuolentia; quae, vt in amico neceſſaria eſt; ita illic non requiritur: vno enim, eodemque pacto ſe geret erga ignotos, cum quibus congreſſus fuerit, ac familiares, ſecumque beneuolentia coniunctos & penitus alienos.

Διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους ἐστὶ καὶ τοῦ στέργειν, οἷς ὁμιλεῖ: οὐ γὰρ τῷ φιλεῖν, ἢ ἐχθραίνειν, ἀποδέχεται ἕκαστα ὡς δεῖ, ἀλλὰ τῷ τοιοῦτος εἶναι: ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ γνωρίμους, καὶ συνήθεις, καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει: πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει: οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων, καὶ ὀθνείων φροντίζειν: οὐδ' αὖ λυπεῖν.

Diſcrepat autem ab amicitia, quia ſine affectu eſt, & amore erga illos, cum quibus familiariter viuit: non enim eo, quod amet, aut oderit, recipit in animum ſingula, quae audit, vt oportet; ſed quia talis ingenio eſt: ſimiliter enim ſe gerat erga ignotos, & notos, & familiares, & eos, cum quibus ipſi nulla conſuetudo eſt: niſi quod in ſingulis ſe geret, vt oportet: non enim ſimili ratione conuenit familiares, & alienos vereri: neque rurſus inurere ipſis dolorem.

Cum ſimilitudinem oſtendiſſet, quae huic habitui eſt cum amicitia, declarat etiam, quid diſcriminis inter ipſos verſetur: diſſentire igitur inquit hunc ab amicitia, quia non eſt affectus erga illos, amoreque vllo coniunctus, cum quibus congreditur, familiariterque viuit: neque enim probat eorum dicta, ſiue facta; neque etiam reſpuit, vt rectum eſt, veraque ratio poſtulat, impulſus amore, aut odio, verum quia huiuſcemodi eſt, eoque ingenio praeditus: declarat hoc, quia eodem pacto ſe geret erga ignotos, ac notos: nec non familiares, & alienos, niſi quod tribuet aliquid notis hominibus, ac familiaribus vt decet; neque e-

nim

nim officium patitur, vt eodem omnino loco habeat hos, & illos: non tantum tamen, vt iudicium variet, lauderque in perſona propinquorum, quae laude vlla digna non ſunt; in alienis vero reprehendat, refellatque, quae probari debebant. Veritus igitur Ariſtoteles, ne aliquis perperam acciperet quod praeceperat, eodem pacto ſe gerere, quem informat, erga cunctos homines, aperit, qui verus ſenſus ſit verborum ſuorum, traditque ſolum in eo ſe intellexiſſe, eos conſtantes eſſe, & pares: quod placere volunt illis, cum quibus congreſſi ſunt, neque ipſis vnquam aegritudinis aliquid adiungere.

Καθόλου μὲν οὖν εἴρηται, ὅτι ὡς δεῖ ὁμιλήσει· ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, στοχάσεται τοῦ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηδύνειν· ἔοικε μὲν γὰρ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας· τούτων δ' ὅσας μὲν αὐτῷ ἐστὶ μὴ καλὸν, ἢ βλαβερὸν, συνηδύνειν, δυσχερανεῖ, καὶ προαιρήσεται λυπεῖν· κἂν τῷ ποιοῦντι δὲ ἀσχημοσύνην φέρῃ, καὶ ταύτην μὴ μικρὰν, ἢ βλάβην· ἡ δ' ἐναντίωσις, μικρὰν λύπην, οὐκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ A δυσχερανεῖ.

In vniuerſum autem dictum eſt, eum in omni congreſſu ſe, vt oportet, geſturum eſſe: referentem autem cuncta ad honeſtum, & id quod conducit, propoſitum habiturum, nemini dolorem inurere, ſiue potius oblectare: videtur enim circa voluptates, & dolores manere, qui gignuntur in colloquijs: harum autem eas, quaſcumque ſibi non honeſtum erit, ſiue detrimentoſum inde laetari, a ſe depellet: eligetque potius dolorem inurere, ſi etiam ei, qui fecerit, turpitudinem attulerint, & hanc non paruam, ſiue detrimentum: repugnantia autem paruum dolorem non probabit, ſed reijciet, ac ſtomachabitur.

De ingenio, inſtitutisque eius, qui in hoc medium tenet, inquit in vniuerſum a ſe dictum eſſe, quae tamen nunc magis explicat, ſingillatimque exponit: id autem fuit, quod ait conuenire illi, vt in coetibus ac colloquijs ſeruet, quod decet, recteque ſe gerat; Quid autem ipſi propoſitum eſſe debeat, & quo cuncta referenda ipſi ſint, vt ad fines, nunc monſtrat: eſſe autem illa dicit, honeſtum atque vtile, quibus cuſtoditis, ſtudebit non dolorem inurere ijs, cum quibus erit: vel potius voluptatis ipſis, laetitiaeque aliquid impertiri; quod oſtendit, non ſine cauſa a ſe praecipi; quia videri poteſt manere haec virtus in voluptatibus, atque aegritudinibus, quae capiuntur ex congreſſibus, ac ſermonibus, in quibus etiam inde capiendis, accurate docet, quomodo ſtudioſus huius laudis, quique culpam effugere velit, ſe gerere debeat: e numero enim harum inquit, eas, quas ipſi honeſtum minime erit, ſiue etiam detrimentoſum, parere, ijs cum quibus congrediatur, repudiabit, arcebitque a ſe: conſulere enim debet quiſque honori, atque vtilitati ſuae, ſtatuetque potius ipſi diſplicere, quam, cum ſua aliqua macula, ipſum oblectare. Eodemque pacto inquit, ſi viderit illi, cum quo eſt, eam rem, factam ab ipſo, turpitudinis multum adlaturam eſſe, aduerſabitur; nec ſinet eum errare: & vt dedecoris, ita etiam incommodi ac damni, praeſertim cum opera ipſius, poſita in aduerſando voluntati illius, paruum dolorem ei adferet: tunc enim non ſolum non probabit conſilium ipſius, ſed ſtomacabitur, & libere hominem accuſabit. Videndum autem, cur, delectare ſignificare volens, non inquit ſine praepoſitione, quod hoc ipſum ſolum oſtendebat, ſed addidit σὺν, iunxitque cum verbo, id quod hac parte ter cuſtodiuit propinquo in loco. An quod ille, dum laetitia afficit eum, cum quo loquitur, cui rei ſtudet: eodem etiam tempore ſibi voluptatis aliquid comparat, cum verſetur in eo, cui natura, moribusque deditus eſt: nam non omnino leue eſſe, quod quaero, teſtatur etiam vetus tralatio, quae reddidit, condelectare; & ſi D. Thomas, qui ipſam ſequitur, hoc ſilentio praeterit.

Διαφερόντως δ' ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ τοῖς τυχοῦσι· καὶ μᾶλλον, ἢ ἧττον γνωρίμοις· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφορὰς, ἑκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον.

Longe autem alia ratione congredietur cum hominibus in dignitate conſtitutis, & quibuslibet tenuibusque & magis vel minus ipſi notis: eodem autem pa-

ſto etiam circa alias differentias, ſingulis tribuens id quod decet.

CORRIGIT hoc aliquo modo, emendatque illud, quod ſupra dixerat: praeditum hac virtute virum, & comem, eodem pacto ſe geſturum eſſe erga ignotos homines & notos, familiares & alienos: etſi illic quoque id ſtatim attigerat: inquit igitur, tunc ipſum aliter congreſſurum cum viris, in gradu magno honoris, ac dignitate conſtitutis: & cum tenuibus, atque obſcuris hominibus: itidemque cum magis, minusque ſibi notis; quod ſeruaturum etiam eum docet in ceteris omnibus rebus, diſtinctis inter ſe diſcrimine aliquo magno, ita vt ſingulis tribuat, quod congruit ipſis, quodque decet.

Καὶ καθ' αὑτὸ μὲν, αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν· λυπεῖν δ', εὐλαβούμενος: τοῖς δ' ἀποβαίνουσιν, ἐὰν ᾖ μείζω, συνεπόμενος: λέγω δὲ τῷ καλῷ καὶ τῷ συμφέροντι: καὶ ἡδονῆς δ' ἕνεκα τῆς εἰσαῦθις μεγάλης, μικρὰ λυπήσει: ὁ μὲν οὖν μέσος, τοιοῦτός ἐστιν: οὐκ ὠνόμασται δέ.

Et per ſe quidem eligens voluptate afficere; cauens autem, dolorem inurere: ijs autem, quae eueniunt, ſi maiora fuerint, efficiendis ſe dans: intelligo autem honeſto, atque vtili: & voluptatis cauſa, quae inde naſci debeat, ſi magna illa fuerit, paruis etiam in rebus moleſtus erit: medius igitur talis eſt, nomen autem ipſi impoſitum non eſt.

ADMONVIT etiam quid talem virum ante oculos habere, & quod ſpectare oporteat, ideſt per ſe & eum poteſt, & illis, & ſibi iucundum eſſe, cauereque, ne doloris aliquid inurat; accommodare tamen ſe illis rebus, quae poſtea inde naſci poſſint, ſi ponderis multum in ſe habuerint: ſignificat autem quid intelligat verbo illo ἀποβαίνουσι: teſtaturque accipi ipſo velle honeſtatem, atque vtilitatem: ſi namque in illos inde maculae maioris aliquid, aut incommodi cadere poſſit; ſiue etiam in ſe, mutabit rationem. Praeterea addit ipſum ob voluptatem magnam inde poſtero tempore orituram, non reformidaturum eſſe aliquid aegritudinis, moleſtiaeque inurere ſodalibus, ijsque, eum quibus ſimul viuet, puſillae tamen illius, ac minutae: aliter enim comis, iucundusque non foret. In extremo addidit medium, virtuteque hac praeditum, talem eſſe, qualem deſcripſit, cui tamen nomen impoſitum eſſe negat.

Τοῦ δὲ συνηδύνοντος, ὁ μὲν τοῦ ἡδὺς εἶναι στοχαζόμενος, μὴ διά τι ἄλλο, ἄρεσκος: ὁ δ' ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα, καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ: ὁ δὲ πᾶσι δυσχεραίνων, εἴρηται, ὅτι δύσκολος, καὶ δύσερις: ἀντικεῖσθαι δὲ φαίνεται τὰ ἄκρα ἑαυτοῖς, διὰ τὸ ἀνώνυμον εἶναι τὸ μέσον.

Eius autem, qui oblectat, is qui propoſitum habet iucundus eſſe, nullam aliam ob cauſam, blandus appellatur, qui vero vt emolumenti aliquid ſibi gignatur, quod ad pecuniam faciat, & cuncta, quae ope pecuniae parantur, aſſentator eſt: eum vero, qui omnibus repugnat, moroſum, & concertandi cupidum vocant: aduerſari autem ſibi ipſis videntur extrema, quia is, qui medium tenet, nomine caret.

SEPARAT duo genera horum a medio, quem pinxit, qui & ipſi iucundi eſſe, blandique ſtudent: longe tamen alio conſilio ac medius, & ipſi quoque inter ſe; etſi enim idem faciūt, cum tamen alios fines habeant, non ijdem putandi ſunt. Eius igitur, inquit, qui habet hoc ſtudium, vt delectet in omni ſermone, iucundusque ſit, qui hoc facit nullam aliam ob cauſam, niſi vt voluptatem pariat ijs, cum quibus eſt, vocatur ἄρεσκος Graeco ſermone: fortaſſe blandus Latino: aſſentator vero nullo pacto, vt interpres falſo putauit; qui autem ob fructum, qui ad eum perueniat, emolumentumque, aut ex pecunia, aut è rebus, e quibus pecunia conficitur, vt ſunt, torques, anulus, veſtimentum, appellatur adulator, aſſentatorque: ambo enim haec nomina idem valent. Qui autem (hoc enim quoque oſtendere voluit)

voluit) contrarius eſt, non ſolum medio, verum etiam ijs duobus, modo monſtratis, & appellatur moroſus & litigioſus. Addidit etiam, videri aduerſari extremis, ideſt in ſumma, & infima ſede poſitus, illum, qui eſt in medio conſtitutus, qui caret nomine.

Περὶ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδόν ἐστι, καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης: ἀνώνυμος δὲ καὶ αὕτη: οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ἐπελθεῖν: μᾶλλόν τε γὰρ ἂν εἰδείημεν τὰ περὶ τὸ ἦθος, καθ' ἕκαστον διελθόντες: καὶ μεσότητας εἶναι τὰς ἀρετὰς πιστεύσαιμεν ἄν, ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχον συνιδόντες.

Circa eadem autem ferè glorioſi hominis mediocritas verſatur: nomine autem caret haec quoque: non malum autem erit huiuſcemodi quoque perſequi: magis enim ita cognouerimus ea, quae ad mores pertinent, ſi ſingillatim cuncta perſecuti fuerimus, virtutesq́ mediocritates eſſe crediderimus, ſi perſpexerimus in cunctis ita ſe rem habere.

NARRAT in ijſdem ferè rebus, in quibus ſignificata eſt verſari proxima ſuperior virtus, manere alteram mediocritatem, in qua qui labuntur ac peccant, ſuperantes ipſam, in honeſtius de ſe multa praedicando, quàm veritas ferat, vocantur a Graecis ἀλαζόνες, glorioſi a Latinis; ipſam autem nomine carere dicit. Teſtatur autem non male a ſe operam poſitum iri; ſi hi quoque habitus declarati fuerint, ex quo ſtudio docet duo bona profectura eſſe, quorum prius eſt, quod magis ita nobis cognita, perſpectaque erunt, quae ad vitam & mores pertinent, quae cuncta ne nos fallant, ſuſcepit hanc curam: ſcripſitque de ipſis copioſe: alterum vero, quod firmius inquit, credemus virtutes in medio collocatas eſſe duorum extremorum, ſi in cunctis rebus ita ſe rem habere cognitum fuerit; conſilio igitur ſuo, officioq; hoc pacto conſtituto, aggreditur explicare, quod dixit, repetito, quod iā fecit.

Ἐν δὴ τῷ συζῆν, οἱ μὲν πρὸς ἡδονὴν, καὶ λύπην ὁμιλοῦντες, εἴρηνται: περὶ δὲ τῶν ἀληθευόντων τε καὶ ψευδομένων εἴπωμεν: ὁμοίως ἐν λόγοις, καὶ πράξεσι, καὶ τῷ προσποιήματι.

In vita igitur communi, qui ad voluptatem & dolorem loquuntur, expoſiti ſunt: de ijs autem, qui veritatem ſeruant, aut mentiuntur, dicamus: ſimili modo in oratione, ac factis; & ſimulatione.

IN conuictibus inquit, ac colloquijs, qui ſibi propoſitam habent voluptatem ac moleſtiam, doloremque, expoſiti a nobis ſunt: nunc autem praecipiemus de his, qui veritatem colunt, & de illis, qui vani ſint, mendacijsque dediti & in verbis, & in factis: finguntque ſe tales eſſe, ac videri volunt, quales vere non ſunt.

Δοκεῖ δὴ ὁ μὲν ἀλαζὼν, προσποιητικὸς τῶν ἐνδόξων εἶναι, καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων, ἢ ὑπάρχει: ὁ δὲ εἴρων, ἀνάπαλιν, ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα ἢ ἐλάττω ποιεῖν: ὁ δὲ μέσος, αὐθέκαστός τις ὤν, ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ, τὰ ὑπάρχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὑτὸν, καὶ οὔτε μείζω, οὔτε ἐλάττω.

Videtur autem glorioſus homo aſciſcere ſibi res laudis, & gloriae plenas, & quae ſibi non inſunt, & maiora etiam, quàm ſunt: diſſimulator autem contra inficiari, quae ſibi adſunt, ſiue minora efficere: medius autem, quorum vnuſquiſque qualis eſt, talem ſe praebet, verax eſt, & vita, & oratione, ea, quae ſibi inſunt, confitens adeſſe, & neque maiora, neque minora.

RELICTIS autem habitibus, qui in ipſis verſentur cum laude, aut culpa, oſtendit; incipitque a glorioſo, & qui ſine modo auget ſua bona. Videtur igitur, inquit, homo glorioſus (is enim eſt, qui ἀλαζὼν Graecè dicitur, non arrogans, vt interpres falſo putauit: qui in hoc

hoc cum alijs non paucis lapſus eſt: ſed etiam vetus illa, rudis tralatio afuit ab hac culpa, cui affines etiam fuerunt doctiſſimi viri: etſi non vero, & proprio nomine vſa fuit in hoc verbo exprimendo; reddidit enim, iactator. Cum autem lapſos in hoc nomine vertendo, praedicarim plures, magna doctrina praeditos, merito miratus ſum, Dionyſium Lambinum, in illis numerari, ſingularem quendam puri Latini ſermonis obſeruatorem, & qui non ſine cauſa ſibi multum placuit ob egregiam ipſius cognitionem, quod teſtari volui, ne auctoritas eius quempiam in eundem errorem traheret, praeterquam quod locus non ſolum me vt hoc facerem, admonebat. Arrogantem hominem in alio peccare apertum eſt, culpamque ipſius vicinam eſſe crimini ſuperbi hominis, videtur inquam glorioſus eſſe, qui ſibi aſciſcit res honoris ac gloriae plenas, quae in eo non ſunt, aut ſi aliquam partem eorum tenet, maiora illa facit oratione ſua, quàm verè illa ſint. Hoc vero expoſito, tranſit ad contrarium, εἴρωνα dictum, quem tradit contra in omni ſermone ſe gerere, cum aut inficietur, aut extenuet ſua bona: medium affirmat eſſe, interiectumque inter hos illum, qui ſe aperit, oſtenditque qualis ſit, factusque & inſtructus ad veritatem & in vita, & in ſermone tuendam; quae verè in ipſo ſunt, affirmans eſſe, & neque maiora, neque minora ipſa verbis faciens.

Ἔστι δὲ τούτων ἕκαστα, καὶ ἕνεκά τινος ποιεῖν, καὶ μηδενός· ἕκαστος δ' οἷός ἐστι, τοιαῦτα λέγει, καὶ πράττει, καὶ οὕτω ζῇ, ἐὰν μή τινος ἕνεκα πράττῃ.

Licet autem ſingula haec, & alicuius gratia efficere, & nullius: vnuſquiſque autem, qualis ipſe eſt, talia loquitur, & agit, & ita denique viuit, niſi alicuius gratia agat.

Mvltvm valere oſtendit ad omnes has res notandas: & ſuis, proprijsque nominibus appellandas, videre cuius gratia ipſae fiant: ſingulas enim illas, quas dixit, affirmat geri, adminiſtrarique poſſe ob aliquem finem adipiſcendum, & nullo propoſito ſibi commodo. Naturam autem hanc eſſe mortalium adiungit, vt ſinguli, quales ipſi ſunt, talia efficiant, & in ore ſemper habeant, itaque viuant, vt ingenium eorum ipſis ſuadet, niſi alicuius rei obtinendae cauſa aliter ſe gerant, verſentque naturam, ac mores ſuos.

Καθ' αὑτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος, φαῦλον, καὶ ψεκτόν· τὸ δ' ἀληθὲς, καλὸν, καὶ ἐπαινετόν· οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν ἀληθευτικὸς, μέσος ὢν, ἐπαινετός· οἱ δὲ ψευδόμενοι, ἀμφότεροι μὲν ψεκτοὶ, μᾶλλον δ', ὁ ἀλαζών· περὶ ἑκατέρου δ' εἴπωμεν· πρότερον δὲ περὶ τοῦ ἀληθευτικοῦ.

Per ſe autem mendacium, malum, & vituperatione dignum eſt: verum autem, honeſtum, & laude dignum; ita autem & verax, qui medius eſt, laude dignus eſt: qui autem mentiuntur, ambo vituperabiles, magis autem glorioſus: de vtroque autem dicamus: prius autem de verace.

Sententiam hanc in vniuerſum veram, accommodat ad ea, quae in manibus habet: docetque quod vanum eſt ac falſum per ſe, ſuaq; vi culpae affine eſſe; dignumq;, quod vituperetur; verum autem, honeſtum & laude dignum. Per ſe autem inquit, quia ambae res hae certis temporibus ac locis variantur: honeſtum enim fuit, laudisq; plenum, aliquando mentiri, ac fingere, vt autem res erat, & illi tempori detrimentoſum, ita etiam reprehenſione dignum: exemplis in re ualde clara vti non oportet: ſic igitur ait, homo verax, qui medius eſt, interiectusq; inter uanos, mentientesq;, laude dignus eſt; qui uero fingunt, ac cōminiſcuntur, ambo accuſandi, & qui uituperentur digni: maiori autem culpae affinis, & qui magis merito inſimulari debeat glorioſus, ac uanus: de utroque igitur inquit, differamus, prius autem de uerace homine, factoque ad ueritatem amandam in omnibus dictis ſuis, ac factis.

Οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος, λέγομεν· οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν, ἢ δικαιοσύνην συντείνει· ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς, ἀλλ' ἐν οἷς μηδενὸς τοιούτου διαφέροντος, καὶ ἐν λόγῳ, καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύει, τῷ τὴν ἕξιν τοιοῦτος εἶναι.

Non enim de eo loquimur, qui in pactis, conuentisq́ verum euetur: neque in his, quae ad iniuſtitiam, iuſtitiamq́ referuntur: alius enim haec eſſent virtutis: verum de illo, qui cum in his rebus nihil interſit, & in oratione, & in vita verum cuſtodit, quia talis eſt animi habitu.

DOCET quomodo capi debet verax hic, propenſusque ad veritatem, de quo loquitur: non enim vſurpatur hoc nomen ab omnibus, ſemperque eodem pacto; oſtendit igitur, ſe non intelligere veracem illius generis, cuius eſt ille, qui in pactis conuentiſque, facit id, quod dixit: eodemque pacto in ceteris omnibus rebus, quae referuntur ad iniuſtitiam, ſiue iuſtitiam colendam, quia veritas fideſque hic cuſtodita, propria eſt alius virtutis, ſed veracem intelligimus, factum, inſtructumque ad verum in oratione ſeruandum: & ne latum quidem vnguem ab eo diſcedendum in omnibus ſuis dictis ac factis, etſi nihil hoc interſit ad fidem in contractibus violandam, atque id, nullo propoſito ſibi fine, ſed quia talis ingenio eſt, atque habitu animi, ſeruitque moribus ſuis.

Δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπιεικὴς εἶναι. ὁ γὰρ φιλαλήθης, καὶ ἐν οἷς μὴ διαφέρει ἀληθεύων, ἀληθεύσει, καὶ ἐν οἷς διαφέρει ἔτι μᾶλλον: ὡς γὰρ αἰσχρὸν, τὸ ψεῦδος εὐλαβήσεται, ὅ γε καὶ καθ' αὑτὸ ηὐλαβεῖτο: ὁ δὲ τοιοῦτος ἐπαινετός.

Videri autem homo talis poſſet vir probus, ac moderatus eſſe: qui namque veritatis ſtudioſus eſt: & quibus in rebus nihil refert, verum ſeruat, verum etiam dicet, in quibus momenti alicuius eſt, adhuc magis: vt enim rem turpem, mendacium cauebit, qui per ſe etiam cauiſſet: huiuſcemodi autem omnis laude dignus eſt.

BENE exiſtimari poſſe de verace hoc inquit, putarique illum eſſe virum probum, cuius opinionis ſuae rationem reddit, argumento vtens a minore vocato: qui enim inquit ſtudioſus eſt veritatis: diligitque ipſam ac tuetur in ijs etiam rebus, in quibus intereſt nihil ab ea declinare, verum etiam praedicabit, in quibus intereſt, ac multo etiam magis, non enim dubium eſſe putat, quin repudiaturus ſit, remoturusque a ſe mendacium, ſi cum culpa, ſceleréque iunctum ſit, qui per ſe, & vacuum ipſum a foeda macula, fugabat a ſe.

Ἐπὶ τὸ ἔλαττον δὲ μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ἀποκλίνει: ἐμμελέστερον γὰρ φαίνεται, διὰ τὸ ἐπαχθεῖς τὰς ὑπερβολὰς εἶναι.

Verſus minus autem, magis quàm verum ſit, declinat: elegantius enim hoc eſſe perſpicitur, quia moleſtae, odioſaeq́ ſunt exuperantiae.

CVM veraces etiam haberi poſſint, ij, qui non exquiſitè veritatem cuſtodiunt, ſed paulum ab ipſa migrant, verſus plus, aut verſus minus quam ipſa ſit, admonet veracem virum potius verſus minus declinaturum eſſe: quàm erga plus: deminuturumque eſſe aliquid ſuae laudis, aut boni potius, quàm aucturum ipſum illud bonum: elegantius enim hoc, & polito viro dignius viſum iri arbitratur: quia omnis exuperantia: velleque videri praeſtare ceteris, inuidiam parit; odioſumque eſt.

Ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος, μηδενὸς ἕνεκα, φαύλῳ μὲν ἔοικεν: οὐ γὰρ ἂν ἔχαιρε τῷ ψεύδει: μάταιος δὲ φαίνεται, μᾶλλον ἢ κακός: εἰ δ' ἕνεκά τινος, ὁ μὲν δόξης ἢ τιμῆς, οὐ λίαν ψεκτὸς, ὡς ὁ ἀλαζών: ὁ δὲ ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον, ἀσχημονέστερος.

Qui autem maiora, quàm ea, quae vere inſunt, ſibi adfingit, nullius rei gratia, malo quidem ſimilis eſt: non enim gauiſus eſſet mẽdacio: ſtulti autem magis ſpeciẽ

habet,

habet, quàm improbi hominis: ſi autem gratia alicuius id agit, is quidem, qui gloriae, aut honoris, non admodum vituperabilis, vt glorioſus: qui autem pecuniae gratia, ſiue rerum, quae ad pecuniam referuntur, deformior eſt.

CVM accurate praecipiat de hoc, docet quid exiſtimari debeat de illo, qui adfingit aliquid, additque ſuis bonis, maiora illa eſſe praedicans, quàm verè ſint, nullam tamen ob vtilitatem, dignitatemque ſuam: ſimilem igitur hunc eſſe inquit improbo homini: quod probat his verbis: niſi enim inquit, talis foret, non gauiſus eſſet mendacio: nec voluptatem cepiſſet e vanitate illa ſua: videri vero eum poſſe magis tradit, parum prudentem, & inconſideratum hominem, quàm prauum. Euripides quoque verbum, quo hic vſus noſter doctor, vſurpauit, qui induxit famulum quempiam cum Hippolyto ita loquentem. Ἐστι γ' ὑφ' [illegible] [illegible]: tranſijt autem ipſum in patrium noſtrum ſermonem. Si vero adiungit, hoc facit alicuius rei gratia, magis affinis eſt culpae, quae tamen res cum diuerſae ſint, quae impellunt ipſum; culpae, vt docet, diſpares ſunt: qui namque ait ob amorem gloriae aut honoris hoc facit, non valde vituperandus: incendit enim animos mortalium, trahitque ad ſe ſpecies honoris; quare diuinum bonum a ſapiente ſcriptore ille in V. libro de legibus appellatus eſt. Si vero ob cupiditatem pecuniae, ceterarumq; omnium rerum, vnde pecunia conficitur, turpior eſt, ac deformior haec vanitas.

Οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζών, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει: κατὰ τὴν ἕξιν γὰρ καὶ τῷ τοιόσδε εἶν, ἀλαζόνευται, ὥσπερ καὶ ψεύστης: ὁ μὲν, τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρων: ὁ δὲ, δόξης ὀρεγόμενος, ἢ κέρδους.

Non autem in vi, ac poteſtate manet glorioſus, ſed in electione: habitu namque & quia talis eſt, conſtat glorioſus, veluti etiam mendax: hic quidem mendacio ipſo gaudet: hic vero gloriam appetit, ſiue quaeſtum.

DOCET glorioſum hunc, quem exprimit, non ita vocari, quia vim, poteſtatemque habeat amplificandi ſua bona, ſed quia eſt huius animi, voluntatisque: appellatur enim ita, qui totus manet in hoc, praeterque modum auget ſua, propriaque bona, quia tali ingenio praeditus eſt: ſimili autem vtitur, vt rem magis declaret: idemq; vſu venire ait in mendace homine: mendax enim eſt, & qui mendacio gaudet, nihilque ſibi propoſitum habet praeter voluptatem, & qui ſibi adfingit aliquid, vt gloriam inde, emolumentumque aliquod aucupetur: Quod autem ſpectari oſtendit in vita moribusque glorioſi huius, ſignificauit etiam verum eſſe in primo de arte dicendi in Sophiſtis ſtudio: manet enim Sophiſtes quoq; in voluntate: fallacibusque argumentis vtitur, ac captionibus, quia tenetur hoc ſtudio, delectaturque praua illa ratione concludendi: nam dialecticus etiam, ſi uellet, poſſet hoc nullo negotio praeſtare, ut in hac re, quam habemus in manibus, homo uerax: quis dubitet enim, quin hic ualeret, ſi honeſtum ſibi eſſe duceret, multo maiora, quam uere illa ſint, de ſe praedicare.

Οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι, τὰ τοιαῦτα προσποιοῦνται, ἐφ' οἷς ἔπαινος ἢ εὐδαιμονισμός: οἱ δὲ κέρδους, ὧν καὶ ἀπόλαυσίς ἐστι τοῖς πέλας, καὶ ἃ διαλαθεῖν ἔστι, μὴ ὄντα, οἷον ἰατρὸν, ἢ μάντιν σοφόν: διὸ οἱ πλεῖστοι προσποιοῦνται τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλαζονεύονται: ἔστι γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ εἰρημένα.

Atque ij quidem, qui gloriae aucupandae gratia, magnifice de rebus ſuis loquuntur, huiuſcemodi ſibi adfingunt, vnde laudari, & beati putari poſſint: ij autem, qui quaeſtus, illa, quibus frui poſſint ceteri: ſimulque, quae fallere poſſunt, cum minime adſunt: veluti medicum, ſiue vatem ſapientem: & haec eſt cauſa, cur complures ſibi huiuſcemodi adfingunt: atque in poſſeſſione ipſorum ſe iactant: ſunt enim in ipſis, quae dicta a nobis ſunt.

SVMIT, quaſi planum & exploratum, non omnes, qui magnificè de ſe, ſuiſque rebus loquuntur, eundem finem habere: quoſdam enim ipſorum cupidos gloriae eſſe vult: alios vero quaeſtus & emolumenti: his igitur ita diuiſis, docet, quid vtrique ſibi in omni ſermone aſciſcant: prioreſque illos dicit, adfingere ſibi ea bona, vnde laus ad ipſos, commendatioq; perueniat, & quorum bonorum poſſeſſores homines vulgo beatos putant, vt ſunt verae virtutes, & honeſta facta; ſcientiaeque ingenuarum artium. Quid diſcriminis ſit inter ἔπαινον & εὐδαιμονισμὸν, docuit auctor in primo de arte dicendi. accurate etiam idem tradidit in II. libro de moribus ad Eudemum, quo loco de vita beata diſſerit. poſteriores, qui lucrum ſectantur, arrogare ſibi bona, dicit è quibus fructum ceteri mortales, iuncti cum ipſis vinculo aliquo, commodumque capiunt, & quae bona cum minime habeant, fallere putantur, ſaepe ab ipſis teneri; veluti inquit, ſiquis medicum ſe eſſe profitetur, ſiue uatem non vulgarem, ſed ſapientem, & artis diuinandi valde peritum; vt Homerus quoq; fabrum hoc epitheto ornauit: quam cauſam eſſe affirmat noſter doctor, vt plurimi has artes ſe tenere praedicent: adferunt enim ijs, qui crediti fuerint eas cognoſſe, & honoris non parum; & vtilitates maximas. Videtur tamen Aſpaſius ſuo in exemplari ter copulam habuiſſe, quae ſeiungit: legiſſeque ἢ σοφὸν, quod mihi non probatur, ea de cauſa, quam oſtendi: & praeterea, quia ſapientia non eſt ars, vnaque earum rerum, ope quarum aliqui, fallaces homines, vtantur ad quaeſtum: & tamen vetus tralatio & ipſa hanc lectionem ſequitur.

Οἱ δ' εἴρωνες, ἐπὶ τ' ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται: οὐ γὰρ κέρδους ἕνεκα δοκοῦσι λέγειν, ἀλλὰ φεύγοντες τὸ ὀγκηρόν: μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἔνδοξα ἀπαρνοῦνται, οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει.

Diſsimulatores autem verſus minus dicentes, politiores quidem moribus eſſe intelliguntur: non enim lucri cauſa videntur ita loqui, ſed fugientes tumorem, atque inflationem: maxime autem, & hi, quae gloriam gignunt, a ſe reijciunt, id quod & Socrates faciebat.

CONTRARIOS his, & qui minuunt, extenuantque ſua bona, politiores homines, & venuſtiores moribus eſſe tradit: neque enim exiſtimari poſſunt, quod faciunt, ipſos facere lucri cauſa, ſed potius vt declinent non paruam maculam, ideſt ne habeantur inflati homines ac ventoſi putenturque in omni laude velle praeſtare ceteris mortalibus: hoc enim hic arbitror valere φεύγοντες τὸ ὀγκηρὸν, vſus quoque Demoſthenes eſt hoc nomine ait enim: ὀγκηρὸν τῇ πάσῃ ἀσελγείᾳ. Cum oppoſitos eſſe hos glorioſis Ariſtoteles oſtendere velit, narrat de moribus ipſorum, eos praecipue conſueſſe inficiari, amolirique a ſe ea bona, quae pariunt ingentem laudem ac gloriam, quod in omni vita ſua ſedulo, vt ipſe quoque commemorat, ſeruauit, integerrimus vir, Socrates.

Οἱ δὲ καὶ τὰ μικρὰ, καὶ τὰ φανερὰ προσποιούμενοι βαυκοπανοῦργοι λέγονται, καὶ εὐκαταφρόνητοί εἰσι: καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται, οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής: καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις, ἀλαζονικόν.

Qui vero res paruas, & in aperto poſitas diſsimulant, baucopanurgi a Craecis vocantur, & nullo negotio deſpiciuntur: & interdum haec ratio ſpeciem in ſe retinet glorioſi hominis, cuiuſmodi eſt Laconum veſtitus: etenim & nimium & valde parum ſeruit ſtudio glorioſi hominis.

CVM inueniantur quoque mortales non nulli, valde diſſimiles ſuperioribus, qui videri velint, ſe tenere bona quaedam puſilla; eademque ſatis aperta, & omnibus cognita, docet, quo modo genus hoc hominum vocetur; eoſdemque tradit facile poſſe contemni: & quia minutum animum habent, & quia vtuntur ad fallendum re, quae idonea non eſt conſilio ipſorum ac fraudi: oppoſiti autem hi ſunt prioribus illis, qui ſibi adfingebant bona am-

na ampla, plenaque honoris, & ipſa quidem, quae errorem facile parere poſſunt, ac vix qualia forent, cognoſci. Adiungit etiam ipſa aliquando, etſi tenuia ſunt, atque exilia, detegere tamen animum eius, dolumque, qui ipſis vtitur: intelligique non magno negotio ſumpta eſſe ad gloriam ſibi comparandam. Vt planius autem, clariusque foret, quod praecipit, inquit, hoc valere veſtem ſqualidam, ſordidam, laceram. Verum eſſe quod dixit, & hoc conſilio huiuſcemodi quaedam geri narrat, quia res duae, maximè inter ſe contrariae, ſaepè idem valent, idest nimium, & parum: proficiſcunturque ab animo incenſo deſiderio magno gloriae; quae cupiditas ſedatur ambabus his, contrarijs valde inter ſe rationibus ac vijs. Hoc arbitror ſignificare voluiſſe Alexandrum, illum magnum, cum viſo, diligenterque animaduerſo cultu corporis Diogenis, & quàm paruo contentus eſſet, inquit, niſi Alexander forem, libenter Diogenes eſſem: intelligebat enim, vt a noſtro hoc, & ipſe, auctore vitae, eruditus, ambobus his modis ingentem gloriam obtineri. Non me fallit aliter hunc locum accepiſſe Argyropylum; putaſſeq; hoc ab Ariſtotele de irone prolatum fuiſſe; non video autem, quomodo προσποιεῖται idem ſignificare poſſit, quod verbum illud, ἀπαρνεῖται, praeter alia quae valent ad eam opinionem coarguendam; ſemper autem ſupra auctor vſus eſt hoc verbo de glorioſo homine, vt veritas, conſuetudoque requirit; vſus autem eſt pluribus locis.

Οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ, καὶ περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμποδὼν καὶ φανερὰ εἰρωνευόμενοι, χαρίεντες φαίνονται: ἀντικεῖσθαι δ᾽ ὁ ἀλαζὼν φαίνεται τῷ ἀληθευτικῷ: χείρων γάρ.

Qui autem moderate vtuntur diſſimulatione: & circa ea, quae non valde ante oculos, & aperta ſunt, diſſimulant ſua bona, politi homines eſſe perſpiciuntur: glorioſus autem oppoſitus eſſe veraci perſpicitur: deterior enim hic eſt.

Docet eos, qui moderate vtuntur hac figura loquendi, & in rebus, quae non ſunt ante pedes poſitae, valdeque apertae, videri poſſe lepidos homines, ac iocoſos, & qui ſuaues in omni ſermone ſuo eſſe malunt. Quomodo autem hoc non inurat aliquid maculae honeſtiſſimo viro Socrati videndum eſt, qui perpetuus fuit in hac ratione: inficiebaturque ea, quae negare non poterat ſibi adeſſe, vel potius in quibus ipſe principatum tenebat: nam ſemper extitiſſe aliquos, quibus ratio haec nō probaretur, declarant verba haec Ciceronis.
» Socrates autem, de ſe ipſe detrahens, in diſputatione, plus tribuebat his, quos volebat re-
» fellere, ita cum aliud diceret, atque ſentiret, libenter vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam
» Graeci εἰρωνείαν vocant; quam ait etiam in Africano fuiſſe, Fannius: idque propterea vitio-
» ſum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate. In extremo ſignificauit Ariſtoteles aduerſari glorioſum hominem veraci, atque è regione poſitum illi eſſe, & qui rem commemorat vt eſt, nihil addens, aut minuens, cuius ſui iudicij cauſam adfert, dicens eum deteriorem, magisque peccare in vita.

Οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία τις ἐμμελής: καὶ οἷα δεῖ λέγειν, καὶ ὡς: ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν: διοίσει δὲ καὶ τὸ ἐν τοιούτοις λέγειν, ἢ τοιούτων ἀκούειν; δῆλον δ᾽ ὡς καὶ περὶ ταῦτά ἐστιν, ὑπερβολή τε, καὶ ἔλλειψις τοῦ μέσου.

Cum ſit autem locus etiam requieti in vita, atque in hac traductio temporis cum luſione, ac ioco, videtur, & hic extare ſermo quidam ſuauis: debereq; dici qualia oportet, & quomodo: ſimiliq; modo etiam audire: intererit autem & apud tales dicere, ſiue huiuſcemodi audire: perſpicuum autem eſt circa has quoque res extare exuperantiam, & paucitatem medij.

Qvomodo recte vtatur, temporeque ac loco, iocis homo politus, docere aggreditur: peccari enim poſſe in hoc vult; extareque in ipſa materia nimium ac parum; nam iocos, facetiasque

tiaſque accommodatas eſſe vitae putat, vel neceſſarias potius; quod initio diligenter tradit, confirmatque, redigens nobis in memoriam graues labores, ac moleſtias, quas ſuſtinemus in vita, imbecillitatemque noſtri animi, qui ipſos ferre, tolerareqoe non valet, ſine intermiſſione aliqua ac requiete; haec autem voluptas, quae capitur è ſalibus ac ridiculis reficiendis nobis idonea eſt, nec digna, quae reprehẽdatur, ſi in ipſa ſeruatum fuerit, quod oportet. Cum tota res igitur huiuſcemodi ſit, videri ait, extare in congreſſibus, conſuetudioeque vitae rationem quandam lepidam ac iucundam, vt aliquis ea dicat, quae decet, atque etiam vt decet; ſimulque audiat alium quempiam in ſe dicentem. Addit etiam, ad rem hanc ſine culpa tractandam, videre opus eſt, apud quos haec dicantur, & qualia ſint, quae aliquis audire debeat, quaedam enim in ſe dici aequo animo, nemo pateretur: quare inquit dubitari non poſſe, quin io his dictis omnique hac materia tranſire aliquis longo interuallo valeat medium, & ad ipſum non peruenire. Quin autem peccetur in perſona quoque, ac tempore dubitari non poteſt: docuit hoc T. Liuius, claro in primis exemplo: inſimulauit enim Philippum Macedonem, cum quo bellum tunc gererent Romaoi, quod oimis cupidus eſſet ioeandi, nec ſeruaret ea, quae diligenter a graui, hooeſtaque perſona eſſent cuſtodienda; cuius rei teſtimonjum, quod in manibus tunc habebat, poſuit: Totam rem accurate commemorarem, niſi a me expoſita eſſet cap. iij. lib. xj. mearum variat. lect. quo loco eum tetigerim quiddam, quod pertinere puto ad regem purgandum, addere adhuc volo ſtudio illi meo, videri illum culpa tunc vacaſſe, quia laceſſitus fuit ab importuno homine, praetore Aetolorum, & non ſatis prudenti accuſatus.

Οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ φορτικοί, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τοῦ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον.

Qui igitur in ridiculis modum non ſeruant, ſcurrae videntur eſſe, & importuni, cum appetant omni ratione iocos, & magis propoſitum habeant riſum mouere, quàm vt honeſta loquantur, & non grauiter pungant eum, in quem dicunt.

Docet quibus nominibus vocentur, qui incumbunt in iocos ac facetias, & ſiue in hac re vitio affioes ſunt, ſiue laude aliqua digni: incipit autem ab his, qui nimis cupidi ſunt iocandi; quos inquit videri non ſine cauſa poſſe ſcurras, & qui ſibi, ob ſtudium hoc riſum mouendi, nimis magnum, inuidiam & odium pariant: hos autem eſſe inquit, qui delectantur vehementer ridiculis: appetuntque ipſa quacunque ratione poſſunt; magiſque eo ſe referunt toto animo, ad riſum ſcilicet mouendum, quàm ad honeſta dicta, plenaque dignitatis dicenda, & ad offenſionem vitandam, cauendumque ne nimis magnum dolorem inurant ijs, quos vocibus illis ſuis laeſerint.

Οἱ δὲ μήτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μηθὲν γελοῖον: τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες, ἄγριοι, καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι.

Qui autem neque ipſi vmquam dicerent aliquid facetum, & eos, qui dicunt ſtomachantur, agreſtes, & duri homines videntur eſſe.

Qui vero, addit, in altero extremo peccant: ſunt autem, qui penitus abhorrent a ridiculo, agreſtes homines, & duri videri poſſunt, neque tamen ita ij vulgo appellabantur; ſunt enim haec nomina aliunde ad ipſos tranſlata.

Οἱ δ' ἐμμελῶς παίζοντες, εὐτράπελοι προσαγορεύονται: οἷον εὔτροποι: τοῦ γὰρ ἤθους αἱ τοιαῦται δοκοῦσι κινήσεις εἶναι: ὥσπερ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρίνεται, οὕτω καὶ τὰ ἤθη.

Qui autem lepidè iocantur eutrapeli a Graecis appellantur: quaſi ingenium apte vertentes: moris enim, naturaeq́ huiuſcemodi videntur eſſe motus: quem-

admodum autem corpora ex motibus exiſtimantur, ita & mores.

MONSTRAT etiam, quo nomine oſtendantur, qui medium tenent: ſuauiterque, ac concinne hoc faciunt; dicitque eos vocari eutrapelos, quod cognomen habuit Volumnius, ad quem ſunt duae epiſtolae Ciceronis, & cuius nouae, inauditaeque rationis nocendi illis, quibus illudere volebat, meminit Horatius. Vnde autem hi nomen hoc nacti forent, & etymon huius vocis, declarauit Ariſtoteles: ait enim hos vocatos eſſe εὐτραπέλους, quaſi εὐτρόπους, quia facile vertant, ac varient ingenium, cum naturae, ac motum huiuſcemodi motus ſint, quales indicauit, vt quidam hominum ſint proni ad riſum; alij inde alieni ſint; non nulli in ipſo medium teneant: ope autem ſimilis, quod praecipit magis declarare voluit, atque inquit, veluti corpora exiſtimantur, qualiaque ſint, intelliguntur: firma inquam ac vegeta, ſiue imbecilla ex motibus ipſorum, ita etiam mores e motibus animorum.

Ἐπιπολάζοντος δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ, καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι, εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες: ὅτι δὲ διαφέρουσι, καὶ οὐ μικρόν, ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον.

Cum autem ratio iocandi in promptu ſit, compluresq; gaudeant luſione, & dictis magis quàm oportet: & ſcurrae quoque faceti appellantur, vt politi homines: diſcrepare autem ipſos inter ſe, & ſanè non parum, ex ijs, quae dicta ſunt, perſpicuum eſt.

NARRAT, cum ſua aetate multi inuenti fuerint, qui magnopere gauderent ridiculis, atq; in hoc peccarent, inde factum eſſe, vt quos appellare deceret ſcurras, ſi quis ipſos ſuo ac proprio nomine oſtēdere vellet, ſoliti ſint vocari iocoſi ac faceti, tamquam lepidi homines, iucundique ſint, ac medium teneant: vnde igitur ortus ſit hic tantus error indicauit, quod inquam illo ipſo tempore in magno vſu, atque honore ridicula erant; plurimique extabāt, qui huic ſtudio toti dediti forent. Eſſe autem ipſos non parum inter ſe diſcrepantes, teſtatur, vt ex ijs, quae iam de illis praeceperat, eſſe id perſpicuum inquit. Queſtum autem de hoc quoque fuiſſe M. Ciceronem in priore epiſtola ad Volumnium Eutrapelum, notum eſt: & illo quidem loco. Sed quum tanta faex eſt in vrbe, vt nihil ſit tam ἀκύθηρον, quod non alicui venuſtum eſſe videatur, & quae ſequuntur. ἐπιπολάζειν hic valere quod dixi, apertum eſt.

Τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστί: τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν, καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθερίῳ ἁρμόττει: ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει, καὶ ἀκούειν, καὶ ἡ τοῦ ἐλευθερίου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους καὶ αὖ τοῦ πεπαιδευμένου, καὶ ἀπαιδεύτου.

Medio autem habitui accommodatum etiam nomen eſt, dexteritas: dexteri autem hominis eſt, huiuſcemodi dicere, & audire, qualia probo viro, & libero congruunt: ſunt enim quaedam, quae decet huiuſcemodi virum, luſionis loco dicere, & audire: & liberi hominis luſio diſcrepat a luſione ſeruilis, & eruditi, ab inerudito.

VT habitum medium ac virtutem, quae in hac re exiſtit, docuit vocari εὐτραπελίαν, ita nunc adiungit ipſi conuenire alterum hoc quoque nomen ἐπιδεξιότης, ideſt dexteritas, cum proprium ipſius ſit, dexteri inquam acutique viri, & dicere, & audire, & pati in ſe dici ea, quae congruunt probo viro & ingenuo: caduntque in perſonam illius, quia autem, vt veriſimile eſt, quidam reperiebantur nimis triſtes ac ſeueri; qui exiſtimarent nullo modo conuenire honeſto, & graui viro huiuſcemodi luſiones, ideo locum vrget, ſtudetque probare minime alienas eas ab ipſo eſſe: eſſe enim quaedam tradit, quae talem etiam virum deceant; nec minuunt quippiam exiſtimationis ac dignitatis ipſius, quae vt dicere ita etiam audire ſine reprehenſione poteſt, cum ludere, ac reficere animum vult a moleſtijs & triſtibus curis.

Addit

Addit ingenui hominis oblectationem, quae ducitur e iocis, diſſentire a genere ludendi proprio mancipiorum: eodemque pacto eruditi viri luſionem ab oblectationibus idiotarũ, & qui honeſtas artes numquam attigerint.

Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν, καὶ τῶν καινῶν: τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον, ἡ αἰσχρολογία: τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια: διαφέρει δ' οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐσχημοσύνην.

Videret autem hoc quiſpiam ex comoedijs quoque veteribus, ac nouis: his enim ridiculum erat turpitudo verborum: his vero potius obſcura ſententia: intereſt autem inter haec non parum ad verecundiam tuendam.

VTITVR ſigno, & huius rei nota quadam, ad indicandum, quod modo dixit, diſcrepare luſionem eruditi viri a ratione rudis, & idiotae hominis: id eſt igitur, quod, inquit, cognoſceret aliquis, verum eſſe, ſumptis in manus priſcis, ac nouis comoedijs: antiquae enim illae riſum mouebant, turpibus, & obſcenis vocibus; nouae autem, & poſtea inuentae, inhoneſtis factis potius clam, obſcureque ſignificandis, quàm palam, aperteque exponendis: diſſentire autem has rationes, ac vias, inter ſe magnopere teſtatur. Quaerendum igitur eſt, quas intelligat κωμῳδίας καινάς, illaſne quarum auctores, principesque fuerunt, in eo ſtudio merito multum laudati, Menander, Diphilus, Apollodorus, ſiue è numero priſcarum illarum, quae inferiore tempore in vſum venerunt: fieri enim poteſt, vt qui extitere vicini aetati Ariſtotelis, tuncque inceperunt florere, diſceſſerint non nihil ab ea petulantia, & licentia vtendi vetere obſcenitate. Gratus certe fertur fuiſſe Menander Ptolemaeo illi, qui antea praefectus Alexandri, primus poſt mortem ipſius in Aegypto regnauit: inuenta autem comoedia noua, prior illa, quae tempore anteceſſit, rudior & imperfectior ἀρχαία vocata eſt, recentior vero νέα; non his nominibus ambae ſignificatae, quibus vtraſque appellat Ariſtoteles, ſi illas ipſas intelligit. Υπόνοια ab antiquis ſcriptoribus vocata eſt, teſtante hoc Plutarcho in libello, quo tradit, quomodo oportet adoleſcentes auſcultare poetas, quae ab inferiore aetate nominata eſt ἀλληγορία, cum ſcilicet, etſi aliud dicitur, aliud tamen intelligendum eſt.

Πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον, τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθερίῳ, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν: ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον ἀόριστον: ἄλλο γὰρ ἄλλῳ μισητόν τε, καὶ ἡδύ: τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται: ἃ γὰρ ὑπομένει ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ.

Vtrum igitur definire oportet eum, qui bene in alium dicta dicat, eo quod dicat, quae ingenuum hominem deceant, ſiue quod eum, qui audit, dolore non afficiat, vel potius delectet: ſiue huiuſcemodi omne indefinitum eſt: aliud enim alij odioſum, ac iucundum eſt: huiuſcemodi autem & audiet: quae namque aequo animo patitur, cum audit, haec quoque facere videtur.

QVAERIT quomodo definiendus ſit, & declarandus is, qui recte in hoc, ſe gerat: laudeq; dignus ſit. An inquit, quod dicat ea, quae decent liberum hominem, grauique atque honeſto viro conueniunt; ſiue quod dolorem non inurat ei, in quem dicit, vel potius ſine vlla offenſione eum ipſum delectet. An addit, nullus certus terminus huic rei figi poteſt, nec laborandum de hoc eſt, cum propter varia hominum ingenia, alia alijs hominibus inuiſa, odioſaque ſint: eodemque pacto grata, & accepta: rediens autem ad exprimendum, vt poteſt, medium, inquit; ipſum, quae dicit in alium, eadem in ſe dicta aequo animo laturũ: cuius ſententiae rationem hanc reddit: ait enim, quae patitur, toleratque; cum audit, videri ipſum facere, concedique ſibi debere, vt in alium dicat; norma igitur ipſe ſibi erit, & tamquam lex quaedam huius rei, ac laudis.

Οὐ δὴ πᾶν ποιήσει: τὸ γὰρ σκῶμμα, λοιδόρημά τι ἐστίν: οἱ δὲ νομοθέται, ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν: ἔδει δ' ἴσως καὶ σκώπτειν: ὁ δὴ χαρίεις, καὶ ἐλευθέριος, οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ: τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστίν: εἴτ' ἐπιδέξιος, εἴτ' εὐτράπελος λέγεται.

Non igitur omne faciet: dictum enim ſalſum, conuicij quoddam genus eſt: qui ſcribunt autem leges, vetant, quaedam maledicta in alium iacere: oportuiſſet autem fortaſſe vetare etiam quempiam ſalſa voce laedere: homo igitur politus, & liber ita ſe habebit, tamquam lex ſibi ipſi exiſtens: talis igitur medius eſt, ſiue dexter, ſiue facetus dicitur.

ELICIT e ſuperiore voce, ſibi moderaturum eſſe in dictis dicendis facetum hominem, & non omnia liberè facturum: rem enim periculi plenam eſſe oſtendit, cum homines iniquo animo ferant, violari exiſtimationem ſuam: huiuſcemodique voces ſint ſpecies quaedam conuicij, ac maledicti: qui autem bonis legibus ornent ciuitates, vetent conuicia iacere in aliquos; ſi non omnia, quae laedunt, ſaltem quae magis pungunt animos: vt autem hic dixit eſſe dictum, quod inurit dolorem, ac laedit, genus conuicij in II. libro de arte dicendi dixit εὐτραπελίαν eſſe contumeliam eruditam, & aliquo modò caſtigatam: cum igitur contumeliam eſſe velit, oſtendit eam violare dignitatem eius, in quem iacta eſt. M. quoque Cicero pro M. Caelio eodem pacto de ipſa ſenſit, quo loco diſſeruit de maledicentia his verbis. Maledictio nihil habet propoſiti praeter contumeliam, quae, ſi petulantius iactatur, conuicium, ſi facetius, vrbanitas nominatur. Videtur autem Latinus orator, maledictionem appellaſſe, quam noſter doctor ὕβριν, conuicium vero maledictionem, quae petulantius iactatur: conuenit ambobus in hoc, vt & ὕβρις & maledictio corrigi, emendarique poſſit, eam contumeliam a Latinis vocatam, affinem ſemper culpae magnae, ac vitio eſſe putarim. Adiungit Ariſtoteles, vt magis nos a conuicijs in alios iaciendis abſterreat, qui leges ſcribunt vetare quaedam maledicta iacere in honeſtas ſcilicet perſonas, quia notant ipſas ijs maculis, quae vix poſtea delentur. Quam odioſum autem ſit genus quoddam iocandi ſignificat, oſtendens illos, nomothetas inquam, melius facturos fuiſſe, ſi vt graues paenas propoſuerunt ijs, qui infamaſſent aliquos: innocentiumque virorum dignitatem violaſſent, ita etiam prohibuiſſent vti ſcommaſin, iociſque aſperis, ac virulentis: ſuſpicor autem intelligere ipſum veteres comicos, quorum fabulae plenae erant maledictorum in valde vtiles etiam reip. ciues, & in integerrimos viros. Poſt hoc oſtendit Ariſtoteles politum, lepidumque virum, ac liberum, qualem docuit, talem ſe in conuictu congreſſuque omni praebiturum: futurumque ipſum ſibi ipſi in hoc normam, ac legem: ijs autem omnibus expoſitis, concludit talem eſſe medium in iocando, ſiue ille ἐπιδέξιος, εὐτράπελόςque ideſt dexter, ſiue facetus, iocoſusque dicitur, quibus ambobus nominibus recte ipſum oſtendi ſupra ſignificauit.

Ὁ δὲ βωμολόχος, ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου· καὶ οὔτε ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος, εἰ γέλωτα ποιήσει, καὶ τοιαῦτα λέγων, ὧν οὐδὲν ἂν ὁ χαρίεις εἴποι· ἔνια δὲ οὐδ᾽ ἂν ἀκούσαι.

Scurra autem victus ſemper diſcedit a ridiculo, & neque a ſemet ipſo, neque ab alio ſibi temperat, dummodo riſum moueat, atque huiuſcemodi dicens, quorum nihil politus homo diceret: non nulla etiam ipſorum, ne audiret quidē.

TRADIT ſcurram temperare ſibi non poſſe a ridiculis: & vbi nactus eſt occaſionem aliquā mouendi riſum, ſtatim ridiculum illud ipſum edere, neque ſibi, neque alij vlli parcere, vt expleat ſitim ſuam, qua incenſus eſt iocandi, huiuſcemodiq; multa ipſum dicere affirmat, quae politus homo, ſuauiſque numquam in animum induceret dicere, neque etiam pateretur in ſe dici, quia nimis acerba ſunt, & turpia. Quod tradidit hunc ἥττω eſſe τοῦ γελοίου, quaſi ſemper inde victum diſcedere, nec poſſe vllo pacto ipſi reſiſtere, idem ſignificare voluit, quod M. Cicero dici ſolitum ab Ennio poeta commemorauit: Facilius flammam a ſapiente, ore in ardente, opprimi, quam bona dicta teneat: neque tamen ille de ſcurra alteroque extremo; ſed de medio id protulerat.

Ὁ δ᾽ ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας ὁμιλίας ἀχρεῖος· οὐδὲν γὰρ συμβαλλόμενος, πᾶσι δυσχεραίνει· δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι ἀναγκαῖον.

Agreſtis autem ad huiuſcemodi colloquia inutilis: nihil enim in medium

conſe-

conferens, omnia ſtomachatur: videntur autem requies; & luſio, ad vitam degendam quiddam eſſe neceſſarium.

Ostendit etiam vitium alterius, ideſt agreſtis hominis & aſperae naturae; aitque eum nullam in partem idoneum eſſe ad huiuſcemodi congreſſus, quia, cum conferat nihil in medium, accommodatum huic tempori, ſtomachetur omnia; quae ſuauiter etiam, iucundeque illic dicta ſunt, Quantopere autem ille peccet, oſtendit dicens, requiri luſionem: quia non tantum accommodata eſt vitae; verum etiam neceſſaria. Agreſtem autem & durum hominem, penitusque abhorrentem a riſu qui oſtendere vellent, dicerent, facilius poſſe aliquem ex ipſo ignem extrudere, quam riſum elicere; vt apud Xcuophontem io II. libro paediae Cyri in Aglaitadam locutus eſt Hyſtaſpes. E

Τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι ἐν τῷ βίῳ μεσότητες: εἰσὶ δὲ πᾶσαι περὶ λόγων τινῶν καὶ πράξεων κοινωνίαν: διαφέρουσι δ᾽ ὅτι ἡ μὲν, περὶ ἀλήθειαν ἐστίν: αἱ δὲ, περὶ τὸ ἡδύ: τῶν δὲ περὶ τὴν ἡδονὴν: ἡ μὲν, ἐν ταῖς παιδιαῖς: ἡ δ᾽, ἐν ταῖς κατὰ τὸν ἄλλον βίον ὁμιλίαις.

Tres igitur ſunt, quas diximus, in vita mediocritates: ſunt autem cunctae circa ſermonum quorundam, ac factorum communionem: diſcrepant autem inter ſe, eo quod, haec quidem circa veritatem eſt: hae vero circa iucundum: duarum autem harum, quae circa voluptatem verſantur, haec quidem in luſionibus: haec autem in colloquijs, quae ſunt in alia vita.

Post ipſas explicatas, repetit paucis tres propinquas mediocritates, quas in vita agenda manere tradidit: colloquijsque ac factis hominum inter ſe: cum vero hoc ipſas commune habere ſignificaſſet, quid diſcriminis verſetur inter eas exponit, ne ſimilitudo magna, quae exiſtit in illis, quempiam decipiat, quae igitur ſupra copioſe, accurateque docuit, breuiter nunc commemorat; ſatisque aperte. Quod enim ad diſcrimen pertinet, dicit vnam ipſarum, primam ſcilicet, materiem ſuam habere veritatem, alteram autem, voluptatem ſuauitatemque, quam etiam diuidit, cum ſecunda ipſarum voluptatem capiat è iocis, ac facetijs: tertia autem è reliquis ſtudijs, conſuetudineq; vitae: non enim ſolum oblectant verba, ſalesque, verum etiam actiones quaedam plenae ſuauitatis.

Περὶ δὲ αἰδοῦς ὥς τινος ἀρετῆς οὐ προσήκει λέγειν: πάθει γὰρ μᾶλλον ἔοικεν ἢ ἕξει: ὁρίζεται γοῦν, φόβος τις ἀδοξίας.

De verecundia autem tamquam virtute quadam non conuenit praecipere: motui enim magis ſimilis eſt, quàm habitui: definitur igitur, metus quidam ignominiae.

Existimavit Ariſtoteles oportere ſe de pudore verecundiave diſſerere, cum ſeruare ipſum in omni ſermone ac facto, non parua laus ſit: ſi non omni aetati, ſaltem adoleſcentiae: contraque inuerecundia magnam labem afferat vitae; cum vero de ipſo diuerſae ſententiae doctorum hominum forent, ſtatim aperit, quid ſui iudicij de ipſo ſit: aitque non conuenire de pudore, vt de vna quapiam virtute loqui, quod fecerat etiam iu II. horum librorum, cum videatur potius motus animi eſſe, quàm habitus firmus ac ſtabilis; id quod probat citata definitione illorum, qui ante ſe dixerant, eſſe illum, metum ignominiae; metus vero ſit ſiue controuerſia motus turbidus. T

Ἀποτελεῖται δὲ τῷ περὶ τὰ δεινὰ φόβῳ παραπλήσιον: ἐρυθραίνονται γὰρ οἱ αἰσχυνόμενοι: οἱ δὲ τὸν θάνατον φοβούμενοι, ὠχριῶσι: σωματικὰ δὴ φαίνεταί πως εἶναι ἀμφότερα: ὅπερ δοκεῖ πάθους μᾶλλον, ἢ ἕξεως εἶναι.

Conflatur autem ſimiliter atque metus, qui circa res ſaeuas, & atroces excitatur

citatur: erubeſcunt enim qui verecundantur: qui autem mortem metuunt, pallent: perſpicitur igitur aliquo modo corporis ambo haec eſſe, id quod videtur motus magis, quàm habitus proprium eſſe.

Qvomodo gignatur oſtendens, confirmat itidem, quod dixerat: ortum enim illius ſimilem eſſe affirmat metui, qui nos perturbat vicino aliquo magno malo: id quod declarare oſtendit mutationem coloris in vultu eorum, qui ambobus his motibus correpti ſunt, etſi non eſt color idem, cum, quos pudet, erubeſcant, qui vero mortem appropinquare cernunt, palleant: haec autem corpus attingere: pertinereque ad ipſum, non ad animum, planum eſſe ait, vnde facilius putari poſſe inquit, pudorem eſſe motum, affectumque: variarum enim corpus magis videri indicare motum, quàm habitum. Valet ad conſtituendam veterem definitionem pudoris, ſententiamque noſtri doctoris, vox, quam laudauit Plutarchus in Cleomene: ſapiens enim vir dixit, ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς, dictus ab alio fuiſſe is Epicharmus Siculus, nam grauiſſimus ſcriptor nomen eius reticuit.

Οὐ πάσῃ δ' ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἁρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ· οἰόμεθα γὰρ δεῖν τοὺς τηλικούτους αἰδήμονας εἶναι, διὰ τὸ πάθει ζῶντας, πολλὰ ἁμαρτάνειν: ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ, κωλύεσθαι.

Non omni autem aetati hic motus congruit, ſed adoleſcentium: arbitramur enim oportere eos, qui ſunt huius aetatis, verecundos eſſe, quia cum motui in vita ſeruiant, multis in rebus peccant: a pudore autem reuocentur.

Tradit huncaffectum non congruere omni aetati; neque laudari poſſe in oppoſitis, ac valde inter ſe diſcrepantibus animis, ſed conuenire adoleſcentibus, quod probat a communi opinione, quae de illo eſt in pectoribus hominum, qui arbitrantur oportere pueros, adoleſcentesque verecundos eſſe; cuius rationem eſſe hanc inquit: quod cum illi in vita pareant affectibus, facileque ab ipſis a vero abducantur, prohibentur, reuocanturque a pudore.

Καὶ ἐπαινοῦμεν τῶν μὲν νέων, τοὺς αἰδήμονας: πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός: οὐθὲν γὰρ οἰόμεθα δεῖν αὐτὸν πράττειν, ἐφ' οἷς ἐστὶν αἰσχύνη: οὐδὲ γὰρ ἐπιεικοῦς ἐστιν ἡ αἰσχύνη, εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις: οὐδὲ γὰρ πρακτέον τὰ τοιαῦτα.

Et laudamus quidem ex omni numero adoleſcentium eos, qui pudentes ſunt: ſeniorem autem nemo laudaret, quod verecundus ſit: nihil enim arbitramur eorum ipſum gerere oportere, e quibus exiſtat verecundia: neque enim probi, & moderati viri eſt verecundia, ſiquidem naſcitur ob res malas: neque enim agere oportet huiuſcemodi res.

Argvmentvm etiam ducit a more, conſuetudineque hominum: ſolemus enim inquit laudare adoleſcentes, qui verecundi ſunt; ſenem vero nemo vmquam laudaret hoc nomine, quod verecundus ſit, cuius rei, inſtitutique noſtri cauſa eſt, quod cenſemus nihil oportere committere ſenem, grauemque virum, vnde erubeſcat; nam ſi vere inquit cogitare de hoc volumus, verecundiam non cadere in probum moderatumque virum inueniemus: naſcitur enim ex improbis factis, & affinibus alicui flagitio: a quibus alienus eſſe toto animo ille ac corpore debet.

Εἰ δ' ἐστὶ τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρά: τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐθὲν διαφέρει: οὐδέτερα γὰρ πρακτέα, ὥστε οὐκ αἰσχυντέον.

Si autem haec ſunt re vera turpia: haec vero vt eſt hominum opinio, nihil intereſt: neutra enim ſunt agenda: quapropter verecundia affici non oportet.

Vide-

VIDEBAT Ariſtoteles contra id, quod praeceperat de pudore, verumque eſſe oſtenderat, quaedam dici poſſe, quare voluit illa confutare, ne ſcrupulus aliquis reſtaret in animo alicuius. Primum eorum eſt, ſumptum è diuiſione rerum turpium, non enim ſunt omnes vnius generis, vt ipſe etiam docuit in topicis ſuis: quaedam enim turpia ſunt, ſi veritas attendatur: alia, ſi non vere talia, tamen ita vulgo exiſtimata, ſi reſpiciantur opiniones hominum; quare dixiſſet aliquis, ſi veram culpam nullam admittit vir probus, vnde oporteat ipſum erubeſcere, tamen non cauebit facere aliquid eorum, quae cognoſcit non eſſe turpia; cum enim falſo putentur turpia, non violant pudorem. Nihil valere hoc affirmat Ariſtoteles contra iudicium ſuum, nam quae ad opiniones etiam turpia ſunt, non ſunt a probo viro attingenda; vnde inquit non oportebit ipſum vllo tempore non erubeſcere.

Φαύλου δὲ καὶ τὸ εἶναι τοιοῦτον, οἷον πράττειν τι τῶν αἰσχρῶν.

Improbi autem hominis eſt, talem quempiam eſſe, vt efficere valeat aliquid eorum, quae ſunt turpia.

ALTERVM eſt, quod oſtendere ait, pudorem alienum eſſe a probo uiro; nec cadere in illum, quod improbi hominis proprium eſt, talem eum eſſe, vt gerere aliquid poſſit, quod turpe ſit, & affine alicui flagitio.

Τὸ δ' οὕτως ἔχειν, ὥστ' εἰ πράξειέ τι τῶν τοιούτων, αἰσχύνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' οἴεσθαι ἐπιεικῆ εἶναι, ἄτοπον: ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις γὰρ ἡ αἰδώς; ἑκὼν δὲ ὁ ἐπιεικὴς, οὐδέποτε πράξει τὰ φαῦλα.

Sic autem affectum eſſe, vt ſi geſſerit talia, pudore afficiatur: ideoque arbitrari ſe virum probum eſſe; abſurdum eſt: ob ea namque, quae ſponte agunt homines, naſcitur pudor: ſponte autem vir probus numquam gereret, quae improba ſunt.

TERTIVM uero quod tradit, ſtultum eſſe, & quaſi riſu explodendum, ſiquis diceret, ita quempiam affectum animo eſſe, ut ſi contingeret, ipſum aliquando efficere quippiam eorum quae turpia ſunt, puderet; ob idque arbitrari ſe probum, moderatumque uirum eſſe: cuius ſui iudicij; tantique erroris cotum, qui ita ſentirent, diligenter rationem reddit, dicens, excitari pudorem ob ea facta, quibus aliquis ſe contaminat ſponte ſua; numquam autem moderatum uirum facturum eſſe quippiam eorum, quae improba ſunt, & culpae affinia.

Εἴη δ' ἂν αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως ἐπιεικές: εἰ γὰρ πράξαι, αἰσχύνοιτ' ἄν: οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἀρετάς.

Eſſet autem pudor, conditione lata, bonum: ſi namque gereret, verecundaretur vtique: non locum autem habet hoc, in his quae virtute adminiſtrantur.

CVM ſuſtuliſſet ea, quae uidebantur aduerſari ſuae ſententiae, qui nullo modo uult pudorem eſſe uirtutem, concedit aliquo modo defendi poſſe, illum eſſe rem probam & utilem uitae: non tamen ullo pacto uirtutem: nam hoc etiam addere uoluit ad idem confirmandum aptum, ueluti ſi quis faceret umquam aliquid turpiter, eum uerecundaturum eſſe, quod ſtatim teſtatur non eſſe opus uirtutis: neque uſu uenire in reliquis moralibus, ut ſiquis, committens aliquid contra ipſas, erubeſcat, ſit uirtute illa praeditus.

Exempli

Exempli cauſa, ſi quiſpiam fugerit in proelio, armaque abiecerit, poſteaque puduerit ipſum, dedecus illud admiſiſſe, & ſit fortis.

Εἰ δὲ ἡ ἀναισχυντία φαῦλον, καὶ τὸ μὴ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ πράττειν, οὐδὲν μᾶλλον τὸ τοιαῦτα πράττοντα, αἰσχύνεσθαι, ἐπιεικές.

Si autem inuerecundia malum eſt, & pudore non affici, cum gerit quae turpia ſunt, nihilo magis, cum quiſpiam huiuſcemodi aliquid admittit, verecundari, bonum eſt.

OSTENDIT etiam, ſiquis vſus argumento a contrario, monſtrataque inuerecundia eſſe rei affini culpae: eodem pacto ſi non erubeſcere, cum rem turpem quiſpiam faceret, vitioſum eſt, non ſequi, vt ſiquis, cum haec gesſerit, doleat ipſum feciſſe, pudoreque afficiatur, factum illud merito laudari poſſit, propriumque virtutis exiſtimari; etſi indicat non eſſe illum penitus perditum ac deprauatum, ſed bene ſperari poſſe de vita, moribusque ipſius, quod ſignificauit etiam apud eruditum comicum pater, cum aſpexit filium e domo meretricis prodire: inquit enim. Erubuit, ſalua res eſt. Cum autem tanto ſtudio incubuerit Ariſtoteles in hanc rem, totque argumentis demonſtrare conatus ſit, non eſſe pudorem virtutem; neque tam honeſto nomine appellandum, numquam putaſſet auditorem ſuum fidelem, & qui anctoritatem eius in omni graui quaeſtione ſemper ſtudioſe defenderit, in hoc a ſententia ſua diſceſſurum: notum enim eſt Alexandrum, illum Aphrodiſienſem, in IIII libro ſuarum quaeſtionum ſedulo diſputaſſe contra hanc ſententiam, iudiciumque ſui doctoris non probaſſe; cum autem auctor noluiſſet ſenibus conuenire pudorem, videtur in primis hoc impuliſſe hominem, vt id non crederet, quia cum iam non parum aetate ipſe proceſſiſſet: ſciretque ſe nihil admittere eorum, quae grauem aliquam culpam in ſe continerent, tamen pudore affici, & erubeſcere: praeterea cum inueniatur nemo, quem maleuolus aliqnis non valeat criminari, & quanto melior aliquis ſit, tanto magis debeat omnem maculam vitare, hoc etiam valere debet ad ſe muniendum, & contra hanc armandum, quare quae tutum eum praeſtat, videtur virtus vocanda.

Οὐκ ἔστι δὲ οὐδ' ἡ ἐγκράτεια ἀρετὴ, ἀλλά τις μικτή. δειχθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ὕστερον: νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης εἴπωμεν.

Non eſt autem neque continentia virtus, ſed quaedam res mixta: declarabitur autem de ipſa in his, quae ſequuntur: nunc autem de iuſtitia diſſeramus.

CVM, ſumma cura in hoc adhibita, probaſſet Ariſtoteles, pudorem non eſſe virtutem, etſi bene exiſtimari de ipſo poſſe confeſſus eſt, docet nunc non nouum hoc eſſe, neque in vllo alio motu animi vnquàm auditum, vt qui ſimilitudinem magnam inter ſe habeant, ſint prorſus ijdem: nam continentiam quoque, cum ſe aliquis aegre abſtinuit ab aliqno ſcelere, & poſt longam pugnam cum appetitu, non vult eſſe virtutem, & tamen, quin recte faciat, qui ita ſe gerit eo tempore, dubium non eſt: idem etiam contingere in hac re, exemploque hoc iudicinm ſuum conſtituit. Puto etiam ipſum hic meminiſſe continentiae, de ordineque huius diſciplinae quiddam attigiſſe, quia potuiſſet aliquis arbitrari, debuiſſe Ariſtotelem, poſtquam attigiſſet, quod non plena, abſolutaque virtus foret, ſimilem illi perſequi, praeſertim, cum ſequatur, quae etſi eximia, praeſtansque virtus ſit, non tamen eſt omnino par, ſimilisque ijs, quae iam traditae ſunt: quod cum ipſi viſum non ſit hic facere, indicat locum, vbi diligenter ipſam explicaturus ſit: eſt autem is ſeptimus horum librorum. Iuſtitiam modo ſe, contrariumque ipſius habitum, explanaturum ſignificat.

Y PETRI

PETRI VICTORII COMMENTARII

IN V. LIBRVM ARISTOTELIS

De moribus ad Nicomachum

ΠΕΡΙ δὲ δικαιοσύνης, καὶ ἀδικίας σκεπτέον, περὶ ποίας τε τυγχάνουσιν οὖσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον, τίνων μέσον: ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις.

DE iuſtitia autem, & iniuſtitia conſiderandum eſt, circa quales actiones verſentur, & qualis mediocritas eſt iuſtitia, ac iuſtum, medium quorum: conſideratio autem nobis ſit par ſimilisq́; ſuperiori rationi, ac viae.

EXPOSITIS iam ceteris virtutibus, quae vitam hominum ac mores perpoliunt, cum reſtaret vna, praeclara & excellens: valdeque vtilis, vel neceſſaria potius concordiae ciuium, ac reip. tuendae, aggreditur ipſam: in qua explicanda, quia plures ſpecies eius ſunt; resque cognitu difficilis, plenum librum conſumit: inquit igitur veniſſe tempus, quo de iuſtitia atque iniuſtitia diligenter quaerat, conſideretque, in quibus humanis actibus ambo hi animi habitus occupentur, eodem pacto, cum iuſtitia mediocritas quaedam ſit, qualis mediocritas ipſa eſt: diſcrepat enim non nihil a mediocritatibus ſuperiorum virtutum, ſimulque, quia iuſtum factum, & ipſum medium eſt, quorum factorum medium ipſum ſit: ſignificat etiam ſe in hac virtute tradenda, eandem viam, rationemque ſecuturum eſſe, qua vſus fuit in ſuperioribus habitibus explicandis, neque inertius, aut exquiſitius haec demonſtraturum; nihil etiam, quod ad ordinem pertineat ſe variaturum. Haec igitur ſunt, quae ſibi proponit efficienda.

Ὁρῶμεν δὴ πάντας τὴν τοιαύτην ἕξιν βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ᾽ ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ᾽ ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια: τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ ἀδικίας, ἀφ᾽ ἧς ἀδικοῦσι, καὶ βούλονται τὰ ἄδικα: διὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον ὡς ἐν τύπῳ, ὑποκείσθω ταῦτα.

Videmus igitur omnes huiuſcemodi habitum velle dicere iuſticiam, vt cuius

ſunt prompti, paratiq́ ad res iuſtas gerendas, & vi cuius itidem & gerunt & volunt res iuſtas: eodem autem pacto ſe res habet etiam de iniuſtitia, vi cuius iniuſte ſe gerunt, voluntq́ ea, quae ſunt iniuſta. Quare nobis quoque primum veluti rudi quadam ratione ponantur haec.

CVM cura, quam ſuſcepit, quodque modo ſe facturum pollicitus eſt, requirat, vt oſtendat, quales habitus hi ſint, contrarij inter ſe, ideſt iuſtitia, atque iniuſtitia, vtitur ad haec aperienda opinione, iudicioque multitudinis, vt enim res ipſa, quam tradit, popularis eſt, pertinetque ad communes ſententias atque vtilitates, ita rationes, quibus haec confirmat, aptae debent eſſe ab opinionibus communibus, & quae probantur vniuerſo populo: neque enim obſcuris exquiſitisq; rationibus haec conſtitui poſſunt; vnde, cum ὁρῶμεν ideſt aſpicimus dicat, intelligimus plane ipſum vti argumento, quod a Graecis interpretibus noſtri doctoris appellatur ἀπὸ τῆς ἐναργείας, ideſt ab euidentia, & perſpicuitate: loquitur igitur de hoc, vt de re plana, atque ait. Videmus igitur cunctos mortales, ſi non omnino id explanant, velle tamen dicere, ſenſumque animi eorum hunc eſſe, huiuſcemodi quendam eſſe habitum, iuſtitiam, cuius vi, opeque parati, instructique homines ſunt ad res iuſtas adminiſtrandas: nec tantum ad ipſas facti ac propenſi, verum etiam illa ipſa gerere, & toto animo expetere: eodemque pacto inquit de iniuſtitia, cuius vi, & impulſu res iniuſtas faciunt, ac volunt, quae iniuſta ſunt; quare ait, primum haec tamquam adumbremus, & rudi modo ponamus, quae poſtea diligentius, ſubtiliusq; perſcrutabimur. Videndum autem, an quod animaduertit hic magnus interpres, verum ſit, eſſe hoc, quod modo inquit, corollarium: neque enim admonet quippiam, quod erutum ab ipſo ſit a superiore, ſed potius ſignificat nos contentos eſſe debere ſimplici ratione, qua adhuc vſus eſt, idonea principijs rerum obſcurarum tradendarum: imitandosque nobis pictores, qui prius deſcribunt leuiter, quae poſtea exquiſitius exprimunt, ac perficiunt, multa cura adhibita.

Οὐδὲ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον ἐπί τε τῶν ἐπιστημῶν, καὶ δυνάμεων, καὶ ἐπὶ τῶν ἕξεων: δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι: ἕξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων, οὔ: οἷον ἀπὸ τῆς ὑγιείας, οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον: λέγομεν γὰρ ὑγιεινῶς βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ, ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων.

Neque enim eodem pacto ſe res habet in ſcientijs, & facultatibus, & habitibus: facultas enim & ſcientia videtur contrariorum eadem eſſe: habitus autem contrarius contrariorum, nullo pacto: veluti a corporis ſanitate non aguntur contraria inter ſe, ſed ſolum ea, quae ſunt propria corporis ſanitatis: dicimus enim quempiam ſalubriter ambulare, cum ambulauerit, vt ambulat, qui ſano corpore eſt.

TRADIDERAT iuſtitiam habitum eſſe animi, vi cuius, atque opera homines ad res iuſtas gerendas inſtructi, paratique ſunt: eodemque pacto iniuſtitiam, cuius ſtudio & adminiculo ad res contrarias, & iniuſtas: veritus igitur, ne aliqui non omnino hoc verum putarent, videntes, & in ſcientijs, & in facultatibus rem aliter ſe habere: nam grammaticus & legere, & ſcribere recte poteſt, & in ijs rebus, ſi velit, labi & peccare, & orator fideliter cauſam defendere, & praeuaricari, & dialecticus etiam argumentari recte, & fallacijs quoque, ac captionibus vti, mederi huic incommodo voluit: docuitque non idem vſu venire in habitibus animorum, quod contingit in ſcientijs, & facultatibus, quas Graeci vocant δυνάμεις, id quod accurate exponit, & exemplo etiam artis medicorum declarat: nec tamen fallere nos debet; etſi medicus curare aegrotum poteſt, morbumque ab eo depellere, nec non malis medicamentis eundem tollere: tamen ipſius officium eſt, morbo liberare, vt prima, veraque cognitio ipſius eſt, aegroto ſalutem dare, ſi poſſit: ſequitur autem ſcientiam illam, vt intelligat etiam, quae morbum augere, & interimere valeant, quod non contingit in virtutibus, aut vitijs.

Primo

Πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας· πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις, ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων· ἐάν τε γὰρ ἡ εὐεξία ᾖ φανερὰ, καὶ ἡ καχεξία φανερὰ γίνεται· καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία· καὶ ἐκ ταύτης, τὰ εὐεκτικά· εἰ γάρ ἐστιν ἡ εὐεξία, πυκνότης σαρκός· ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκός· καὶ τὸ εὐεκτικὸν, τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν σαρκὶ.

Saepe igitur cognoſcitur contrarius habitus a contrario: ſaepe autem habitus a rebus, habitibus ſubiectis: ſi namque bona habitudo corporis perſpicua fuerit, & mala itidem habitudo perſpicua fit: & ex factis bonae corporis habitudinis cognoſcere bona habitudo, & ex hac, facta bonae habitudinis: ſi enim eſt bona corporis habitudo ſoliditas carnis, neceſſe eſt malam corporis habitudinem eſſe raritatem carnis, & accommodatum ad bonam corporis habitudinem eſſe, id quod vim habet efficiendi ſoliditatem in carne.

CVM, in exemplo ſuperiore explicando, dixiſſet proficiſci a bona valetudine actus proprios ipſius, & qui declarant, valere illum, qui ea facit, & nullo modo contrarios, nactus occaſionem hanc, quod inde naſcitur, docere voluit, quomodo habitus cognoſcantur: vſusq; eſt, rei illuſtrandae cauſa, exemplis corporis, qui magis nobis plani, perſpectique ſunt: inquit igitur ſaepe cognoſci contrarium habitum a contrario: ſaepe etiam habitus ipſos ab ijs rebus, quae pariunt eos, & quae ſunt tamquam fundamenta, ſtrataque illorum: Exempla vero ſtatim poſuit: primumque eius, quod primum dixit: ſi enim inquit bona corporis habitudo perſpicua fuerit, perſpicua etiam erit mala: praeterea inquit (qui alter modus eſt, haec intelligendi) e rebus quae pariunt bonum habitum corporis, bonus habitus intelligitur; contraque e bono habitu, quae ſint, quae gignunt illum ipſum bonum habitum, quod itidem monſtrat eodem exemplo: ſi enim inquit bonus habitus corporis eſt habere carnes denſas, ac ſolidas, neceſſe eſt, malum habitum eiuſdem eſſe, habere carnes raras; flaccidasque: & quod factum eſt, aptumque ad bonam valetudinem, eſſe quod efficiens eſt denſitatis in carne. Quod appellat hic πυκνότητα σαρκὸς Ariſtoteles, vt opinor, dixit Terentius, corpus ſolidum & ſuciplenum: nam σάρκα reddere volens, M. quoque Cicero vertit
» corpus, cum Metrodori definitionem exprimeret, quae eſt: Τὸ γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς κατάστημα, καὶ
» τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα ἀκριβεστάτην χαρὰν, καὶ βεβαιοτάτην περιέχει: in illum enim inuehens, in-
» quit. Qui definieris ſummum bonum firma corporis affectione; explorataq; ſpe contineri.

Ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐὰν θάτερα πλεοναχῶς λέγηται, καὶ θάτερα πλεοναχῶς λέγεσθαι· οἷον εἰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον.

Sequitur autem plerumque, ſi altera multis modis dicantur, & altera quoq; multis modis dici, ceu ſi iuſtum, & iniuſtum.

CVM deſcripſiſſet iuſtitiam, contrariumque ipſius habitum, generatim ambas, ac videret vtramque non vno ſemper modo dici, ne quis error hinc naſceretur, admonere hoc uoluit initio ipſarum explicandarum: primum autem poſuit, quod huc magnopere faciebat, uſu uenire plerumque, ut ſi alterum eorum, quae ſunt inter ſe contraria, ueluti eſt iuſtum, atque iniuſtum, pluribus modis dicatur, alterum quoque & ipſum plures notiones habeat.

Ἔοικε δὲ πλεοναχῶς λέγεσθαι ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀδικία, ἀλλὰ διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τὴν ὁμωνυμίαν αὐτῶν λανθάνει· καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πόρρω δήλη μᾶλλον· ἡ γὰρ διαφορὰ πολλὴ, ἡ κατὰ τὴν ἰδέαν, οἷον ὅτι καλεῖται κλεὶς ὁμωνύμως, ἥ τε ὑπὸ τὸν αὐχένα τῶν ζώων, καὶ ᾗ τὰς θύρας κλείουσιν.

Videtur autem multis modis dici iuſtitia, & iniuſtitia, ſed quia propinqua eſt

communio nominis ipſorum, fallit, & non veluti in valde remotis, longinquiſq; plana magis, apertaq; eſt: differentia enim multa eſt, quae exiſtit in forma ipſorum, ceu quae appellatur clauis aequiuoce, & ea quae ſub ceruice animantium, & qua fores claudunt.

ADIVNGIT, quod contingere ſignificarat, ſi non ſemper, tamen ferè, videri vſu venire in iuſtitia, atque iniuſtitia, quam tamen diſſimilitudinem ſignificatuum, &, vt loquuntur, aequiuocationem, inquit, fallere multos, qui propter vicinitatem illarum rerum, eam varietatem notionum minime vident; quod non vſu venire ait in his, quorum naturae valde remotae ac longinquae ſunt: in ipſis namque magis apertam eſſe, planamque diſſimilitudinem illam, ac differentiam. Rei quoque explanandae cauſa exemplum poſuit longinquarum ὁμωνυμιῶν, qualis eſt in hoc nomine κλεὶς; & in Latino, quod inde verſum eſt, etſi medici hodie imminuto illo vtuntur, clauiculam appellantes; cum os ceruicis oſtendere volunt, nam inſtrumentum etiam, quo fores aperiuntur, id nomen valere notum eſt. Vt autem longinquitatem notionum in aliqua voce fallere non poſſe docuit philoſophus, ita valde doctus tragicus in Hippolyto ſua, vbi dicit duos extare pudores, diſſimiles admodum inter ſe, cum eorum alter nihil vitij in ſe contineat: vel potius magnam laudem habeat; alter vero ſit exitium domorum, inquit ſi tempus, hoc, aut illo vtendi certum, apertumque foret, non duos eos futuros fuiſſe, notatos iiſdem litteris: perſpexit igitur Euripides quoque, tradiditque diligenter, etſi obſcurius, vt poeta, remotas inter ſe notiones eiuſdem nominis errorem parere poſſe. Luſiſſe autem Philippum Macedonem, Alexandri patrem, in hoc nomine κλεὶς, memoriae proditum eſt: cum enim in proelio vulnus accepiſſet, clauisque haec colli aperta foret: medicum autem haberet, qui crebro mercedem poſceret, dixit non oportere illum ſibi moleſtum eſſe, cum clauim in manu haberet; quantumque nummorum vellet capere ex arca poſſet.

Εἰλήφθω δὴ ὁ ἄδικος ποσαχῶς λέγεται: δοκεῖ δὲ, ὅ, τε παράνομος ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος; ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται, ὅ, τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος: τὸ μὲν δίκαιον ἄρα, τὸ νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον: τὸ δ' ἄδικον, τὸ παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον.

Sumatur iam iniuſtus quot modis dicitur: videtur autem, & qui contra leges committit aliquid, iniuſtus eſſe: & qui plus iuſto ſibi tribuit, & inaequalis: quapropter planum eſt, iuſtum etiam futurum, & eum, qui legibus paret, & eum, qui aequalis eſt: iuſtum igitur, quod legibus conſtat, & quod aequale eſt: iniuſtum autem, quod aduerſatur legibus, & quod inaequale eſt.

VT vetam viam, certamque ineat haec declarandi, dicit ſibi incumbendum eſſe in hanc curam, videndumque, vt prehendat & adipiſcatur quot modis iniuſtus aliquis vocatur, quod ſtatim facit: dicitque videri iniuſtum eſſe illum, qui aduerſatur iuri, diſtortorque legum eſt, vt apud comicum ille deſcribitur; ſimulque, qui plus iuſto rerum bonarum ſibi ſumit atque inaequalis eſt, quia contentus non eſt ea parte, qua ceteri pares ipſi, contenti ſunt: vnde iniquus appellatur: his enim duobus modis poſuit nobis ipſum ante oculos: eſt enim ἄνισος declaratio eius, quo prius vſus fuerat. Concludit autem ſtatim, ea norma, quae fallax non eſt, raroque aberrat, conſtare iuſtum hominem eſſe eum, qui paret legibus, & aequalis eſt: vnde ſequitur, vt iuſtum factum ſit, quod iure geſtum eſt, ac legibus congruit; iniuſtum vero, quod repugnat legibus atque inaequale eſt.

Ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔσται οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία, καὶ ἀτυχία: ἃ ἐστι μὲν ἁπλῶς αἰεὶ ἀγαθά: τινὶ δὲ οὐκ αἰεί: οἱ δ' ἄνθρωποι ταῦτα εὔχονται. καὶ διώκουσι: δεῖ δ' οὔ: ἀλλ' εὔχεσθαι μὲν, τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, καὶ αὐτοῖς ἀγαθὰ εἶναι: αἱρεῖσθαι δὲ, τὰ αὐτοῖς ἀγαθά.

Quia autem, qui iniuſtus eſt plus iuſto habere vult, circa bona erit non cuncta, ſed circa ea, in quibus eſt proſpera, & aduerſa fortuna, quae ſunt ſimplici-

ter qui-

ter quidem ſemper bona: cuipiam autem non ſemper: homines autem haec votis expetunt, & perſequuntur: non oportet autem hoc: ſed poſcere quidem à Dijs quae ſimpliciter bona ſunt, & ſibi ipſis bona ſint: capere autem, quae ſibi bona.

NE quis error inde naſcatur, quod dixit iniuſtum hominem plus velle ſibi bonorum tribui, quàm veritas ferat, cum ille non ſemper huius animi ſit, exiſtantque non nulla bona, quorum plus, quàm alij non ſtudet habere, cuiuſmodi ſunt artes honeſtae atque vtiles vitae, vt virtutes; docet quaenam ea ſint, quorum bonorum ſua, ſibique debita parte contentus non ſit: eſſe autem illa inquit, in quibus ea vis eſt, vt efficiant aliquem, aduentu ſuo fortunatum, & miſerum, ſi inde abſint; monſtrare etiam voluit, quaenam illa ſint, atque eius generis ipſa eſſe, quae ſunt ſimpliciter ſemper abſoluteque bona, et ſi alicui non ſemper bono fuerunt; ſed mali aliquando ipſi multum crearunt. Adiungit etiam mortales haec petere ſolere a Dijs immortalibus, & perſequi in vita ſummo ſtudio; in quo ipſos accuſat, docetque peccare: ſimulque oſtendit: quae votis, precibusque a Dijs petenda forent: eſſe vero a Dijs inquit, veram rationem votorum, petere, vt quae ſimpliciter, ſuaque vi, bona ſunt, ſibi ipſis bona, vtiliaque ſint: cum vero ipſis optio datur, vt ſumant, quae velint, relictis ſimpliciter bonis, ſumenda illis eſſe, quae ſunt ipſis bona: quis autem neſcit diuitias, imperium, pulchritudinem, multaque alia huiuſcemodi malo, exitioque fuiſſe multis mortalibus; nam apud Sophoclem etiam Deianira inquit, ſe ſemper valde reformidaſſe, ne ſibi aliquid incommodi grauiorisque mali, inueniret pulchritudo. Quod ad exemplum pertinet, veramq; rationem votorum nuncupandorum, Socrates quoque huius animi erat, petebatq; a Dijs vt, quae ſimpliciter, bona forent, darent, ſuadebatque mortalibus, vt morem ſuum ſequerentur: illi namque in primis quae bona hominibus eſſent, intelligebant, & nõ poſtularent aurum aut argentum, quae ſaepe ipſis cauſa interitus ſunt, ac magnorum incõmodorum: id quod commemorauit Xenophon in primo libro ἀπομνημονευμάτων.

Ὁ δ' ἄδικος οὐκ ἀεὶ τὸ πλέον αἱρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔλαττον, ἐπὶ τῶν ἁπλῶς κακῶν, ἀλλ' ὅτι δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν, ἀγαθόν πως εἶναι: τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἐστιν ἡ πλεονεξία, διὰ τοῦτο δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι.

Iniuſtus autem non ſemper plus capit: verum etiam minus in ijs, quae ſunt ſimpliciter mala, ſed quod videtur minus malum, bonum aliquo modo eſſe: eius autem, quod bonum eſt, auiditas eſt, ob hoc quoque videtur auidus eſſe, plusq́ habendi cupidus.

CVM tradidiſſet, iniuſtum hominem plus rerum malle, videretque aliquando ipſum minus ſumere, docet quomodo hoc non repugnet ſuperiori illi ſententiae, oſtenditque ipſum manere tunc quoque in eadem, qua prius, voluntate: aliam enim rationem eſſe bonorum, aliã malorum ſignificat; cum ſermo eſt de ſimpliciter malis, vt ſupra factum eſt de ſimpliciter bonis: minus enim malorum vim habet, ac poteſtatem boni. Intelligit autem, ſimpliciter mala dicens, labores, pericula pro patria, communique bono, priuatae pecuniae collationem in publicum: cum igitur plus horum ad ſe peruenire non patiatur; perſpicitur eſſe cupidus pluris, atq; ita merito exiſtimatur: hoc enim quoque bonum eſt, boni autem omnis ſemper eſt cupiditas, atque hic habetur merito cupidus pluris, etſi capit minus.

Ἔστι δὲ ἄνισος: τοῦτο γὰρ περιέχει, καὶ κοινόν: καὶ παράνομος: τοῦτο γὰρ ἡ παρανομία: ἤτοι ἡ ἀνισότης, περιέχει πᾶσαν ἀδικίαν, καὶ κοινόν ἐστι πάσης ἀδικίας.

Eſt autem inaequalis: hoc enim continet, & commune eſt: & contra leges committit: hoc enim contemptus legum, ſiue inaequalitas continet omnem iniuſtitiã, & commune eſt omnis iniuſtitiae.

CADERE quoque in illum hoc nomen affirmat, vt ſit inaequalis, diſparque ſibi ipſi: nunc enim plus, nunc minus optat, quod vitium in ſe poſitum habet, cum commune ſit, complecta.

plectaturque ambo haec. Vnde autem fiat, vt, eum minus ſumat, appelletur nomine, quod videtur plus ſignificare, oſtendit: teſtatur enim, minus incommodorum, laborumque capere, rationem boni habere: quod enim ipſorum minus ad eum peruenit, id tamquam bonum merito habetur: aliter enim abſurdum foret ita loqui, tribuereque contrarium eius, quod nomen indicat. Eſſe quoque illum euerſorem legum, repugnareque ipſis affirmat; hoc enim ipſum eſſe ait; repugnare legibus, quod profecto ille facit, ideſt non tueri aequalitatem; quod ait continere in ſe omne genus iniuſtitiae, communeque ipſorum eſſe.

Ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος, ἄδικος ἦν: ὁ δὲ νόμιμος δίκαιος, δῆλον, ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστί πως δίκαια: τά τε γὰρ ὡρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς, νόμιμά ἐστι: καὶ ἕκαστον τούτων δίκαιον εἶναι φαμέν.

Quia autem, qui committit contra leges, iniuſtus eſt: qui verò paret legibus, iuſtus, apertum eſt, eſſe cuncta, quae legibus geruntur, aliquo modo iuſta: quae namque definita, expreſſaq; ſunt a diſciplina legum ſcribendarum legitima ſunt, & vnumquodque horum iuſtum eſſe affirmamus.

ORDITVR modo declarare, non vnum genus extare iuſtitiae: initiumq; ducit ab ijs, quae iam explicata ſunt: primum autem diſſerit de iuſtitia, quae complectitur omnem virtutem. Cum vero ſumat ad haec oſtendenda ſententias certas, & tamquam fundamenta firma, ponit initio particulam ἐπεὶ, quae indicio eſt veritatis earum; ipſam autem ſtatim ſequitur redditio; inquit igitur. Quia qui aduerſatur legibus committitque aliquid contra ipſas, iniuſtus eſt; qui autem ſeruat illas, iuſtus: perſpicuum eſt, cuncta legibus adminiſtrata eſſe aliquo modo iuſta, etſi propria illa ſunt ſuarum virtutum: quae namque inquit, definita ſunt ſtudio, & arte ſcribendi leges, indeq; profecta, cuicuimodi illa ſunt, legitima ſunt: ſingulaque haec iuſta eſſe aliquo modo concedimus.

Οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι περὶ ἁπάντων, στοχαζόμενοι ἢ τοῦ κοινῇ συμφέροντος πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς κυρίοις, ἢ κατ' ἀρετὴν, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον τοιοῦτον: ὥστε ἕνα μὲν τρόπον, δίκαια λέγομεν, τὰ ποιητικὰ, καὶ φυλακτικὰ τῆς εὐδαιμονίας, καὶ τῶν μορίων αὐτῆς, τῇ πολιτικῇ κοινωνίᾳ.

Leges autem de omnibus rebus praecipiunt, propoſito ſibi ante oculos, ſiue quod publicè prodeſt omnibus, ſiue quod optimis, ſiue quod ſummam poteſtatem habentibus, aut virtutis vi, aut alio quopiam modo tali: quapropter vno quidem modo iuſta dicimus, quae poteſtatem habent efficiendi, & tuendi vitam beatam, & partes eius, ciuili communitati.

LEGVM autem natura haec eſt, & huius diſciplinae ratio, vt de omnibus rebus praecipiãt, propoſito ſibi, vt ſunt varij ſtatus ciuitatum ſiue communi bono, atque vtili ſine diſcrimine omnium, qui illic viuunt, qui ſtatus ciuitatis vocatur δημοκρατία: quia ſummam poteſtatem illic populus multitudoque habet: ſiue principum ciuitatis, atque optimorum ciuium, ſiue illius, qui legibus illic ſummam poteſtatem adeptus eſt, ſeu ſpectata virtute, ante oculosque illa habita; ſeu aliqua huiuſcemodi ratione, quae ſcilicet probata eſt illi genti, ſeu nobilitate aut merito aliquo magno ipſius: neque enim qui ciuitatem inſtituunt, inducerent vmqnam in animum tyrannidem informare. Concludit e propinqua diſputatione, monſtratque quale ſit primum genus iuſtitiae, & quae facta, ita illa accepta, merito debeant iuſta exiſtimari ac dici: inquit igitur eos, qui haec curant, ſeduloque tractant, ſolere dicere vno quidem modo recta facta, quae efficiunt, tuenturque vitam beatam, & vt illam ipſam pariunt, quae finis eſt: & quo cuncta referuntur, ita partes eius omnes accommodatas ciuium ſocietati, vel neceſſarias potius.

Προστάττει δὲ ὁ νόμος, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μὴ δὲ φεύγειν, μὴ δὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα: καὶ τὰ τοῦ σώφρονος, οἷον μὴ μοιχεύειν, μὴ δὲ ὑβρίζειν, καὶ τὰ

τοῦ πράου, οἷον μὴ τύπτειν, μὴ δὲ κακηγορεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, καὶ μοχθηρίας: τὰ μὲν, κελεύων: τὰ δ', ἀπαγορεύων: ὀρθῶς μὲν, ὁ κείμενος ὀρθῶς: χεῖρον δὲ, ὁ ἀπεσχεδιασμένος.

Iubet autem lex, & fortis viri munera obire, ceu non deſerere ordinem, neque fugere, neque abijcere arma: & quae temperantis hominis ſunt, ceu non adulterari, neque vexare contumelia: & quae lenis hominis ſunt, ceu non verberare, neque male loqui: ſimili autem modo & in alijs virtutibus, ac vitijs: haec quidem iubens: haec autem vetans: rectè quidem, quae lex rectè ſcripta eſt: peius autem, quae ſubito, inconſiderateq́.

QVAE ſint illae, ſatis notum, & apertum eſt; nec tamen non ipſe eas ſignificat, tribus earum appellatis: eſt enim, quo vtitur, argumentum ab inductione: initium autem ducit a fortitudine, dicens iubere legem, vt facta huius virtutis cuſtodiantur, contrariaque, propoſita paena, atque ignominia, repudientur, ideſt praecipere, ne in proelio ordo relinquatur, ne fugiat aliquis, obiecto metu, armaq; abijciat, ad tuendum corpus facta, nam clipeum amittere quantum dedecoris in ſe contineret, moribus Graecorum, cuncti norunt: eodemque pacto tradit, legem iubere, vt facta temperantis hominis ſeruentur, ideſt nequis alienum cubile ineat, ne vexet contumelia innocentem hominem; manſuetique viri ac lenis munera obeat, ideſt ne caedat verberetque ingenuum hominem: neque conuicia in eum iaciat, maledicatque ipſi, nec aliter addit, velle, legem, vt ſe gerat in ceteris virtutibus exercendis: culpiſque ipſarum fugiendis: nam vera & recta lex hortatur, impellitque ad honeſta facta: minis autem abſterret ab improbis: deterius vero in hoc ſe gerit lex inconſiderate, temereque ſcripta. Terentianum illud exemplum accommodatum erit, & notionis huius iuncti verbi κακηγορεῖν: & facti moderati. Rem potius ipſam dic, ac mitte male loqui.

Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, ἀρετὴ μέν ἐστι τελεία, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον· καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη. καὶ οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός· καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν. Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστι.

Haec igitur iuſtitia virtus eſt perfecta, ſed non ſimpliciter, verum ad alium: & hac de cauſa ſaepe optima virtutum videtur eſſe iuſtitia, & neque veſper, neque lucifer ita admirabilis eſt: & tamquam prouerbij loco dicimus: Iniuſtitia autem ſimul omnis virtus eſt.

FERT ſummis laudibus in caelum hanc iuſtitiam: nec ſuum tantum iudicium in ea ornanda ſequitur, ſed vtitur etiam teſtimonijs clararum perſonarum, quae mirifice ipſam celebrarunt. Primum igitur inquit ipſam virtutem eſſe perfectam, non tamen ſimpliciter, & in ſe talem, ſed ſi accipiatur vt quae ad ceteros iuuandos, & ſalutem ciuibus dandam referatur. Ideſt namque quod ad alium referri dicta eſt: reliquae virtutes in ſemetipſis perpoliendis, & ijs, vnde vocatae ſunt, totae manent: & hanc cauſam eſſe inquit, quod commendatione huius, & dignitate fit, vt ſaepe iuſtitia optima omnium virtutum, & praeſtantiſſima dicatur, vincereque decore ſuo, ac ſplendore fulgorem veſperi, & luciferi, quae vna ſane, eademque ſtella eſt, quamuis duobus nominibus, contrarijs diei temporibus, appelletur. Addit etiam communi voce & quaſi prouerbio, iactatum de illa eſſe, ipſam iunctas in ſe habere cunctas virtutes, qui verſus eſt Theognidis: id quod merito de ipſa prolatum eſt, cum ſui iuris eſſe arbitretur inſerere ſe in materias reliquarum omnium virtutum, & muneribus ipſarum fungi.

Καὶ τελεία μάλιστα ἀρετή, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσίς ἐστι.

Et perfecta maxime virtus, atque id: quia perfectae virtutis vſus eſt.

Docet

DOCET quoque philoſophus quomodo ipſa, & qua ſui commendatione, habita in primis & dicta ſit perfecta; atque id eſſe, quia perfectae, integraeque virtutis vſus eſt. Cum autem, praeter auctoritatem ſuam ornarit auctor ipſam teſtimonio ſapientis poetae, ac voce probata multitudini, non alienum puto addere, quid alij non nulli de illa ediderint, admirantes & celebrantes vim ipſius, & dignitatem; leguntur enim apud Athenaeum in xij libro duo haec magna, & ipſa praeconia eius: fuit enim, vt narrat, poeta, qui auream faciem dixerit iuſtitiae; idemque, ſiue alius quiſpiam, qui eiuſdem itidem oculum aureum appellarit.

Τελεία δ' ἐστίν, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν, καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὑτόν: πολλοὶ γὰρ ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις τῇ ἀρετῇ δύνανται χρῆσθαι: ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον, ἀδυνατοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι ἀρχὴ ἄνδρα δείξει: πρὸς ἕτερον γὰρ καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἤδη ὁ ἄρχων.

Perfecta autem eſt, quia qui tenet ipſam, ad alium etiam poteſt virtute vti, ſed non ſolum ad ſe: multi enim in ſuis, proprijsque rebus virtute poſſunt vti: in ijs autem, quae ad alium pertinent, nequeunt; & hac de cauſa belle ſe habere videtur illud Biantis, Magiſtratum virum demonſtraturum: ad alium enim & in communione iam eſt, qui imperium habet.

REDDIT rationem eius ſummae laudis, quam tribuerat huic iuſtitiae; vereque a ſe dictum probat ipſam perfectam eſſe, cum qui ea praeditus eſt, vti valeat virtute non ſolum ad ſemetipſum excolendum, verum etiam ad alium iuuandum, & malo liberandum, quod non eueniret in ceteris virtutibus, cum illae perpoliant ſolum, emendentque eos, in quibus manent. Extare enim multos mortales ait, qui in ſuis proprijs rebus, ac factis valeant virtute vti: ijdem tamen nequeant, quae referuntur ad alios, externamque perſonam reſpiciant, ſeruare. Laudat praeterea vocem Biantis peruulgatam, interpretaturque illam, atque eodem conſilio dictum ab ipſo fuiſſe commemorat, non facile poſſe cognoſci alicuius intimos, reconditosque ſenſus, dum priuatam vitam colit, tuncque non magno negotio cognitum illos iri, cum imperium, publicamque poteſtatem nanciſcetur: facta enim, iudiciaque magiſtratuum ad alium referri: quique publicam perſonam gerit, illum iam eſſe in communione ac ſocietate quadam. De ſuperioris vocis auctore, non omnes veteres eodem pacto ſenſerunt; commemorat enim Harpocration ſuo in lexico, Sophoclem in elegijs ſcripſiſſe illud fuiſſe ἀπόφθεγμα, vocemque Solonis: Theophraſtum vero in libro de prouerbijs, vt Ariſtoteles ante ipſum fecerat, Biantis.

Διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο, καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη, μόνη τῶν ἀρετῶν: ὅτι πρὸς ἕτερόν ἐστιν: ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει, ἢ ἄρχοντι ἢ κοινωνῷ.

Atque ob ipſum hoc & alienum bonum videtur eſſe iuſtitia, vna ex omnibus virtutibus: quia ad alium refertur: gerit enim quae conducunt alij, ſiue imperium habenti, ſiue communi ciuitatis.

EANDEM illam ob cauſam, quae ſupra expoſita eſt, addit, putatam eſſe iuſtitiam ſolam, è numero virtutum omnium, bonum alienum eſſe, quia tota refertur ad alium: prodeſt enim alij, non illi ipſi, qui eam exerceat ac colit; cum etiam aliquando dicta ſit a ſophiſtis obeſſe ei, nam niſi talis foret, potuiſſet lucrari, in vſumque ſuum conuertere, de quo lis, & controuerſia eſt. Cum, quibus ſeruiat, qui ipſam tueri in manu ſua poſitum habeat, ſiue fidem fallere, indicare vellet, inquit, ſiue regi, ſiue communi ciuitatis: tetigitque & monarchiam, & rempublicam.

Κάκιστος μὲν οὖν ὁ καὶ πρὸς αὑτὸν, καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρίᾳ: ἄριστος δ' οὐχ ὁ πρὸς αὑτὸν τῇ ἀρετῇ, ἀλλ' ὁ πρὸς ἕτερον: τοῦτο γὰρ ἔργον χαλεπόν.

Peſſimus igitur mortalis eſt, qui & erga ſe ipſum, & erga amicos praui-

tate vtitur: optimus autem, non qui erga ſemet ipſum virtute, ſed qui erga aliũ: hoc enim arduum opus eſt.

DEMONSTRARE etiam vult optimum virum eum eſſe, qui ſtudet prodeſſe alijs mortalibus: totoque animo incumbit in hanc rem: argumentatur autem a contrario: ponit enim tamquam certum & exploratum, peſſimum hominem eſſe illum, qui malitiam exercet, vitiumque animi, & contra ſemet ipſum, & contra alios: idemque vſu minime venire oſtendit in optimo viro, cum optimus ille ſit, non qui opitulatur ſibimet ipſi; contenditque omnes neruos in ſe iuuando, ſed qui eſt totus conuerſus in vtilitates aliorum: cuius etiam ſuae ſententiae cauſam affert: dicit enim hoc durius eſſe, ac laborioſius, ſpretis inquam ſuis proprijsque vtilitatibus, inueniri quempiam, qui toto pectore incumbat in fructus, atque commoda aliorum.

Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλὰ ὅλη ἀρετή ἐστιν: οὐδ᾽ ἡ ἐναντία ἀδικία, μέρος κακίας, ἀλλ᾽ ὅλη κακία.

Haec igitur iuſtitia non pars virtutis eſt, ſed tota virtus: neque contraria huic, iniuſtitia, pars vitij, ſed totum vitium.

CVM probaſſet, iuſtitiam, quam dixit, eſſe perfectam, modo aperit, declaratque vim, ac dignitatem ipſius, concluditque eam eſſe, non partem, ſpeciemque aliquam virtutis, ſed plenam, & integram virtutem: neque enim in vna tantum parte animi purganda, a labeque vindicanda, occupat ſe, ſed omnes excolit, nec patitur errare: eodemque pacto contrariam ipſius iniuſtitiam, non eſſe partem ſpeciemue aliquam vitij, ſed totum vitium.

Τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετή, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων: ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή: τὸ δ᾽ εἶναι, οὐ τὸ αὐτό: ἀλλ᾽ ᾗ μὲν πρὸς ἕτερον, δικαιοσύνη: ᾗ δὲ τοιάδε ἕξις, ἁπλῶς ἀρετή.

Qua re autem differunt inter ſe virtus, & iuſtitia haec, perſpicuum ex ijs, quae dicta ſunt: ſunt enim eaedem; rerum tamen ratio ipſarum non eſt eadem: ſed qua ad alium refertur, iuſtitia eſt: qua vero talis habitus, ſimpliciter virtus.

CVM hanc ipſam iuſtitiam oſtendiſſet eſſe abſolutam virtutem, ne penitus eadem putaretur, nullaque in re ab illa ipſa virtute diſcrepare; quid diſcriminis inter ipſas verſetur, docere voluit, atque inquit id perſpicuum eſſe poſſe ex ijs, quae de hac iuſtitia iam dicta ſunt; cum eadem prorſus, atque illa ſit, rationem tamen ipſius, & munus diuerſum eſſe, & nullo modo idem; verum ſi accipitur, cogitaturque qua ad alium iuuandum incumbit, iuſtitia erit; itaque nominabitur, qua vero habitus animi talis eſt, perfectus inquam & abſolutus, neque de ſtudio, quod ponit in hominibus omni ope iuuandis, & ab omni iniuria vindicandis nihil cogitat, virtus erit.

Ζητοῦμεν δέ γε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην: ἔστι γάρ τις ὡς φαμέν; ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος.

Quaerimus autem iuſtitiam eam, quae pars eſt virtutis: eſt enim quaedam vt volumus: ſimiliter autem & de iniuſtitia ea, quae pars eſt.

SED nunc inquit hac abſoluta, & tradita, quaerimus, propoſitumque noſtrum eſt, inueſtigare iuſtitiam, quae pars eſt, ſpeciesque vna virtutis: extat enim profecto haec ait, vt ſupra indicauimus, teſtatique ſumus, non ſolum modo, verum etiam in II. horum librorum, quo loco paucis enumeratae ſunt huius generis virtutes; eodem autem pacto addit, ſentiendum eſſe de iniuſtitia ſingulari, vt de iuſtitia declaratum eſt, fieri oportere.

Σημεῖον δὲ ὅτι ἔστι: κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν, ἀδικεῖ μέν: πλεονεκ-

τεῖ

τεῖ δ', οὐδὲν: οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα, διὰ δειλίαν, ἢ ὁ κακῶς εἰπὼν, διὰ χαλεπότητα, ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι, δι' ἀνελευθερίαν: ὅταν δὲ πλεονεκτῇ, πολλάκις κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ πάσας, κατὰ πονηρίαν δέ γε τινά: ψέγομεν γὰρ, καὶ κατ' ἀδικίαν: ἔστιν ἄρα γέ τις ἄλλη ἀδικία, ὡς μέρος τῆς ὅλης, καὶ ἄδικόν τι, ἐν μέρει τοῦ ὅλου ἀδίκου, τοῦ παρὰ τὸν νόμον.

Signum autem quod haec ſit: qui enim efficit aliquid, proprium aliarum prauitatum, iniuſte ſane facit: quaeſtum autem nullum facit: ceu ille qui clypeum abiecit ob timiditatem, vel qui maledixit cuipiam ob ingenij aſperitatem, vel qui opem pecunia non tulit, ob illiberalitatem. Quando autem quaeſtum fecerit, ſaepe nullo huiuſcemodi vitiorum, ſed etiam neque ſimul omnibus: improbitate tamē quapiam impulſus: vituperamus enim vt affinem iniuſtitiae: eſt igitur alia quaedam iniuſtitia, vt pars quaedam totius, & iniuſtum quoddam factum, quod eſt pars totius, quod legi aduerſatur.

ETSI, vt ſignificauit, numquam videri potuit dubitare, quin exiſtat iuſtitia haec particularis contrariaq; itidem ipſius iniuſtitia, tamen argumentis aliquibus hoc probare voluit, quae, quia ducta ſunt a poſterioribus, appellauit, vt ſemper facit, ſigna: primum eorum eſt, quod dicit, eum, qui gerit aliquid improbe, impulſu alicuius vitij, facit profecto iniuſte, nihil tamen lucratur, veluti inquit, qui abiecit clypeum in proelio, propter metum, & qui maledixit cuipiam, conuiciumque in eum iecit, ob naturae aſperitatem; ſiue pecunia non iuuit familiarem & probum egentem, qui opem ab eo pecierit, ob illiberalitatem: hoc autem genus argumentandi vocari inductionem, notum eſt. Quando autem addit, rem quaeſiuerit, ſaepe numero peccat ob nullum aliud delictum; ita autem locutus eſt, quia contingit aliquando, vt aliquis vna duobus ſe vitijs contaminet, id eſt ex ſtupro quaeſtum faciat: ſimulque ſeruiat libidini, & auaritiae. Adiungit non labi ipſum quoque in cunctis eodem pacto flagitijs, ac ſceleribus, ſed in vna tantum certe culpa, quod patet, quia vituperamus ipſum iniuſtitiae nomine. Concludit autem hoc argumento inueniri aliam iniuſtitiam, quae ſit pars totius illius: vt iniuſtum factum quoddam, quod ſit pars totius iniuſti: id autem eſt iniuſtum illud, quod aduerſatur legi.

Ἔτι εἰ ὁ μὲν, τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύοι, καὶ προσλαμβάνοι: ὁ δὲ προστιθεὶς καὶ ζημιούμενος δι' ἐπιθυμίαν, οὗτος μὲν ἀκόλαστος δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον, ἢ πλεονέκτης: ἐκεῖνος δ' ἄδικος, ἀκόλαστος δ', οὔ: δῆλον ἄρα ὅτι διὰ τὸ κερδαίνειν.

Praeterea ſi hic quidem quaeſtus cauſa adulteretur, & ſumat adhuc aliquid: hic autem de ſuo addat aliquid, & multetur, vt expleat cupiditatem: hic quidem intemperans videretur eſſe magis, quàm auarus, & augendae rei cupidus; ille autem iniuſtus: intemperans autem minime: perſpicuum autem, hoc fieri propter lucrum.

ALTERUM hoc eſt argumentum, quo idem probat; ſumit enim idem factum, geſtum tamen longe alio animo, quod cum contingit, docet, diuerſae etiam culpae affine illud eſſe, atque alio nomine notari debere. Praeterea enim inquit, ſiquis ob lucrum, inde faciendum, adulteretur, capiatque inde mercedem: alter vero explendae cupiditatis ſuae cauſa idem faciat, non ſine iactura aliqua rei familiaris: poſterior hic intemperans magis erit, quàm auarus: ille vero iniuſtus: intemperans autem nullo pacto. Huiuſcemodi autem eſt adoleſcens pauper ille Ariſtophaneus, qui anui ſeruiebat in ſatianda ipſius libidine ob pecuniam, quam inde acciperet.

Ἔτι περὶ μὲν τἆλλα πάντα ἀδικήματα γίνεται ἡ ἐπαναφορὰ ἐπί τινα μοχθηρίαν ἀεὶ, οἷον εἰ ἐμοίχευσεν, ἐπ' ἀκολασίαν: εἰ ἐγκατέλιπε τὸν παραστάτην, ἐπὶ δειλίαν: εἰ δ'

ἐπάτ

ἐπάταξεν, ἐπὶ ὀργήν· εἰ δ' ἐκέρδανεν, ἐπ' οὐδεμίαν μοχθηρίαν, ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν.

Praeterea circa cuncta alia iniuſta facta relatio fit ſemper ad aliquam prauitatem, ceu ſi adulteratus eſt, ad intemperantiam: ſi deſeruit prope ſe ſtantem in acie, ad timiditatem, ſi verberauit ad iram, ſi lucrum inde fecit, ad nullam aliam rem prauam, praeter iniuſtitiam.

TERTIVM eſt hoc argumentum: docet enim in ceteris cunctis, improbis iniuſtisque factis, referri ipſa, redigique ſemper ad certum aliquod vitium, cuius pars ipſa ſint: cum vero quaeſtus cauſa, ac pecuniae, quam inde ad ſe trahat, iniuriam aliquis cuipiam facit, ad nullum aliud iniuriae genus referri ſolere, niſi ad iniuſtitiam; quare perſpicitur, vt contraria ipſius prauitas eſt vitium, ita, cum quiſpiam recte ſe in hoc gerit: manusque abſtinet a re aliena, illam eſſe, quam ſequitur, ac tuetur, certam propriamque virtutem. Vt conſtitueret autem ſententiam ſuam vſus eſt inductione: triaque vitia appellauit, in quibus pateret, quod oſtendere volebat verum eſſe, ideſt timiditatem, iracundiam, illiberalitatem, ita nunc ad intemperantiam, timiditatem, iracundiam: quare numerus eſt par: vitia non omnino eadem, pro intemperantia enim modo cepit illiberalitatem. Peccauit autem magnopere auctor veteris tralationis, qui, quid valeret παραστάτης oſtendere volens, vertit ducem: longe enim alia notio eſt huius nominis: is enim παραστάτης eſt, qui inſtructa acie propinquus eſt, ad latusq; manet ſocij eiuſdem periculi; quare iniuſte facit, ſi in pugna poſtea deſerit eum, quem tueri debebat.

Ὥστε φανερὸν ὅτι ἐστί τις ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην ἄλλη, ἐν μέρει, συνώνυμος· ὅτι ὁ ὁρισμὸς ἐν τῷ αὐτῷ γένει· ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἕτερον ἔχουσι τὴν δύναμιν· ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τιμὴν, ἢ χρήματα ἢ σωτηρίαν, ἢ εἴ τινι ἔχοιμεν ἑνὶ ὀνόματι περιλαβεῖν ταῦτα πάντα, καὶ δι' ἡδονὴν τὴν ἀπὸ κέρδους· ἡ δὲ περὶ ἅπαντα, περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος.

Quare perſpicuum eſt, extare iniuſtitiam quandam praeter totam, aliam particularē, quae vno, & eodem nomine appellatur: quia definitio in eodē genere continetur: ambae namq; in eo, quod ad alium eſt, vim ſuam, & poteſtatem habent: ſed haec quidem circa honorem, vel pecunias, vel ſalutem, vel ſiquo vno nomine cuncta haec complecti poſſumus, & propter voluptatem eam, quae proficiſcitur è lucro: haec vero circa omnia ea, circa quae verſatur homo ſtudioſus.

CONCLVDIT autem, quod ſuperioribus tribus argumentis probarat: dubitarique iam nō poſſe inquit, quin exiſtat haec ipſa iniuſtitia, quam dixerat, & cui indagandae incubuerat, quae ſcilicet alia eſt, atque iniuſtitia plena, integraque, & quae in omni genere vitiorum volutatur, ac peccat, cum ſit particularis quaedam, & quae tantum labitur in ſua quaſi materia, ac ſegete, atque in eo quaerendo, cuius potiundi deſiderio magno incenſa eſt. Ipſam etiam vniuocam eſſe inquit, & eodem nomine appellari, quo tota illa vocatur: ambae namque, iniuſtitae nomine, ſignificantur. Oſtendit quoque ſe vere dixiſſe hanc particularem illi communi, ac latae cognominem eſſe, cum definitio ipſius in eodem genere ſit, quod non contingeret, ſi nomen tantum commune haberent, aequiuocaeque forent; genus autem vocat, eſſe vtraſque in eadem materia poſitas: exercereque vim ſuam ac poteſtatem in alio violando, atque incommodo quopiam afficiendo; nec tamen non, vt conuenit ipſis in his duobus, quae expoſuit, oſtendit diſcrepare ipſas inter ſe in eo, quod vna ipſarum certis in rebus, peculiaribusque iniurioſa eſt, quas auctor appellat; ideſt in honore alicui eripiendo aut pecunia, aut ſalute, ſiue inquit liceret nobis vno quopiam nomine, cuncta haec complecti, atque notare, quae pluribus oſtendimus, ſiue addit, quod quartum eſt ob voluptatem, quam capit è quaeſtu, & cum domum ſuam quippiam comportat ſublatum aliquo pacto a vero domino: alteram iniuſtitiam inquit verſari in omnibus improbe rebus, in quibus recte verſatur, atque occupatus eſt vir probus, & qui virtutem colit, ſed tamen vt apparet, longe alio animo, & conſilio, ideſt recte, & honeſte, vt contra homo prauus improbe, atque inhoneſte, & in deteriorem denique partem.

Ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ δικαιοσύναι πλείους, καὶ ὅτι ἔστι τις καὶ ἑτέρα παρὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν, δῆλον· τίς δὲ καὶ ὁποία, τις, ληπτέον.

Eſſe igitur iuſtitias plures, atque extare quandam praeter totam virtutem, perſpicuum eſt: quae autem, & qualis ſit, danda eſt opera, vt adipiſcamur.

TESTATVR poſt hoc ſe praeſtitiſſe quod debebat: pateſeciſſeque plures iuſtitias eſſe: inuenirique aliam quampiam praeter eam, quae communis eſt, ac plena virtus: quae vero illa ſit, & qualis, ſibi operam dandam eſſe modo ait, vt prehendat, ac tradat.

Διώρισται δὴ τὸ ἄδικον, τό, τε παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον· τὸ δὲ δίκαιον, τό, τε νόμιμον καὶ τὸ ἴσον.

Diſtinctum iam eſt iniuſtum, & quod contra leges committitur, & quod inaequale eſt: iuſtum autem, quod legibus paret, & quod aequale.

QVOD ſibi modo gerendum eſſe docuerat, id facit, & poſthabita iuſtitia, quae ſeruat cuncta, quae legibus mandata ſunt, quae ſit altera, qualisque iuſtiria tradit; quae certo in campo, atque materia verſatur: ducit autem initium explicationis ipſius ab iјs, quae ſatis clara ſunt, vt iam definita, taliaque eſſe demonſtrata. Sunt autem illa, iniuſtum dici duobus modis, cum iniuſtum ſit, quidquid committitur coutra leges, aduerſaturque ipſis: nec non quod inaequale eſt, eodemque pacto iuſtum, quod legibus adminiſtratum eſt, & quod aequale eſt: haec igitur duo ſunt, quae ſumit, vt plana.

Κατὰ μὲν οὖν τὸ παράνομον, ἡ πρότερον εἰρημένη, ἀδικία ἐστίν· ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον οὐ ταυτὸν, ἀλλ' ἕτερον· ὡς μέρος πρὸς ὅλον· τὸ μὲν γὰρ πλέον, ἅπαν ἄνισον· τὸ δ' ἄνισον, οὐ πᾶν πλέον, καὶ τὸ ἄδικον, καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταυτὰ, ἀλλ' ἕτερα ἐκείνων· τὰ μὲν ὡς μέρη· τὰ δ' ὡς ὅλα· μέρος γὰρ αὕτη ἡ ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης· ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης, καὶ ἀδικίας λεκτέον· καὶ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἀδίκου ὡσαύτως.

Ex eo igitur, quod contra leges fit, quae prius dicta iniuſtitia eſt, orta eſt: quia autem non eſt idem quod inaequale eſt, & quod plus, ſed aliud ad aliud refertur, vt pars ad totum: quod enim plus eſt omne inaequale: quod autem inaequale, non omne plus, & iniuſtum, & iniuſtitia non eadem ſunt, ſed diuerſa ab illis: haec quidem vt partes: haec vero vt tota: pars enim haec iniuſtitia eſt totius iniuſtitiae: ſimili autem modo & iuſtitia iuſtitiae: quapropter etiam de iuſtitia particulari, atque iniuſtitia dicendum eſt, & de iuſto, atque iniuſto eodem pacto.

ADIVNGIT ex priore illo genere iniuſti manare, proficiſcique iniuſtitiam illam, quae prius expoſita eſt, ſupraque, cuiuſmodi ſit, declarata: cum vero fontem aperire vellet, indicareq; vnde oritur haec, quam nunc oſteudere vult, prius declarare inſtituit, quae ipſi, exquiſite cognoſcendae, requirebantur: quare ſumit, quod tamquam exploratum eſt: id tamen leuiter probat, initio particula poſita, qua vti ſolet, cum ſumit, ad aliquid conſtituendum quodpiam, quod non eget accurata demonſtratione idest ἐπεὶ, atque inquit, Quia autem inaequale & plus non eſt idem, ſed aliud, ſtatimque oſtendit, quae ratio ſit ipſorum inter ſe: eandem enim eſſe tradit, quae totius eſt, ſi confertur cum ſui parte: contra tamen; nam quidquid eſt plus, eſt inaequale, non tamen omne inaequale eſt plus: cum minus etiam inaequale ſit: quod ſi aequale foret, id nomen non haberet. Adiungit autem, iniuſtum factum, & iniuſtitiam non eſſe eadem atque illa, ſed alia, & diſcrepantia ab ipſis, cum haec, facta inquam iniuſta, ſint tamquam partes: haec vero vt tota: id quod aperit hoc pacto, inquit enim, huc transferens, quod in vniuerſum

dixe-

dixerat; haec namque iniuſtitia, de qua ſcilicet nunc praecipere inſtituit, pars eſt totius iniuſtitiae, vnaque aliqua illarum iniuſtitiarum, quae committuntur contra ſuperiorem, iamque explicatam iuſtitiam: eodemque pacto ait iuſtitia haec, pars eſt totius illius iuſtitiae: quare inquit, noſtrae partes nunc ſunt diſſerere de particulari iuſtitia, & de contraria ipſius particulari iniuſtitia: eodemque pacto vt de habitibus, ita de factis, quae inde proficiſcuntur, geruntur que vi, & impulſu eorum habituum.

Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν τεταγμένη δικαιοσύνη, καὶ ἀδικία· ἡ μὲν τῆς ὅλης ἀρετῆς οὖσα χρῆσις, πρὸς ἄλλον· ἡ δὲ, τῆς κακίας, ἀφέσθω· καὶ τὸ δίκαιον δὲ καὶ τὸ ἄδικον τὸ κατὰ ταύτας, φανερὸν ὡς διοριστέον· σχεδὸν γὰρ τὰ πολλὰ τῶν νομίμων, τὰ ἀπὸ τῆς ὅλης ἀρετῆς προσταττόμενά ἐστι· καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν, καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος.

Quae igitur iuſtitia, atque iniuſtitia conſtituta eſt, vt tota virtus, haec quidem totius virtutis vſus exiſtens ad alium: haec vero vitij, dimittatur, & iuſtum autem, atque iniuſtum, quod ſequitur has, perſpicuum eſt, quomodo oportet diſtingui: fermè enim bona pars eorum, quae legibus continentur, ſunt ea quae ab vniuerſa virtute praecipiuntur: vnicuique enim virtuti conuenienter viuere iubet, & vnamquamque prauitatem ſequi vetat lex.

OSTENDIT ſe, ſine damno eorum, qui ſe dant huic diſciplinae percipiendae, poſſe ſuperſedere longiore, & exquiſitiore explicatione rerum, quae pertinent ad totam iuſtitiam, contrariamque ipſius iniuſtitiam patefaciendam, cum ea, quae requirebantur ad eam cognoſcendam expoſita iam ſint. quare veniſſe tempus dicit, alterius ſedulo declarandae, in quod opus, ſtudiumque, nunc incumbit. Cum autem, vim naturamque totius virtutis aperire volens, inquit, eam eſſe vſum totius virtutis ad alium, extra ſe poſitum, iuuandum ſcilicet, maloque liberandum: iniuſtitiam vero itidem vſum totius vitij ad alium incommodandum, omnibusque modis violandum, cum habitus ipſos ita definiſſet, ad facta propria ipſorum tranſit; aitque, obſcurum eſſe non poſſe, quomodo illa ſint explananda, & definienda: fermè enim inquit, bona, magnaq; pars eorum, quae legibus conſtant, ſunt, quae praecipiuntur a tota, integraq; virtute, cum lex praecipiat, iubeatque viuere ſeruatis ſingulis virtutibus: eademque vetet committere, quae non ab vno, aut altero, ſed a ſingulis vitijs, prauitatibusq; proficiſcuntur. Προστεταγμένα cum prius legeretur, vera lectio videtur eſſe προσταττόμενα, quam ſecutus ſum: probarunt etiam cuncti, qui verterunt hos libros: idem igitur ego conſilium de ipſa, quod illi, cepi, maluique ſequi veritatem ſententiae, quàm errorem, negligentiamque quorundam librorum: nequis autem non ſatis eruditus ſecum trahat in eundem errorem, quempiam, hoc admonere placuit.

Τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὅλης ἀρετῆς ἐστι τῶν νομίμων ὅσα νενομοθέτηται περὶ παιδείαν τὴν πρὸς τὸ κοινόν· περὶ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον παιδείας, καθ' ἣν ἁπλῶς ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι, πότερον τῆς πολιτικῆς ἐστὶν ἢ ἑτέρας, ὕστερον διοριστέον· οὐ γὰρ ἴσως ταὐτὸν ἀνδρί τ' ἀγαθῷ εἶναι καὶ πολίτῃ παντί.

Quae autem efficientia ſunt totius virtutis, ſunt è numero legitimorum illa cuncta, quae ſcripta ſunt ad inſtitutionem pertinentem ad commune ciuitatis: de inſtitutione autem ſingulari, vt cuius ſimpliciter eſt vir probus, vtrum ciuilis facultatis munus ſit, ſiue alius, poſterius definiendum eſt: non eſt enim fortaſſe idem viri boni ſtatus, & omnis ciuis.

INDICARE etiam voluit, quae ſint efficientia totius, integraeque virtutis, & quae inſtituit ita homines, vt caueant cõmittere quippiam, quod repugnat ſingulis illis: dixitq; ipſa eſſe e numero legũ, inſtitutorũmq; ea, quae ſcripta ſunt a ſapientibus viris, pertinentia, ad publicam diſciplinã, communeq; bonũ totius ciuitatis: in altera aũt tradenda, quae erudit

ciues, itaque informat, vt ſimpliciter viri probi ſint, nec virtus eorum ad alium referatur, cum ſcrupulus quidam illic exiſtat, neque penitus notum ſit, vtrum officium ſit id moliri, ciuilis facultatis, ſiue alterius cuiuſpiam, pollicetur ſe poſtea quaeſiturum eſſe, atque omnem hanc quaeſtionem diſſoluturum, cum alia videatur eſſe laus, condicioque viri probi, & boni ciuis, quod diligenter docuit in ijs, quae ſcripſit de republica; cum enim ſint varij ſtatus ciuitatum, variae etiam artes illis tuendis requiruntur: vſu autem venit, vt in vno tantum, qui regitur ab optimis viris, qui eſt vir probus, ſit etiam ciuis bonus idoneusque illi adminiſtrando.

Τῆς δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου, ἓν μέν ἐστιν εἶδος, τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς, ἢ τιμῆς, ἢ χρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων: ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας: ἐν τούτοις γάρ ἐστι καὶ ἄνισον ἔχειν καὶ ἴσον ἕτερον ἑτέρου.

Iuſtitiae autem particularis, & iuſti eius, quod ipſa conſtat, vna quidem ſpecies eſt, quae manet in diſtributione vel honoris, vel pecuniarum, vel aliarum rerum, quae diuidi poſſunt ijs, qui ſunt participes reipublicae: in his enim contingit, vt aliquis inaequale habeat, & aequale, alius ab alio.

Initium hinc ducit explanandae iuſtitiae particularis: illiusque iuſti, quod ipſa conſtat; primumque diſtinguit eam, ac diuidit: vnam enim ſpeciem ipſius eſſe inquit, quae manet in diuiſione certorum bonorum, ſuaque ac debita parte horum ſingulis ciuibus tribuenda, quae autem plerumque diſtribui ſoleant, docet: illa enim ſunt, honos, pecunia, aliaque huiuſcemodi, quae tribuuntur, vt loquitur, ijs, qui ſunt participes reip. ideſt ciuibus. Nam quod alia inquit, notum eſt, Platonem in integerrima illa ſua rep: praemium eius, qui forte aliquod facinus in bello feciſſet, eſſe voluiſſe, oſculum formoſi pueri: nec potuiſſe illum legibus eius loci renuere a ſe humanitatem illam, ne dicam dulcedinem, ac ſuauitatem, ſi vellet. Diſſenſit igitur in hoc magnopere a doctore ſuo, qui putauit magis periculoſum id eſſe, amarioriſque doloris plenum, quam ſaeuae beſtiolae, aranei, morſum. Nec tamen bona tantum diuiduntur, verum etiam mala, incommoda, ac labores, pericula, & damna rei familiaris: requiri autem hic iuſtitiam hanc declarat, cum contingat aliquando errore, vitioue mali diuiſoris, vt haec cuncta, ſiue bona, ſiue mala perperam aſſignentur. Nam de hoc etiam merito queritur Homericus Achilles, qui ait in eodem gradu honoris eſſe ignauum militem, ac fortem, idemque praemium dari ceſſanti atque otioſo, & ſtrenuo, aſſidueque proelianti.

Ἓν δὲ, τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν: τούτου δὲ μέρη δύο: τῶν γὰρ συναλλαγμάτων, τὰ μὲν, ἑκούσιά ἐστι: τὰ δὲ, ἀκούσια: ἑκούσια μὲν τὰ τοιάδε, οἷον πρᾶσις, ὠνὴ, δανεισμὸς, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις: ἑκούσια δὲ λέγεται, ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων ἑκούσιος.

Vna autem, quae in contractibus emendandis, corrigendisq; occupatur: huius autem partes duae: contractuum enim, hi quidem ſponte adminiſtrati ſunt: in hos vero inuiti incurrerunt: ſunt autem ſponte geſti, ceu venditio, emptio, foenus, ſponſio, mutuum, depoſitum, locatio & conductio: ſponte autem ſuſcepti dicuntur, quia initium contractuum horum ſponte ſuſceptum eſt.

Alteram ſpeciem huius particularis iuſtitiae eſſe ait, quae poſita eſt, in emendandis, corrigendisque contractibus, in quibus culpa aliqua, frausque adhibita ſit. Vt autem diuiſerat iuſtitiam hanc bifariam, ita poſterius ipſius quaſi membrum ſecat, cum homines quaedam ſponte contrahant, alia vero inuiti, & coacti. Exemplis etiam poſitis cuiuſmodi vtraq; ſint, declarauit; ſponteq; geſta ſe intelligere dicit, venditionem, emptionem, & cetera, quae appellat, quae ferè eadē connumerauit Vlpianus de verborū ſignificatione, inquit

enim;

„ enim; Contractum autem vltro, citroque obligationem, quod Graeci συνάλλαγμα vocant,
„ veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem. In II. etiam de of-
„ ficijs M. Ciceronis eadem ſignificata ſunt his verbis: Atque his etiam, qui vendunt; e-
„ munt; conducunt; locant: contrahendisque negotijs implicantur. Cur autem haec ita
vocata ſint, docet, quod factum eſſe tradit, quia initium horum contractuum voluntarium fuit, ſponteque ſuſceptum, poſtquam autem factum eſt, non eſt in poteſtate alterius eorum, qui id voluerunt, illud frangere, ac labefactare.

Τῶν δ' ἀκουσίων, τὰ μὲν, λαθραῖα, οἷον κλοπὴ, μοιχεία: φαρμακεία: προαγωγεία, δουλαπατία, δολοφονία, ψευδομαρτυρία: τὰ δὲ, βίαια, οἷον, αἰκία, δεσμὸς, θάνατος, ἁρπαγὴ, πήρωσις, κακηγορία, προπηλακισμός.

Eorum autem qui nobis inuitis ſunt, alij quidem ſunt clandeſtini, veluti furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, alieni ſerui abductio, caedes fraude adminiſtrata, falſi teſtes: alij autem violenti, ceu verbera, vincula, mors, raptus, corporis debilitatio, maledictio, ludibrium.

DIVIDIT etiam contractus, in quos inuiti homines cadunt: duorumque generum ipſos eſſe tradit, cum eorum quidam ſint occulti, clandeſtinique: alij autem aperti & palam adminiſtrati, ſed violenti, vnde appellati ſunt. Occultos eſſe inquit hos, furtum, adulterium, venenum datum, productionem ingenuorum puerorum ac virginum, ſollicitationem alienorum ſeruorum, dolo necare: falſos teſtes. Violentorum etiam exempla ponit, quae dicit eſſe, cum quiſpiam liberum hominem caedit, eum in vinculis habet, cum obtruncat, cum latrocinatur, cum debilitat partem corporis, mancumque quempiam reddit, cum male loquitur, contumeliaeque cauſa coenum iacit in quempiam, quod erat vſitatum apud Graecos: vnde verbum ductum, conformatumque ab illis eſt προπηλακίζειν: πηλὸς enim coenum, lutumque eſt: cui ludibrio, iniuriaeque ſimile eſt il-
„ lud, quod M. Cicero inquit, Clodiani noſtros conſputare coeperunt; qui etiam ex-
preſſit, quod auctor hic πήρωσιν appellauit: & quantum potuit, iniuriam hanc auxit pro
„ L. Flacco, teſtem in illum Decianum exagitans. Reddat miſero patri filiam: nam mem-
„ bra, quae debilitauit lapidibus, fuſtibus, ferro; manus, quas contudit: digitos, quos
confregit: neruos quos concidit, reſtituere non poteſt. Primi illius, quod vocauit αἰκίαν, exemplum eſt ſatis accommodatum Terentianum hoc, cum Syrus quaeſiuit è lenone, quid fuerit, quod ipſe concertauerit cum Aeſchino: concertationem namque vocat συνάλλαγμα id violentum: noluiſſet enim pugnare Sannio, ſed vis ipſi adhibita eſt;
„ quare inquit. Numquam vidi iniquius concertationem comparatam, quàm quae hodie
„ inter nos fuit; Ego vapulando, ille verberando, vſque ambo defeſſi ſumus.

Ἐπεὶ δ' ὅ τε ἄδικος, ἄνισος, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, δῆλον, ὅτι καὶ μέσον τί ἐστι τοῦ ἀνίσου: τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον: ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει ἐστὶ τὸ πλέον, καὶ τὸ ἔλαττον, ἔστι καὶ τὸ ἴσον. εἰ οὖν τὸ ἄδικον, ἄνισον: τὸ δίκαιον, ἴσον: ὅπερ καὶ ἄνευ λόγου δοκεῖ πᾶσιν.

Quia autem, & iniuſtus eſt inaequalis, & iniuſtum factum inaequale; perſpicuum eſt eſſe quoddam medium inaequalis: hoc autem eſt aequale: in quocunque enim facto eſt plus & minus, eſt etiam aequale. Si igitur iniuſtum eſt inaequale, iuſtum erit aequale, id quod ſine ratione videtur omnibus.

INCVMBIT nunc in hanc rem, indagatque aequale, ita autem argumentatur, ſumptis ijs, quae clara ſunt. Quia igitur homo iniuſtus eſt inaequalis, & factum iniuſtum itidem, quod inaequale eſt, perſpicuum eſt, extare quiddam, quod medium eſt inter id, quod inaequale eſt, quod eſſe dicit id omne, quod aequale eſt: in quocunque enim inquit facto eſt plus, & minus (pro vno enim illo quod vocarat inaequale ſumſit haec, plus &

minus quae ſunt partes ipſius) in eo etiam aequale eſt, quod qui diligenter quaeret, illic iouenict, vnde inquit, ſiſtare volumus eo, quod vt certum poſitum eſt, iuſtum factum aequale eſt: quod quidem addit, ita ratione concluſum, ſine argumento probatur omnibus. Alibi etiam, cum certa ratione quiddam demooſtraſſet, dixit ſe potuiſſe ſuperſedere opera illa, cum ſatis planum illud ſua vi eſſe potuiſſet: veluti in IIII. horum librorum cum inquit, καὶ αὐτῷ λόγῳ φαίνονται οἱ μεγαλόψυχοι περὶ τιμὴν εἶναι.

Ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον μέσον, τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη: ἔστι δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσίν: ἀνάγκη τοίνυν τὸ δίκαιον, μέσον τε καὶ ἴσον εἶναι, καὶ πρός τι, καὶ τισί: καὶ ᾗ μὲν μέσον, τινῶν: ταῦτα δ᾽ ἐστὶ, πλεῖον, καὶ ἔλαττον: ᾗ δὲ ἴσον ἐστὶ, δυοῖν: ᾗ δὲ δίκαιον, τισίν: ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέτταρσιν: οἷς τε γὰρ δίκαιον τυγχάνει ὄν, δύο ἐστὶ, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα, δύο: καὶ ἡ αὐτὴ ἔσται ἰσότης οἷς, καὶ ἐν οἷς: ὡς γὰρ ἐκεῖνα ἔχει τὰ ἐν οἷς, οὕτω κἀκεῖνα ἔχει: εἰ γὰρ μὴ, ἴσοι οὐκ ἴσα ἕξουσιν: ἀλλ᾽ ἐντεῦθεν αἱ μάχαι, καὶ τὰ ἐγκλήματα: ὅταν ἢ ἴσοι, μὴ ἴσα: ἢ μὴ ἴσοι, ἴσα ἔχωσι, καὶ νέμωνται.

Quia autem aequale medium eſt, iuſtum quoque medium quoddam erit: eſt autem aequale minimum in duobus: neceſſe igitur iuſtum medium, & aequale eſſe, & ad aliquid referri, & quibuſdam: & qua quidem medium quorundam: haec autem ſunt plus & minus: qua autem aequale eſt, duobus: qua autem iuſtum, quibuſdam: neceſſe eſt igitur iuſtum minimum in quattuor eſſe: quibus enim, vt ſit iuſtum, euenit, duo ſunt, & in quibus iuſtum ipſum manet, res duae, atque eadem erit aequalitas quibus, & in quibus: vt enim illa ſe habent, quae ſunt in quibuſdam; ita & ea, quae quibus: ſi enim hoc non foret, qui ſunt aequales, non aequalia habebunt: ſed hinc naſcuntur proelia, & querimoniae, quando vel aequales non aequalia, vel non aequales aequalia habuerint, & adepti fuerint.

RVRSVS, poſito illo, quod modo demonſtratum fuit, argumento, probat iuſtum factum eſſe medium quoddam, adſtruitque cetera, quae fini ſuo confirmando neceſſaria erant: inquit enim. Quia autem factum, quod aequale eſt, medium eſt, interiectumque inter duo inaequalia, iuſtum medium quoddam erit; quod autem aequale eſt, minimum in duobus exiſtat oportet, ſeque, atque altero ſeiuncto a ſe, cum quo conferatur. Minimum autem inquit, quia pluribus etiam aequale poteſt eſſe: in ſolum enim, vniumque non cadit hoc nomen: neceſſe igitur eſſe inquit (quae redditio eſt illius τὸ ἰ vicini), vt iuſtum factum medium ſit, & aequale, idemque cum alio conferatur, necnon quibuſdam etiam, & perſonis conueniat: Non vna autem, eademque ratione dici de ipſo cuncta haec oſtendit, ſed variari, mutatis rebus, quae ad ipſum pertinent: qua enim ratione aequale mediū dicitur, quorundam medium intelligitur, quae qualia ſint, oſtendit; illa enim eſſe tradit plus, & minus, qua vero aequale appellatur duabus rebus, perſoniſue, quae conferuntur inter ſe, aequale accipietur, vt ſupra declaratum eſt, qua vero iuſtum dicitur, quibuſdam hominibus, perſoniſque congruet. Sequi autem dicit ex iis, quae modo tradita ſunt, vt iuſtum factum maneat in quattuor tamquam terminis, nec minore numero conſtare, conficique res poſſit: requiruntur enim perſonae ſaltem duae, quibus id adminiſtratur, quas intelligit pronomine illo, dandi caſu poſito, οἷς nec non res, quae diſtribui debent, quae vt impleant numerum perſonarum, duae, & ipſae neceſſario debent eſſe; ipſas autem ſignificat verbis his ἐν οἷς. quod ſi ſeruatum fuerit, inquit, eandem aequalitatem inuentum iri in perſonis, quae ſunt ornandae, quae in rebus eſt, quae praemij loco dantur. Vt explanemus autem, quod non ſatis aperte dictum eſt, cum requirantur, vt hoc ordine fiat, quod ſignificauit, perſonae, ac res; horum quodlibet in duo diuiditur, vnde quattuor exiſtent: aequum collatum cum aequo, parque ipſi, aequum eſt: iuſtum igitur in quattuor ſpectabitur, quia attenduntur perſonae duae, quibus praemium tribuitur, & res itidem, in quibus hoc colitur, atque exercetur: iuſtum igitur in quattuor manebit, cum adminiſtrari non poſſit ſine perſonis, ac rebus, nam ſi aliter factum fuerit inquit, continget, vt aequales homines praemia minime

aequa-

aequalia habeant, vnde ait exoriri diſcordias & ſeditiones, cum ſcilicet aequales meritis ciues, non aequalia praemia adepti fuerint, ſiue non aequales aequalia acceperint. Hoc etiã ſapiens vir Vlyſſes apud Euripidem dixit in fabula; cuius index eſt Hecuba: in eoque aegrotare ciuitates multas ſignificauit, cum vtilis reip. ciuis, paratusque ſemper ad commune bonum augendum nullo meliore loco, gradnque honoris fuerit, quàm quiuis deterior, & ignanior; ſed quis grauis ſcriptor hoc non vidit, ac diligenter admonuit eſſe hoc exitium rerum publicarum.

Ἔτι ἐκ τοῦ κατ' ἀξίαν τοῦτο δῆλον· τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες κατ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι· τὴν μέντοι ἀξίαν, οὐ τὴν αὐτὴν λέγουσι πάντες ὑπάρχειν: ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ, ἐλευθερίαν: οἱ δὲ ὀλιγαρχικοὶ, πλοῦτον: οἱ δ', εὐγένειαν: οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ, ἀρετήν.

Praeterea ex eo quod pro dignitate fit, hoc perſpicuum eſt: iuſtum enim in diſtributionibus rerum bonarum fatentur omnes pro dignitate quadam eſſe debere: dignitatem tamen, non eandem cuncti eſſe dicunt, ſed qui ſtatum multitudinis amant, libertatem: qui dominatum paucorum, diuitias: alij vero, nobilitatem: qui autem optimorum, virtutem.

ARGVMENTO hoc altero idem confirmat: perſpicuum enim eſſe inquit, cuſtodiri debere aequalitatem, quam dixit, ex accurate animaduerſa dignitate: communique ſententia, quae de ipſa eſt; cuncti enim ciues, & tenues homines obſcurique, & honeſti ac clari conſentiunt inter ſe, iuſtum in diſtribuendo honore ac pecunia manere in dignitate quadam tuenda, quam tamen dignitatem non eandem eſſe volunt: ſed vt in hoc conſentiunt inter ſe, quod dignitas ſit attendenda, nomenque probant, ita diſſentiunt, ac litigant de re, quae merito ita ſit appellanda, cuique nomen hoc conueniat: vniuerſas enim de rebus, & valde inter ſe diſcrepantes ſententias eſſe ait, cum populares homines, & qui delectantur ſtatu multitudinis, libertatem velint. vnde Terentianum illud. Hiccine aiunt libertatem aequã eſſe omnibus; qui dominari autem volunt in ciuitate, pauci numero, partim laudant diuitias, partim claritatem generis; neque enim omnes eandem eſſe debere huius rei normam arbitrantur, nam nobiles etiam, & locupletes participes volunt eſſe huius tamquam dominatus. Quibus placet ſtatus optimorum ciuium, hi in virtute dignitatem ſtatuendam putant: ſed de hoc plenius, exquiſitiusque quaeſitum eſt in libris de rep.

Ἔστιν ἄρα τὸ δίκαιον, ἀνάλογόν τι: τὸ γὰρ ἀνάλογον οὐ μόνον ἐστὶ μοναδικοῦ ἀριθμοῦ ἴδιον, ἀλλ' ὅλως ἀριθμοῦ: ἡ γὰρ ἀναλογία, ἰσότης ἐστὶ λόγου, καὶ ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις.

Eſt igitur iuſtum quiddam, quod proportione conſtat: proportione enim conſtans non ſolum eſt proprium numeri conſtati ex vnitatibus, ſed omnino demumq́ numeri: proportio enim aequalitas eſt rationis, quae in quattuor minimum inuenitur.

CONCLVDIT ex ijs, quae tradita ſunt: indeque elici dicit, iuſtum hoc, quod accommodatum eſt partitioni, de qua diſſerit, proportione conſtare, ſeruatique in eo debere aequalitatem, vt ea, quae diuiduntur, reſpondeant meritis perſonarum, quibus tribuuntur. Cum videret autem conſuetudinem vti hoc nomine analogiae, quando ſermo eſt de numeris, qui conſtant ex vnitatibus, accommodatique ſunt rebus numerandis; cum inquam oſtendere volumus, quot homines ſint, ſiue quot equi, ſiue quot nummi; ſignificat, locum etiam ipſum habere, vſurparique de numero cum aliqua re poſito: quique cogitatur aliquibus adiunctis rebus, quo declarato, nequis error hinc oriretur, redit ad id explanandum, quod docere volebat, oſtenditque ſe vere dixiſſe in facto iuſto requiri, vt cuſtodiatur ſimilitudo rationum, cum ἀναλογία ſit aequalitas, ſimilitudoque rationis, cui conficiendae dicit quattuor res neceſſarias eſſe.

Ἡ μὲν οὖν διῃρημένη ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον: ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής: τῷ γὰρ ἑνὶ ὡς δυσὶ χρῆ-

ται

ſθαι καὶ δὶς λέγει, οἷον ὡς ἡ τοῦ α̅ πρὸς τὴν τοῦ β̅, οὕτως ἡ τοῦ β̅ πρὸς τὴν τοῦ γ̅· δὶς οὖν ἡ τοῦ β̅ εἴρηται· ὥστ' ἂν ἡ τοῦ β̅ τεθῇ δίς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα.

Diſtinctam igitur in quattuor manere, apertum eſt, ſed etiam continentem: vno namque vt duobus vtetur, & bis dicit, veluti vt ratio litterae a, ad rationem b. ita ea, quae eſt litterae b, ad eam, quae eſt c. bis igitur ea quae eſt litterae b, dicta eſt. Quapropter ſi ea, quae eſt litterae b, bis poſita fuerit, quattuor erunt, quae proportione ſibi respondent.

NEQVEM autem perturbaret numerus hic rerum grandior, quàm putetur, cum ſit proportio, quae tribus terminis contenta eſt, vt ſupra fecerat, hunc ſcrupulum euulſit: docetque cũ ſint duo genera proportionum, de altera ipſarum, quae diuiſa vocatur, quin hoc verum ſit, neminem dubitaturum eſſe; ſed etiam de reliqua, quae continua appellatur idem vere dici affirmat: vtitur enim vno tamquam duobus: iterumque ipſum nominabit, quod vt aperiat, ante oculosque conſtituat, vt ſolet, vtitur elementis, bisque medium capit, quo facto nihil dubij reſtare inquit, planeque cognoſci, mutatis litteris, id verum eſſe.

Ἔστι δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός· διῄρηνται γὰρ ὁμοίως οἷς τε καὶ ἅ· ἔσται ἄρα ὡς ὁ α̅ ὅρος πρὸς τὸν β̅, οὕτως ὁ γ̅ πρὸς τὸν δ̅, καὶ ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ὁ α̅ πρὸς τὸν γ̅, ὁ β̅ πρὸς τὸν δ̅· ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον· ὅπερ ἡ νομὴ συνδυάζει, κἂν οὕτως συντεθῇ, δικαίως συνδυάζει· ἡ ἄρα τοῦ α̅ ὅρου τῷ γ̅, καὶ ἡ τοῦ β̅ τῷ δ̅ σύζευξις, τὸ ἐν διανομῇ δίκαιόν ἐστι, καὶ μέσον τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστὶ τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον· τὸ γὰρ ἀνάλογον μέσον· τὸ δὲ δίκαιον, ἀνάλογον.

Eſt autem & iuſtum in quattuor minimum, & ratio eadem: diſtincta enim ſunt ſimiliter, & quibus, & quae: erit igitur vt a terminus ad terminum b: ſic qui eſt terminus c ad terminum d. & mutata igitur ratione, vt a terminus ad terminum c, ita terminus b, ad terminum d. Quapropter & totum ad totum, quod quidem diſtributio copulat, & ſi hoc pacto compoſita fuerint, iuſte copulat; termini igitur a, cum termino c, & termini b, cum termino d coniugatio, eſt iuſtum, quod in diſtributione conſiſtit, & medium iuſtum hoc eſt eius, quod eſt praeter proportionem: quod enim proportione conſtat, medium eſt: iuſtum autem proportione conſtat.

QVOD in numeris, elementiſque litterarum vſu venire ſignificauit, vt quattuor prorſus ipſa neceſſaria ſint huic proportioni cuſtodiendae, idem etiam requiri oſtendit, vt iuſtum hoc explicetur, nec minore numero confici rem poſſe; nam in omni maiore hoc exerceri perſpicuum eſt, vt enim minus non poteſt, ita vt cuique commodum eſt, augetur: eandemque rationem futuram in perſonis, rebusque, quae fuit in numeris: eodem enim pacto diuidi illa teſtatur, ideſt perſonas, quibus praemia danda ſunt, & dona, quibus ornentur, id quod oſtendit, breuitatis, claritatiſque cauſa, expoſitione litterarum, quibus etiam vtitur in declaranda proportione altera, quae, mutato ordine litterarum, vnde nomen accepit, adminiſtratur, qua de cauſa etiam fieri inquit, vt quam rationem inter ſe partes habent, eandem etiam habeant tota: quae quidem diuiſionem illam, aſſignationemque praemiorum coniungeret, ipſamque hanc eſſe inquit iuſtum, quod accommodatum eſt diuiſioni, attributionique praemiorum honeſtis viris: ipſumque medium eſſe inquit, quod proficiſcitur ab analogia. Quod ad verba pertinet, illud ἐν ἐλαχίστοις, vt locutus quoque eſt in V. libro φυσικῶν, non oſtendit res illas minimas eſſe oportere, ſed valere quod Latini dicunt, minimum: teſtificaturque, vt dixi, minorem hoc numerum idoneum non eſſe huic rei efficiendae.

Καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν γεωμετρικὴν οἱ μαθηματικοί· ἐν γὰρ τῇ γεω-

μετρίᾳ

μετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον.

Vocant autem mathematici huiuſcemodi proportionem geometricam: in geometrica namq́ euenit & totum ad totum eſſe, quod vtrumq́ ad vtrumque.

NARRAT proportionem hanc, quam docuit, accommodatam eſſe huic iuſto adminiſtrando, vocari a mathematicis geometricam: in ipſa namque contingere, vt eandem rationem habeat totum ad totum, ideſt perſona cum ſuo praemio, quam habeat vtrumque horum, ad vtrumque illorum.

Ἔστι δὲ οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία· οὐ γὰρ γίνεται εἷς ἀριθμῷ ὅρος, ᾧ καὶ ὅ.

Non eſt autem continua haec proportio; non enim fit vnus numero terminus, cui & quod.

ADDIT autem, non vſu venire, vt haec proportio continua ſit: neque enim fieri poſſe, vt vnus idemque terminus ſit, cui, & quod, ideſt homo, cui pro recte ipſius factis praemium tribuitur, & praemium ipſum, quod datur, vt fit in elementis, quae poſuit, quae ſumuntur duobus modis.

Τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο, ἀνάλογον· τὸ δ' ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον· γίνεται ἄρα· τὸ μὲν, πλέον τὸ δὲ, ἔλαττον, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμβαίνει· ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν, πλέον ἔχει, ὁ δ' ἀδικούμενος, ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ, ἀνάπαλιν· ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακὸν, πρὸς τὸ μεῖζον κακόν· ἔστι γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετὸν τοῦ μείζονος· τὸ δ' αἱρετὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸ μᾶλλον, μεῖζον· τὸ μὲν οὖν ἓν εἶδος τοῦ δικαίου τοῦτ' ἐστί.

Iuſtum igitur hoc proportione conſtat: iniuſtum autem eſt quod a proportione alienum eſt: fit igitur: hoc quidem plus, hoc autem minus: id quod etiam in factis exiſtit: qui namque iniuriam facit, plus ſibi boni tribuit, qui vero iniuriam accipit, minus boni: in malo autem, contra: in loco enim boni ponitur minus malum, collatum cum maiore malo: eſt namque minus malum magis expetendum, quàm maius: expetendum autem bonum eſt, & quod magis expetendum maius: ſpecies igitur vna iuſti haec eſt.

GENVS hoc iuſti, quod explicauit, proportione conſtare dicit: ſeruatamque in eo eſſe dignitatem perſonarum, vt praemia data reſpondeant meritis, honeſtatique eorum, quibus aſſignata ſint: contraque iniuſtum factum eſt, cum in hoc culpa admiſſa eſt, peccatumque contra dignitatem eorum: tunc enim vſu venire inquit, vt eorum vnus plus iuſto habeat; alter vero minus, quàm deceat, contra id, quod veritas, rectaque ratio poſtulabat: qui namque minoris dignitatis eſt, magis ornatus fuit: qui vero maioris, minus auctus, quàm conueniat ipſius perſonae, ac meritis: quod quidem addit, vt in praemijs dandis poſtea contingit, ita prius in agendo, factisque eorum vſu venerat: qui namque iniuriam facit inquit, plus habet rerum ſcilicet putatarum bonarum: qui vero iniuriam accipit earũdem minus: amiſit enim aliquid rei ſuae aut honoris; quo enim augetur improbus ille, qui iniuſte facit, id totum eripitur illi, qui iniuſte tractatus eſt. Cum vero contingit inquit, vt malum aliquod, incommodumque diuidi debeat, ideſt ſumptus aliquis publicè faciendus, ſiue periculum adeundum, aut labor ſuſtinendus, tunc res longe aliter ſe habet: qui minus enim incommodorum capit, ille iniuſte facit, cuius rei, conſilijque ipſius mutati rationem reddit ſatis apertam & planam: minus enim inquit malum exiſtimatur bonum, ſi conferatur cum maiore malo, quod etiam confirmat: cum magis expetendum ſit minus malum, quàm maius. Poſt hoc admonet vnum iuſti genus a ſe explanatum eſſe. Non eſt autem omnino certa lectio quodam loco ſuperioris huius partis, quod olim etiam animad-

uerte-

uerteram : ſed poſtea cum liber cuderetur, fugit eum, qui curam operis habebat, id notare: vbi enim legitur in excuſis libris, nominandi caſu, ὁ μὲν πλεῖον: ὁ δ' ἔλαττον, in pluribus & melioribus vetuſtis exemplaribus, dandi caſu ambobus locis ſcriptum eſt τῷ, quod verius puto, vt referat perſonas, non res, quae ipſis praemij loco tribuantur.

Τὸ δὲ λοιπὸν ἓν, τὸ διορθωτικὸν, ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις, καὶ τοῖς ἀκουσίοις: τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον, ἄλλο εἶδος ἔχει τοῦ προτέρου: τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν, ἀεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην: καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν, ἐὰν γίγνηται ἡ διανομὴ, ἔσται κατὰ τὸν λόγον τὸν αὐτὸν, ὅνπερ ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὰ εἰσενεχθέντα: καὶ τὸ ἄδικον, τὸ ἀντικείμενον τῷ δικαίῳ τούτῳ, παρὰ τὸ ἀνάλογόν ἐστι.

Reliquum autem vnum, quod in corrigendo poſitum, quod verſatur in contractibus, & iis quos ſponte, & iis quos inuiti homines gerunt: hoc autem iuſtum alia ſpecies eſt a priore iuſto: iuſtum enim quod occupatur in publicis rebus diſtribuendis, ſemper conſtat dicta proportione: etenim e publicis pecuniis, ſi vſu venerit, vt fiat ipſarum diſtributio, conſtabit eadem ratione, quam habent inter ſe illa, quae ad diuidendum propoſita fuerint, & iniuſtum, quod opponitur huic iuſto, a proportione remotum eſt.

Cvm factae partitionis iuſti diuiſoque illo in duo quaſi membra, alterum iam explicaſſet, nunc ad reliquum declarandum aggreditur, quod in corrigendis, emendandiſque prauis contractibus ſitum eſt, vnde etiam nominatur. Cum autem homines quaedam ſponte ſua, ac volentes inter ſe contrahant: alia autem inuiti, ac depellere a ſe non valentes, in ambobus his ipſum locum habere ſignificat. hoc autem iuſtum diuerſum eſſe ait a ſuperiore iuſto, iamque tradito, & in quo diſcrepet ab illo, exponit: iuſtum enim inquit, quod manet in praemiis, bene meritis ciuibus e publico tribuendis, ſemper conſtat proportione declarata, quod etiam repetit cuiuſmodi ſit, etſi iam expoſitum fuerat: cum enim contigerit inquit, vt pecunia publica diſtribui debeat eadem ratione diuiſio illa adminiſtrabitur, quam rationem inter ſe habent ea, quae in publicum collata fuerint, veluti ſiquis grandem pecuniam comportarit ad rempub. duris ipſius temporibus, exempli cauſa viginti talenta, alter vero dimidium ipſius, erit poſtea ipſis tribuendus honos, aut commodum eadem proportione, qua illi de ſuo ciuitatem ſubleuarint. Eodem pacto ait iniuſtum factum, quod repugnat, aduerſaturque huic iuſto, erit illud, in quo proportio minime cuſtodita fuerit, nec dignitatis, meritorumque ratio habita. Diſcrimen hic eſt in antiquis libris, quod pro ἴσον in quibuſdam legitur ἴσι, quod notaſſe volui.

Τὸ δ' ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἔστι μὲν ἴσον τι, καὶ τὸ ἄδικον, ἄνισον: ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκείνην, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν: οὐθὲν γὰρ διαφέρει εἰ ἐπιεικὴς φαῦλον ἀπεστέρησεν, ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ: οὐδ' εἰ ἐμοίχευσεν ἐπιεικὴς, ἢ φαῦλος, ἀλλὰ πρὸς τοῦ βλάβους τὴν διαφορὰν μόνον βλέπει ὁ νόμος, καὶ χρῆται ὡς ἴσοις: εἰ ὁ μὲν ἀδικεῖ: ὁ δ' ἀδικεῖται, καὶ εἰ ὁ μὲν ἔβλαψεν: ὁ δὲ βέβλαπται: ὥστε τὸ ἄδικον τοῦτο, ἄνισον ὂν, ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής.

Iuſtum autem quod in contractibus verſatur, eſt ſane aequale quoddam: iniuſtum vero inaequale, ſed minime ſecundum proportionem illam, verum eam, quae arithmetica vocatur: nihil enim intereſt, ſi vir probus improbum fraudauit: ſiue improbus probum: neque ſi vir probus adulterauit, ſiue malus: verum ad damni illati ſolum diſcrimen reſpicit lex: atque vtitur ipſis, vt paribus: ſi hic quidem iniuriam facit, hic autem iniuriam accipit, & ſi hic quidem obfuit, hic vero detrimentum accepit. Quapropter iniuſtum hoc, cum ſit inaequale, adaequare temptat iudex.

Cvivsmodi ſit iuſtum nunc exponit, quod adhibetur ad contractus emendandos, & qui hois ipſius ſit, quomodoque efficiatur, id quod ab ipſo expectant, qui accepetunt aliquid iniuriae; iniuſteque tractati ſunt: eſſe igitur ipſum inquit aequale quoddam: vt iniuſtum inaequale: qui enim legibus poteſtatem hanc habet, vt quod prius inaequale, diſparque erat ad aequalitatem redigat, medeaturque huic malo, dat operam, vt quod inaequale illic erat, auferat: ac perſonas illas pares ioter ſe reddat, vt autem hoc aequale eſſe dicit, ita iniuſtum factum inaequale; noo tamen ſequi oportere narrat hanc proportionem iam traditam; verum aliam, quae arithmetica vocatur: neque enim ſua intereſſe quicquam putat: neque hoc ſe attendere debere, ſi honeſtus vir, nobilisque nequam hominem, ac tenuem fraudauit: ſiue contra tenuis, ac nequam homo, honeſtum virum ſuo priuarit. Non contentus autem Ariſtoteles hoc exemplo, alterum ponit in alio iniuriae genere: neque ſi violauit, inquit alienum cubile homo nequam, abiectusque, ſiue nobilis, ac clarus: lex enim ioquit reſpicit ſolum diſcrimen, quod in maleficio, damnoque importato eſt: eodemq; loco, atque ordine habet, quo haberet, ſi pares illi forent, etſi diſſimiles valde ſunt, diſparesque, tantum hoc ſpectat, ſi vnus eorum iniuriam facit, alter vero accipit, ſiue detrimento fuit fortunis alicuius, ſiue nihil damni importauit: quapropter ioquit, iniuſtum hoc factum, quod inaequale erat, aequale reddere nititur, qui ſententiam de ipſo fert.

Καὶ γὰρ ὅταν ὁ μὲν, πληγῇ: ὁ δὲ, πατάξῃ, ἢ καὶ κτείνῃ: ὁ δ᾽ ἀποθάνῃ, διῄρηται τὸ πάθος καὶ ἡ πρᾶξις εἰς ἄνισα: ἀλλὰ πειρᾶται τῇ ζημίᾳ ἰσάζειν, ἀφαιρῶν τοῦ κέρδους.

Etenim quando hic quidem vulnus acceperit: hic vero ferierit, ſiue etiam obtruncarit: hic autem interierit, quod acceptum eſt, & factum diſtinctum eſt in res inaequales, ſed nititur paena adaequare, de lucro demens.

Nititvr autem inquit, incumbitque in hoc, quia non facile eſt hoc efficere, cum ab eo, qui laeſus eſt non omnino poſſit macula deleri, quod verbum Graecum, hoc valens, eadem de cauſa repetit infra, vbi dicit, oſtendens inaequale factum, meritoque ita vocatum, quod prius aequale, parque erat, cum vnus eorum vapularit; alter vero verberauerit: ſiue etiam obtruncauerit; alter vero interfectus fuerit, quomodo enim tunc, quod prius quaſi ſolidum, integrumque erat, diſſectum, non vt duobus etiam, contrarijs inter ſe nominibus vocari debeat; quorom alterum malum acceptum ſignificat: alterum vero datom; multam vero, paenamque a iudice inflictam adaequare id dicit, com demat ab eo, qui malum dedit, lucrum, quod iode fecit, ſiue fuerit id acceſſio dignitati ſuae, ſiue laetitia.

Λέγεται γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, κἂν εἰ μή τισιν οἰκεῖον ὄνομα εἴη, τὸ κέρδος, οἷον τῷ πατάξαντι καὶ ἡ ζημία τῷ παθόντι: ἀλλ᾽ ὅταν γε μετρηθῇ τὸ πάθος, καλεῖται, τὸ μὲν, ζημία: τὸ δὲ, κέρδος.

Dicitur enim, vt ſimpliciter loquar, in huiuſcemodi rebus, quamuis aliquibus nomen ſuum propriumq́ non fuerit, lucrum, ceu illi, qui verberarit, & multa ei, qui malum acceperit: ſed quando commenſuratum fuerit, quod mali acceptum eſt, vocatur, hoc quidem, multa: hoc vero, lucrum.

Pvrgat ſe aliquo modo, quod in hac re κέρδος idest lucrum appellarit: docetque a ſe hoc non ſine cauſa factum eſſe, neq; omnino contra conſuetudinem, cum vſurpetur etiam hoc nomen in his rebus oſtendendis, etſi intelligit quibuſdam alijs minimè ipſum conuenire: neque ſuum propriumque vocabulum eſſe earum rerum, verbi cauſa, cum aliquis quempiam verberarit, quid lucri fecit? eodemque pacto neque conuenit multa illi, qui vulnus accepit: pugnisque conciſus eſt; verumtamen ioquit cum iniuria illa aeſtimata, & adaequata eſt: ad iuſtamq; menſuram perducta, tunc vocatur pars ipſius, vna damnum iacturaque; altera vero lucrum ac quaeſtus.

Ὥστε τοῦ μὲν πλείονος, καὶ τοῦ ἐλάττονος τὸ ἴσον, μέσον: τὸ δὲ κέρδος, καὶ ἡ ζημία: τὸ μὲν, πλέον: τὸ δ᾽, ἔλαττον ἐναντίως: τὸ μὲν, τοῦ ἀγαθοῦ πλέον: τοῦ κακοῦ δὲ ἔλαττον, κέρδος: τὸ δ᾽, ἐναν-

δ', ἐναντίον, ζημία: ὧν ἦν μέσον, τὸ ἴσον. ὃ λέγομεν εἶναι δίκαιον· ὥστε τὸ μὲν ἐπανορθωτικὸν, δίκαιον ἂν εἴη, τὸ μέσον ζημίας, καὶ κέρδους.

Quare pluris quidem, & minoris quod aequale eſt, medium eſt: lucrum autem & multa: hoc quidem, plus: hoc autem, minus contrario modo: hoc quidem boni plus: hoc autem mali minus, lucrum: contrarium autem, multa, quorum medium aequale, quod dicimus eſſe iuſtum: quapropter iuſtum, quod ad corrigendum inuentum eſt; iuſtum erit medium multae, & lucri.

QVARE ait, quod e maiore, minoreque aequale factum eſt, medium eſt: lucrum vero & damnum, contraria ſignificant, vnum ſcilicet horum, plus: alterum vero minus: ſed oppoſito modo, cum enim ex aliquo facto capitur plus boni, quàm mali: minus autem mali vocatur lucrum: contrarium autem huius ideſt plus mali, quàm boni, multa; quorum addit, quod medium eſt appellatur aequale, quod iuſtum eſſe dicimus, quapropter inquit, iuſtum hoc, quod manet in corrigendis prauis contractibus medium erit, interiectumq; inter multam, & lucrum. Animaduertendum autem vt apud Graecos κέρδος vſurpabatur μεταφορικῶς, ita apud Latinos lucrum; quod perſpicitur ex epiſtola M. Antonij ad Hirtium, & Caeſarem, in qua haec verba ſunt. Quibus vtri noſtrum ceciderint, lucro futurum eſt; nam durum illud verbum, inuſitatumque non fuiſſe declarat, quòd M Cicero id non reprehendit, vt cetera omnia in illis litteris, vt ſententias, ita etiam verba.

Διὸ καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν ἐπὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσι: τὸ δ' ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἰέναι, ἰέναι ἐστὶν ἐπὶ τὸ δίκαιον: ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον δίκαιον ἔμψυχον, καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον: καὶ καλοῦσιν ἔνιοι μεσιδίους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμενοι: μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ ὁ δικαστής: ὁ δὲ δικαστὴς ἐπανισοῖ.

Qua de cauſa, quando ambigunt inter ſe homines, ad iudicem confugiunt: ad iudicem autem accedere, accedere eſt ad iuſtum: iudex enim requiritur vt ſit iuſtum quoddam compos animi, & quaerunt iudicem medium: vocantq; non nulli μεσιδίους*, tamquam, ſi medium conſecuti fuerint, futurum ſit, vt iuſtum conſequantur: medium igitur quoddam eſt iuſtum, ſiquidem, & iudex: iudex autem adaequat.*

PROBAT idem a more atque inſtituto mortalium, & eſt hoc tamquam corollarium: inquit enim. Quapropter conſuerunt homines, cum litigant inter ſe, confugere ad iudicem, qui dirimat componatque eorum controuerſias; quod facere, ideſt accedere ad iudicem, nihil aliud eſſe inquit, quàm conferre ſe ad iuſtum: iudex enim debet eſſe quaſi iuſtum animale, ideſt cui acceſſerit animus, quo nomine dignus non foret iudex, niſi talem ſe praeberet: nullaque alia re diſcreparet a iuſto, ſecreto a corpore, niſi quod ipſe viuit, cum iuſtum cogitatione tantum percipiatur. Quaerere autem addit eoſdem illos iudicem, qui medius ſit; vnde tradit etiam extare quoſdam, qui vocent h..s, a medio conformata voce, μεσιδίους, vt nos quoque patrio noſtro ſermone facimus, qui appellamus ipſos mezzani: etſi fortaſſe nos, non omnes iudices hoc nomine appellaremus, ſed ſolum eos, quos iuriſconſulti arbitros vocant; eodem autem noſtro nomine ſignificamus, qui ſunt quaſi interpretes multarum rerum; eos, vero qui μεσιδίους ipſos vocabant, dicit ita vocaſſe illos, quia; ſi talem nanciſci potuiſſent, ſperabant ſe verum, putumque iuſtum adepturos. Quod inquit βούλεται εἶναι, ita multis locis loquitur auctor, vt in II. quoque libro de animo: [illegible] εἶναι: οἷον βούλεται ἡ σὰρξ καὶ τὸ [illegible]. Cum autem oſtendiſſet, iudicem medium quendam eſſe inter eos, qui litigant, ducto argumento a coniugatis, affirmat iuſtum medium quoddam eſſe: iuſtus enim, & iuſtum coniugata ſunt; iudex enim inquit adaequat, quae prius inaequalia erant.

Καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημένης, ᾧ τὸ μεῖζον τμῆμα τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτ' ἀφεῖλε, καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσέθηκεν: ὅταν δὲ δίχα διαιρεθῇ τὸ ὅλον,

τότε φασὶν ἔχειν τὰ αὑτῶν, ὅταν λάβωσι τὸ ἴσον: τὸ δ' ἴσον, μέσον ἐστὶ τῆς μείζονος, καὶ ἐλάττονος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν.

Ac veluti linea in partes inaequales ſecta, quo maius ſegmentum medietatem ſuperat, hoc abſtulit, & minori ſegmento adiunxit: cum autem totum diuiſum fuerit bifariam, tunc aiunt habere, quod ſuum eſt, cum acceperint aequale: aequale autem eſt medium maioris, & minoris, proportione arithmetica.

Hoc autem magis adhuc aperire atque illuſtrare volens; vtitur ſimili: ponitque nobis rem ante oculos: e genere enim hoc eſt eorum, quae cernuntur, veluti enim inquit, linea ſecta in duas partes inaequales, ſiquis illud, quo ſegmentũ maius ſuperat dimidium eius lineae, hoc ipſum inde dempſit, minorique ſegmento adpoſuit, tunc partes aequales erunt, remediumque illi inaequali ſectioni adhibitum erit. Eadem ratione, qua linea, quae prius inaequaliter diuiſa erat, poſtea ad aequalitatem perducta eſt; ita igitur ſublato eo, opera, ſtudioq; iudicis, quo vincebat, iniuſto ſuo improbus ille, redditoque ei, qui laeſus erat, damnumque acceperat, ex iniuſto iuſtum illud redditum eſt: quando autem linea bifariam ſecta fuerit; eodemq; pacto totum illud, quod in controuerſiam venit, diuiſum, tũc inquit, aiunt eos, a quibus antea ablatum fuerat, ſuum; iuſtamque partem habere, cum inquam, acceperint aequam ambo partem. Videtur autem loqui adhuc de linea, cum muliebri genere vtatur; quod tamen ad res transferri debet, inquit enim: aequale autem eſt medium maioris, ac minoris, ideſt in medio ipſorum poſitum, illicque tamquam in ſua ſede conſtitutum, cum ſequimur proportionem, quae a numeris vocata eſt.

Διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστίν: ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι δίχαιον, καὶ ὁ δικαστὴς, διχαστής.

Ob hocq́ nominatur δίκαιον, *quia* δίχα *eſt ideſt bifariam, ſectumq́ in duas partes aequales; veluti ſiquis dicat* δίχαιον, *&* ὁ δικαστὴς *ideſt iudex,* διχαστής.

Idem autem modo alio argumento conſtituit, quod argumentum a vi verbi ducitur, nominaturque a Graecis ἐτυμολογία: inquit enim ob hoc, id quod iuſtum eſt, δίκαιον appellatum eſſe a ſuis, quod δίχα eſt, id autem valet bifariam, quaſi δίχαιον, tertia huius nominis littera immutata, & e craſſa leui facta, quod vt in aduerbijs his factum ſit, ita etiam, vt docet, in nominibus.

Ἐπὰν γὰρ δύο ἴσων, ἀφαιρεθῇ ἀπὸ θατέρου: πρὸς θάτερον δὲ προστεθῇ, δυσὶ τούτοις ὑπερέχει θάτερον: εἰ γὰρ ἀφῃρέθη μὲν, μὴ προσετέθη δὲ, ἑνὶ ἂν μόνον ὑπερεῖχε: τοῦ μέσου ἄρα ἑνὶ, καὶ τὸ μέσον, ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη, ἑνί: τούτῳ ἄρα γνωριοῦμεν, τί τε ἀφελεῖν δεῖ ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχοντος, καὶ τί προσθεῖναι τῷ ἔλαττον ἔχοντι: ᾧ μὲν γὰρ τὸ μέσον ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ, ᾧ ἔλαττον ἔχοντι: ᾧ δ' ὑπερέχεται, ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ μεγίστου.

Poſtquam enim duabus rebus aequalibus, exiſtentibus ablatum fuerit ab altera, alteri autem adiunctum, duabus his partibus ſuperat alteram: ſi namque ſublatum quidem fuerit, non autem adiunctum, vno tantum ſuperaret: medium igitur vno, & medium, a quo ſublatum eſt, vno: ope igitur huius cognoſcemus, & quid demere oportet ab eo, qui plus habet, & quid adiungere oportet habenti minus: quo enim medium ſuperat, hoc adiungere oportet ei, qui minus habet: quo autem ſuperatur, demere a maximo.


Pergit magis explanare, quod dixerat: vtiturq; illa, quam vocant expoſitionem terminorum, quae facit, vt oculis propè cernamus, quae obſcurius verbis traduntur. Poſtquam enim inquit, duobus aequalibus exiſtentibus, ſublatum fuerit ab altero ipſorum quippiam, alterique admotum, duabus his partibus ſuperat id, vnde fuit demptum; ſi namque addit, demptum tantum inde fuiſſet, non adpoſitum vero alteri, quod integrum manſit, vno tantum ſuperaſſet id quod imminutum eſt: quare medium ſuperabit vno,

quod vt erat, relictum eſt, eodemque pacto medium, vnde illud ſublatum fuit. Addit autem, quod prodeſt conſilio ſuo, ope huius intelligemus; eritq; nobis ipſum indicio; quid deeſſet, nos demere ab eo, quod plus habebat, ac quid adponere illi, quod minus: id enim ipſum quo medio praeſtat, & quaſi ipſum vincit, adponere oportet ei, quod minus habet, quo autem ſuperatur, demere opus eſt a maximo; quo verbis, vt poterat, declarato, venit ad terminos, quos dixi, rei ante oculos conſtituendae cauſa.

Ἴσαι αἱ ἐφ' ὧν, α̅α̅, β̅β̅, γ̅γ̅. ἀλλήλαις, ἀπὸ τῆς α̅α̅ ἀφῃρήσθω τὸ αε̅, καὶ προσκείσθω τῇ γ̅γ̅, τὸ ἐφ' ὧν γ̅δ̅. ὥστε ὅλη ἡ δ̅γ̅γ̅, τῆς εα̅, ὑπερέχει τῷ γ̅δ̅, καὶ τῷ γ̅ζ̅: τῆς ἄρα β̅β̅, τῷ γδ̅.



Aequales ſint inter ſe aa. bb. cc. a linea, aa, demptum ſit a e, & additum lineae cc. id quod eſt in c d. Quare tota linea d cc. ſuperat lineam e a, linea c d, & linea c h. lineam igitur bb illo, c d.



Sɪɴᴛ inquit, lineae tres aequales inter ſe, quibus in lineis notatae ſint in extremis ipſarum partibus litterae, quas nominat a a. b b. c c. a quarum prima, vocatā a a, dematur a e: idque adponatur tertiae, quae litteris his c c indicatur, nulla ſui parte imminutae; erit autem illud, in quo tunc erunt litterae c d: quapropter inquit, tota d c c ſuperat lineam e a, parte illa c d, & altera c h: reſtat igitur, vt vincat, ſuperetque lineam b b. parte c d.

Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο: ἀνῃροῦντο γὰρ ἄν. εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν, καὶ ὅσον, καὶ οἷον: καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο, καὶ τοσοῦτο, καὶ τοιοῦτο.

Eſt autem hoc in alijs quoque artibus: interirent enim, niſi feciſſet id quod facit, & quantum, & quale, & id quod accipit, accepiſſet hoc & tantum, & tale.

Qᴠᴏᴅ autem docuit requiri, oportereque ſeruari hac in re, admonet cuſtodiri etiam debere in ceteris artibus, quod ſi non fiat, oſtendit quid incommodi inde naſceretur, magni illius quidem: extinguerentur enim inquit artes, nec inuenirentur, qui ipſas colerent, niſi opifex opus faceret, & quantum, & quale poſcit ſibi fabricandum, qui ad eum accedit, induſtriaque ipſius vti vult: eodemque pacto, niſi hic tantum, & tale acciperet; id quod facit autem dicens, intelligit opificem. Quantum autem inde incommodi proficiſceretur, ſi inquam inuentae iam artes perirent, patet, quia opera datur, vt nouae cotidie, vtiles vitae, inueniantur.

Ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς: τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν ἢ τὰ ἑαυτοῦ, κερδαίνειν λέγεται: τὸ δ' ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς, ζημιοῦσθαι: οἷον ἐν τῷ πωλεῖν, καὶ ὠνεῖσθαι, καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος: ὅταν δὲ μήτε πλέον, μήτ' ἔλαττον, ἀλλ' αὐτὰ δι' αὐτῶν γένηται, τὰ αὑτῶν φασὶν ἔχειν, καὶ οὔτε ζημιοῦσθαι, οὔτε κερδαίνειν, ὥστε κέρδους τινὸς, καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι, τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον, τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.

Venerunt

Venerunt autem vocabula haec, & mulcta, & lucrum, ex permutatione, quae ſponte initur: plus namque tenere, quàm res ſuae fuerint, lucrari dicitur: minus autem, quàm prius fuerint, multari, veluti in vendendo & emendo, & in cunctis alijs quorum poteſtatem copiamq́ fecit lex. Quando autem neq; plus, neque minus, ſed eadem ex ijſdem contigerint, res ſuas aiunt habere, & neque multari, neq; lucrari. Quapropter lucri alicuius, & mulctae medium iuſtum eſt, eorum, quae praeter id quod ſponte fit, aequale habere, & prius, & poſterius.

OSTENDIT, vnde profecta ſint nomina, huc tranſlata, damnum inquam, & lucrum: affirmatque ea veniſſe e permutatione, quae ſponte fit, cum in hac conſuetudo ſit vocare ☞ quaeſtum facere, lucrarique, plus habere rerum, quàm aliquis prius habebat: minus vero, quam initio, & ante quam res contracta foret, damnum facere: veluti inquit, in rebus vendendis atque emendis, ceteriſque omnibus rebus, quarum commutandarum lex poteſtatem facit hominibus. Videndum autem, an quae ſequuntur poſt hoc, faciant ad alterum contractuum genus, quod cadit in inuitos, vt putarunt interpretes, id eſt Epheſius, & Argyropylus, ſiue potius in eodem explicando auctor maneat, qui, vt oſtenderit, quando qui contrahunt, quaeſtum facere dicuntur, ſiue damni aliquid in rebus ſuis accipere, ita monſtrare voluerit, quando, neque rem augentes, neque minuentes, res ſuas habere dicuntur, & neque damnum facere, neque lucrari, quare inquit, quod medium eſt inter lucrum & damnum iuſtum eſt, quod a iuſto naſcitur, ſponte adminiſtrato: cum inquam contingit, vt aequale habeat prius, ac poſterius.

Δοκεῖ δέ τισι, καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν: ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον, τὸ ἄλλῳ ἀντιπεπονθός: τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς, οὐκ ἐφαρμόττει: οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον: οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν: καίτοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν, καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον. Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

Videtur autem quibuſdam, & talio quoque eſſe ſimpliciter iuſtum, quemadmodum Pythagorei aiebant: definiebant enim ſimpliciter iuſtum eſſe, cum par pro pari reddebatur: talio autem hic non quadrat: neque ad iuſtum, quod colitur in rebus diſtribuendis: neque ad id, quod adhibetur in factis corrigendis: atqui volunt ipſi hoc oſtendere fuiſſe iuſtum Rhadamantis. Si quod aliquis fecerit, perpeſſus fuerit, iuſtitia haec recta erit.

COMMEMORAT ſua quoque aetate inuentos quoſdam, qui vellent, quod vocatum fuerat a Pythagoreis ἀντιπεπονθὸς dictumq; ſimpliciter iuſtum eſſe, & ipſi tale eſſe exiſtimarent: illi namque ſimpliciter, & ſine vlla exceptione, ipſum iuſtum eſſe affirmabant; in quo oſtendit illos peccaſſe: nulloque modo vult id verum eſſe: neq; enim conuenire docet alterutri eorum iuſtorum ea, quae ipſe diuiſerat, iuſtum omne factum, etſi illi, vt auctoritatem ipſi compararent, attuliſſent illud ipſum eſſe, quo vſus fuiſſet iuſtiſſimus iudex habitus, Rhadamantes: citato autem hexametro verſu, qui in ore Pythagoreorum erat, cum diſciplina ipſorum florebat, hoc confirmat, & quale foret, declarat. Meminit huius iuſti ex perſona chori Aeſchylus, qui & ipſe Pythagoreus erat, in tragoedia, cuius index Iccrides: ſuadet enim grex ille regi, vt ipſum ſeruet: poetae verba ſunt: ἰδοὺ γὰρ παισὶ τάδ' [illegible] δόμους, [illegible] Μοῖρ' [illegible] τάδ' [illegible] δίκαια [illegible]: ſed vetus etiam ſcholion in eum locum eundem hunc verſum ponit. In xij autem tabulis mentio quoque huius iuris erat, vt ex monimentis ſex Pompeij perſpicitur, nam vocatam fuiſſe a Romanis paenam hanc talionis, notum eſt. Sed Rhadamãtis etiam huius, patria Cnoſij, mentionem fecit Virgilius.

Πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ: οἷον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι, καὶ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῆναι μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι: ἔτι τὸ ἀκούσιον, καὶ τὸ ἑκούσιον διαφέρει πολύ.

Multis enim locis diſcrepat: veluti ſiquis magiſtratum gerens aliquem pulſauerit, non decet ipſum mutuo pulſari, & ſi magiſtratum gerentem pulſauerit, non pulſari ipſum ſolum oportet, verum etiam caſtigari: praeterea magni intereſt, ſponte fecerit, an inuitus.

NON congruete autem ipſum quibuſdam partibus iuſti oſtendere volens Ariſtoteles, ſed contra pluribus locis diſſentire, ait: exempli cauſa, ſi aliquis, magiſtratum gerens, verberarit quempiam, non decet eum contra verberari: eodemque pacto ſi quis magiſtratum gerentem percuſſerit, non ſatis eſt eum caedi, verum oportet ipſum praeter eundem numerum plagarum, caſtigari, vt ita non ſolum compenſet grauem illam iniuriam, ſed diſcat modeſtior eſſe, nec publicam dignitatem violare: prioribus enim illis plagis tantum priuatae perſonae ſatisfecerat: Praeterea inquit, in his rebus ponderandis magni refert videre ſponte ne fecerit, an inuitus, & coactus.

Ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον, τὸ ἀντιπεπονθὸς, κατ' ἀναλογίαν, καὶ μὴ κατ' ἰσότητα: τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις: ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν: εἰ δὲ μὴ, δουλεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσει: ἢ τὸ εὖ: εἰ δὲ μὴ, μετάδοσις οὐ γίνεται: τῇ μεταδόσει δὲ συμμένουσι: διὸ καὶ χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται, ἵνα ἀνταπόδοσις ᾖ: τοῦτο γὰρ χάριτος ἴδιον: ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον.

Utrum in communionibus, quae pertinent ad res permutandas continet huiuſcemodi iuſtum (intelligo cum par pro pari redditur) proportione, & non aequalitate: compenſando enim, & par pro pari reddendo, vt proportio requirit, manet ciuitas: aut enim male factum ſtudent: ſin autem, ſeruitus videtur eſſe, niſi contra fecerit, aut bene: ſin autem, commutatio non fit: commutatione enim permanent. Unde templum gratiarum in illuſtri loco condunt, vt ſit remuneratio: hoc enim gratiae proprium eſt: oportet enim mutuo ſuppeditare illi, qui princeps gratiae fuerit, rurſusq; ipſum incipere beneficium dar~ .

VT alienum eſſe ſignificanit iuſtum hoc a generibns illis duobns iuſtitiae; quorum alterum manet in honore, pecuniaque tribnenda bene meritis ciuibus pro rectis eorum factis: alterum vero in prauis contractibus emendandis: ita locum habere ipſum inquit, in communionibus, ſocietatibusque, in quibus res aliquae commutantur; tuerique ipſum, ac continere eas, bonique in ipſis multum parere, ſi tamen proportione cuſtodita perſonarum adminiſtretur, & paritas, aequalitasque attendatur, cum res publica maneat, quando proportione par pro pari reddunt, non ſolum in bonis, ſed etiam in malis iniurijsque compenſandis, nam pro malis etiam acceptis malum dandum cenſet, quod niſi fiat, inquit, ſeruitus pro libertate in ciuitatem inducitur, nam niſi etiam recte facta, & beneficia compenſentur, affirmat, neminem inuentum iri, qui dux, auctorque cuipiam alicnius beneficij velit eſſe: compenſatione vero, mutuaque benignitate manere, ſtatumq; ſuum tueri ciuitates: quo conſilio inquit, hucque reſpicientes, conſueſſe Graecos ſacellum gratiarum aedificare ante oculos omnium, illuſtrique admodum loco, vt admonerent ciues, excitarentque ad gratias referendas, & pro bono accepto bonum reddendum, quod proprium, peculiareq; eſſe dicit gratiae, ac beneficij accepti. Vim autem, naturamq; huius rei diligenter exponit: oportet enim inquit mutuo ſeruire commodis eius, qui aliqua re iuuerit, rurſusq; illum eſſe principem nouae gratiae. Verba vero haec, quae mirifi-
,, ce hic quadrant, Ciceronis, videor mihi legiſſe apud veterem auctorem. Oportet quo-
,, que in ciuitate bene inſtituta templum eſſe gratiarum, vt meminerint homines gra-
,, tias eſſe referendas. Cogor, ſi officio interpretis fungi volo, diſſentire ab amico viro,


& bene

& bene de ſtudijs ſapientiae merito, qui aliter hunc locum accepit, ac putauit augendi particulam hic abundare, legique debere καὶ κατ' ἰσότητα: is autem eſt Octauianus Ferrarius, qui in libro, quem ſcripſit de ſermonibus Exotericis, valde erudito, & pleno elegantis, variaeque doctrinae, iudicium, quod dixi, fecit de ſententia ſuperioris partis, quod ſi cogitaſſet, velle auctorem prius adaequari res illas, quae in contentionem veniant, & non ſumi vt aequales, quemadmodum prius erant; vidiſſet profecto temptari, commutarique non oportere lectionem, quae conſtanter in omnibus libris, & ſcriptis, & excuſis eadem manſit: nam lapſum etiam ipſum in eo arbitror, quod ſecum facere Epheſium interpretem exiſtimat, qui manifeſto receptam, peruulgatamque lectionem ſequitur.

Ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν, τὴν κατὰ ἀναλογίαν, ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις, οἷον οἰκοδόμος, ἐφ' ᾧ α: σκυτοτόμος, ἐφ' ᾧ β: οἰκία, ἐφ' ᾧ γ: ὑπόδημα, ἐφ' ᾧ δ: δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον παρὰ τοῦ σκυτοτόμου τοῦ ἐκείνου ἔργου, καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι τοῦ αὑτοῦ: ἐὰν οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται, ἔσται τὸ λεγόμενον: εἰ δὲ μή, οὐκ ἴσον, οὐδὲ συμμένει: οὐθὲν γὰρ κωλύει κρεῖττον εἶναι τὸ θατέρου ἔργον, ἢ τὸ θατέρου: δεῖ οὖν δὴ ταῦτα ἰσασθῆναι.

Efficit autem compenſationem, in qua adhibita ſit proportio, coniugatio per diametrum: ceu faber, in quo a, ſutor, in quo, b. domus in quo c. calceus, in quo d. oportet igitur fabrum ſumere a ſutore aliquid ipſius operis: & eum illi ſui dare pro illo. Si igitur primum fuerit, quod proportione conſtat, aequale, deinde talio extiterit mutuaque compenſatio, erit id quod a nobis dicitur, ſin autem, non aequale; neque manet: nihil enim prohibet, quin alterius opus melius ſit, quàm opus alterius: oportet igitur iam haec adaequari.

QVAE ratio ſit conficiendae recte, ordineque huius compenſationis, conſtantis proportione, docet: aitque copulationem, quae geritur iunctis ijs, quae poſita ſunt in extremis partibus dimetientis, biſariam ſecantis quadratum, hoc moliri, formamque ipſam conſtruit, quae haec eſt.



Opus igitur eſt inquit ſumere fabrum aedificiorum a ſutore aliquid ipſius operis, fabrúq; eum pro illo dare ipſi quippiam ſui: docet igitur, ſi, quae primo veniunt in permutationem hanc, opera duorum horum opificum, aequalia inter ſe fuerint, vt vnum eorum alterum non vincat, maiorisque pretij ſit, futurum eſſe, quod dictum eſt, id eſt rectam, iuſtamq; futuram compenſationem illam: ſin vero non contigerit hoc, non aequam, neque manſurum eſſe commertium illud & communionem: fieri etiam inquit, poteſt, vt opus vnius melius ſit, praeſtantiusque, quàm alterius: opus igitur eſt inquit, quod prius vſu non venerat, haec adaequari.

Ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν: ἀνῃροῦντο γὰρ, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν, ὅσον, καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο καὶ τοσοῦτον, καὶ τοιοῦτον: οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ, καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων, καὶ οὐκ ἴσων: ἀλλὰ τούτους δεῖ ἰσασθῆναι.

Eſt autem hoc & in alijs artibus: extinguerentur enim; niſi faceret id

quod facit, quantum, & quale, & quod accipit, accepiſſet hoc, & tantum, & tale: non enim è duobus medicis fit ſocietas, ſed e medico, & agricola, demumq́ e diſſimilibus, & non aequalibus: verumtamen hos oportet adaequari.

Repetit idem, quod ſupra praeceperat, atque ij ſdem etiam verbis, quibus tunc vſus fuit, idem exponit, quod ſcilicet hac in re ſeruare oportet, idem in alijs artibus cuſtodiri debere, quod ſi non fieret, incommodnm inde magnum naſceretur, exitiumque magnorum fructuum, vtilitatumque, quas capimus è vita. Non tamen idem hic, qnod ſupra, ſtatim adiungit, ſed inquit, requiri omnino in permutationibus his varietatem, diſſimilitudinemque artium: aliter enim extingueretur haec permutatio: neque enim inuenirет opifex aliquis, qui praeberet ipſi, quo eget, & pro illo ſumeret id, quo abundat; non igitur inquit fieri, exercerique communionem hanc, voluntatumque concurſum e duobus medicis: eodemque pacto e duobus ſutoribus, ceteriſque omnibus, qui eandem artem cōlant, ſed vt ait, e medico & agricola, & ad ſummam e diuerſis, & nullo pacto ijſdem, aequalibusque: in quibus tamen addit; eorumque aeſtimatione opus eſt ipſos adaequari.

Διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστὶν ἀλλαγή, ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε, καὶ γίνεταί πως μέσον: πάντα γὰρ μετρεῖ: ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν, καὶ τὴν ἔλλειψιν: πόσα ἄττα δὴ ὑποδήματα ἴσον οἰκίᾳ ἢ τροφῇ.

Quapropter cuncta, quorum commutatio eſt, oportet talia eſſe, vt conferri inter ſe poſsint: ad quam rem praeſtandam pecunia venit, & fit aliquo modo medium: cuncta enim metitur: quare & exuperantiam, & penuriam: quot igitur numero calcei aequales ſunt domui, ſiue eſcae.

Elicitur hoc ex ijs, quae iam tradidit, corollarijque vim habet, oportere aliquo modo, vt cuncta, quae in permutationem veniunt, conferri intet ſe poſſint: aliter enim permutationi locus non eſſet: συμβλητὰ enim haec vocantur, quomodo ipſe ea nominat multis locis in Topicis ſuis, & quomodo locutus etiam eſt Theocritus, cum dixit conferri non poſſe ignobiles, vileſque flores cum roſa, Verba eius ſunt; οὐ γὰρ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος, οὐδ' ἀνεμώνα πρὸς ῥόδα. Addidit autem aliquo modo, quia proprie ita dicuntur, quae ſunt eiuſdem generis, vt ſiqnis florem cum flore conferat, equum cum equo, & vrbem cum vrbe; cum ita vinum cum frumento, aut veſte conferri non poſſit, etſi praeſtans ille ſuo in genere poeta ſentem canis, & anemonem cum ſuauiſſimo flore conferri non poſſe, aliud reſpiciens, dixerit, vt Latinus etiam, in eodem genere carminis, inquit, conferri non poſſe Mantuam cum Roma, propter incredibilem diſſimilitudinem magnitudinis, ac ſplendoris earum ciuitatum, qui eſſet inter eas; ita igitur illae comparabiles inter ſe, quod philoſophus ſignificare voluit; cum igitur hoc incommodum in ſe haberent, quae intelligit, & quia e remotis, longinquiſque locis haec in vnum, eundemque non facile comportantur, addit, inuentam eſſe pecuniam, qnae mederetur huic difficultati; eſſetque aliquo modo medium inter illas, cum pecunia, nummusque cuncta metiatur, quare, vt oſtendit, menſura etiam eſt, declaratque nimium & parum cunctarum rerum, & quantum altera ipſarum, alteri praeſtet: quot ſcilicet calcei, opus ſutoris, pares ſint labori, quem longum ſuſtinuit faber in domo aedificanda, ſiue agricolae, in victu nobis parando.

Δεῖ τοίνυν ὅπερ ὁ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαδὶ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν ἢ τροφήν: εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, οὐδὲ κοινωνία: τοῦτο δ', εἰ μὴ ἴσα εἴη πως, οὐκ ἔσται.

Oportet ergo quanti eſt faber, ſi conferatur cum ſutore, tanti eſſe calceos, collatos cum domo, & eſca: niſi enim hoc fuerit, non erit permutatio, neque communio: hoc vero, niſi aequalia aliquo modo erunt, non erit.

Vt tollatur error, reſque recte & ordine adminiſtretur, inquit, opus eſſe videre, vt quam rationem habet faber domus ad ſutorem, tot numero calceos accipiat, ſi illi ſtudio ſuo ſeruiuit: ſiue quantam menſuram frumenti, ſi colono operam dedit, quod niſi cuſtodiretur, inquit,

inquit, reſtabat, vt tolleretur permutatio, communitaſque haec, κοινωνίαν enim vocauit, tamquam commercium hoc, vt ſupra fecerat, cum dixit κοινωνίας ἀλλακτικῆς: id quod neceſſario futurum eſſe affirmauit, niſi illa, quae prius inaequalia erant, aequalia aliquo modo redderentur.

Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον: τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει: εἰ γὰρ μηθὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, ἢ οὐχ ἡ αὐτή: οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην: καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν, καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον.

Opus eſt igitur, vt vno quopiam cuncta commenſurentur, vt prius dictum eſt: hoc autem eſt, ſi veritatem quaerimus, vſus, & indigentia, quae cuncta continet: ſi namque nihil egerent, aut non pariter, ſiue non erit permutatio, ſiue non eadem: tamquam enim locum indigentiae ſubijt nummus ex hominum pacto, & conuento: & hac de cauſa nomen hoc conſecutum eſt νόμισμα, *quod natura non conſtat, ſed inſtituto: noſtri enim arbitrij eſt mutare, & irritum facere.*

In hoc igitur incumbendum eſſe inquit, oportereq; vno quopiam cuncta menſurari; quod ipſum, quid potiſſimum ſit, ſi vere, appoſiteque ſignificare voluerimus, dicemus eſſe, communi hoc nomine, penuriam eius rei, fructumque, quem inde capimus, quae penuria vim hanc habet, facitque vt hanc communionem colamus: omniaque adſtringit, & in officio retinet, quod ſi ait non egerent illa re, ſiue non ſimiliter egerent, vt eorum alter minus illa egeret: alter vero magis, iniquiore condicione res geruntur ab eo, qui magis eget; ne tamen, qui tunc abundat, penitus reſpuat condicionem, totuſque auerſus a permutatione ſit, dicit inuentam pecuniam, quae quaſi ſpondet futurum prorſus eſſe, vt ſi quando eguerit illa ipſa re, ſiue alia quapiam, ope ſua numquam eam ipſi defuturam; quod ex pacto, & conuento factum fuiſſe commemorat: idque indicare docet nomen, quo a Graecis nummus, pecuniaque ſignificatur ideſt νόμισμα, ab opinione & inſtituto ductum: neque enim illud tantum valet lex. verum etiam ſententiam, & conſenſum, quae cauſa etiam videtur fuiſſe, vt leges a Graecis eodem nomine vocarentur: conſenſerunt enim, qui illic uiuunt, iudicio ſuo ipſas cuſtodire, rataſque eſſe voluerunt. Conſtare vero opinione & conſenſu, non natura, declarat, quod in manu noſtra poſitum eſt eripere ipſi auctoritatem omnem, ac ſi libuerit irritum, atque inutile reddere.


Ἔσται δὴ ἀντιπεπονθὸς, ὅταν ἰσασθῇ: ὥστε ὅπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τὸ ἔργον τοῦ σκυτοτόμου, πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ: εἰς σχῆμα δὲ ἀναλογίας οὐ δεῖ ἄγειν, ὅταν ἀλλάξωνται: εἰ δὲ μὴ, ἀμφοτέρας ἕξει τὰς ὑπεροχὰς τὸ ἕτερον ἄκρον: ἀλλ' ὅταν ἔχωσι τὰ αὑτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινωνοί: ὅτι αὕτη ἡ ἰσότης δύναται ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι: γεωργὸς α. τροφὴ γ. σκυτοτόμος β. τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ ἰσασμένον δ. εἰ δὲ οὕτω μὴ ἦν ἀντιπεπονθέναι, οὐκ ἂν ἦν κοινωνία.

Erit igitur vtique talio, repenſumq́, cum adaequatum fuerit: quapropter quod eſt agricola, ſi referatur ad ſutorem, opus ſutoris erit, ſi referatur ad opus agricolae: in figuram autem proportionis perducere non oportet. quando iam permutarint: ſin autem ambas habebit exuperantias alterum extremum: ſed quando habuerint res ſuas, ita aequales, & ſocij: quia haec aequalitas poteſt in ipſis fieri. agricola a. eſca c. ſutor b. opus ſutoris adaequatum d. ſi autem non licuiſſet ita par pro pari accipere, nulla extitiſſet communio.

Docet quando par pro pari acceperint, qui permutant opera ſua: eſſeque ipſum inquit

quan-

quando illa aequalia reddita fuerint, & non prius, ita vt quae aeſtimatio eſt, dignitaſque coloni ad ſutorem, eadem ſit operis ſutoris ad opus coloni, ideſt calceorum ad frumentum aut vinum: operam autem dandam non eſſe, vt redigantur ad ſimilitudinem rationis, quando iam commutauerint inter ſe opera ſua: ſi namque tempus illud expectaretur futurum eſſe, vt alterum extremorum ambas habeat exuperantias: ſutor enim, qui alterum extremorum eſt, habebit modium frumenti, quod praeſtat pari calceorum, & habebit exuperantiam boni, hoc pacto, quia minus laborauit in conficiendis duobus calceis: minus autem mali (labor enim malum eſt) vim habet, ac rationem boni: ſed tunc incumbendum in id eſſe, cum ambo opera ſua ſecum habuerint: ſic enim pares inter ſe erunt, & communio, commerciumque manebit: ita autem ponitur ab ipſo res ante oculos, & proportio recte adminiſtratur; poteſt autem ita res geri, & aequalitas eo induci.



Quod ſi addit auctor, nullo pacto opera aequari, pariaque reddi potuerint, nemo inuenietur tam ſtultus opifex, qui cum tanto detrimento opus ſuum permutare velit. 1.

Ὅτι δ' ἡ χρεία συνέχει, ὥσπερ ἕν τι ὄν, δηλοῖ ὅτι ὅταν μὴ ἐν χρείᾳ ὦσιν ἀλλήλων, ἢ ἀμφότεροι, ἢ ἅτερος, οὐκ ἀλλάττονται, ὥσπερ ὅταν οὗ ἔχει αὐτὸς, δέηταί τις, οἷον οἴνου, διδόντες σίτου ἐξαγωγήν: δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι.

Indigentiam autem continere, tamquam vnam quoppiam ſit, declarat, quod quando indigentia non preſſerit ipſos, vt rebus alterius vtantur, ſiue ambos, ſiue alterum ipſorum, non permutant, ceu quando eo, quo ipſe abundat, eguerit aliquis, ceu vino, dantes exportandi frumenti poteſtatem: hoc igitur oportet exaequari.

Probat verum eſſe, quod dixit, penuriam tueri, continereque permutationem, quae ſi non foret in ambobus, aut ſaltem in altero eorum, non facile inducerentur, vt inter ſe permutarent opera ſua opifices, atque inde oriretur interitus artium communionisq; omnis hominum inter ſe: declarare id ait verum eſſe, quod cum minime eguerint, non permutant, vt fit quando, quo abundat aliquis, alius quiſpiam eguerit: argumentatur autem a ſigno, exemplum vero ſumit ab Homero, qui narrat Graecos in bello Troiano vinum ſolitos ſibi parare, dato aere aut ferro, aut pellibus caeſarum animantium illis, qui copiam eius haberent, quo loco poetae iuriſconſultus etiam vſus eſt in oſtendenda origine emptionis ac venditionis: noſter autem morum magiſter addit, oportere prius res, quas inter ſe mutant adaequari.

Ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλλαγῆς, εἰ νῦν μηδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται, ἐὰν δεηθῇ, τὸ νόμισμα οἷον ἐγγυητής ἐστιν ἡμῖν: δεῖ γὰρ, τοῦτο φέροντι, εἶναι λαβεῖν.

Super permutatione autem futura, ſi nunc nihil eget, ſecuturam eam ſi eguerit, nummus tamquam ſponſor nobis erit: oportet enim, ſi attulerit hunc, licere ipſi capere.

Adiungit idem, cum contigerit, vt eorum alter eo tempore non egeat: proſpiciat tamen

vſu

vſu venire ipſi poſſe, vt aliquando egeat, inuentam eſſe pecuniam, quae tamquam ſponſor quidam ſit, rem eam ipſi non defuturam, ſi penuria eius aliquando laborarit: requirere enim inquit hoc inſtitutum, vt ſiquis pecuniam praebuerit, liceat ipſi capere quod poſcit.

Πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο, τὸ αὐτό: οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσον δύναται: ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον.

Expoſitum igitur eſt huic incommodo & hoc: non enim ſemper nummus idem valet; verumtamen ſolet permanere diutius.

Pretivm rerum venalium non manere, ſed mutari, variarique, monſtratum erat; ſatisq; hoc planum, & exploratum eſt, vnde vilitas, & caritas annonae vocata eſt: ideoque neceſſariam eſſe adaequationem; quia autem videbat, quempiam obijcere ſibi poſſe, idem quoque in pecunia contingere, materiaque omni, ex qua nummi cuduntur, occurrendum ſibi eſſe huic rei putauit; non negat igitur, quin id verum ſit, ſed ait, rarius & infrequentius hoc eſſe. Πάσχει τὸ αὐτό, quod auctor dixit, valet, habet in ſe hoc tamquam vitij, vſu venit de ipſo, quod de mercibus, artificumque operibus: quemadmodum Ariſtophanes νεφέλαις locutus eſt: πάσχει δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὰ καρδάμα, ideſt idem exiſtit in natura naſturtij; idemque herba haec efficit.

Διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι: οὕτω γὰρ ἔσται αἰεὶ ἀλλαγή: εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία: τὸ δὴ νόμισμα, ὥσπερ μέσον, σύμμετρα ποιῆσαν, ἰσάζει: οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς, κοινωνία ἦν: οὔτ' ἀλλαγὴ, ἰσότητος μὴ οὔσης: οὔτ' ἰσότης, μὴ οὔσης συμμετρίας.

Quapropter rectum foret, cuncta aeſtimata eſſe: ita enim ſemper eſſet permutatio: quod ſi hoc, etiam communio: nummus igitur, tamquam medium, cum reddidit res commenſurabiles, adaequat: neque enim, niſi exiſteret permutatio, communio extitiſſet: neque permutatio, niſi eſſet aequalitas: neque aequalitas, niſi eſſet commenſuratio.

Qvare adiungit recte facturum eſſe eum, qui huic incommodo remedium adhiberet, ſtudioque ſuo, atque auctoritate praeſtaret, vt cunctis rebus aeſtimatio certa, rataque figeretur; ita enim permutatio perpetua foret, atque ab omni metu vacua, cui permutationi, ſi via obſtructa non foret, eſſet quoque parata ſemper, promptaque communio: nummum igitur pecuniamque huic malo, vt poteſt, ſedando inuentam eſſe, qui nummus tamquam medium, cum effecerit, vt quae prius diſparia erant, veluti vinum, ac coria, ſub eandem menſuram cadant, adaequans illa: quot autem bona inde nata ſint, aperit; ordinemque eorum diligenter perſequitur, neque enim inquit ſine permutatione manſiſſet communio, locusque ipſi fuiſſet: neque ſine aequalitate manſiſſet permutatio: quomodo enim cum tanto ſuo damno aliquis permutationi operam dediſſet: neq; aequalitas extitiſſet, niſi res diſſimiles ſub eandem menſuram aliquo modo redactae fuiſſent.

Τῇ μὲν οὖν ἀληθείᾳ, ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα, σύμμετρα γενέσθαι: πρὸς δὲ τὴν χρείαν, ἐνδέχεται ἱκανῶς: ἓν δή τι δεῖ εἶναι, τοῦτο δὲ ἐξ ὑποθέσεως: διὸ νόμισμα καλεῖται: τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα: μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι.

Si veritas igitur attendatur, fieri non poteſt, vt res tam differentes ſub eandem menſuram cadant: ad vſum tamen, ac vitam locum habet ſatis: vnum igitur quoddam oportet eſſe: idq; hominum pacto, & condicione firmatū: vnde νόμισμα a Graecis appellatur: hoc enim praeſtat, vt omnes res ſub eandem menſuram cadant: menſurantur enim cuncta nomiſmate.

Cvm

Cvm dixiſſet, artificum opera, reſq; illas omnes oportere ad eandem menſuram redigi: vi-deretq; non poſſe id vere, exquiſiteq; praeſtari, ob tantam earum diſſimilitudinem, fateri id voluit, teſtariq; hoc ipſum etiam non ſe fallere, quomodoq; accipi velit docere, id que, quod aliter verum non fuiſſet, oſtendere, tempori atque vſui ſeruire: vnum igitur inquit opus eſſe extare, quod quidem inſtituto, atque opinione conſtat, non vi ſua, ac natura; vnde inquit vocitatum eſt νόμισμα, quia ab opinione, voluntateque hominum conflatum eſt: hoc namque, quod ſatis ſit, reddit cuncta talia, vt ope ipſius menſurari poſſint: metiuntur enim ait omnia mortales nummis, ac pecunia: id autem docet, conſtituens rem ante oculos, terminis atque exemplo.

Οἰκία, ἐφ' ἧς α. μναῖ δέκα, β. κλίνη, γ. τὸ δὴ α, τοῦ β. ἥμισυ, εἰ πέντε μνῶν ἀξία ἡ οἰκία, ἢ ἴσον: ἡ δὲ κλίνη ἡ δέκατον μέρος τὸ γ τοῦ β: δῆλον τοίνυν πόσαι κλῖναι ἴσον οἰκίᾳ, ὅτι πέντε: ὅτι δ' οὕτως ἡ ἀλλαγὴ ἦν, πρὶν τὸ νόμισμα εἶναι, δῆλον: διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ κλῖναι ε, ἀντὶ οἰκίας, ἢ ὅσου αἱ ε κλῖναι: τί μὲν οὖν τὸ ἄδικον, καὶ τί τὸ δίκαιόν ἐστιν, εἴρηται.

Domus, in qua a: minae decem, b; lectus, c; a igitur dimidium b; ſi quinque minis aeſtimata fuerit domus, aut rebus aequalibus quinq; minis: c autem, lectus, decima pars fuerit ipſius b: perſpicuum igitur quot lecti aequales ſunt domui, quinque etenim: ſic autem rerum permutationem tractari ſolitam, ante quam nummus inuentus eſſet, perſpicuum eſt: nihil enim intereſt, vtrum lecti quinque pro domo dentur, ſiue quod tanti ſit, quanti lecti quinque. Quid igitur iniuſtum eſt, & quid iuſtum traditum eſt.

Ostendit quomodo pecuniae vi, atque adminiculo, recte res menſurantur, quae ſunt diuerſorum generum; inquit igitur, vbi eſt littera a, collocetur domus: vbi eſt b, minae decem: lectus vbi c: a igitur inquit dimidium erit b, ſi quinque minis aeſtimabitur, ſiue aequalis illi, ſi verum pretium ipſius iudicabitur eſſe quinque minae, lectus autem ideſt c. decima pars minarum, pecuniaeque in medio poſitae, vt menſurae extremorum. Hoc igitur pacto inquit, ideſt ope & auxilio medij perſpicuum erit, quot lectis compenſetur domus, aequaliſque opera reddatur fabri materiarij operae, ſtudioque alterius fabri, qui domum aedificauit: vnum enim, atque idem eſſe inquit, praebere quinque lectos pro domo, ſiue pretium, mercedemque pecuniariam, quae adaequet quinque lectos: poſt hoc addit auctor expoſitum eſſe, quid iniuſtum, & quid iuſtum ſit.

Διωρισμένων δὲ τούτων, δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν, καὶ ἀδικεῖσθαι: τὸ μὲν γὰρ, πλέον ἔχειν: τὸ δ', ἔλαττον, ἐστιν.

His autem diſtinctis apertum eſt, iuſtam actionem medium eſſe inter iniuriã facere & iniuriam accipere: hoc namq; plus habere, hoc vero minus eſt.

Cvm oſtendiſſet iam, quomodo iuſtum eſt medium vi opeque eorum, quae explicata ſunt, inquit, perſpicuum eſſe iuſtam actionem medium eſſe inter iniuriam facere, & iniuriam accipere, cum alterum horum prius inquam ſit plus habere: alterum vero, ideſt iniuriam accipere, ſit, minus, quàm deceat, habere, rerum ſcilicet bonarum.

Ἡ δὲ δικαιοσύνη, μεσότης ἐστὶν, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσου ἐστὶ, ἡ δ' ἀδικία τῶν ἄκρων.

Iuſtitia autem mediocritas quaedam eſt, non eodem autem modo, quo priores virtutes, ſed quia medij eſt, ideſt aequalis; iniuſtitia autem extremorum.

Ivstitia autem addit, quae non eſt actio, ſed habitus animi, inſtructus ſemper, paratusque

tusque ad ea gerenda, quae iuſta ſunt: tranſit enim nunc ab actione iuſta ad habitum talem, eſt mediocritas, in quo conuenit ipſi cum alijs habitibus rectis, ac virtutibus, quae & ipſae mediocritates ſunt, vt autem ſimilitudinem ſignificauit, ita ſtatim in quo mediocritas haec diſcrepet ab alijs mediocritatibus declarare inſtituit, ſed ita vocatam inquit, quia tota conuerſa eſt ad medium, ideſt, ad id, quod aequale eſt: iniuſtitia vero ad extrema.

Καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη ἐστὶ καθ᾽ ἣν ὁ δίκαιος λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τοῦ δικαίου, καὶ διανεμητικὸς καὶ αὑτῷ πρὸς ἄλλον, καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον: οὐχ οὕτως, ὥστε τοῦ μὲν αἱρετοῦ, πλεῖον αὑτῷ: ἔλαττον δὲ, τῷ πλησίον: τοῦ βλαβεροῦ δ᾽, ἀνάπαλιν, ἀλλὰ τοῦ ἴσου τοῦ κατ᾽ ἀναλογίαν: ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλον.

Et iuſtitia quidem eſt, vi cuius iuſtus homo dicitur eſſe paratus ad agendum, quod iuſtum eſt, atque id electione, & ad diuidendum inter ſe, & alium, & inter duos alios: non ita vt rei expetendae plus ſibi ſumat, minus autem alteri tribuat: eius autem quod damnum afferat, contra, ſed aequalis illius, quod proportione conſtat. ſimiliterq́, ſe geret in alio erga alium.

DISTINGVIT iuſtitiam a contrario ipſius habitu, iniuſtitia, qui ambo ſunt habitus, ſed diſpares in his, quae oſtendit: inquit enim iuſtitiam mediocritatem eſſe, vi cuius, qui iuſtus eſt, dignusque, qui hoc praeclaro nomine decoretur, pronus ſemper eſt ad id gerendum, quod iuſtum eſt, atque id voluntate, delectuque prius facto cum animo ſuo, id ſibi prorſus faciendum eſſe, eodemque pacto cum contingit, vt ipſi diuidendum, aliquid, diſtribuendumque ſit ciuibus, ſiue ipſe vnus eorum ſit, qui accipere debent, ſiue officio hoc fungi, partirique id debet inter alios, non ita ſe gerit, vt rei expetendae plus ſibi ſumat: minus autem alij tribuat: detrimentoſae autem, fugiendaeque, contra, verum ſemper aequale cuſtodit pro portione meritorum, dignitatisq; perſonarum: eodemq; pacto aequale attendat, colatq;, cum ipſi diuidendum eſt aliquid alijs, non participi ipſi eius diuiſionis.

Ἡ δ᾽ ἀδικία τοὐναντίον, τοῦ ἀδίκου: τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις τοῦ ὠφελίμου, ἢ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον: διὸ ὑπερβολὴ, καὶ ἔλλειψις ἡ ἀδικία, ὅτι ὑπερβολῆς, καὶ ἐλλείψεώς ἐστιν: ἐφ᾽ αὑτοῦ μὲν, ὑπερβολῆς τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου: ἐλλείψεως δὲ τοῦ βλαβεροῦ: ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, τὸ μὲν ὅλον, ὁμοίως: τὸ δὲ, παρὰ τὸ ἀνάλογον, ὁποτέρως ἔτυχε.

Iniuſtitia autem contra iniuſti: hoc autem eſt exuperantia, & paucitas eius, quod emolumenti aliquid in ſe habeat, aut detrimenti, quod repugnet proportioni. Quapropter exuperantia, & paucitas iniuſtitia eſt, quia exuperantiae eſt & paucitatis: in ſemetipſo quidem exuprantiae ſimpliciter vtilis: paucitatis autem detrimentoſi: in alijs autem ad ſummam, ſimiliter: quod autem alienum a proportione eſt, vtrocumque modo contigerit.

SIGNIFICAT his verbis, qualis habitus ſit iniuſtitia: ſtatimque oſtendit rem contra ſe habere in eo, atque in iuſtitia; cum iniuſti ſit habitus, quod tamen explicat; docetque quale ſit: iniuſtum enim eſſe inquit, nimium, & parum eius, quod prodeſſe poteſt, ſiue obeſſe, non ſpectata proportione, ſed contra ipſam, re tractata, ac geſta. Monſtrat autem accurate, quomodo hoc capi debeat: dicitque ipſam eſſe exuperantiam, atque egeſtatem, non alio nomine, niſi quia attendit eas, atque adminiſtrat: inquit enim ipſam eſſe ὑπερβολὴν, & ἔλλειψιν, vt ſupra dixerat iuſtitiam eſſe τὸ μέσον, quod admonuiſſe volui locutionis cauſa: addit autem, cum diuiſor particeps eſt eius partitionis, reſque ad eum peruenit, ipſum ſequi exuperantiam ſimpliciter rei vtilis, diminutionem autem ſimpliciter rei detrimentoſae. Cum vero expers eſt ipſe partitionis, diſtribuitque alijs, quod ad ſummam pertinet ait, & vt vno verbo rem complectat, eodem pacto peccat: improbeque id munus obit; quod vero ad proportionem pertinet, vt contingit, ac temere, nulla ratione ſeruata ac regula: nonne enim illi, cuius mediocria ſunt merita, plus, quam decet, tribuet: alio autem tempore eidem minus.

Τῶ

Τοῦ δὲ ἀδικήματος τὸ μὲν, ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι: τὸ δὲ μεῖζον, τὸ ἀδικεῖν. περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης, καὶ ἀδικίας, τίς ἑκατέρας ἐστὶν ἡ φύσις, εἰρήσθω τοῦτον τὸν τρόπον: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ δικαίου, καὶ ἀδίκου καθόλου.

Iniuſti autem facti, quod quidem minus eſt, eſt iniuriam accipere: maius autem iniuriam facere: de iuſtitia igitur & iniuſtia, quaenam ſit vtriuſque natura; dictum ſit hoc pacto: ſimiliter autem de iuſto, & iniuſto in vniuerſum.

De iniuſto autem facto cum praeceperit, prauaque diuiſione, in qua perſonae duae requiruntur, eius qui iniuſte diuiſit, & eius qui minus accepit, niſi qui diuidit, ſibi etiam ipſi partem iure tribuere poteſt: tradere etiam voluit, quibus nominibus ambo haec vocentur: minusque accipere quam decebat, eſſe ait, iniuriam accipere, plus autem quàm rectum ſit, iniuriam facere. Poſt hoc tangit, repetitque quid modo praeſtiterit: eſt enim haec tam quam peroratio; commemoratque, ſe de iuſtitia atque iniuſtitia praecepiſſe, quae natura, viſque ſit vtriuſque, ſatiſque eſſe putat, a ſe ita de ipſis diſputatum eſſe: eodemque pacto de iuſto, & iniuſto in vniuerſum.

Ἐπεὶ δὲ ἔστιν, ἀδικοῦντα μήπω ἄδικον εἶν, ὁ ποῖα ἀδικήματα ἀδικῶν ἤδη ἄδικός ἐστιν, ἑκάστην ἀδικίαν, οἷον κλέπτης, ἢ μοιχὸς, ἢ λῃστής. ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει: καὶ γὰρ ἂν συγγένοιτο γυναικὶ, εἰδὼς τὸ ᾗ: ἀλλ' οὐ διὰ προαιρέσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ διὰ πάθος: ἀδικεῖ μὲν οὖν: ἄδικος δ' οὐκ ἔστιν, οἷον οὐδὲ κλέπτης, ἔκλεψε δέ: οὐδὲ μοιχὸς, ἐμοίχευσε δέ: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

Quia autem locum habet, vt aliquis, qui iniuriam facit, non dum iniuſtus ſit, qualia iniuſta facta ſunt, in quibus, qui voluetur iam iniuſtus eſt in omni iniuſtitia; ceu fur, vel adulter, vel praedo, an ita quidem nihil intererit: nam & rem habere, cum muliere poterit, quam cognorit, non tamen propoſito ſibi fine illo, deliberato; ſed commoto animo: iniuſte igitur facit, iniuſtus tamen non eſt, veluti neque fur, furatus autem eſt: neque adulter, adulteratus autem eſt: ſimili autem modo ſe res habet in alijs.

DavisERAT iam Ariſtoteles iuſtitiam in ſua quaſi membra, & quae nam illa forent declararat, eodemque pacto iuſtum, quod inde proficiſcitur, cum tamen videret ſe non expleſſe opus, quod conficiendum ſuſceperat, reſtareque alia genera iuſti, ipſa explicare aggreditur, ne imperfectum ipſum relinquat: ſimulque errores quoſdam tollere, & ſcrupulos euellere, qui moleſti valde eſſe potuiſſent: eſt autem genus quoddam iuſti, quod ciuile vocatur: ipſiusque partes plures ſunt, quae cuncta ſedulo ſunt tradenda. Primum igitur incumbit in nodum difficilem diſſoluendum: non deerant enim, qui arbitrarentur, omnem hominem, qui iniuſtè aliquid faceret, rectè poſſe iniuſtum appellari: id quod ipſe falſum eſſe docet, diruto quaſi ſolo ac fundamento opinionis eorum: ita autem argumentatur. Quia fieri poteſt, vt aliquis, qui iniuſtè quippiam faciat, nondum iniuſtus ſit, videndum videtur, quae nam potiſſimum ſint iniuſta facta, quae ſtatim, vt perpetrata ſunt, reddunt quempiam iniuſtum: exempli cauſa, furem, adulterum, praedonem: ita autem quaerebāt illi, qui putabant in certo quodam genere delictorum poſitum hoc eſſe: ille autem ipſe declarat, aliam viam ineundam eſſe illi, qui velit hanc quaeſtionem profligare: an enim inquit, nullius momenti hoc eſt ad id, quod volumus diſtinguendum: etenim vſu venire poteſt, vt aliquis rem habeat cum vxore aliena, intelligens eam eſſe copulatam cum viro, nó tamen propoſito ſibi illo fine, vt matrimonium violet ſed amore impulſus: facit igitur iniuriam, iniuſtus autem non eſt inquit, veluti etiam non fur, furatus tamen eſt, remq; alienam clam ſurripuit; eodemque pacto minime adulter, etſi adulteratus eſt; itidemque ait in ceteris generibus delictorum. Aliquo autem modo ita ſe purgauit Chaerea Terentianus Thaidi, cum inquit. Vnum hoc ſcito, contumeliae me non feciſſe cauſa, ſed amoris; & fortaſſe etiam eodem pacto defendit Demipho culpam Chremetis fratris apud Nauſiſtratam: vinolentum enim cum feciſſe eum dicat, ſine dubio ſignificat, conſulto eum non feciſſe, etſi

conten-

contentus eo non fuit, ſed alia etiam adiunxit, quae perſuadere ei poſſent, vt viro ignoſceret.

Πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται πρότερον.

Quomodo igitur ſe habet talio ad iuſtum, traditum prius eſt.

TESTATVR paucis quid effecerit. Vel potius ſignificat ſe praeſtitiſſe quod debebat, aperuiſſeq; diſcrimen, quod inter genus iuris vocatum a Graecis ἀντιπεπονθὸς & iuſtum ciuile ſit.

Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι, καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τὸ πολιτικὸν δίκαιον· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐπὶ κοινωνῶν βίου, πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν, ἐλευθέρων καὶ ἴσων, ἢ κατὰ ἀναλογίαν, ἢ κατ' ἀριθμόν.

Oportet autem minime fallere nos, id quod quaerimus eſſe & ſimpliciter iuſtum, & ciuile iuſtum: hoc autem eſt in ijs, qui ſocij ſunt vitae ad conſequendum, quod ſatis ſit vſibus ipſorum liberis hominibus: iiſdemq́ aequalibus inter ſe vel proportione, vel numero.

SVADET nobis auctor, ne patiamur hoc nos fallere, iuſtum id, quod inueſtigamus, cuiuſque cognoſcendo operam damus, eſſe iuſtum ſimpliciter, iuſtumq; illud, quod ciuile vocatur; quod ſcilicet iuſtum, vt magis ſignificaret, quod foret, ſatis non habuit nominibus indicare, ſed explanare voluit, aitque ipſum eſſe, quod colitur inter eos, qui participes ſunt, ac tāquam ſocij eiuſdem vitae, quā ſocietatem inter ſe coierunt ſtatueruntque, relictis ſuis ſaepe ſedibus, in eodem loco viuere, vt abundarent commodis vitae: nihilque merito ab ipſis deſideraretur, quod valeret ad bene, beateq; viuendum: illos autem praeterea inquit, oportere liberos homines, & aequales eſſe, quod ſcilicet, vt aequales inter ſe ſint, docet duobus modis contingere, ſiue vt pares ſint, ſeruata dignitate perſonarum, ſiue vt numero pares, ſpreta dignitate, nullaque ratione habita exiſtimationis, meritorumque ipſorum.

Ὥστε ὅσοις μὴ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλά τι δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα.

Quapropter ij, in quibus hoc non mutuo exiſtit, non participes inter ſe ſunt iuſti ciuilis, ſed cuiuſdam iuſti, ita vocati ſimilitudine quapiam.

VT monſtrauit in quos caderet iuſtum, quod intelligit, ita nunc indicat a quibus ipſum alienum ſit, nec iuſtum quod complectitur ipſos hoc nomine, ciuileque appellari debet, ſed alijs quibuſdam, quae conueniant ſocietatibus, quae cum variae, diſſimileſque ſint, diuerſis etiam nominibus notantur: intelligit enim iuſtum inter parentes ac liberos, inter virū & vxorem, inter erum & ſeruum, quod proprie iuſtum ciuile, communeque vocari non poteſt: ſed quoddam ſolum certumq; ideſt paternum, virile, erile, quodque propter ſimilitudinem quampiam, ita appellari poſſit, quia quaſi vmbram illius retineat.

Ἔστι γὰρ δίκαιον, ἐν οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς· νόμος δ', ἐν οἷς ἀδικία· ἡ γὰρ δίκη, κρίσις τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἀδίκου.

Eſt enim iuſtum in ijs, quibus lex inter ipſos eſt: lex autem, in quibus iniuſtitia: ius enim, in quibus exiſtimatio eſt iuſti, & iniuſti.

DECLARAT auctor quibus in perſonis locum habet iuſtum ciuile: oſtenditque inueniri ipſum in illis hominibus, qui lege inter ſe iuncti ſunt; quae lex requiritur, vbi iniuſtitia exiſtere poteſt, quo namque illa irrumpere non videtur, aut penetrare poſſe non neceſſaria lex eſt, quae viam obſtruat huic malo, aut ſi eo inuaſerit, inde, vt poteſt, ipſum eijciat: dica enim inquit, vnde δίκαιον vocatum eſt, exiſtimatio eſt, & quaſi norma quaedam iuſti facti, & iniuſti: probat autem quod vult, argumento ducto a ratione nominis.

Ἐν οἷς δ' ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις: ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία: τοῦτο δ' ἐστὶ, τὸ πλέον αὑτῷ νέμειν, τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν: ἔλαττον δὲ, τῶν ἁπλῶς κακῶν.

In quibus autem iniuſtitia eſt, in his & iniuriae faciendae locus eſt: in quibus autem iniuriam facere, non omnibus eſt iniuſtitia: hoc autem eſt, plus ſibi tribuere ſimpliciter bonorum: minus autem, ſimpliciter malorum.

Discrepare inter ſe docet iniuſtitiam, & iniuriam facere: ſi namque vnum, idemque foret, neceſſario vbi vnum eorum eſſet, alterum etiam inueniretur: vocat autem iniuſtitiam, quae ſanè vera, propriaque notio eſt eius nominis, habitum huius rei prauum. In quibus igitur inquit, iniuſtitia eſt, in his quoque exiſtit iniuriam facere, non quia omni tempore illi iniuſte aliquid moliantur, ſed quia cum occaſio datur, ſemper illi huc feruntur, nec dubitant iniuſte ſe gerere: contra autem ait, in quibus hominibus eſt iniuriam facere, non in cunctis exiſtit iniuſtitia, habitusque huius rei prauus: non pauci enim reperiuntur, qui in hac re labuntur ac peccant concitati, & motu alio turbido incenſi, non auaritia, quae plerumque ſtimulus eſt improbe ſe in hac re gerendi: repetit autem cuiuſmodi ſit in hoc iniuſti genere iniuriam facere, aitque eſſe, plus rerum ſimpliciter bonarum, cum partiri ipſas aequaliter debeat, ſibi ſumere, minus autem ſimpliciter malarum.

Διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν λόγον: ὅτι ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖ, καὶ γίνεται τύραννος: ἔστι δὲ ὁ ἄρχων, φύλαξ τοῦ δικαίου: εἰ δὲ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου.

Itaque hominem non ſinimus imperium habere: ſed rationem; quoniam ſibi ipſi hoc curat: fitque tyrannus: eſt autem, qui imperium habet, cuſtos iuris: ſi autem iuris, & eius, quod aequale eſt.

Est hoc corollarium, quod valet ad inſtitutum, moremque comprobandum eorum, qui legibus ciuitatem ornant, rempublicamque primo conſtituunt: obſtruere namque eos dicit viam huic malo, enitique quantum poſſunt, ne huiuſmodi aliquis in ciuitate exiſtat: inquit igitur, Quapropter non ſinimus imperium habere, ideſt poteſtatem magnam adipiſci in repubiica hominem, ſed rationem: Hominem autem appellat, in quo vigeant motus animorum turbidi, quales plerique mortales ſunt, qui ſtudio ſapientiae ipſos non frenarint, rationem, meliorem partem ipſius, & quaſi exutam corpore: & hominem, denique qui ipſi pareat. Cur autem tantum ſtudij in hoc ponant, adiungit; norunt enim inquit, ac, multis periculis huius rei factis, didicerunt, hoc talem hominem facere, qui ſcilicet ſit praeda cupiditatum, ideſt rerum bonarum plus quam deceat ſibi ſumere: malarum autem minus, ac fieri denique iniuſtum principem ciuitatis, & tyrannum, contra ac ſe gerat verus princeps, & qui alijs, non ſibi prouideat: eſſe enim debet, qui clauum tenet ciuitatis, cuſtos, defenſorque iuſti, quod ſi iuris defenſor eſt, erit etiam cuſtos aequalis: cuſtodem autem appellat hunc virum; quemadmodum M. Cicero in epiſtola illa
„ longa ad Q. fratrem, quae plena eſt optimorum praeceptorum ait: Cum vrbs cuſtodem,
„ non tyrannum: domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur.

Ἐπεὶ δ' οὐθὲν αὐτῷ, πλέον εἶν δοκεῖ: εἴπερ δίκαιος: οὐ γὰρ νέμει πλέον τοῦ ἁπλῶς ἀγαθοῦ αὐτῷ, εἰ μὴ πρὸς αὐτὸν ἀνάλογόν ἐστι: διὸ ἑτέρῳ πονεῖ: καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον εἶναί φασιν ἀγαθὸν τὴν δικαιοσύνην, καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον: μισθός τις ἄρα δοτέος: τοῦτο δὲ, τιμὴ, καὶ γέρας: ὅτῳ δὲ μὴ ἱκανὰ ταῦτα, οὗτοι γίνονται τύραννοι.

Quia autem nihil plus ſibi eſſe videtur; ſiquidem iuſtus: non enim tribuit plus boni ſimpliciter ſibi, niſi proportione ipſi reſpondeat. Ideo pro altero laborem ſuſcipit: & hanc ob cauſam alienum bonum eſſe dicunt iuſtitiam, vt prius quoque a nobis dictum eſt: merces igitur aliqua danda: haec autem eſt honor, & dignitas: quibuſcunque autem haec ſatis non ſunt, ij fiunt tyranni.

Non

Non eſt hoc corollarium, vt quidam falſo putarunt; ſed initium, & quaſi fundamentum nouae ſententiae: inquit enim, quia hic, quem deſcripſimus, eſt huius animi, ſtatuitq; ſibi plus non ſumendum rerum bonarum, quàm alij tribuat, ſiquidem iuſtus eſt: quod repetit, ac neceſſario facere ipſum docet: non enim inquit, tribuit plus ſibi ipſi ſimpliciter boni, ſuaque vi talis, niſi maior ſit exiſtimatio eius, ac dignitas: habitaque ratione perſonarum, ſine iniuria hoc faciat, quare addit, ſuſcipit labores ob aliena commoda atque vtilitates, nihil ad ſemetipſum reuocans: hanc etiam cauſam fuiſſe adiungit, vt non nulli dixerint, iuſtitiam alienum eſſe bonum, non eius, qui ea vtitur ad alios iuuandos: bonum intelligentes fructum & emolumentum, quo ſe ſponte ſua priuabant, qui iuſti eſſe volebant, cum in ſua manu poſitum fuiſſet, magnos quaeſtus facere, ſi iniuſti eſſe voluiſſent: contrariam autem eius iniuſtitiam quaeſtuoſam eſſe volebant: merces igitur aliquã ei danda, praemiumque tot, ac tantorum laborum, quae merces nihil aliud ſit, quàm honos, munusque quod perpetuo teſtetur virtutem, meritaque ipſius: illi autem, adiungit, omnes, qui honore contenti non ſunt, ſed pecuniam praeterea, aurumque poſcunt, hi tyranni euadunt. Cum initio huius partis poſuerit particulam ἐπεὶ, cui infra reſpondet aliquid ſemper, arbitror redditionem ipſius eſſe illud, μισθὸς ἄρα τις, etſi remotum ipſum eſt non parum, in medium multis coniectis; hoc declarare videtur particula ἄρα, & δοτέος quod ſequitur, ſimile namque eſt aduerbio illi, quod vocant θετικὸν, quia ponit aliquid, ſtatuitq; prorſus faciendum; eandemque aliquo modo vim habet, atque haberet, ſi pro illo dixiſſet neceſſe eſt. γέρας, quod addidit antecedenti voci, τιμῇ, valet quiddam, quod monimenti vim habeat, & ſignificet dignum eſſe, quem homines colant ob ingentia eius merita, quemadmodum prouinciae praetores, ac proconſules Romanos, qui magna beneficia in eas contuliſſent, fanis, ac monimentis decorare conſuerant. Et huiuſcemodi denique rebus, quibus diuinam potius laudem, & gloriam ſignificent, quàm fructum, & emolumentum aliquod. Vſus etiam eſt Homerus hoc nomine, quum fecit Achillem, queri de iniuria Agamemnonis, qui dicit, ſolitum dilargiri principibus exercitus, & regibus illis haec ipſa, ſibi vero honorem nullum multo magis laboranti.

Τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκαιον, καὶ τὸ πατρικὸν, οὐ ταυτὸ τούτοις, ἀλλ' ὅμοιον· οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὑτοῦ ἁπλῶς· τὸ δὲ κτῆμα, καὶ τὸ τέκνον, ἕως ἂν ᾖ πηλίκον, καὶ μὴ χωρισθῇ, ὥσπερ μέρος αὐτοῦ· αὑτὸν δ' οὐθεὶς προαιρεῖται βλάπτειν.

Erile autem iuſtum, & paternum non eſt idem, quod haec, ſed ſimile: non enim iniuſtitia locum habet in illa, quae ipſius ſunt ſimpliciter: res autem poſſeſſa, & filius, donec fuerit qualis, & nondum migrauerit a patre, habetur tamquam pars ipſius: ſemetipſum autem nemo eligit laedere.

Dvo iuris genera quae appellabantur, quorum vnum erile eſt: alterum vero paternum, docet eadem non eſſe, atque ea, quae ſunt expoſita, ſed tantum ipſis ſimilia: ſi namque eadem forent, nec vlla re inter ſe diſcrepantia; caderet inter haec quoque iniuſtitia, quae non exiſtit, neque locum habet in his perſonis, quia ſimpliciter, proprieque nemo iniuſtus eſt erga res ſuas, ipſasque violat; ſeruus autem inquit, ac filius res ſuae propriaeque ſunt dnatum harum ſuperiorum perſonarum, mancipium eri, filius vero patris: non tamen pars eſt filius parentis, vt membra, ideſt manus, pedesq; partes ipſius ſunt, quod ſignificauit dicens tamquam pars: ſeiuncti enim liberi ſunt a corpore parentis, quod etiam perpetuum non eſſe teſtatur, ſed donec illi paruuli fuerint, neq; adhuc a patre ſemigrarint: neminé autem ait conſulto, ac voluntate laedere ſemetipſum: id enim cum contingit, fit contra ſententiam ipſius, ac finem, quare vere iniuſte non facit. conſuetudo tamen ita capit hoc nomen, & filij accuſant patres, aiuntque ipſos iniquos in ſe eſſe, vt Terentianus Clitipho, apud quem etiam comicum pater confitetur ſe iniquum futurum fuiſſe, ſi vetera quaedam delicta filij nimis duriter exquireret.

Διὸ οὐκ ἔστιν ἀδικία πρὸς αὑτόν· οὐδ' ἄρα ἄδικον, οὐδὲ δίκαιον τὸ πολιτικόν· κατὰ νόμον γὰρ ἦν, καὶ ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος· οὗτοι δ' ἦσαν, οἷς ὑπάρχει ἰσότης τοῦ ἄρχειν, καὶ ἄρχεσθαι· διὸ μᾶλλον πρὸς γυναῖκά ἐστι δίκαιον, ἢ πρὸς τέκνα, καὶ κτήματα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον· ἕτερον δὲ ἐστι καὶ τοῦ πολιτικοῦ.

Quapropter non exiſtit iniuſtitia erga ſemet ipſum: neque igitur iuſtum, neque iniuſtum ciuile; ſecundum legem enim conſtant, & in quibus a natura locum habet lex. Hi autem ſunt, in quibus exiſtit aequalitas, & imperium habere, & parere imperio poſsint: quapropter potius erga vxorem colitur hoc ius, quàm erga filios, & ſeruos: hoc enim eſt diſciplinae domeſticae iuſtum: diuerſum autem eſt hoc a ciuili.

CVM planum factum ſit, mortalem neminem conſulto: indnctioneque animi, ſemetipſum offendere, perſpicitur iniuſtitiam locum non habere erga ſemetipſum, quare neque etiam iniuſtum factum, iuſtumque eius generis, quod ciuile nominatum eſt: nam ſi id fuiſſet, lege etiam definitum fuiſſet, atque in illis cultum, in quibus natura ius exiſtit; qui namque hi ſint monſtrat, dicens, ſunt autem hi, qui pares inter ſe, aequaleſque ſunt in hoc, vt nunc imperium habere, nunc parere imperium habenti, magiſtratuique poſſint, & vt
" inquit M. Cicero, cum de Cyro Xenophonteio loqueretur, quibus imperium datum eſt,
" vt redderent; quare inquit magis cadit iuſtnm hoc ciuile in virum & vxorem, quàm inter liberos, & parentem, & mancipium, & erum; cum pares, & aequales inter ſe ſint vir, & vxor, etſi maior eſt dignitas viri, non tamen vt praecipere vir vxori debeat, vt parens filio, & erus ſeruo, cum ſui iuris ambo ſint in ea officia adminiſtranda, quae propria iuris ſunt, virique munus magis rem quaerere, quàm tueri, vxoris autem in ea conſeruanda, & ab omni iniuria defendenda. Cum minime ciuilis iuris officia haec eſſe docuerit, quod reſtabat, cuius potiſſimum ſint, ſignificauit, ideſt domeſtici, & cuius partes ſunt curare, vt familia omnis rectè, & ordine regatur.

Τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου, τὸ μὲν, φυσικόν ἐστι: τὸ δὲ, νομικόν: φυσικὸν μὲν, τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν, ἢ μή: νομικὸν δὲ, ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν, οὐθὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως: ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει, οἷον τὸ, μνᾶς λυτροῦσθαι, ἢ τὸ αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα.

Ciuilis autem iuris, hoc quidem naturale eſt: hoc autem legitimum: naturale quidem id, quod vbique eandem vim habet: & non quia ita viſum ſit, vel non viſum: legitimum autem quod initio quidem nihil intereſt hoc pacto, an aliter: quando autem ſcripſerint, intereſt, ceu mina captiuum redimere, aut capram imolare, ſed non duas oues.

DIVIDIT ciuile ius, duoque genera ipſius eſſe tradit, quorum vnum natura conſtare dicit: alterum vero legibus latis, litteriſque proditis ab hominibus ratum eſſe inquit, naturale primum quale ſit declarat: eſſeque inquit id, quod omnibus in terris vim eandem, poteſtatemque habet: nec cuſtoditur, quia viſum ſit, probatumque illis, qui ita inter ſe viuere conſenſerunt, ſiue aliquid imperet, ſiue vetet, ab illiſque factis abſterreat: legitimum autem eſſe inquit, quia initio, & antequam fixum, definitumque foret, liberum, ſolutumque erat: nec quicquam intererat illo pacto, aut alio in illis rebus ſe gerere: poſtquam autem fixerunt, intereſt, ac ſiue conceditur, laudique datur, ſiue contra vetatur, paenaque propoſita, prohibetur. Exemplis etiam declarare voluit quale foret: inquit enim veluti accepta mina, qui in bello hoſtem ceperit, ſuis illum reddere, nec maiorem pecuniam poſcere: nec non, quod alterum exemplum eſt, capram imolare, & non duas oues, vt prius mos erat, ſiue facere libebat, non dum quaſi pactione cum hoſtibus facta.

Ἔτι ὅσα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα νομοθετοῦσιν, οἷον τὸ θύειν Βρασίδᾳ, καὶ τὰ ψηφισματώδη.

Praeterea quaecunque ſingularibus in rebus lege cáuent, ceu imolare Braſidae, & quae à populo ſcita fuerint.

PRAETEREA inquit huius generis ſunt, quae ad certos quoſdam homines pertinent, &

non

non ad totam ciuitatem: vniuerſamque aliquam gentem, ceu inquit, rem diuinam facere, & victimas mactare Braſidae Lacedaemonio, vt heroi, quod ab Amphipolitis inſtitutum fuit in illum mortuum in bello Peloponneſiaco, quia erga ipſos ſe comiter, temperanterque geſſerat, atque ab omni ſuorum militum, & hoſtium iniuria defenderat; vt in V. libro ſuarum hiſtoriarum narrat Thucydides. Huiuſcemodi etiam multos, magnosque honores habitos fuiſſe poſt mortem Arato Sicyonio narrauit Plutarchus in ipſius vita. Non poſſum facere, quin accuſem Lambinum, qui ſine auctoritate alicuius calamo ſcripti exemplaris, ſiue veteris ſcriptoris, qui moris eius meminerit, anſus eſt, ſuam quandam opinionem ſecutus incertam admodum, & inanem, lectionem hanc veterem loco pellere: fuit ille quidem magni ingenij vir, & valde diſertus, ſed nimis liber in varianda, contaminandaque ſcriptura antiquorum auctorum, quam conſuetudinem ipſius probari non poſſe puto, recipique, niſi ab illis, qui eandem licentiam ſibi concedi volunt, cum damno magno, pernitieque veterum, & Graecorum, & Latinorum ſcriptorum.

Δοκεῖ δὲ ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν φύσει, ἀκίνητον, καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν Πέρσαις καίει: τὰ δὲ δίκαια κινούμενα ὁρῶσι.

Videntur autem quibuſdam cuncta eſſe huiuſcemodi, quia id quod natura conſtat, expers eſt mutationis, & vbique eandem vim habet, quemadmodum ignis, & hic, & apud Perſas vrit: vident autem ea, quae iuſta ſunt, moueri.

NON deerant, vt auctor teſtatur, qui putarent cuncta iuſta huiuſcemodi eſſe, ideſt legibus, ab hominibus latis, contineri, cuius ſuae ſententiae rationem hanc reddebant: aiebant enim, quod natura conſtaret, moueri non poſſe, atque omnibus in terris eandem vim ac poteſtatem habere: id quod exemplo etiam confirmabant, cum ignis, & in Graecia, & apud Perſas, ceterasque omnes nationes vreret: contra autem, quae iuſta ſunt, cernebant variari: magnisque mutationibus expoſita eſſe.

Τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὡς: καίτοι παρά γε τοῖς θεοῖς ἴσως οὐδαμῶς ἔχει: παρ' ἡμῖν δ' ἔστι μέν τι καὶ φύσει κινητόν, οὐ μέν τοι πᾶν: ἀλλ' ὅμως ἐστί: τὸ μέν, φύσει: τὸ δέ, οὐ φύσει.

Hoc autem non ita ſe habet, ſed eſt quomodo contingat: atqui profecto apud Deos fortaſſe nullo modo ita ſe habet: apud nos vero quoddam extat a natura profectum, quod motui expoſitum eſt, non ſane omne: ſed tamen eſt hoc quidem natura: hoc vero minime natura.

NEGAT hoc verum eſſe: ſeduloque refellit, etſi non omnino falſum eſſe arbitratur: partem enim ipſius confutat: partem verò aliam ita ſe habere, vt illi putabant, fatetur: apud Deos enim, & de caeleſtibus rebus id fortaſſe inquit verum eſt: firmae namque illae, ſolidaeque ſunt: in noſtris vero ſedibus, rebusque mutatur quoddam, quod etſi natura conſtat, tamen variatur: verumtamen inquit non omne tale eſt: conſuetudo tamen eſt dicere, hoc quidem naturale eſſe: illud vero minime.

Ποῖον δὲ φύσει τῶν ἐνδεχομένων, καὶ ἄλλως ἔχειν, καὶ ποῖον οὔ, ἀλλὰ νομικὸν καὶ συνθήκῃ, εἴπερ ἄμφω κινητὰ ὁμοίως, δῆλον: καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς ἁρμόσει διορισμός: φύσει γὰρ ἡ δεξιὰ κρείττων: καίτοι ἐνδέχεταί πάντας ἀμφιδεξίους γενέσθαι.

Quale autem natura conſtat, ex his, quae aliter euenire poſſunt, & aliter ſe habere, & quale minime, ſed legitimum ſit, & pacto, conuentoque valeat: ſiquidem ambo ſimiliter mutari poſſunt, perſpicuum eſt: & in alijs eadem diſtin-

ſtio congruet: natura enim dextera manus melior: atqui euenire poteſt, vt cuncti homines ſiniſtra manu, vt dextera vtantur.

Non magnum uegotium inquit, erit, ſi attendere voluerimus, ſtatuere, è numero eorum, quae, fieri poteſt, vt varientur, quod natura conſtat, & quod miuime, ſed ratum ſit, quia lege definitum eſt & pacto; etſi ambo motui, varietatique expoſita ſunt: ſimiliter quae definitio, & quaſi norma vtilis etiam erit ceteris rebus paribus diſtinguendis, uon tameu ſimiliter inquit, quia vno penitus & eodem pacto ſuſtinere queant mutationem, pronaque ad ipſam ſint, ſed conuenit ipſis in hoc, quod non eſt funditus altera ipſorum pars, in quam cadere non tam facile poteſt vacua ab ipſa, & libera. Exemplum, quo vtitur ad rem declarandam, hoc eſt: natura inquit dextra manus melior eſt, ideſt firmior, & ad munera propria manus obeunda validior: atqui inquit coutingere poteſt, vt euncti mortales pariter leua manu, & dextra vtantur.

Τὰ δὲ κατὰ συνθήκην, καὶ τὸ συμφέρον τῶν δικαίων, ὅμοιά ἐστι τοῖς μέτροις, οὐ γὰρ πανταχοῦ ἴσα τὰ οἰνηρὰ, καὶ σιτηρὰ μέτρα, ἀλλ' οὗ μὲν ὠνοῦνται, μείζω: οὗ δὲ πωλοῦσιν ἐλάττω: ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μὴ φυσικὰ, ἀλλ' ἀνθρώπινα δίκαια, οὐ ταυτὰ πανταχοῦ: ἐπεὶ, οὐδὲ πολιτεῖα: ἀλλὰ μία μόνον πανταχοῦ κατὰ φύσιν, ἡ ἀρίστη.

Quae autem iura a conſenſu, & commodo hominum ortum duxerunt, ſimilia ſunt menſuris rerum venalium: neque enim vbique aequales ſunt menſurae vini, & frumenti, ſed maiores ſunt, vbi emunt: minores autem, vbi vendunt: ſimili autem modo, & ea quae naturalia iura non ſunt, ſed humana, non eadem ſunt vbique, quia ne reſp. quidem ſit vna, ſed vna tantum omnibus in terris natura conſtat ea, quae optima eſt.

Iusta autem addit, quae pactione, & conuentu conſtant, & vtilitatibus hominum ſeruiunt, ſimilia ſunt menſuris rerum venalium: non enim vini, & frumenti menſurae, vbiq; aequales ſunt, ſed variantur, & quae commodis eorum, qui ea variant, accõmodatae ſunt, vt exponit auctor: eodem autem pacto ait, iura, quae a natura nou proficiſcautur, ſed a moe talibus orta, ſcriptaque ſunt, non eadem ſunt omnibus in locis, quod vſu venit etiam iuquit, in rebus publicis, ſtatibusque ciuitatum, ueque enim eaedem omnibus probantur, prodeſtque diuerſis hominum iugenijs, ſed vna tantum vbique idonea eſt: illa inquam, quae omuium eſt optima, ideſt quae in manu eſt optimorum virorum, & qui communi bono couſuluut.

Τῶν δὲ δικαίων, καὶ νομίμων ἕκαστον, ὡς τὰ καθόλου πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα ἔχει: τὰ μὲν γὰρ πραττόμενα, πολλά: ἐκείνων δὲ ἕκαστον, ἓν: καθόλου γάρ.

Singula autem iura, & ſingula legitima, vt, quae in vniuerſum ſunt, ſe habent ad ea, quae ſingillatim fiunt: quae namque aguntur, multa ſunt: illorum autem vnumquodque, vnum: eſt enim vniuerſum quoddam.

Admonet ſingula genera iuſtorum, legitimorumque factorum ita ſe habere ad ea, quae geruutur ab hominibus, vt ſe habent ea, quae in vniuerſum talia ſunt ad illa, quae fiunt, cum, quae geruntur, multa ſint, illorum vero vnumquodque, vnum, cum vniuerſum ſit, vniuerſum vero totum eſſe, atque ita merito dici poſſe, cum multa complectatur, notum eſt, cum in II. libro de arte dicendi, cuiuſmodi foret exemplum doceret, & quomodo ſe haberet ad ea, quae ſingillatim ſumautur ad ea firmanda exponeret; ſimulque quomodo ab alijs rationibus probandi aliquid alieuum, ijſdem verbis vſus fuit.

Διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα, καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δικαίωμα, καὶ δίκαιον: ἄδικον μὲν γάρ ἐστι

τῇ

τῇ φύσει, ἢ τάξει: τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὅταν πραχθῇ, ἀδίκημά ἐστι: πρὶν δὲ πραχθῆναι, οὔπω: ἀλλ' ἄδικον.

Differunt autem inter ſe ea, quae iniuſte geſta ſunt, & quae contra leges, iniuſteq́ definita ſunt, itemq́ quod iuſte geſtum eſt, & quod iuſtum eſſe definitum eſt: iniuſtum enim eſt natura, vel inſtituto: idem autem, cum geſtum fuerit, iniuſte factum eſt, antequam autem geſtum ſit, non dum: ſed iniuſtum.

EXISTIMAVIT oportere ſe diſtinguete quaedam nomina, quae neceſſario in rebus explicandis, ad iuſtitiam pertinentibus, ſaepe vſurpantur: nec valde diſſimilia inter ſe ſunt; nequis error naſceretur, ignorantia verae notionis ipſorum; quattuor autem illa ſunt; diſcrepare igitur inter ſe dicit ἀδίκημα, & ἄδικον, ideſt iniuſtum factum, & iniuſtum morem, atque inſtitutum: iniuſtum enim eſſe ait, quod tamquam vetitum eſt, ſiue natura, ſiue voluntate hominum & conſenſu; idemque poſtea, cum adminiſtratum eſt, geſtumque, ἀδίκημα fit, atque ita vocatur, antequam autem fieret, non dum iniuſtum factum, ſed iniuſtum tantum vocabatur: exempli cauſa, negare Deos eſſe, interficere hominem, iniuſtum eſt; prius enim horum natura: poſterius lege vetitum eſt, cum quiſpiam negauit Deos eſſe, aut interfecit innocentem hominem, iniuſta facta haec ſunt.

Ὁμοίως δὲ καὶ δικαίωμα: καλεῖται δὲ καὶ τὸ κοινὸν, μᾶλλον δικαιοπράγημα: δικαίωμα δὲ, τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος: καθ' ἕκαστον δὲ αὐτῶν, ποῖά τε εἴδη καὶ πόσα, καὶ περὶ ποῖα τυγχάνει ὄντα, ὕστερον ἐπισκεπτέον.

Simili autem modo & iuſte factum: vocatur autem magisq́ communis eſt, iuſta actio: iuſte autem factum correctio iniuſti facti: in ſingulis autem ipſis, & quales ſpecies, & quot, & circa qualia ſunt, poſterius conſiderandum eſt.

PRIORE diuiſione, parteque ipſius iam expoſita, ad alteram tranſit: aitque ſimiliter, vt in in contrarijs oſtenſum eſt δικαίωμα eſſe, cum aliquod ſcilicet iuſte geſtum eſt, quod tamen nomen, tradit, non magno in vſu eſſe, ſed potius id frequentiusque aliter accipi; vocariq; plerumque id δικαιοπράγημα: illo autem modo correctionem, emendationemque iniuſti facti: exempli cauſa animaduertere in illum, qui depoſitam apud ſe pecuniam non reddidit, ſiue furtum fecit. Quemadmodum verbum, quod inde conformatum eſt, cepit M. Cicero in VI. in Verrem. ἐδικαιώθησαν inquit: hoc eſt, vt Siculi loquuntur, ſupplicio affecti ſunt. Non oſtendit autem quomodo, quod non dum adminiſtratum eſt, appellaretur; quia ſupra nominatum erat, ac ſcrupulus nullus in eo erat. Adiungit ſe poſtea conſideraturum eſſe in ſingulis generibus, quae ſpecies ipſorum ſint, & quot numero: nec non in quibus rebus ſtatuendis verſentur, id quod ſe ſatis commode facere modo poſſe non putabat.

Ὄντων δὲ τῶν δικαίων, καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων, ἀδικεῖ μὲν, καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ: ὅταν δὲ ἄκων, οὔτ' ἀδικεῖ, οὔτε δικαιοπραγεῖ, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός: οἷς γὰρ συμβέβηκε δικαίοις εἶναι ἢ ἀδίκοις, πράττουσι.

Cum iuſta autem, & iniuſta ſint ea, quae ſunt expoſita: iniuſte quidem facit, & iuſte aliquis, cum ſponte ſua ipſa egerit: quando autem inuitus, neque iniuſte facit, neque iuſte, niſi ex accidenti: ea enim agit, quibus euenit, vt iuſta, ſiue iniuſta ſint.

VIDEBAT Ariſtoteles & iuſta facta & iniuſta geri poſſe duobus modis, & a volentibus, ſponteque facientibus, & ab inuitis, ac recuſantibus. Quando igitur auctores eorum aut iniuſte facere, aut iuſtè vere dicantur, docere voluit: inquit igitur cum quiſpiam illa gerit ſponte ſua, & non coactus, tunc dici ipſum poſſe, iniuſte facere, aut iuſtè, cum vero inuitus, neceſſitateque ſibi impoſita, tunc merito dici non poſſe ſiue iniuſte, ſiue iuſte facere,

ſed

ſed ſolum ex accidenti, quod valet ea geſſiſſe illos, quibus contingit, vſuque venit, vt hi, aut illi forent, ideſt aut iuſti, aut iniuſti: vſu enim profecto venit, vt iuſti forent ij, qui nolentes, coactique rem iuſtam adminiſtrarunt, quemadmodum, vt iniuſti, qui nolentes, ac vi ſibi impoſita ſe aliquo ſcelere contaminarunt.

Ἀδίκημα δὲ καὶ δικαιοπράγημα ὥρισται τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ· ὅταν γὰρ ἑκούσιον ᾖ, ψέγεται· ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότ᾽ ἐστίν· ὥστ᾽ ἄδικον τι ἔσται μὲν, ἀδίκημα δ᾽ οὔπω· ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ.

Iniuſtum autem factum, ac iuſtum definita ſunt eo, quod faciunt homines ſponte ſua, ſiue inuiti: quando enim ſponte geſtum fuerit, vituperatur: ſimul autem & iniuſtum tunc eſt. Quapropter iniuſtum quidem aliquid erit: iniuſtum factum autem non dum, niſi acceſſerit ei, vt ſponte geſtum ſit.

Iniustum autem inquit factum, & eodem pacto iuſtum, definitur, perſpiciturque quale ſit, cognito animo eius, qui fecit: ſi namque ſponte ſua fecit inquit, vituperatur, ſimulque tunc iniuſtum eſſe factum intelligitur. Quapropter addit, iniuſtum aliquando aliquid ſanè erit, non dum tamen iniuſtum factum, neque inuret illi, qui fecit, turpem aliquam notam niſi acceſſerit illi iniuriae ac damno, innocẽti importato, vt ſponte fecerit.

Λέγω δὲ ἑκούσιον μὲν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, ὃ ἄν τις τῶν ἐφ᾽ αὑτῷ ὄντων, εἰδὼς καὶ μὴ ἀγνοῶν, πράττῃ· μήτε ὅ. μήτε ᾧ· μήτε οὗ· οἷον τίνα τύπτει καὶ τίνι, καὶ τίνος ἕνεκα· κἀκείνων ἕκαστον, μὴ κατὰ συμβεβηκὸς· μὴ δὲ βίᾳ· ὥσπερ εἴ τις λαβὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ τύπτοι ἕτερον, οὐχ ἑκὼν δέ· οὐ γὰρ ἐπ᾽ αὐτῷ· ἐνδέχεται δὲ τὸν τυπτόμενον πατέρα εἶναι· τὸν δ᾽, ὅτι μὲν ἄνθρωπος, ἢ τῶν παρόντων τις, γινώσκειν· ὅτι δὲ πατὴρ, ἀγνοεῖν· ὁμοίως δὲ τὸ τοιοῦτον διωρίσθω, καὶ ἐπὶ τοῦ οὗ ἕνεκα, καὶ περὶ τὴν πρᾶξιν ὅλην.

Voco autem ſponte geſtum quidem (quemadmodum ſupra quoque a nobis traditum eſt) id quod aliquis è numero eorum, quae in ipſo ſita ſunt, ſciens, & non ignorans geſſerit, neq; quem, neque quo, neque cuius: ceu quem caedit, & quo & cuius gratia: & eorum vnumquodque non ex accidenti, neque vi ſibi adhibita, veluti ſiquis ipſius manu prehenſa alium caeciderit, non ſponte autem: non enim in ipſius poteſtate: fieri autem poteſt, vt is qui caeditur, pater ſit: hunc vero, hominem eum eſſe, ſiue aliquem eorum, qui praeſentes adſunt, ſcire: patrem autem eum eſſe, ignorare: ſimili autem modo diſtinctum ſit huiuſcemodi omne, & in his, cum quaeritur, cuius cauſa res orta ſit, demumq; circa factum omne.

Intelligo inquit quippiam ſpontè factum ac voluntarium, cum aliquis id geſſerit è numero eorum, quae in ſua manu poteſtateque ſunt, ſciens ac nihil ignorans eorum, quae partes eius facti ſunt, ideſt neque perſonam, neque inſtrumentum, neque finem, cuiusque cauſa fecerit, quia temerè & inconſiderate fecerit, quae cuncta ipſe non ex accidenti perceperit. Adiunxit autem tribus illis, non oportere etiam, vt vi ſibi adhibita fecerit, quae cuncta explanauit, veluti dicens, ſiquis apprehenſa manu alicuius, ipſa, tanquam inſtrumento quopiam, aliquem caeciderit, is non ſponte fecit; neq; enim recuſare potuit, vimq; a ſe depellere. Declarauit etiam, quod ad perſonam pertinet, atque inquit, caſus etiam ferre poteſt, vt is, quem caedit, pater ſit: ille autem videbat, hominem eſſe, & quempiam eorum, qui praeſentes adeſſent, patrem tamen eſſe neſciebat: eodem autem pacto ait, definiatur idem atque huiuſcemodi omne in ceteris partibus eius facti, quae περιστάσεις vocantur, & exemplo harum facile cognoſci poſſunt. Animaduertendum ipſum, initio huius particulae, ſeruaſſe id, quod ſupra admonuerat, cum iuſtum factum duobus nominibus vocaretur, ideſt δικαίωμα, & δικαιοπράγημα, quorum poſterius maiore in vſu eſſet, commune, vul-

ne, vulgareque ipſum, priore relicto, ad poſterius ſe applicaſſe, [illegible] que id vocaſſe. Quod autem inquit, a ſe definitum fuiſſe voluntarium, & inuoluntarium, hoc in III horum librorum ab ipſo factum fuiſſe recordari debemus.

Τὸ δὲ ἀγνοούμενον, ἢ μὴ ἀγνοούμενον μὲν· μὴ ἐπ' αὐτῷ δὲ ὄν, ἢ βίᾳ, ἀκούσιον· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει ὑπαρχόντων εἰδότες καὶ πράττομεν, καὶ πάσχομεν, ὧν οὐθὲν οὔτε ἑκούσιον, οὔτε ἀκούσιόν ἐστιν· οἷον τὸ γηρᾶν· ἢ ἀποθνήσκειν.

Quod autem ignoratur, ſiue non ignoratur ſanè: non tamen in ipſo ſitum erat, aut cum vis adhibita eſt, ab inuito geſtum eſſe ſtatuitur: multa namque eorum, quae natura nobis inſunt, & agimus & patimur, quorum nihil neque ſponte a nobis factum, neque ab inuitis geſtum eſt, veluti ſeneſcere, aut mori.

Docet nunc, quale factnm, non ſponte adminiſtratum, & innoluntarium habendum ſit: eſſeque id dicit, quod inſcientes facimus, aut ſi non neſcientes, nec vi ipſius nobis incognita; cum tamen recuſare non poſſumus, quin id a nobis geratur: ſiue vis nobis adhibetur, cogimurque id moliri, quod vſu nobis venire multis in rebus declarat: quaedam enim in nos natura cadunt: eaque aliquo modo gerimus, aut ſuſtinemus, quae neque voluntaria, neque inuoluntaria vocari poſſunt, veluti inquit, ſeneſcere vel mori. Theon quoque περὶ διαγράμματος cuiuſmodi foret ἀκούσιον, atque omne illud, quod non ſponte gerimus. declarãs, inquit, illud eſſe, quod refertur εἰς ἄγνοιαν, καὶ τύχην, καὶ ἀνάγκην. Quemadmodnm etiam M. Cicero in partitionibus id expreſſit, qui ait, Aut denique neceſſitate, inſcitia, caſu. Teſtari volo in antiquo & fideli libro non γηρᾷ, ſed vna plus ſyllaba, ἐγγηρᾷ, veluti in epiſtola quadam ad Atticum ἐγγήραμα, & ἐντάφιον videtur vocatus locus, vbi aliquis commode, grauiter hac aetate maneat, & opus etiam eſſet in eodem ſepulturae dari.

Ἔστι δ' ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ τῶν δικαίων, τὸ κατὰ συμβεβηκός· καὶ γὰρ ἂν τὴν παρακαταθήκην ἀποδοίη τις ἄκων, καὶ διὰ φόβον, ὃν οὔτε δίκαια πράττειν, οὔτε δικαιοπραγεῖν φατέον, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀναγκαζόμενον, καὶ ἄκοντα τὴν παρακαταθήκην μὴ ἀποδιδόντα, κατὰ συμβεβηκὸς φατέον ἀδικεῖν, καὶ τὰ ἄδικα πράττειν.

Simili modo ſe res habet in rebus iniuſtis, & iuſtis, id quod ſorte euenit: redderet enim aliquis depoſitam apud ſe pecuniam inuitus, & metu paenae, hunc neque iuſtam rem egiſſe, neque iuſte ſe gerere dicendum eſt, niſi ex accidenti: eodem autem pacto & cum ei neceſſitas impoſita fuiſſet, & inuitus depoſitum non reddidiſſet, ex accidenti dicendum eſt, iniuſtum eſſe, & iniuſtas res gerere.

Qvod in rebus, quae ſponte fiunt, ſiue non ſponte vim eandem habet, ac diſtinguit ipſas, idem etiam valet ad ea ſeiungenda, quae ſiue iniuſta, ſiue iuſta ſunt; non pauca enim ex accidenti iuſta facta, & iniuſta ſunt: contingit enim inquit, vt aliquis, qui inficiari vellet, depoſitnm, inuitus reddat, metuque compulſus, qui ſanè neque iuſtam rem facere, neque iniuſte ſe gerere dici poteſt, niſi ex accidenti: quod etiam in contrario facto, ait, qui namq; impoſita ſibi neceſſitate, & metu mali non reddit depoſitam apud ſe pecuniam; idem quoque ex accidenti dicendus eſt, iniuſte feciſſe.

Τῶν δ' ἑκουσίων, τὰ μὲν, προαιρούμενα πράττομεν· τὰ δ', οὐ προαιρούμενοι, προαιρούμενοι μὲν, ὅσα προβουλευσάμενοι· ἀπροαίρετα δὲ, ὅσα ἀπροβούλευτα.

Eorum autem, quae ſponte agimus, quaedam, re deliberata, melioreq́ ſumpto, agimus: non nulla alia, re non deliberata: cum electione quidem, de quibus antea conſilium ceperimus: ſine electione autem, de quibus non deliberauimus.

Dividit ea, quae ſponte ab hominibus fiunt: neque enim cuncta eiuſdem generis ſunt;

ſed

ſed valde inter ſe aliquando diſcrepantia: inquit igitur, quaedam ipſorum nos facere conſilio, ac deliberatione facta cum animo noſtro, ideſt, vt inferiores locuti ſunt cum electione, quaedam autem ſine electione; ſine electione illa, de quibus non deliberauimus: ſed ſubito a nobis geſta & adminiſtrata ſunt; vt orta eſt in animis noſtris cupiditas earum rerum efficiendarum, quomodo beluae feruntur ad ea capeſſenda, quae valent ad deſideria ipſarum ſatianda. Illa quae gerunt homines προβουλευσάμενοι, ideſt cum ſecum prius de ipſis diligenter cogitarint: repudiatiſque deterioribus rationibus, ſtatuerint ſibi prorſus illa eo pacto gerenda; arbitror a Graecis vocari quoque μετὰ προνοίας geſta, quibus delictis ignoſcere leges non ſolent: ſine electione autẽ ea eſſe inquit, quaecunq; vacua fuere a conſilio.

Τριῶν δὴ οὐσῶν βλαβῶν τῶν ἐν ταῖς κοινωνίαις, τὰ μὲν μετ' ἀγνοίας, ἁμαρτήματά ἐστιν: ὅταν μήτε ὅν, μήτε ὅ, μήτε ᾧ, μήτε οὗ ἕνεκα ὑπέλαβε, ταῦτα πράξῃ: ἢ γὰρ οὐ βάλλειν, ἢ οὐ, τούτῳ: ἢ οὐ, τοῦτον, ἢ οὐ, τούτου ἕνεκα, ᾠήθη; ἀλλὰ συνέβη οὐχ οὗ ἕνεκα ᾠήθη, οἷον οὐχ ἵνα τρώσῃ, ἀλλ' ἵνα κεντήσῃ, ἢ οὐχ ὅν, ἢ οὐχ ὥς.

Cum autem tres ſint nocendi alicui viae in humanis communitatibus: ea quidem, quae cum ignorantia admittuntur, peccata ſunt: quando, neque quem, neque quod, neque quo, neque cuius rei gratia exiſtimauit, haec fecerit: ſiue enim ſe non plagam impoſiturum, ſiue non, hoc, ſiue non, hunc, ſiue non, cuius rei gratia putauit: ſed euenit, non cuius gratia exiſtimauit, non vt vulneraret, ſed vt truderet, ſiue non quem, ſiue non quomodo.

Primum oſtendit tribus modis ſolere homines aliquibus obeſſe, & detrimenti ipſis quippiam importare: deinde ſignificat, quibus nominibus illa facta, diſſimilia inter ſe, vocentur. inquit igitur, quae inſcientes faciunt, appellari ἁμαρτήματα, ideſt errata & lapſiones; quae autem illa ſint, exponit: ipſaque inquit, ea eſſe, cum neque perſonam, neque factum, neque inſtrumentum nouit, neque finem, quem optabat, nactus eſt: cum autem ſingulis verbis haec indicaſſet, ſibique obſcurus fuiſſe viſus eſſet, plenius explanare voluit, non tamen eundem ordinem ſecutus eſt in illis declarandis, ſiue enim ait, iacere telum, lapidemque in illum voluit, ſiue non hoc iacere, ſiue non hunc, quem ferijt, appetijt, ſiue non eum finem res habuit, quem ſibi propoſuerat, caſus tulit, velut inquit, non vt vulneraret, ſed vt truderet: leniterque pungeret, ſiue non quem volebat, ſiue modus non eſt cuſtoditus.

Ὅταν μὲν οὖν παραλόγως ἡ βλάβη γένηται, ἀτύχημα: ὅταν δὲ μὴ παραλόγως, ἄνευ δὲ κακίας, ἁμάρτημα: ἁμαρτάνει μὲν γάρ, ὅταν ἐν ἑαυτῷ ἡ ἀρχὴ ᾖ τῆς αἰτίας: ἀτυχεῖ δέ, ὅταν ἔξωθεν.

Quando igitur praeter rationem omnem damnum illatum fuerit, infortunium nominatur: quando autem minime praeter rationem, abſque vitio tamen, peccatum eſt: peccat enim quiſque, cum in eo ipſo principium culpae ineſt: aduerſa fortuna vtitur, cum principium extra eſt.

Distingvit facta quaedam, quibus conuenit in hoc, vt a nobis inuitis ipſa gerantur, & nihil incommodi importare cogitantibus ijs, quibus valde nocemus; ſunt autem illa duum generum, vnde etiam diuerſis nominibus appellantur: prius eorum genus eſt, cum malum, quod damus, exiſtimari non poterat illo modo datum iri, ſuperatque omnem rationem, quare ἀτύχημα vocatur, & infortunium, tamquam iniqua quaedam fortuna hoc praeſtiterit: cum igitur huiuſcemodi aliquid contigerit, ab omni culpa vacui eſſe videmur, alterum eſt, quod non tam facile purgamus; quia penitus praeter veriſimile non fuit, non tamen a vitio profectum eſt: ſtudioque nocendi, vt ſiquis lapidem in canem iaciens, percuſſit hominem prope ſtantem: magis enim hic affinis culpae; neque enim ſemper nobis contingit, vt feriamus, quem volumus, errorque in hoc naſci facile poteſt; vnde ita detrimenta illata vocantur ἁμαρτήματα, erratumque Latino verbo, quod teſtatur etiam Lyſias in

Simo-

Simonem inquit enim: ἔβαλλε μὲν λίθοις, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν: ſeparat haec, diuerſasque rationes nocendi eſſe, oſtendit auctor hoc pacto: labitur & errat ille, in quo fuerit origo culpae: non enim debebat iacere telum in eum, cui propinquus foret aliquis, iniqua fortuna vtitur, cum principium extra ipſum eſt. Notum eſſe arbitror diſſeruiſſe quoque Ariſtotelem in primo libro de arte dicendi de tribus generibus his delictorum, non valde varijs verbis, ſine exemplis tamen, quare illic ego poſitis exemplis valde accommodatis, vt puto, illuſtrare totum hunc locum conatus ſum, cum autem oſtenderim locum, in quo factum accuratè hoc ſit, peti ipſa inde debere exiſtimo.

Ὅταν δὲ εἰδὼς μὲν, μὴ προβουλεύσας δὲ, ἀδίκημα: οἷον ὅσα τε διὰ θυμὸν, καὶ ἄλλα πάθη, ὅσα ἀναγκαῖα, ἢ φυσικὰ συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις: ταῦτα γὰρ βλάπτοντες, καὶ ἁμαρτάνοντες, ἀδικοῦσι μὲν καὶ ἀδικήματά ἐστιν: οὐ μέντοι πω ἄδικοι διὰ ταῦτα, οὐδὲ πονηροί: οὐ γὰρ διὰ μοχθηρίαν ἡ βλάβη: ὅταν δ' ἐκ προαιρέσεως, ἄδικος, καὶ μοχθηρός.

Vbi vero quis intelligens quid agat, non tamen conſilio de ea re capto, iniuſtum factum eſt, ceu quaecunque homines improbe faciunt, ira commoti: & alijs motibus animorum, qui neceſſarij cum ſint, ſiue naturales, mortalibus contingunt: in his enim detrimenti aliquid aliquibus inferentes, ac peccantes, iniuſte quidem faciunt, &, iniuſta haec facta ſunt: non tamen adhuc quidem ipſi iniuſti ob haec: neque praui: neque enim ob prauitatem damnum illatum eſt: quando autem conſulto, iniuſtus eſt & prauus.

DVOBVS, quos expoſuit, modis, & ſi qui fecit, obfuit, non tamen factum illud iniuſtum vocandum eodem pacto oſtendit, cum qui ſponte ſua, atque intelligens quid faceret, fecit, & iniuriam fecit, factumque illud ipſum iniuſtum profecto eſt, non tamen adhuc qui rem eam geſſit, iniuſtus eſt, ſi conſulto non fecit, nec meditato: huiuſcemodi autem inquit cuncta illa facta eſſe, in quibus aliquis peccauerit, motu animi turbido impulſus, veluti ira, amore, ceteriſque motibus, qui nos aliquo modo cogunt: neceſſitatemque nobis aliquid improbe faciendi imponunt: cuiuſmodi eſt fames, ſitis: vult enim natura, vt vitam, quam nobis ipſa dedit, tueamur. nam ira quoque & amor a natura ortum ducunt, vixque his reſiſtimus, quod vidit etiam M. Tullius, qui mederi fratri volens, valde prono ad iracundiam, inquit. Quod ante occuparit animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur. Tradit igitur noſter doctor, cum huiuſcemodi aliquid gerunt homines, obſuntque aliquibus, ipſos facere iniuſte, eaque facta merito iniuſta vocari poſſe: non tamen qui fecerunt, adhuc iniuſtos appellari, niſi alijs ſe ſceleribus contaminarint, neque prauos mortales eſſe, atque hoc, quia malum, quod dederunt a prauo animo profectum non eſt: ſi namque motus ille afuiſſet, non feciſſent: cum vero electione geſtum fuerit, iniuſtus iam, ac prauus.

Διὸ καλῶς τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται: οὐ γὰρ ἄρχει ὁ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ ὀργίσας.

Quare, quae ab ira commotis geſta ſunt, recte non exiſtimantur conſultò geſta eſſe: non enim incipit is, qui irae paruit, ſed qui incendit animum ipſius.

HOC corollarium eſt, quod tamen valet ad ſententiam ipſius confirmandam: laudat enim iudicium eorum, qui iudices ſedent, ſententiamque ferunt de huiuſcemodi iniurijs, atque exiſtimant illa, quae incitante ira geſta fuerint, minimè cõſulto geſta eſſe, nec meditata, praeparataque haberi: atque id, quia fons eſt, verumque principium illius improbi facti, qui commouit, iramque in pectore alicuius excitauit, non qui ira commotus, nec ſuae poteſtatis, peccauit.

Ἔτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ γενέσθαι, ἢ μὴ, ἀμφισβητεῖται, ἀλλὰ περὶ τοῦ δικαίου: ἐπὶ φαινομένῃ γὰρ ἀδικίᾳ ἡ ὀργή ἐστιν; οὐ γὰρ, ὥσπερ ἐν τοῖς συναλλάγμασι περὶ τοῦ γενέσθαι ἀμφισβητοῦσιν,

τοῦσιν, ὧν ἀνάγκη τὸν ἕτερον εἶναι μοχθηρὸν, ἂν μὴ διὰ λήθην αὐτὸ δρῶσιν, ἀλλ' ὁμολογοῦντες περὶ τοῦ πράγματος, περὶ τοῦ ποτέρως δίκαιον, ἀμφισβητοῦσιν: ὁ δ' ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἀγνοεῖ: ὥστε ὁ μὲν, οἴεται ἀδικεῖσθαι: ὁ δ', οὔ.

Praeterea non ambigitur factum ſit, ſiue non factum, ſed controuerſia eſt de iuſto: ira enim excitatur ob rem, quae ſpeciem habet iniuſti: non enim vt vſu venit in contractibus, ambigunt de facto, quorum neceſſe eſt alterum prauum hominem eſſe, niſi quia obliti ſunt, ipſum fecerint: ſed conſentientes inter ſe de re, de eo, vtrum iuſtum ſit, litigant: qui autem inſidiatus eſt, non ignorat. Quare hic quidem arbitratur ſe iniuriam accepiſſe, hic vero minime.

CONFIRMAT idem alio argumento, & quaſi quodam ſigno. Amplius enim, inquit, cum contingit hoc, controuerſia non eſt de facto: conſtat enim iniuriam factam eſſe, verum omnis lis eſt, an iure id geri potuerit: excitatur enim ira in pectoribus hominum, cum quiſpiam arbitratur ſe laeſum eſſe, iniuſteque tractatum, quae opinio poteſt eſſe falſa, cum id, quod contra ſe geſtum eſt, merito non debeat iniuſtum factum exiſtimari: verum autem eſſe quod tradidit, docet, dicens, non idem in hoc vſu venire, quod in contractibus creditae pecuniae neceſſario contingit, vt alter eorum, qui inter ſe litigant de aliquo, horum prauus homo ſit, niſi forte addit, obliuio interceſſit. Exempli cauſa nomen illud, de quo in iudicium vocatur, antea ſolutum a ſe fuiſſet verum inquit, cum conſentiant de re, factoque, controuerſantur, an iure potuerit geri: contra autem inquit, qui inſidiatur alicui, fraudeq; vtitur ignorare non poteſt ſenſum ſuum. Quapropter inquit alter ipſorum putat ſe iniuriam accepiſſe; alter vero videri non vult, ſe feciſſe.

Ἂν δ' ἐκ προαιρέσεως βλάψῃ, ἀδικεῖ: καὶ κατὰ ταῦτα ἤδη τὰ ἀδικήματα ὁ ἀδικῶν ἄδικος: ὅταν παρὰ τὸ ἀνάλογον ᾖ, ἢ παρὰ τὸ ἴσον: ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δίκαιος, ὅταν προελόμενος δικαιοπραγῇ: δικαιοπραγεῖ δὲ, ἂν μόνον ἑκὼν πράττῃ.

Quod ſi conſulto obfuerit, iniuſte facit: & qui in hoc genere iniuriarum verſatur, iniuſtus iam eſt: quando contra id quod proportione conſtat, vel repugnat aequali, fecerit: ſimili modo, & iuſtus, & quando conſulto iuſte aliquid geſſerit: iuſtum autem opus gerit, ſi dumtaxat ſponte id geſſerit.

PERDVXIT iam rem eo, vt amplius ambigi de hoc non poſſit, planeque intelligatur, qui merito ſit iniuſtus vocandus: ſi enim inquit, qui iniuriam fecit, conſulto fecerit, damnumq; quod importauit, meditatum fuerit, non ſubito aliquo motu animi adminiſtratum, iniuriam profecto facit, & qui hoc pacto alicui nocet, iniuſtus eſt; cum ſcilicet diſtribuit pecuniam, aut publicos honores contra dignitatem perſonarum, in quo peccatur, in ſtatu praecipue optimorum virorum, ſiue cum aequalibus aequalia praemia non tribuuntur; in quo in ſtatu multitudinis peccaretur: vt autem in iniuſtis factis adminiſtrandis res hoc pacto ſe habet, ita quoque in iuſtis: iuſtus enim is vir eſt, qui conſulto rem iuſtam facit, de qua prius deliberarit; iuſtam autem rem facit, qui ſolum ſponte ſua fecerit; nihil enim praeterea requiritur.

Τῶν δ' ἀκουσίων, τὰ μὲν, ἐστὶ συγνωμονικά: τὰ δ', οὐ συγνωμονικά: ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγνωμονικά: ὅσα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες μὲν: διὰ πάθος δὲ, μήτε φυσικὸν μήτ' ἀνθρωπικὸν, οὐ συγνωμονικά.

Eorum autem, quae homines inuiti faciunt, quibuſdam ignoſcere mos eſt: nonnullis alijs non ignoſcunt: cuncta igitur, in quibus non ſolum ignorantes, ſed propter ignorantiam peccant, digna putantur, quibus ignoſcatur: quaecunque autem non per ignorantiam, verum ignorantes quidem, ob affectum autem,

tem, qui neque naturalis, neque humanus ſit, non digna ſunt, quibus ignoſcatur.

DIVIDIT facta, quae, cum iniuſta ſint, geranturque ab hominibus inuitis, & minime conſulto facientibus, non tamen cuncta eorum delictorum ſunt eiuſdem generis: quibuſdam enim homines ignoſcere conſueuerunt: alijs autem nullo pacto ignoſcunt. Diſtinguit igitur ita ipſa. Quaecunque enim inquit, homines admittunt, non ſolum inſcientes, ſed ob inſcitiam, prioris generis ſunt, ignoſcereque homines ipſis ſolent: at vero ait, quae faciunt non ob ignorationem; ſed inſcientes quidem, ob morum tamen animi, qui naturalis non ſit, neque humanus, id eſt naturae hominum proprius, peculiariſque, minime digna ſunt, quibus ignoſcatur. Videtur cepiſſe philoſophus ἀνθρωπικὸν eodem ſenſu, quo cepit Latinum nomen, quod huic reſpondet, comicus humanum; cum & ipſe, de delictis iuuentutis loquens, inquit. Iam id peccatum primum magnum, at humanum tamen: & in alia fabula. Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. Humanum eſt.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι, καὶ τοῦ ἀδικεῖν: πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν, ὥσπερ Εὐριπίδης εἴρηκε, λέγων ἀτόπως. Μητέρα κατέκτα τὴν ἐμήν, βραχὺς λόγος. Ἑκὼν ἑκοῦσαν, ἢ θέλουσαν οὐχ ἑκών.

Dubitaret autem aliquis, an ſatis à nobis diſtincta ſint, quae pertinent ad iniuriam accipiendam, vel faciendam: primum quidem, ſi vſu venit, quemadmodum Euripides inquit, loquens abſurde. Matrem necaui meam, breuis oratio eſt. Sponte faciens ſponte accipientem, ſiue volentem non ſponte.

VBI ſupra diſſeruit de contrarijs inter ſe rebus, quarum vna erat, iniuriam facere: altera, iniuriam accipere, dixit illum iniuriam facere, qui ſponte facit, veluti etiam iniuſtum eum eſſe voluit, qui ſponte ſua iniuriam facit, eodemque tempore meditatus: iniuriam autem accipere illum, qui inuitus ſuſtinet. Cum poſtea vidiſſet doctum tragicum Euripidem, quem tamen ſtatim inſimulat: ſtulteque dicere affirmat, videri aliter de hoc ſentire, exiſtimauit oportere, locum illum indicare, ac de ſententia poetae, quae tantopere ſuae repugnaret, ſubtiliter quaerere, ac quidquid aliud aduerſaretur, refellere: Inquit igitur, ſuſpicati quempiam poſſe, non vere a ſe dictum, definitumque eſſe de illo, quod iam ſtatuerat ſequendumque eſſe cenſuerat de hoc, quia audiſſet Bellerophontem matricidam apud eũ, ſe purgantem dicere, cauſam ſuam expeditam eſſe: nec egere longa defenſione, cum ſponte ipſe faciens, ſponte perpetientem volentemque matrem necaſſet. Non eſt autem dubium, quin apud Euripidem θέλουσαν valeat ἑκοῦσαν, ſponteque malum accipientem. Videtur autem eodem pacto dictum ab Horatio. Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti: inuitus enim ſeruatur ille, qui libenter malum accipit, malletque mori.

Πότερον γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔστιν, ἑκόντα ἀδικεῖσθαι, ἢ οὔ: ἀλλ' ἀκούσιον ἅπαν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀδικεῖν πᾶν ἑκούσιον: καὶ ἆρα ἅπαν οὕτως ἢ ἐκείνως, ὥσπερ καὶ τὸ ἀδικεῖν πᾶν ἑκούσιον: ἢ τὸ μὲν, ἑκούσιον: τὸ δ', ἀκούσιον.

Utrum enim vere contingit, vt quiſpiam ſponte ſua iniuriam accipiat, an minime: ſed huiuſcemodi omne in inuitum cadit, quemadmodum & iniuriam facere, omne proficiſcitur à ſponte faciente: & nunquid omne ſe hoc, aut illo modo habet; veluti & iniuriam facere omne ab eo, qui ſponte faciat, oritur: an hoc quidem ſponte adminiſtratur: hoc autem ab inuito manat.

IVBET auctor videre, an ſponte ſua aliquis poſſit iniuriam accipere, ſiue potius nullo pacto hoc contingat; omneque tale in inuitum cadat, ac recuſantem, non aliter quam, qui iniuriam facit, ſponte faciat, neceſſe eſt. Oſtendit exiſtere aliam quaeſtionem, quae eſt: vtrum omne iniuſtum factum, quod aliquis perpetitur, ſit huius, vel illius generis; id eſt, vt

omne iniuſtum ſponte ſuſcipiatur, ſiuè in inuitum ipſum cadat: veluti enim haec quaeſtio poni poteſt de hoc, quod dicimus, rem iniuſtam facere, vtrum omne illud ſpōte geſtum ſit, ſiue vnum tantum ipſorum ſponte, alterum vero non ſponte geſtum.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι· τὸ γὰρ δικαιοπραγεῖν πᾶν ἑκούσιον· ὥστ' εὔλογον ἀντικεῖσθαι ὁμοίως καθ' ἑκάτερον, τό, τ' ἀδικεῖσθαι καὶ τὸ δικαιοῦσθαι, ἢ ἑκούσιον, ἢ ἀκούσιον εἶναι.

Eodem pacto autē & in eo quod eſt corrigi, & ad iuſtum redigi: iuſte enim agere omne ſponte geritur: quapropter conſentaneum eſt, opponi ſimiliter in vtroq; & iniuriā accipere, & ad iuſtum redigi, ſiue ſponte geſtū, ſiue non ſua ſponte eſſe.

HAEC alia quaeſtio eſt, aliquo modo apta ē ſuperiore quaeſtione, & quae valet ad nodum illum diſſoluendum, ſi explicata fuerit: ait enim putari poſſe, idem in illo vſu venire, quod in hoc contingit, quod eſt poenas dare admiſſae culpae, legibuſque corrigi: nam quidquid iuſte aliquis gerit, ſponte volensque gerit: quare inquit conſentaneum eſt, vno & eodem pacto haec inter ſe opponi, iniuriam accipere, & iure plecti atq; emendari, vt ſcilicet omne ſiue voluntarium ſit, ſiue inuoluntarium.

Ἄτοπον δ' ἂν δόξειε καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι, εἰ ἅπαν ἑκούσιον· ἔνιοι γὰρ δικαιοῦνται οὐχ ἑκόντες.

Abſurdum autem videri poſſet in illo etiam, quod eſt ad id, quod iuſtum eſt, redigi, ſi omne ſponte accipitur: non nulli enim ad id quod iuſtum eſt, reuocantur non ſponte.

A ſimili autem argumentum ductum eſſe apparet: in extremo autem inquit, videri poſſe penitus vanum & explodendum, quod propoſitum fuit de emendando legibus improbo aliquo facto, vt omne ipſum ſponte ſuſceptum ſit, ac libenter feratur: non nulli enim inquit, iniquo animo patiuntur ſe corrigi, qui reddere coguntur, quod praua ratione alicui eripuerint, aut pro facinore aliquo ad ſupplicium ducuntur.

Ἔπειτα καὶ τόδε διαπορήσειεν ἄν τις, πότερον ὁ τὸ ἄδικον πεπονθὼς, ἀδικεῖται πᾶς.

Nam de hoc dubitabit etiam aliquis, verum, qui rem iniuſtam perpeſſus eſt, omnis iniuriam accipit.

MONSTRAT fontem, originēmque nouae huius quaeſtionis: poſſe enim quempiam dicit haerere animo: incertumq; de hoc eſſe, vtrum omnis, in quē iniuſti aliquid geſtum eſt, iniuriam acceperit, ſiue vſu veniat aliquandō, vt hoc verum non ſit, neque ſequatur.

Ἢ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ πράττειν, καὶ ἐπὶ τοῦ πάσχειν ἐστί· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ ἐνδέχεται ἐπ' ἀμφοτέρων μεταλαμβάνειν τῶν δικαίων· ὁμοίως δὲ δῆλον, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἀδίκων· οὐ γὰρ ταὐτὸν τὸ τὰ ἄδικα πράττειν, τῷ ἀδικεῖν· οὐδὲ τὸ ἄδικα πάσχειν, τῷ ἀδικεῖσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοπραγεῖν καὶ δικαιοῦσθαι· ἀδύνατον γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ ἀδικοῦντος· ἢ δικαιοῦσθαι, μὴ δικαιοπραγοῦντος.

An quemadmodum in agendo, ita etiam in patiendo res ſe habet: ex accidenti enim contingit in ambobus, vt aliquis ſui iuris particeps ſit: ſimili modo perſpicuum eſt, rem ſe habere in rebus iniuſtis: non enim idem eſt res iniuſtas agere, atque iniuriam facere: neque res iniuſtas accipere, quod iniuriam accipere. Similiter autem ſe res habet in eo, quod eſt, rem iuſtam facere, & rem iuſtam accipere: fieri enim non poteſt, vt aliquis iniuriam accipiat, niſi ſit, qui faciat: neque ad iuſtum redigi, niſi ſit, qui iuſte agat.

STATIM

STATIM euellit hunc ſcrupulum, atque inquit; an quod contingit in agendo, idem etiam vſu venit in perpetiendo, vt quiſpiam accipiat aliquid mali, & incommodi: nec tamen iniuria illa vocanda ſit, quia in ambabus perſonis locum habet accidens, vt ſcilicet, quemadmodum, qui fecit per accidens, & non conſulto fecerit, ita etiam qui accepit, iniuriam ſuſtinuerit, non a volente, ac nocere cogitante acceperit: eodem autem pacto inquit, ſe rem habere in iniuſto facto ſimiliterque id planum, perſpicuumque eſſe: neq; enim vnum atque idem eſt, vt ait, gerere quae iniuſta ſunt, atque iniuriam facere : neq; perpeti iniuſtum factum, & iniuriam accipere: quapropter addit, ſimiliter ſe res habet in altero hoc quoque pati, quod eſt, rem iuſtam gerere, & rem iuſtam perpeti : reſpondet autem ambobus ſimul: tradit enim fieri non poſſe, vt aliquis iniuriam accipiat, niſi ſit, qui faciat; neque rem iuſtam accipiat, niſi ſit, qui rem iuſtam gerat, & adminiſtret. Animaduertendum autem quattuor exiſtere *ἀντιθέσεις* ideſt quattuor paria rerum ſibi aduerſantium, quae ſunt haec: iniuriam facere; iniuriam accipere: ius in alium agere; ius in ſe accipere : rem iniuſtam facere; rem iniuſtam perpeti: rem iuſtam facere; rem iuſtam accipere.

Εἰ δ' ἔστιν ἁπλῶς τὸ ἀδικεῖν, τὸ βλάπτειν ἑκόντα τινά: τὸ δ' ἑκόντα, εἰδότα καὶ ὅν, καὶ ᾧ, καὶ ὥς: ὁ δ' ἀκρατὴς ἑκὼν βλάπτει αὐτὸς αὑτόν, ἑκών τ' ἂν ἀδικοῖτο, καὶ ἐνδέχοιτο αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν: ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἓν τῶν ἀπορουμένων, εἰ ἐνδέχεται αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν.

Si autem eſt ſimpliciter iniuriam facere, alicui ſponte ſua obeſſe: ſponte autem ſua eſt, intelligentem, & quem, & quod, & vt: incontinens autem ſponte ſua obeſt ipſe ſibi ipſi: quare & ſponte ſua iniuria affici poterit, & contigerit vtique, vt ipſe ſemet ipſum iniuria afficiat: eſt autem vnum hoc quoque eorum, de quibus eſt dubitatio : ſi contingit, vt aliquis ſemet ipſum iniuria afficiat.

VIDETVR corroborare quaeſtionem propinquam, ſcrupulumque eum non inanem eſſe docere: cum qui ita ſentit, habeat, quo opinionem ſuam muniat; ſi non omnino vere, ſaltem probabiliter: inquit igitur: ſi vero iniuriam facere eſt ſimpliciter, nullo ſcilicet addito, nocere alicui ſponte ſua, eodemque pacto ſponte facere dicitur is, qui, quod facit, ſciens facit, cognitaque perſona, quam violat; eodemque pacto inſtrumento, quo vtitur, ac modo, quem tenet: videmus autem inquit hominem incontinentem nocere ſibi ipſi: dum enim ſequitur corporis voluptates auide, obeſt & valetudini, & vitam ſuam perdit: quare addit; ſponte ſua exiſtimari poteſt is iniuriam accipere; vnde ſequitur vſu venire quandoque, vt aliquis ſemetipſum iniuria afficiat. Eſſe enim inquit: hoc quoque vnum quippiam eorum, quae ſanè plana non ſunt, ſed incerta: de veritate namque ipſorum homines diſſentiunt, ſi contingere poteſt, vt aliquis ſemet ipſum iniuria afficiat.

Ἔτι ἑκὼν αὐτὸς δι' ἀκρασίαν ὑπ' ἄλλου βλάπτοιτο ἑκόντος: ὥστ' ἂν αὖ ἑκόντ' ἀδικεῖσθαι.

Praeterea ſponte ſua aliquis ob incontinentiam ab alio damnum accipere poterit, qui ſponte faciat: quare fieret vtique, vt aliquis ſponte ſua iniuriam accipiat.

CONSTITVIT idem alio argumento; vt enim incontinentem ait ſponte ſua ipſum ſibi ipſi multis modis obeſſe: ita etiam nunc exemplo eiuſdem culpae oſtendit contingere, vt aliquis volens, libensque patiatur ſibi ab alio, ſponte faciente, valde noceri, & veluti fortunas ſuas a meretrice diripi atque etiam alio quopiam modo graue malum adportari; quare inquit, concludens rationem; contingit quempiam ſponte iniuriam accipere. Cum amorem vehementer accuſaret Lucretius, vt Epicureius, poſuit ante oculos multa, magnaque mala, quae non recuſans, neque vitans, qui incenſus ipſo foret, acciperet a femina, quam plus, quàm fortunas ſuas, dignitatemque, amaret. Languent officia, inquit, atque aegrotat fama vacillans; Et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae: multaque alia, quae in eandem ſententiam collegit.

Ἢ οὐκ ὀρθὸς ὁ διορισμός, ἀλλὰ προσθετέον τῷ βλάπτειν, εἰδότα καὶ ὅν, καὶ ᾧ, καὶ ὥς, τὸ

παρὰ τὴν ἐκείνου βούλησιν: βλάπτεται μὲν οὖν τις ἑκών, καὶ τὰ ἄδικα πάσχει: ἀδικεῖται δ' οὐθεὶς ἑκών: οὐθεὶς γὰρ βούλεται, οὐδ' ὁ ἀκρατής: ἀλλὰ παρὰ τὴν βούλησιν πράττει: οὔτε γὰρ βούλεται οὐθείς, ὃ μὴ οἴεται εἶναι σπουδαῖον: ὁ δὲ ἀκρατής, ὃ οὐκ οἴεται δεῖν πράττειν, πράττει.

Annon eſt recta definitio? ſed adiungere oportet illi, obeſſe ſcientem, & quem, & quo, & quomodo, hoc, contra illius voluntatem: damnum enim aliquis capit in rebus ſuis ſponte, & res iniuſtas perpetitur: iniuriam autem accipit nemo ſponte: nemo enim vult, neque incontinens etiam: ſed praeter ipſius voluntatem agit: neque enim vult id, quod non putat bonum eſſe: incontinens autem id, quod non putat agendum eſſe, agit.

DISSOLVIT hunc nodum, oſtendens explicationem ſuperiorem, & tamquam deſcriptionem eius, qui ſponte iniuriam acciperet, plenam, abſolutamque non eſſe: oportereque accedere ei quod eſt obeſſe intelligẽtem & perſonam & quo, & quomodo, hoc, quod ipſe addit, praeter voluntatem ipſius, qui malum accipit; verum enim eſt, accipere aliquem detrimenti non parum aliquando ſponte ſua, & ſane iniuriam, ſed contra voluntatem: voluntas enim appetitio eſt particeps rationis: nemo enim vmquam inueniretur, qui volens iniuriã acciperet; ſed neq; ille etiam, qui falſo putatur hoc facere, impotens animi, atque incontinens homo: mallet enim explere cupiditates ſuas, ſi obtineri poſſet, ſine damno patrimonij; quod cum impetrari non poſſit ab auara meretrice, & lena, anteponit ſuas voluptates iacturae patrimonij, & aequo animo patitur ſe ſpoliari.

Ὁ δὲ τὰ αὑτοῦ διδοὺς (ὥσπερ Ὅμηρός φησι δοῦναι τὸν Γλαῦκον τῷ Διομήδει, Χρύσια χαλκείων, ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων) οὐκ ἀδικεῖται: ἐπ' αὐτῷ γάρ ἐστι τὸ διδόναι: τὸ δ' ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν ἀδικοῦντα δεῖ ὑπάρχειν: περὶ μὲν οὖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅτι οὐχ ἑκούσιον, δῆλον.

Qui autem res ſuas dilargitur (vt Homerus ait, Glaucum dediſſe Diomedi, Aurea arma pro aeneis, quae magni pretij eſſent, pro ijs quae parui) nõ iniuriam accipit: in ipſius enim poteſtate eſt dilargiri: iniuriam autem accipere non eſt poſitum in ipſo, ſed eſſe oportet qui iniuriam faciat: de hoc igitur, quod eſt iniuriã accipere, non eſſe ipſum quippiã eorum, quae ſponte accipiuntur, perſpicuũ eſt.

OSTENDIT rationem aliam, qua ſibi ipſi quiſpiam, rebuſque ſuis incommodaret, non libidine impulſus, ſed ſpecie quadam liberalitatis, laudem cum parte patrimonij, pecuniaque commutare volens: ipſa autem vſum fuiſſe docet apud Homerum Glaucum cum Diomede: qui cum antiquitus propinqui inter ſe, affineſque forent, diuerſas tamen partes in bello Troiano fouebant; cum in ſemet ipſos igitur incidiſſent in proelio, cognita vetere coniunctione ſanguinis, ſe mutuo munerati ſunt: in qua re, permutationeq; armorum damnũ fecit Glaucus, cum pretioſiora multo ipſius dona forent, quae Diomedi tribuit, quàm quae ab eo accepit: hunc igitur, auctor noſter inquit, dici non poſſe iniuriam accepiſſe, in eo enim poſitũ erat dilargiri ſuum: iniuriam autem contra accipere, non in eo, ſed in alio manebat: neceſſe namq; eſſe inquit, vt hoc fiat, exiſtere quempiam, qui iniuſte faciat. Poſt hoc cõcludit Ariſtoteles, perſpicuũ iam eſſe dicens, non licere cuipiã iniuriam accipere ſpõte ſua.

Ἔτι δ' ὧν προειλόμεθα, δύο ἐστὶν εἰπεῖν: πότερόν ποτ' ἀδικεῖ ὁ νείμας παρὰ τὴν ἀξίαν τὸ πλεῖον, ἢ ὁ ἔχων: καὶ εἰ ἔστιν αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν: εἰ γὰρ ἐνδέχεται τὸ πρότερον λεχθέν, καὶ ὁ διανείμας ἀδικεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ ἔχων τὸ πλεῖον: εἴ τις πλέον ἑτέρῳ ἢ αὑτῷ νέμει, εἰδώς, καὶ ἑκών, οὗτος αὐτὸς αὑτὸν ἀδικεῖ: ὅπερ δοκοῦσιν οἱ μέτριοι ποιεῖν: ὁ γὰρ ἐπιεικὴς ἐλαττωτικός ἐστιν.

Adhuc autem eorum, quae nobis propoſuimus, duo ſunt nobis exponenda: verum nam iniuriam faciat is, qui tribuit alicui plus praeter dignitatem, ſiue qui tenet: & ſi licet, quempiam ſemet ipſum iniuria afficere: ſi namque contingit

tingit id, quod prius dictum eſt, & qui diſtribuit, iniuriam facit, ſed non qui plus tenet: ſiquis plus alteri, quàm ſibi tribuit, ſciens, & ſponte faciens, hic ipſe ſemet ipſum iniuria afficit: quod quidem videntur moderati homines facere: qui namque probus eſt, procliuis eſt ad vtilitates ſuas minuendas.

SIGNIFICAT duo adhuc reſtare ſibi explicanda e numero plurium, quae ſtatuerat declarare, cum caliginis aliquid in ſe continerent: eorum prius eſt; vter horum exiſtimari debeat iniuriam facere, iſne, qui in diuidendo ciuibus ſuis bono aliquo, plus tribuit alicui praeter dignitatem, an ille qui plus ſibi ſumit, ac tenet: alterum vero, ſi licet, vſuque venire poteſt, vt aliquis ſemetipſum iniuria afficiat, quam quaeſtionem ſupra tetigit. Si enim inquit, locum habet id, quod iam dictum eſt de Glauco Lycio, & qui diſtribuit in vitio eſt: iniuſteque facit, & non ille, qui plus ſua parte habet, ſiquis inquam plus alij tribuit, quàm ſibi ſumit: idque facit intelligens quod agit, ac ſponte ſua, is ſemet ipſum iniuria afficit: quod quidem, addit, facere videntur moderati viri: morem enim hunc habent: probus enim inquit & moderatus homo, vt ita vocem, quem ipſe ἐπιεικῆ appellat, procliuis ad hoc eſt: minusque ſemper capit omnis boni, quod in ipſius manu ſit, partiti, vocauit ipſum Ariſtoteles ἐλαττωτικὸν, quia minus ſibi ſumit: partesque ſuas deteriores facit. Animaduertendum autem eodem pacto ſe ipſum gerere, ideſt moderate & abſtinenter, in diuiſione omnis laboris, & incommodi: quod praedicat ſeruare ſolitum Ageſilaum Xenophon in libello, quo ipſum laudauit, cum exercitum duceret.

Ἢ οὐδὲ τοῦτο ἁπλοῦν: ἑτέρου γὰρ ἀγαθοῦ, εἰ ἔτυχεν, ἐπλεονεκτεῖ: οἷον δόξης, ἢ τοῦ ἁπλῶς καλοῦ.

An neque hoc ſimplex eſt: alterius enim boni, ſi forte ita contigit, plus nanciſcitur: ceu gloriae, vel ſimpliciter honeſti.

SCRUPULUM hunc euellit duobus modis, quorum prior eſt, non eſſe ſimplex, neque abſolute dici poſſe, ipſum minus ſibi ſumere, quàm alij dilargiatur; alius enim boni, quod ex eo facto naſcitur, plus ſibi ſumit, ſi forte tale eſt, quod geſſit, vt inde laudis aliquid ſequatur: atque ita aliquo modo lucrum facit, eum plane maius, luculentiusque ſit: eſſe autem ipſum, dicit, gloriam, ſiue dignitatem: nam probi, & graues viri non cauent honeſte facere, virtutemque colere, quamuis etiam nihil inde gloriae, commendationisq; peruenturum ſit; quia fallat id ipſorum factum multitudinem.

Ἔτι λύεται κατὰ τὸν διορισμὸν τοῦ ἀδικεῖν: οὐθὲν γὰρ παρὰ τὴν αὑτοῦ πάσχει βούλησιν: ὥστε οὐκ ἀδικεῖται διά γε τοῦτο, ἀλλ' εἴπερ, βλάπτεται μόνον.

Praeterea ſoluitur definitione iniuriam faciendi: nihil enim perpetitur praeter ſuam ipſius voluntatem: quapropter non iniuriam accipit hac de cauſa, ſed ſi in aliquo laeditur, damni tantum aliquid accipit.

ALTERA haec eſt illius nodi diſſolutio: inquit enim ſolui quoque poſſe quaeſtionem hãc, ſiquis diligenter attendat definitionem iniuſte quippiam adminiſtrandi, quae ſupra tradita eſt: nihil enim contra ipſius ſenſum, voluntatemque geſtum eſt, quod cum ſeruetur, non putari poteſt illum iniuſte tractatum eſſe, quod ſi, inquit, omnino aliquis eum, qui hoc facit, inſimulare velit, dicet ipſum ſibi obfuiſſe: dubium enim non eſt, quin rei familiari nocuerit, quam minuit, cum tueri, atque augere poſſet.

Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ὁ διανέμων ἀδικεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ τὸ πλέον ἔχων αἰεὶ, οὐ γὰρ ᾧ τὸ ἄδικον ὑπάρχει, ἀδικεῖ, ἀλλ' ᾧ τὸ ἑκόντα τοῦτο ποιεῖν: τοῦτο δ' ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς πράξεως, ἥ ἐστιν ἐν τῷ διανέμοντι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ λαμβάνοντι.

Apertum etiam eſt, eum, qui diſtribuit, iniuriam facere, ſed non eum, qui plus habet ſemper: non enim is, in quo iniuſtum eſt, iniuriam facit, ſed ille, in

quo ſponte hoc facere: hoc autem eſt, in quo principium facti, quod principium eſt in eo, qui tribuit, non in eo qui capit.

INCVMBIT nunc auctor in primam illam quaeſtionem diſſoluendam, quam temptat, labefactatque tribus argumentis; eſt autem illa, vter iniuriam faciat, is ne, qui plus tribuit praeter dignitatem, meritaque alicuius, an ille, qui, alio diuidente, plus, quam deceret, accipit, ac tenet: perſpicuum autem eſſe dicit, diuidentem ita iniuriam facere, non plus, quam decet, tenentem; atque hoc ſi non ſemper, ſaepe tamen, cuius rei cauſam hanc affert; neque enim inquit ille, in quem iniuſtum factum cecidit, atque ipſi haeret, iniuriam facit, ſed ille, in quo exiſtit, ſponte hoc feciſſe, quod profecto in eo eſt, in quo fuit origo; principiumque illius facti, quod manifeſto fuit in perſona eius, qui diuiſit, perperamque diſtribuit, non in eo, qui non reſpuit, neque repudiauit.

Ἔτι ἐπεὶ πολλαχῶς τὸ ποιεῖν λέγεται, καὶ ἔστιν ὡς τὰ ἄψυχα κτείνει, καὶ ἡ χεὶρ καὶ ὁ οἰκέτης ἐπιτάξαντος, οὐκ ἀδικεῖ μὲν· ποιεῖ δὲ τὰ ἄδικα.

Praeterea quia facere multis modis dicitur, & eſt quomodo res inanimes interficiant, & manus, & ſeruus mandante ero, non iniuriam quidem facit, ſed gerit res iniuſtas.

ALTERVM hoc eſt argumentum, quo idem conſtituit: docet enim non vno ſemper atque eodem pacto vſurpari in ſermone, facere: aliquando enim dictae ſunt res etiam inanimes efficere quippiam ac moliri, veluti telum, lapidem; quae notio valde remota eſt ab eo, quod affine eſt huic culpae: ſed manus etiam quandoq; in crimen idem vocata eſt, vt inſtrumentum & ipſa, ſed tamen non omnino ſenſu orbata vt ſuperiora; itidemque mancipium ac ſeruus, cui erus hoc mandarit: tunc enim & ipſe inſtrumentum caedis eius fuit: nam ſi imperium domini ſecutus non eſſet, aliter peccaſſet: Haec igitur omnia dici non poſſunt iniuſte feciſſe, etſi rem iniuſtam fecerunt; cauſa igitur vera caedis factae eſt homo, qui, vſus his, tamquam inſtrumentis, obtruncauit: quare ita quoque, qui male diuiſit, iniuriam feciſſe dicendus eſt, non qui accepit, perperam ipſi tributum.

Ἔτι εἰ μὲν ἀγνοῶν ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ κατὰ τὸ νομικὸν δίκαιον, οὐδ' ἄδικος ἡ κρίσις ἐστίν· ἔστι δ' ὡς ἄδικος· ἕτερον γὰρ τὸ νομικὸν δίκαιον, καὶ τὸ πρῶτον· εἰ δὲ γινώσκων ἔκρινεν ἀδίκως, πλεονεκτεῖ καὶ αὐτὸς, ἢ χάριτος, ἢ τιμωρίας: ὥσπερ οὖν κἂν εἴ τις μερίσαιτο τοῦ ἀδικήματος: καὶ ὁ διὰ ταῦτα κρίνας ἀδίκως, πλέον ἔχει: καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων ὁ τὸν ἀγρὸν κρίνας, οὐκ ἀγρὸν, ἀλλὰ ἀργύριον ἔλαβεν.

Adhuc ſi quidem ignorans exiſtimauit, non iniuriam facit, ſiquis ſpectet iuſtum legitimum, neque iniuſta exiſtimatio eſt: eſt autem quomodo iniuſta: aliud enim legitimum ius, ac primum: ſi autem cognoſcens exiſtimauit iniuſte, plus nactus eſt, & ipſe, ſiue gratiae, ſiue quod vltus eſt iniuriā acceptā: quemadmodum igitur ſiquis partem ſumat iniuſti facti, & ille qui ob haec iniuſte exiſtimauit, plus tenet: nam in illū quoque qui agrum adiudicauit, non agrum, ſed pecuniam cepit.

TERTIVM hoc argumentum eſt: inquit enim amplius, ſi inſciens male exiſtimauit, meritaque eorum non cognouit, quibus diuiſit, putari non debet iniuſte feciſſe, vt ſanè non fecit, ſiquis attendat legitimum ius, litteriſque proditum, neque iniuſta eſt exiſtimatio illa, nec tamen inquit, non alio pacto iniuſta eſt, cum longe aliud ſit legitimum ius, ac primum illud, naturaleque, quod nec initium vmquam habuit, neque extremum, vltimumque habiturum eſt: contra autem inquit, ſi intelligens quod ageret, iniuſtè, perperamque exiſtimauit, non caret vitio, labeque auaritiae: ipſe enim quoque lucro atque vtilitati ſuae ſeruiuit: reddidit enim, iniquo illo ſuo iudicio, ſibi amicum, beneuolumque eum, cui profuit,

fuit, ſiue ſatisfecit dolori ſuo, vltuſque inimicum ſibi hominem, etſi namque mercedem, pecuniamque non accepit, non tamen a culpa vacuus eſt: partem enim iniuſti eius facti ad ſe transfert, atque ita quoque qui ob haec conſequenda iniuſtè ſententiam tulit, plus habet: nam ille etiam inquit, qui in foro, iudicioque aliquo, ſi de fundo lis eſt, praue, atque inique iudicat; nec vero domino ipſum aſſignat, non partem eius agri ſumit, ſed pro illo pecuniam accipit.

Οἱ δ' ἄνθρωποι ἐφ' ἑαυτοῖς οἴονται εἶναι τὸ ἀδικεῖν: διὸ καὶ τὸ δίκαιον εἶναι ῥᾴδιον: τὸ δ' οὐκ ἔστι: συνελθεῖν μὲν γὰρ τῇ τοῦ γείτονος, καὶ πατάξαι τὸν πλησίον, καὶ δοῦναι τῇ χειρὶ τὸ ἀργύριον, ῥᾴδιον καὶ ἐπ' αὐτοῖς: ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντα ταῦτα ποιεῖν, οὔτε ῥᾴδιον, οὔτ' ἐπ' αὐτοῖς.

Homines autem in ſe ipſis poſitum eſſe arbitrantur iniuriam facere: quare & iuſtum hominem eſſe procliue: hoc autem verum non eſt: rem habere namque cum vxore vicini, & caedere eum, qui prope ſtat, & manu pecuniam largiri, facile eſt, atque in ipſis ſitum, ſed ita affectos animo haec facere, neque facile eſt, neque in eorum poteſtate conſtitutum.

ERANT in ore hominum eius aetatis opiniones tres, quae cum falſae forent, vulgo tamen a non paucis verae putabantur: eas igitur refellere ſe oportere exiſtimauit Ariſtoteles, cum pertinerent ad vitam & mores: earum vna erat, nullum negotium eſſe, iniuſtum aliquem fieri; vnde ſequebatur, facile etiam, promtumque eſſe, iuſtum eſſe, quod confutat, aperiens fontem huius erroris: conſueſſe enim inquit, cum vxore vicini, & caedere proximum, innocentem hominem, nec non pecuniam alicui praebere, ad fidem ſcilicet eius labefactandam, turpeque aliquod facinus ipſi perſuadendum, facile eſt: tria enim facta tangit, quae cuncta malitiam olere videntur. Haec igitur inquit facere pronum eſſe, & in poteſtate, manuque cuiuslibet poſitum, non tamen hoc ait eſſe iniuriam facere; & iniuſte facere: nec enim tantae culpae affinia ſunt, cum geruntur hoc laedendi animo & conſilio, & ita denique vt ſemper, qui hoc facit, promptus, paratusq; ſit ad idem efficiendum, nec vllam vmquam occaſionem amittat peccandi.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γνῶναι τὰ δίκαια, καὶ τὰ ἄδικα, οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι: ὅτι περὶ ὧν οἱ νόμοι λέγουσιν, οὐ χαλεπὸν ξυνιέναι: ἀλλ' οὐ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δίκαια, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός: ἀλλὰ πῶς πραττόμενα, καὶ πῶς νεμόμενα, δίκαια: τοῦτο δὲ πλέον ἔργον ἢ τὰ ὑγιεινὰ εἰδέναι: ἐπεὶ κἀκεῖ μὲν, μέλι, καὶ οἶνον, καὶ ἐλλέβορον, καὶ καῦσιν, καὶ τομὴν εἰδέναι ῥᾴδιον, ἀλλὰ πῶς δεῖ νεῖμαι πρὸς ὑγίειαν, καὶ τίνι, καὶ πότε, τοσοῦτον ἔργον, ὅσον ἰατρὸν εἶναι.

Similiter autem & cognoſcere quae iuſta ſunt, atque iniuſta, nullius ſapientiae munus putant eſſe, atq id, quia ea, de quibus leges praedicant [intelligere non eſt arduum: verum haec non ſunt iuſta, niſi ex accidenti: ſed quomodo aguntur, & quomodo diſtribuuntur, tunc iuſta ſunt]: hoc autem maius opus eſt, quàm quae ſaluti eſſe corporibus poſſint, intelligere: nam illic quoque & mel, & vinum, & elleborum, & vſtulationem, & ſectionem intelligere pronum eſt, ſed noſſe quomodo oportet haec tribuere ad corporis ſanitatem, & cui, & quando, tantum negotij eſt, quantum medicum eſſe.

ALTERA haec falſa ſententia eſt, quae haerebat pectoribus eorum: itidem enim arbitrabantur, didiciſſe res iuſtas atque iniuſtas non prae ſe ferre magnam ſapientiam; quia non arduum eſt intelligere, quae leges iubent atque vetant, verum inquit, hoc refellens, non ſunt haec iuſta, quae leges praeſcribunt, ac definiunt, niſi geſta ſint voluntate ac conſilio recte faciendi: ita enim ſolum appellari poſſunt ex accidenti, quia contigit auctorem eo-

rum

rum nunc haec moliri: alio vero tempore contra ſe gerere; ſi occaſio ferret; alio autem modo geſta, & adminiſtrata, ideſt firmo animo, & conſulto, recta & iuſta vere dicerentur; hoc vero pacto inſtructum, maioris negotij eſt, quàm intelligere, quae ad aegrotos ſanandos pertinent: ſimili autem vſus ad rem declarandam accommodato, manet in eo multum, totamque rem diligenter exponit: addit enim, in arte quoque medicorum intelligere mel, & vinum, & elleborum, perſpexiſſeque vim, & poteſtatem ipſorum, vt manu vrere partem corporis morboſam, & ſecare, pronum eſſe, nec magnam operam requirere, ſed quomodo haec tractanda ſint, & cui haec remedia danda, & quo tempore, vt proſint, tantum ſtudij, operaeque tequitere affirmat, quantam poſcit medicum fieri, artisque eius adminiſtrandae bene peritum eſſe.

Διὰ τὸ δὲ τοῦτο, καὶ τοῦ δικαίου οἴονται εἶναι οὐθὲν ἧττον τὸ ἀδικεῖν: ὅτι οὐθὲν ἧττον ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δύναιτ' ἂν ἕκαστον πρᾶξαι τούτων: καὶ γὰρ συγγενέσθαι γυναικὶ, καὶ πατάξαι, καὶ ὁ ἀνδρεῖος τὴν ἀσπίδα ἀφεῖναι καὶ στραφεὶς ἐφ' ὁποτεραοῦν τρέχειν, ἀλλὰ τὸ δειλαίνειν, καὶ τὸ ἀδικεῖν, οὐ τὸ ταῦτα ποιεῖν ἐστι, πλὴν κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντα, ταῦτα ποιεῖν ἐστι, ὥσπερ τὸ ἰατρεύειν, καὶ τὸ ὑγιάζειν, οὐ τὸ τέμνειν, ἢ μὴ τέμνειν, ἢ φαρμακεύειν, ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ ὡδί.

Propter hoc ipſum autem & hominis iuſti eſſe putant nihilominus iniuriam facere: quia nihil minus homo iuſtus, quam iniuſtus poſſet vtrumque horum efficere, quin etiam magis: & miſcere corpus cum vxore aliena, & caedere, & vir fortis clipeum abijcere, & tergo ab hoſtibus fugae ſe dare: ſed formidoloſum eſſe & iniuriam facere, non eſt huiuſcemodi vlla facere, praeter quàm ex accidenti, ſed ita ſe habentem haec facere, veluti curare aegrotum, & fungi munere medici, non eſt incidere: ſiue non incidere, ſiue medicamentum dare, ſiue non dare, ſed hoc pacto.

Tertia haec eſt peruulgata ſententia, profecta a proxima ſuperiore; indeque initium ducens: id quod ipſe ſtatim teſtatur; inquit enim eandem ob cauſam (eſt autem illa, quod cum procliue eſſe putarent rem iuſtam, atque iniuſtam moliri, arbitrabantur facile eſſe, iuſtum ſiue iniuſtum aliquem fieri) proprium; ſuumque eſſe viri iuſti, vt iuſtam rem facere, ita etiam iniuſtam, quia non minus valeret homo talis hoc quàm illud efficere, quin etiam melius iuſtus poſſet, vtrumque eorum moliri, & ijſdem fere exemplis, quibus ſupra vſus fuerat, declarat: tertium tantum variat, ac pro illo ponit facta formidoloſi hominis, quae fortis vir, etiam ſi ſibi honeſtum putaret, in proclio efficeret, veluti inquit, Clypeum abijcere; conuerſùmque ad vtramlibet partem, in qua ſe eriperet hoſtibus, terga dare: verum ait auctor, metuere, timidique hominis munere fungi, non eſt haec moliri, ſed hoc animo, & ita affectum haec efficere, veluti inquit: redit enim ad idem exemplum, obire munus medici, & curare aegrotum, non eſt incidere, ſiue non incidere, aut medicamentum dare, ſiue non dare, ſed tempore, ac modo haec praeſtare.

Ἔστι δὲ τὰ δίκαια ἐν τούτοις, οἷς μέτεστι τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν: ἔχουσι δὲ καὶ ὑπερβολὴν ἐν τούτοις, καὶ ἔλλειψιν: τοῖς μὲν γὰρ, οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ αὐτῶν, οἷον ἴσως θεοῖς: τοῖς δ', οὐθὲν μόριον ὠφέλιμον, τοῖς ἀνιάτοις, καὶ κακοῖς, ἀλλὰ πάντα βλάπτει: τοῖς δὲ, μέχρι του: καὶ τοῦτ' ἀνθρώπινόν ἐστι.

Manent autem iuſta in his, qui participes ſunt eorum, quae ſimpliciter bona ſunt: habent autem in his & exuperantiam, & paucitatem: in quoſdam enim non cadit exuperantia ipſorum, veluti fortaſſe Dijs: his vero nulla pars vtilis, qui ſcilicet inſanabiles ſunt, & praui homines, ſed omnia nocent: alijs autem aliquatenus: atque hoc humanum eſt.

IN quas perſonas cadant iuſta, de gnibns diſſerit, oſtendit; locumq; habere ipſa dicit in ijs, qui participes ſunt rerum, quae ſimpliciter, ſuaque vi bonae ſunt, etſi aliquando vſu venit, certis de cauſis, vt obſint: hi autem ſunt homines, interiecti inter deos atque beluas, quibus, contrarijs inter ſe naturis, non ferunt fructus vllos diuitiae, honores populares, ceteraque huiuſcemodi bona: neque enim inde commodi aliquid capiuns: minora namque illa ſunt ijs, quae conueniunt dijs: maiora autem melioraque rebus accommodatis animantibus, expertibns rationis, & quae ipſas iuuant: vocantur vero ſimpliciter bona, quia euenit aliquando, vt obſint, culpa eorum, qui perperam ipſis vtuntur, aut qui illis inhiant, & caede poſſeſſorum eorum bonorum, ad ſe ipſa trahunt. Addit auctor, nimium illorum habere poſſe homines, & parum, quam cauſam vult eſſe, vt non integra, abſolutaque bona ſint, ſed cum appendice illa bonorum nomen adipiſcantur: quod enim ſiue aliquando nocet, ſiue aliquibus mortalibus, ſimpliciter bonum vocari nō poteſt, ſiue etiam copia ſua, aut penuria, vt ipſe inquit; nam improbis mortalibus detrimentum potius adfert, quàm emolumenti aliquid, vbertas horum bonorum, quin etiam pars exilis ipſorum nocet: dijs vero ſuorum bonorum nimium eſſe non poteſt. Quibuſdam vero inquit, nulla pars fructum vllum ferre poteſt, his inqnam, qui ſanari nullo modo poſſunt, prauique ſunt, ſed cuncta, quae adhibentur obſunt: his vero vſquequo, proſunt, atque hoc profecto peculiare hominum eſt.

Περὶ δὲ ἐπιεικείας, καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς, πῶς ἔχει ἡ μὲν ἐπιείκεια, πρὸς δικαιοσύνην: τὸ δ' ἐπιεικὲς πρὸς τὸ δίκαιον, ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν.

De aequitate autem, & aequo & bono, quomodo ſe habet aequitas quidem ad iuſtitiam: aequum autem & bonum ad ius, ſequitur exponere.

DISCIPLINAM hanc, ſeriemque huius diſputationis de iuſtitia, poſcere inquit, vt modo, poſt multa, quae tradita ſunt de vera, plenaque iuſtitia, diſſeratur de aequitate & bonitate, qui eſt habitus animi pronus ad ita exiſtimandum de rebus in diſceptationem venientibus, & vt de habitu ipſo, ita de iudicijs, quae fiunt propoſito ſibi hoc genere iuris, quomodo inquam habitus hic ad habitum illum ſe habeat, & aequum bonumque factum, ad iuſtum ex legibus adminiſtratum.

Οὔτε γὰρ ὡς ταὐτὸν ἁπλῶς, οὔθ' ὡς ἕτερον τῷ γένει φαίνεται σκοπουμένοις, καὶ ὁτὲ μὲν, τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινοῦμεν, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον: ὥστε καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἐπαινοῦντες μεταφέρομεν, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἐπιεικέστερον, ὅτι βέλτιον δηλοῦντες: ὁτὲ δὲ τῷ λόγῳ ἀκολουθοῦσι φαίνεται ἄτοπον, εἰ τὸ ἐπιεικὲς, παρὰ τὸ δίκαιόν τι ὂν, ἐπαινετόν ἐστιν: ἢ γὰρ τὸ δίκαιον, οὐ σπουδαῖον, ἢ τὸ ἐπιεικὲς, οὐ δίκαιον, εἰ ἄλλο, ἢ εἰ ἄμφω σπουδαῖα, ταὐτόν ἐστιν: ἡ μὲν οὖν ἀπορία σχεδὸν συμβαίνει διὰ ταῦτα περὶ τὸ ἐπιεικές.

Neque enim ad idem ſimpliciter: neque vt aliud genere eſſe apparet his qui diligenter attenderint, & aliquando quidem bonum & aequum laudamus, & virum huiuſcemodi omnem eſſe putamus: quapropter, & ad alias res laudantes transferimus, pro bono aequius dicentes, melius illud eſſe declarantes: alio autem tempore nobis rationem ſequentibus perſpicitur abſurdum eſſe, ſi aequum, & bonum, quod remotum quiddam a iure, laudabile eſt: ſiue enim ius non eſt bonum, ſiue aequum & bonum non eſt iuſtum, ſi aliud eſt: vel ſi ambo bona ſunt, idem eſt. Quaeſtio igitur fermè exoritur propter haec circa aequum & bonum.

REQVIRI autem hanc operam ſuam, ſtudiumque declarat, qnia non omnino & prorſus eadem, nullaque re inter ſe diſcrepantia accipienda ſunt, neque vt diuerſa genere: id quod facile cognituros eſſe inquit eos, qui diligenter attenderint: hoc enim vnum eorum eſt, quae ſuadent, vt in hoc incumbat; alterum vero eſt, quod ductum eſt ab opinionibus, iudicijsq;, quae de ipſis fiunt: nunc enim inquit, landamus aequum & bonum, & virum grauem, fortemque eſſe putamus eum, qui in ſententia ferenda ſequitur ipſum potius, quam duriſſam

ſeuerita-

ſeueritatemque legum. Vt autem hic auctor huiuſcemodi quempiam, & huius ingenij, inſtitutique mortalem ἄνδρα appellat, ea ratione, qua oſtendi; ita M. Cicero in epiſtola ad C. Caſſium, hominem vocauit: ita enim locutus eſt de C. Panſa. „Nam, quod multos miſeria „leuauit, & quod ſe in his malis hominem praebuit, mirabilis eum virorum bonorum be„neuolentia proſequuta eſt: intelligit enim mitem & miſericordem. Sequitur apud Ariſtotelem, quae cauſa eſt, vt ad alia nomen hoc transferentes, cum laudare quempiam, volumus pro viro probo, vocemus eum aequiorem: ſignificare enim tunc volumus ipſum eſſe meliorem in omnibus ſuis factis ac vita. Alio autem tempore ait, rationem, & quaſi veritatem nobis ſequentibus, ſtultum videtur, ſi aequum & bonum eſt, quod diſcedit a iuſto, nec metuit iuri, ac legibus refragari: addit autem, quod hoc declarare videtur: ſiue enim iuſtum magni aeſtimandum non eſt, ſiue in tanto honore habendum, in quanto apud omnes eſt: hoc enim valere videtur, quod inquit non eſſe ipſum σπουδαῖον: ſiue aequum & bonũ non eſt iuſtum, ſed aliud quippiam, ſeiunctum ab eo, atque inde alienum, ſiue inquit, ſi ambo haec honeſta ſunt, & in pretio habenda, vnum prorſus, atque idem ſunt; ſequitur his de cauſis, quae monſtratae ſunt, exoriri hunc ſcrupulum in pectoribus noſtris.

Ἔχει δ' ἅπαντα τρόπον τινὰ, ὀρθῶς καὶ οὐθὲν ὑπεναντίον ἑαυτοῖς: τό, τε γὰρ ἐπιεικὲς, δικαίου τινὸς ὄν, βέλτιόν ἐστι δικαίου: καὶ οὐχ ὡς ἄλλο τι γένος ὄν, βέλτιόν ἐστι τοῦ δικαίου: τὸ αὐτὸ ἄρα δίκαιον, καὶ ἐπιεικές: καὶ ἀμφοῖν σπουδαίοιν ὄντοιν, κρεῖττον τὸ ἐπιεικές.

Habent autem ſe cuncta aliquo modo recte, nec quicquam eſt, quod leuiter etiã repugnet ſibi ipſis: aequum enim & bonũ, quod iure quopiam melius eſt, iuſtum eſt, & non tamquam aliud quodpiam genus melius eſt iuſto: idem igitur iuſtum & aequum & bonum, & cum ambo ſint bona, praeſtantius eſt aequũ & bonum.

DISSOLVIT modo hanc quaeſtionem, cunctaq; haec, quae in ipſa errori alicuj, culpaeq; affinia videbantur, oſtendit belle ſe aliquo modo habere, nec reprehendi merito poſſe, vt contraria, ſibique repugnantia: aequum enim inquit & bonum, quod iuſto quodam melius eſt, & ipſum quoque iuſtum eſt: nec illo melius, vt diuerſum quoddam ab ipſo, penituſque remotum: idem igitur inquit eſt iuſtum, & aequum & bonum, cumque ambo ipſa laude, commendationeque digna ſint, melius eſt, anteponendumque alteri aequum & bonum, tempore vſurpatum: ſi non ſemper, at quum res poſcit.

Ποιεῖ δὲ τὴν ἀπορίαν, ὅτι τὸ ἐπιεικὲς, δίκαιον μέν ἐστιν: οὐ τὸ κατὰ τὸν νόμον δὲ, ἀλλ' ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου.

Cignit autem dubitationem, quod aequum & bonum, iuſtum quidem eſt, non tamen quod lege conſtat, ſed legitimi iuris correctio.

VNDE ſcrupulus hic, dubitatioque exoriatur, docet: fontemque ipſius monſtrat: dicit enim haerere nos animo, incertoſque eſſe de hoc, quia videmus aequum & bonum, iuſtum ſanè eſſe, non tamen, quod lege conſtat, verum eſſe correctionem, emendationemque iuſti legitimi, & quod vim omnem ſuam, auctoritatemque nactum eſt, quia qui ſcripſit eam legem, hoc voluit, iuſſitque.

Αἴτιον δ' ὅτι ὁ μὲν νόμος καθόλου πᾶς: περὶ ἐνίων δὲ οὐχ οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν καθόλου: ἐν οἷς οὖν ἀνάγκη μὲν εἰπεῖν καθόλου: μὴ οἷόν τε δὲ ὀρθῶς, τὸ ὡς ἐπιτοπλεῖον λαμβάνει ὁ νόμος, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἁμαρτανόμενον: καί ἐστιν οὐδὲν ἧττον ὀρθός: τὸ γὰρ ἁμάρτημα οὐκ ἐν τῷ νόμῳ: οὐδ' ἐν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματός ἐστιν: εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν πρακτῶν ὕλη τοιαύτη ἐστίν.

Cauſa autem huius rei eſt, quod lex omnis vniuerſe aliquid iubet, aut vetat: de quibuſdam autem non poteſt aliquid recte tradi vniuerſe: in quibus igitur neceſſe eſt tradere aliquid in vniuerſum, id autem fieri non poteſt recte,

ſumit

ſumit lex id, quod plerumque euenire ſolet, non ignorans peccatum quod admittitur: eſtq; ea nihilominus recta: peccatum enim non eſt in lege: neque in eo qui legem ſcripſit, ſed in natura rei: ſtatim enim materies rerum, quae ſub actionem cadunt, talis eſt.

QVOMODO autem fiat, vt leges emendatione egeant, quae videntur prauis rebus emendandis inuentae, ſcriptaeque eſſe; aperit, dicitque id fieri, quia lex omnis in vniuerſum aliquid iubet, aut vetat; nec ſingulas partes eius attingit: ſunt antem res non nullae, de quibus nihil recte praecipi poteſt in vniuerſum, quia multis modis variantur, & praeter naturam earum, quae ſtabilis non eſt, locis etiam temporibusque immutantur; vbicunque igitur inquit neceſſe eſt praecipere aliquid in vniuerſum: natura autem earum rerum non patitur, vt recte id fiat, lex ſumit, quod plerumque fit, non inſcia ſui erroris; nec tamen ea de cauſa lex improbari poteſt, ac recta non eſſe exiſtimari: peccatum enim inquit in lege non eſt, neque etiam, qui tulit eam legem, in ea ſcribenda lapſus eſt: ſed vitium omne in natura eius rei manet, quod docet in vniuerſum, expoſitam eſſe, tradens, materiam rerum agendarum errori, cum varietur magnopere mutatis moribus, atque inſtitutis mortalium: ilico autem inquit, oſtendere volens hoc incommodum, vitiumque aliunde non proficiſci, ſed innatum illic eſſe, quare non poſſe euelli, ſed tantum corrigi.

Ὅταν οὖν λέγῃ μὲν ὁ νόμος καθόλου, συμβῇ δ' ἐπὶ τούτοις παρὰ τὸ καθόλου, τότε ὀρθῶς ἔχει, ᾗ παραλείπει ὁ νομοθέτης καὶ ἥμαρτεν, ἁπλῶς εἰπών, ἐπανορθοῦν τὸ ἐλλειφθέν· ὃ κἂν ὁ νομοθέτης οὕτως ἂν εἴποι, ἐκεῖ παρών· καὶ εἰ ᾔδει, ἐνομοθέτησεν ἄν.

Cum igitur lex locuta fuerit vniuerſe: euenerit autem quippiam in his rebus, quod aduerſatur ei, quod in vniuerſum fit, tunc recte ſe habet qua, qui ſcripſit legem, omiſit, & lapſus eſt, ſimpliciter loquens, corrigere, quod relictum eſt, quod & qui ſcripſit legem, ſic & ipſe dixiſſet, ſi praeſens adeſſet, et ſi noſſet, lege incluſiſſet.

TEMPVS ſignificat, quo confugere nos oporteat ad aequum & bonum, ne magnum aliquod incommodum exoriatur: neque enim temerè temptandae ſunt leges. Quando igitur inquit lex, praeceperit in vniuerſum aliquid, contigeritque quippiam in illis rebus, quod repugnet, aduerſeturque illi, quod plerumque verum eſt, tunc rectum eſt, laudeq; dignum; qua parte non plenè complexus eſt ſcriptor legis materiem illam, ſed lapſus eſt, cum ſimpliciter, vniuerſeque locutus ſit, nihilque exceperit, addere, quod relictum ab eo fuit, atque ita aliquo modo legem emendare, tamquam inchoatam ac mancam. Non poſſe autem eum reprehendi, oſtendit, neq; audaciae condemnari, quod legem attingat, declarat, quod adiungit, ſcriptorem etiam eius legis, ſi praeſens adeſſet, cum de illo facto diſceptaretur, dicturum eſſe, id fieri oportere, ac ſi illud ſibi olim in mentem veniſſet, ipſum illud ſe legi additurum fuiſſe.

Διὸ δίκαιον μέν ἐστι, καὶ βέλτιόν τινος δικαίου· οὐ τοῦ ἁπλῶς δὲ, ἀλλὰ τοῦ διὰ τὸ ἁπλῶς ἁμαρτήματος· καὶ ἔστιν αὕτη ἡ φύσις ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα νόμου, ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου.

Quare iuſtum quidem eſt, iure quodam melius: non autem eo quod eſt ſimpliciter ius, verum illo in quo peccatum eſt, quia ſimpliciter dictum eſt: & haec aequi & boni natura eſt, vt ſit correctio legis, qua ipſa deficit, quia vſa eſt vniuerſo.

STATVIT quid exiſtimari debeat de hoc aequo & bono, de quo controuerſia oriri poteſt, ac ſaepe etiam litigatur de ipſo, an recipi debeat, & anteponi iuſto legitimo: inquit igitur ipſum iuſtum eſſe, & profecto melius quodam iuſto, non ſane illo, quod ſimpliciter

tale

tale eſt, atque integrum, ſed eo, quod, quia ſimpliciter praecepit, & non diſtinxit, indicauitque, quae aliter aliquando fiebant, errori affine fuit, & ſanè inquit, haec eſt natura aequi & boni, vt ſit ipſum emendatio legis ea parte, qua plena illa, integraque non eſt, quia ſpectauit ſolum, quod in ea re in vniuerſum fieret.

Τοῦτο γὰρ αἴτιον, καὶ τοῦ μὴ πάντα κατὰ νόμον εἶναι, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον θέσθαι νόμον· ὥστε ψηφίσματος δεῖ· τοῦ γὰρ ἀορίστου, ἀόριστος καὶ ὁ κανών ἐστιν· ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς, ὁ μολύβδινος κανών· πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται· καὶ οὐ μένει ὁ κανών· καὶ τὸ ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα· τί μὲν οὖν ἐστι τὸ ἐπιεικές, καὶ τί δίκαιον, καὶ τινὸς βέλτιον δικαίου, δῆλον.

Haec enim cauſa eſt, cur non cuncta lege conſtent, quia ſunt non nulla, quae lex complecti non poteſt: quare opus eſt plebiſcito; indefinitae enim rei indefinita debet eſſe norma, vt Lesbiae parietum ſtructurae norma plumbea; ad figuram enim lapidis flectitur, & non manet norma: & plebiſcitum eodem pacto ad res variatur. Quod igitur eſt aequum & bonum, & quid ius, & quo iure melius, apertum eſt.

ILLVD ipſum, quod peperit aequum & bonum, effecitque vt auctoritatis non parum adipiſceretur contra vim, poteſtatemque legum, tradit etiam cauſam fuiſſe, ne omnibus in rebus firmandis homines vterentur legibus: patefecitque viam plebiſcitis, ac priuilegijs: ſunt enim inquit, in rep. adminiſtranda non pauca, quae legibus definiri non poſſunt; quare opus fuit plebiſcito, quod inuentum eſt ad ſingulare aliquod factum iubendum, aut vetandum, veluti etiam ad certum hominem ornandum, aut ignominia notandum: ſine ipſo autem non poſſe commode quaedam geri, recteque tractari, docet documento quodam in vniuerſum vero; ad indefinitam enim rem, ac variam, affirmat, normam quoque indefinitam adhiberi debere, ac ſimilem denique illi, id quod conſtituit, probatque ſimili: ſeruari enim hoc docet in parietibus quibuſdam, aedificijsque metiendis, quorum ſtructura aequalis non eſt, cum lapides eius collocati, fixique ſint ſine vlla aequalitate: cum ipſorum quidam ſint eminentiores, alij vero interiores, quod fiebat ornatus cauſa, vt opinor; quare norma illis metiendis firma, ſolidaque accommodata non erat, ſed plumbea, & quae flecteretur. Vocabatur autem haec ratio aedificandi Lesbia, quia in vſu erat, frequentabaturque ab hominibus, qui Lesbum inſulam incolerent; plumbea autem, quia ex ea materia eſſet, quemadmodum gladius plumbeus vocatus eſt, qui eadem de cauſa grauem plagam non imponeret, vt autem norma mutabatur, nec manebat, ita etiam plebiſcitum variatur, rebusque ſe accommodat, quod autem inquit μετακινεῖται, καὶ οὐ μένει, vnum eſt eorum, quae ἰσοδυναμοῦντα vocata ſunt a Graecis: ab inferioris aetatis Latinis aequipollentia: poſt haec teſtatur, breuiterque repetit, quae praeſtiterit, ad aequum & bonum explicandum pertinentia.

Φανερὸν δ' ἐκ τούτου, καὶ ὁ ἐπιεικὴς τίς ἐστιν· ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικός, καὶ πρακτικός, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικός· καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθόν, ἐπιεικής ἐστιν· καὶ ἡ ἕξις αὕτη, ἐπιείκεια, δικαιοσύνη τις οὖσα, καὶ οὐχ ἑτέρα τις ἕξις.

Perſpicuum ex hoc etiam quis eſt aequus & bonus: qui enim ſecum ſtatuit ſequi huiuſcemodi iudicia, aptusq; eſt ad haec agenda, & qui exquiſitum ius non ſequitur in deteriorem partem, ſed pronus eſt ad minuendas culpas, & ſi ſecum legem habet, is aequus & probus eſt, & habitus hic animi, aequitas vocatur, quae eſt iuſtitia quaedam, & non alius quiſpiam habitus.

CVM merito ex ipſo quaeri potuiſſet, vt traderet ac tamquam manu monſtraret eum, qui foret hac virtute praeditus, nec non doceret, cuiuſmodi eſſet habitus ipſe, dicit, perſpicuum id eſſe, atque ex eo ipſo, quod praeceperat, id poſſe plane intelligi. Primum igitur exponit, qui ſit aequus & bonus vir, deſcribitque ipſum diligenter: eſſe namque illum

dicit,

dicit, qui ſecum ſtatuit, ac deliberauit gerere ſe ita in rebus iudicandis, vt declaratum eſt, A id quod etiam ſeruat; nec ſequitur exquiſitum ius, totumque ſe tradit ijs cuſtodiendis, quae legibus mandata ſunt, cum videt, ſi id non fecerit, ſe peccaturum; contraque inquit, potius minuit paenas, ac ſupplicia legibus impoſita, & ſi, ſecum habens legem, durum ſe poſſet, atque obſequentem illi praebere. Poſt hunc expreſſum, dicit, habitum hunc animi, aequitatem vocari, quae ſpecies quaedam, parsque iuſtitiae eſt, non habitus ab ipſa diuerſus atque alienus, etſi fortaſſe non integer, neque perfectus; veluti lenitas, temperantia, fortitudo.

Πότερον δὲ ἐνδέχεται ἑαυτὸν ἀδικεῖν ἢ οὔ, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων: τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν δικαίων, τὰ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ὑπὸ τοῦ νόμου τεταγμένα, οἷον οὐ κελεύει ἑαυτὸν ἀποκτιννῦν ὁ νόμος: ἃ δὲ μὴ κελεύει, ἀπαγορεύει.

Utrum autem contingit, vt quiſpiam ſibi ipſi iniuriam faciat, ſiue minime, apertum eſt ex ijs, quae dicta ſunt: quaedam enim iuſta ſunt, quae ex omni virtute a lege conſtituta ſunt, ceu lex non iubet, vt aliquis ſemet ipſum interficiat: quae autem non iubet, vetat.

Cvm prius de hoc quaeſiſſet, & non negligenter diſputaſſet, penitus euellere modo hunc ſcrupulum vult: nec tamen de eadem omnino iuſtitia iniuſtitiaque differet: ſupra enim de vera, proprieque vocata, praecepit: nunc vero de illa, quae μεταφορικῶς dicta eſt, & non erga alium, ſed erga ſemetipſum exercetur: ait autem perſpicuum iam eſſe ex ijs, quae dicta ſunt, vtrum vſu veniat, vt aliquis ſibi ipſi iniuriam faciat, an non: initio autem vtitur huius nodi diſſoluendi, alte repetito; quaedam enim iuſta eſſe inquit, quae in omni genere virtutis a lege poſita, definitaque ſunt; illa autem quae ſint, declarat ſimili, veluti enim inquit, lex non iubet, ſibi quempiam manus adferre, quae vero non iubet, vetat, quid autem ſequatur apertum eſt; primum hoc argumentum eſt. Quod vero in extremo auctor generatim inquit, id quod lex non iubet, illud ipſum eam prohibere, ita putauit accipiendum magni ingenij doctrinaeque interpres, vt prolatum ſit de rebus, quae omni tempore, ac loco per ſe iniuſtae ſunt: e numero enim rerum eae, quas nulla lex iubet, intelligi D debent, vetitae eſſe a legibus, neque tamen exiſtimandum eſt: eſſe non paucas res, quas noſtri arbitrij penitus eſſe velit, conceditque nobis, vt in ipſis voluntatem ſequamur. Argyropylus exiſtimat, capi debere de prauis rebus, & quae vitio alicui affines ſunt, quas ſi leges non iubent, putari debent, ipſas vetare. Eſt omnino locus obſcurus, & qui, cum conciſus ſit, ac breuiter admodum prolatus, non ſine cauſa quemlibet perturbaret: quomodo enim probari poteſt ſententia haec cuncta, quae non iubet lex aliqua, eadem ipſam vetare: cogitaui aliquando ego, an hoc loco valeat, οὐ κελεύει, non concedit nobis, vt ea geramus, eripitque poteſtatem ipſorum gerendorum.

Ἔτι ὅταν παρὰ τὸν νόμον βλάπτῃ, μὴ ἀντιβλάπτων, ἑκὼν ἀδικεῖ: ἑκὼν δὲ, ὁ εἰδὼς καὶ ὃν, καὶ ὡς: ὁ δὲ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων, ἑκὼν τοῦτο δρᾷ παρὰ τὸν ὀρθὸν νόμον, ὃ οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος: ἀδικεῖ ἄρα: ἀλλὰ τίνα; ἢ τὴν πόλιν, αὑτὸν δ' οὔ: ἑκὼν γὰρ πάσχει: ἀδικεῖται δ' οὐθεὶς ἑκών: διὸ καὶ ἡ πόλις ζημιοῖ: καί τις ἀτιμία πρόσεστι τῷ ἑαυτὸν διαφθάραντι, ὡς τὴν πόλιν ἀδικοῦντι.

Adhuc cum quiſpiam contra legem nocet alteri, non vt compenſet acceptum detrimentum id gerens, ſponte iniuriam facit: ſponte autem, qui & ſciens & quem, & quomodo: qui autem ira incenſus ſibimet ipſi manus adfert, ſponte hoc facit contra legem rectam, quod non permittit lex: iniuria igitur afficit, ſed quem? an ciuitatem, ſe ipſum vero minime: ſponte enim perfert: iniuriam autem accipit nemo ſponte ſua. Quapropter paena afficit eum ciuitas, & adiungitur ignominia quaedam ei, qui ſe ipſum necauit, vt qui ciuitati iniuriam facit.

ALTERVM hoc argumentum eſt. Quando inquit, aduerſante lege, aliquis alicui nocet, non tamen malum pro malo dans, acceptamque iniuriam vlciſcens, ſponte iniuriam facit; ſponte autem facere is dicitur, qui quod facit, ſciens facit, cognita perſona, cui obeſt, & modo, qui vero addit, ſemetipſum obtruncat, ſponte ſua gerit, quod non permittit lex, atque id contra legem, & eam quidem vtilem, rectamque: non eſt igitur dubium, quin iniuriam faciat, ſed videndum eſt, cui. An inquit ciuitati? publicaque illa iniuria putanda eſt, certe non ſibi, quidquid enim mali patitur ſponte accipit: nemo enim inquit ſponte ſua, ac volens iniuriam accipit; quae cauſa eſt, ait, vt ciuitas in eum animaduertat, & vt poteſt, ipſum puniat: ignominiae enim genere quodam afficitur, qui ſe ipſum interimit, vt qui ciuitati iniuriam facit. In multis alijs grauibus delictis, quae C. Verri obiecit M. Cicero, hoc etiam ipſi exprobat, quod exemplo ſui corruperit filium, verba eius ſunt. Quibus in rebus, non ſolum filio; verum etiam reipublicae feciſti iniuriam: ſuſceperas enim filium, non ſolum tibi, ſed etiam patriae.

Ἔτι καθ᾽ ὃ ἄδικος ὁ μόνον ἀδικῶν, καὶ μὴ ὅλως φαῦλος, οὐκ ἔστιν ἀδικῆσαι αὑτόν: τοῦτο γὰρ ἄλλο ἐκείνης: ἔστι γάρ πως ὁ ἄδικος οὕτω πονηρὸς, ὥσπερ ὁ δειλός: οὐχ ὡς ὅλην ἔχων τὴν πονηρίαν: ὥστ᾽ οὐδὲ κατὰ ταύτην ἀδικεῖ: ἅμα γὰρ ἂν τῷ αὐτῷ εἴη, ἀφῃρῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι τὸ αὐτό: τοῦτο δὲ ἀδύνατον, ἀλλ᾽ αἰεὶ ἐν πλείοσιν ἀνάγκη εἶναι τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον.

Amplius ex eo, quod iniuſtus tantum eſt, qui iniuſte facit, & non omnino prauus, non licet iniuria afficere ſemet ipſum: hoc enim aliud eſt ab illo: eſt enim aliquo modo iniuſtus ita improbus, quemadmodum timidus, non vt plenam improbitatem in ſe habens: quare neque vi huius iniuriam facit: ſimul enim liceret eidem adimi, & adiungi aliquid, quod fieri non poteſt; ſed ſemper in pluribus neceſſe eſt eſſe rem iuſtam, & iniuſtam.

CVM quaeſtionem hanc prius diſſoluiſſet, oſtendens id locum non habere, vt ſcilicet quiſpiam ſibi ipſi iniuriam faceret, in genere illo iniuſtitiae, quod exercetur contra omnem virtutem: qui namque committit aliquid aduerſus quamlibet virtutem, iniuſtus eſt, vt initio declarauit. Vocat autem nunc ipſum ὅλως φαῦλον, ideſt penitus prauum quia non meruit committere aliquid contra omnem virtutem, ac legem. Quem autem nunc intelligit ἄδικον, quia labitur, ac peccat contra vnam tantum, a qua ſpernenda, iniuſti nomen conſequutus eſt. Nunc oſtendit, in ſuo & proprio genere iniuſtitiae contingere non poſſe, vt aliquis ſibi ipſi iniuriam faciat: ſequeretur enim inde id, quod abſurdum eſt, ac fieri non poteſt, vt alicui ſimul quippiam eriperetur, atque eidem accederet, quod vnum atque idem eſſet: qui enim in hoc genere iniuſtitiae iniuriam accipit, amittit, damnumque facit: qui vero iniuriam facit, lucratur: ſemper igitur in pluribus neceſſe inquit eſſe, vt iuſtum, atque iniuſtum hoc adminiſtretur.

Ἔτι δὲ ἑκούσιόν τι καὶ ἐκ προαιρέσεως, καὶ πρότερον: ὁ γὰρ διότι ἔπαθε, καὶ τὸ αὐτὸ ἀντιποιῶν, οὐ δοκεῖ ἀδικεῖν: αὐτὸς δ᾽ αὑτὸν, τὰ αὐτὰ ἅμα καὶ πάσχει, καὶ ποιεῖ.

Adhuc autem ſponte geſtum eſt electione & prius tempore: qui enim, quia malum accepit, idemq́ in auctorem iniuriae facit, non videtur iniuſte facere, ipſe autem in ſemet ipſum eadem ſimul & accipit, & facit.

ALIVD hoc argumentum eſt, quo idem declarat: oſtendit autem, quae requiruntur in perſona eius, qui iniuriam facit, non inueniri cuncta in illo, qui ſemetipſum vita priuat: oportet enim inquit, ſponte geſtum eſſe, ac conſulto quidquid iniurioſum eſt, ac praeterea tempore praecedere: qui enim, quia malum accepit, contra malum importat, non videtur iniuriam facere: prius namque iniuria in eo, quem vlciſcitur, eſt: hic

autem

autem adiuugit, qui ſemetipſum interimit; idem ſimul & patitur, & facit, & non diuerſis temporibus longè alias res has gerit, atque oppoſitas inter ſe.

Ἔτι εἴη αὖ ἑκόντα ἀδικεῖσθαι.

Adhuc vſu veniret, vt aliquis ſponte ſua iniuriam acciperet.

Et hoc uouum argumentum videtur, niſi quis putet eſſe illud partem antecedentis argumenti, vt oſtendere voluerit, quemadmodum abeſt ab hoc, qui ſe interimit, tertium illud, vt prius malum acceperit, quàm moliatur, ita etiam primum: neque enim ſpoute aliquis malum accipere poteſt, vt patefactum eſt.

Πρὸς δὲ τούτοις ἄνευ τῶν κατὰ μέρος ἀδικημάτων, οὐδεὶς ἀδικεῖ: μοιχεύει δὲ οὐδεὶς τὴν ἑαυτοῦ: οὐδὲ τοιχωρυχεῖ τὸν ἑαυτοῦ τοῖχον, οὐδὲ κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ.

Accedit autem his, quod ſine ſingulari quodam iniuſtorum factorum, nullus iniuriam facit: adulterat enim nemo ſuam vxorem, neque effodit ſuum parietem, neque furatur aliquid ſuarum fortunarum.

Additvr inquit, ſuperioribus argumentis, quod ſine iniuſtis factis ſingularibus, proprijsque alicuius vitij, nemo iniuriam facit: explanat autem quaſi exemplis poſitis, quod ſignificare voluit: ait enim nemo vxorem ſuam conſtuprat, neque effodit parietem ſuum, neque furatur aliquid fortunarum ſuarum, vt aliquis merito adulter vocari poſſit, alienum cubile ineat neceſſe eſt; eodemque pacto ſe res habet de effoſſore parietum, ac fure; ceterisque omnibus huiuſcemodi delictis: planum enim eſt argumentari auctorem ab inductione: idem igitur vſu venire exiſtimandum eſt de illo, qui iniuriam ſine certo iniuriae nomine facit: non cadere hoc nomen in eum, qui ſemetipſum interimit, vt neque in illos, qui res ſuas attingunt.

Ὅλως δὲ λύεται τὸ ἑαυτὸν ἀδικεῖν κατὰ τὸν διορισμὸν, τὸν περὶ τοῦ ἑκουσίως ἀδικεῖσθαι.

Ad ſummam autem ſoluitur, poſſe quempiam ſemet ipſum iniuria afficere, vi illius, quod definitum eſt, quomodo vſu veniat, vt aliquis ſponte ſua ſemetipſum iniuria afficiat.

Qvintvm hoc tamquam argumentum eſt, quo poſtremum declarat, vſu venire non poſſe, vt quiſpiam ſibi ipſi iniuriam faciat: repugnaret enim inquit, ei, quod iam definitum, explicatumque eſt, quomodo contingat, aliquem mortalem ſponte ſua violari, accipereque iniuriam, quare reijciendum eſt, ne ipſimet, quae conſtituimus, retexamus.

Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ἄμφω μὲν φαῦλα, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ τὸ ἀδικεῖν: τὸ μὲν γὰρ, ἔλαττον: τὸ δὲ, πλέον ἔχειν ἐστὶ τοῦ μέσου: ὥσπερ ὑγιεινὸν μὲν, ἐν ἰατρικῇ: εὐεκτικὸν δὲ, ἐν γυμναστικῇ.

Perſpicuum autem eſt, eſſe quidem ambo haec mala, & iniuriam accipere, & iniuriam facere: horum enim vnum minus accipere eſt: alterum vero plus medio: veluti ſalubris quidem, in arte medicorum: apti autem ad bonam corporis valetudinem, in arte corporum exercendorum.

Constare dicit, ambo haec mala eſſe, & ſine dubio fugienda: accipere inquam, & facere iniuriam: nec poſſe merito quempiam de hoc dubitare: eum tamen paria non ſint, aequaliaque inter ſe, vtrum eorum deterius ſit, monſtrare voluit: Quomodo autem verum

quam quod humero, & ſiniſtro crure vehementer ſancius erit, talum etiam intorſit, quae res maxime curſum eius impedijt, itaque non multo poſt interfectus eſt.

Κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν οὐκ αὐτῷ πρὸς αὑτὸν δίκαιον, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ τισιν: οὐ πᾶν δὲ δίκαιον, ἀλλὰ τὸ δεσποτικὸν, ἢ τὸ οἰκονομικόν: ἐν τούτοις γὰρ τοῖς λόγοις διέστηκε τὸ λόγον ἔχον μέρος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἄλογον: εἰς ἃ δὴ βλέπουσι, καὶ δοκεῖ εἶναι ἀδικία πρὸς αὑτὸν, ὅτι ἔστιν ἐν τούτοις πάσχειν τι παρὰ τὰς ἑαυτῶν ὀρέξεις: ὥσπερ δὴ ἄρχοντι, καὶ ἀρχομένῳ εἶναι πρὸς ἄλληλα δίκαιόν τι: καὶ τούτοις. Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

Translatione autem, & ſimilitudine quadam, non ſane ipſi erga ſemet ipſum iuſtum, ſed quibuſdam partium ſuarum: non omne autem iuſtum, ſed erile, vel domeſticum: in his namque rationibus pars animi, quae rationis eſt particeps diſſentit ab ea, quae ſine ratione eſt: ad quas ſpectantibus nobis, videtur eſſe iniuſtitia erga ſemet ipſum: quia licet in his accipere aliquid contra ſuas appetitiones. Quemadmodum igitur imperium habenti, & imperio parenti, iuſtum inter ſe eſt, ita, & his. De iuſtitia igitur, & alijs virtutibus morum definitum ſit hoc pacto.

VT negauit, adhibita multa cura, fieri poſſe, vt aliquis proprie ſibi ipſi iniuriam faciat: ita modo concedit, ſiquis translatis verbis vtatur, ac ſimilitudinem ſequi velit, id vſu venire, nec omnino male dici, quempiam ſemetipſum laedere, ac violare. Primum igitur ſententiam hanc, vocemque, ſiquis tueri ipſam velit, oſtendit requirere, ne proprie aliquis loquatur, cum in hoc ſermone, quo traduntur ſcientiae, atque artes, non magnopere locum habeant verba translata, quia omnis huiuſcemodi oratio conuenit poëtis, iſque omnibus, qui ornatum magis ſectantur, quàm lucem, ac claritatem: quae cauſa fuit, vt ipſe in VI. Topicorū arceret ipſa a definitionibus; adferunt enim illa caliginis non parum; obſcuritatisque omni illi loco, quo comportata fuerint; non igitur ſe purgat auctor, vt interpres putauit, ſed potius hoc quoque valet; ſiquis diligenter attendat, ad auctorem huius ſententiae magis premendum, qui hoc quoque nomine peccauit, ſed hoc relicto, concedit Ariſtoteles hoc fieri poſſe, ſiquis ſuas aliquas partes, non ſe totum intelligat, vt ſcilicet ipſis incommodet, atque iniuriae aliquid, detrimentique inferat. Addit etiam aliud, quod in ea ſententia reprehendi poteſt, neque enim illa vera eſt in omni genere iuris, ſed in erili ſolum, ac domeſtico: omnique demum illo, in quo iuris aliquid habeat pars vna ad alteram, ad quam refertur, veluti erus ad ſeruum, pater ad liberos, vir ad vxorem; eaſdem enim rationes habere dicit animi partem, in qua collocata eſt ratio, ac conſilium ad expertes ipſius: in quibus dominatur libido, aut ira: quia autem rationes, quas appellauit, vt perſonae quoque non ſunt omnino pares & aequales; ideo multitudinis numero, inquit, vt opinor, rationes, non rationem: addit autem, haec homines ſpectantes, & huc oculos conuertentes putaſſe fieri poſſe, vt aliquis exerceret iniuſtitiam erga ſemetipſum, quia vſu venit aliquando, vt aliquis accipiat aliquid mali contra ſuas appetitiones; quemadmodum inquit, videmus extare quoddam ius inter eum, qui imperium habet in ciuitate, atque illum, qui paret imperio ipſius, quod colere ambo, ac cuſtodire debent.

PETRI VICTORII COMMENTARII IN VI. LIBRVM ARISTOTELIS De moribus ad Nicomachum

Ἐ ΠΕΙ δὲ τυγχάνομεν πρότερον εἰρηκότες, ὅτι δεῖ τὸ μέσον αἱρεῖσθαι, μὴ τὴν ὑπερβολὴν, μήτε τὴν ἔλλειψιν: τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, τοῦτο διέλωμεν: ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἕξεσι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἔστι τις σκοπὸς, πρὸς ὃν ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων, ἐπιτείνει, καὶ ἀνίησι, καί τις ἐστὶν ὅρος τῶν μεσοτήτων, ἃς μεταξύ φαμεν εἶναι τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῆς ἐλλείψεως, οὔσας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον.

QVIA autem diximus prius oportere medium ſumere, & non exuperantiam, neque paucitatem: medium autem eſt, vt recta ratio dicit, hoc diuidamus: in cunctis enim expoſitis habitibus, veluti etiam in alijs, eſt quidam ſcopus, ad quem reſpiciens, qui rationis eſt particeps, intendit quaſi curſum ſuum, ac remittit, & quidam terminus eſt mediocritatum, quas in medio ſitas eſſe affirmamus exuperantiae, ac paucitatis, quae ſunt, vt recta ratio ſignificat.

CVM tradidiſſet virtutes morum, quas docuit eſſe mediocritates, conſtitutas in medio actionum noſtrarum, motuumq; animi turbidorum: videretque medium capeſſere, atque illic ſiſtere; arduum eſſe, monſtrauit, quo pacto aliquis obtinere hoc poſſet: vitareque nimium ac parum, quae ſunt loca vitiorum tamen ea certa, firmaque, dixit rectam rationem vnicam, atque optimam magiſtram huius rei eſſe: quique ipſam conſuluerit, ab omni errore vacuum, liberumque futurum, Cum igitur oſtendiſſet, quid facere nos oporteret, ſi medium tenere vellemus, rectamque, quam ſemper appellauit, rationem, ſequendam affirmaſſet, nec tamen quid ea foret, exquiſite docuiſſet; initio huius libri, quod merito deſiderari poterat ad plenam ſuperiorum virtutum cognitionem tradendam, communi etiam quodam documento ſignificat, quàm vtilis erit haec cognitio, cum in his quoque habitibus cunctis, vt in

ceteris rebus, exiſtat quiddam, quod ſpectantes nos tamquam terminum ac finem, poterimus cupidi ipſius impetrandi, intendere curſum, aut remittere, ne nimis ſegnes ſimus in eo captando, aut nimis feſtinemus, cum iam ipſi propinqui ſimus, nec tanto conatu opus ſit. In monſtrandum igitur hunc terminum incumbet: quare prima pars huius libri non omnino ſeiuncta eſt ab illis, quae praecepit in antecedentibus: niſi enim percepta fuerit vis, & natura huius rectae rationis, non omnino certa ſunt, quae de morum virtutibus docuit: hac autem explanata, atque ita abſoluta, nullus ſcrupulus reſtabit in animis eorum, qui legunt, de doctrina virtutum earum; quare ſtatim aggredietur explicationem alterarum harum virtutum, quae rationis ſunt, & à parte animi, in qua manent, διανοητικαὶ vocantur; in extremo autem primi libri, diuidens virtutes, alterum genus ipſarum eſſe inquit, has ipſas: noua igitur aliquo modo materia erit, quam nunc aggreditur, & ea quidem bona, & magna pars huius libri: quid enim melius, praeclariusque eſt his quinque virtutibus; tot enim numero ſunt, quae poſtea ſequantur, his explanatis, ſignificabit: medium autem, quod nos ſumere vult, & ſine cuius adeptione non poſſemus plenè compotes fieri praeteritarum virtutum, non modo requiri in ipſis ſignificat, verum etiam in ceteris rebus, quae cura & ſtudio tractantur, ſineque ipſius conquiſitione, & diligenti perceptione neceſſario aut nimium rerum illarum ſumeremus, aut parum, ideſt, aut ipſum medium in curſu ipſius praeteriremus, aut ad eum non perueniremus, intelligit autem artes, & cetera huiuſcemodi ſtudia. Eſſe igitur inquit quaſi ſignum quoddam in pariete notatum, ipſe σκοπὸν appellat, cui Graeco nomini, ſi par Latinum inueniretur, M. Cicero ipſo vſus non foret, ad quod ſignum reſpiciens rationis particeps, vt res poſtulat, intendit, aut remittit, & eſt profecto terminus quidam, definitusque locus mediocritatum, quas mediocritates inquit, in medio ſitas eſſe volumus eius, quod ſuperat; & illius, quod curſum non impleuit, definitas, monſtratasque a recta ratione.

Ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως, ἀληθὲς μὲν: οὐθὲν δὲ σαφές: καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιμελείαις, περὶ ὅσας ἐστὶν ἐπιστήμη, τοῦτο ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὔτε πλείω, οὔτε ἐλάττω δεῖ πονεῖν, οὐδὲ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ μέσα, καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος: τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἄν τις, οὐθὲν ἂν εἰδείη πλέον: οἷον ποῖα δεῖ προσφέρεσθαι πρὸς τὸ σῶμα, εἴ τις εἴποιεν, ὅτι ὅσα ἡ ἰατρικὴ κελεύει, καὶ ὡς ὁ ταύτην ἔχων.

Eſt autem ita loqui verum quidem: non tamen apertum: nam in alijs quoque ſtudijs, in quibus ſcientia exiſtit, hoc verum eſt dicere, neque plura, neque pauciora oportere cum labore conficere, aut inertia, ſed media, & vt recta ratio iubet: hoc autem ſolum tenens aliquis, nihilo plus sciret: ceu qualia oportet ad corpus adhibere, ſiquis diceret, quaecumque ars medicorum praecipit, & vt is, qui hanc tenet.

VALET hoc ad oſtendendum, committere non debuiſſe eum, quin de illo, quod iam tetigiſſet, ac quantum locus requirebat, expoſuiſſet, nunc exquiſitius, & apertius praeciperet; non enim in hoc modo incumbit, quia vitij aliquid in ſuperiore doctrina ſit: egeatque ipſa correctione, ſed quia non fuit aperta omnino, & plana: quod tamen facit hic, eo loco explanare non debuit, quia confudiſſet praeceptionem, ac verum ordinem ipſius tradendae: neque enim paucis tanta res exponi poterat: hoc igitur eſt, quod ſignificat haec quaſi purgatio quaedam, & officij ſui conſtitutio: inquit autem, quod hic factum eſt, in alijs etiam rationibus, artibusq; exponendis vſurpatum, eidem culpae affine eſſe: haberiq; merito debere ſi non falſum, minime tantum abſolutum ac plenum, velut ait, ſimili enim vti voluit ad rem illuſtrandam in tuenda valetudine, corporisque exercitationibus, non oportere plus laboris capere, aut minus, quàm oporteat: neq; idem facere in ceſſatione a laboribus, ac ſegnitie; verum medium horum attendere, & dare operam, vt id adipiſcare, & rectam rationem intueri, quod ſi inquit quiſpiam hoc tantum generatim teneret, nihil adhuc percepiſſet, quod eum magnopere iuuaret: exemplo autē hoc declarare voluit, veluti igitur inquit, ſi aliquis quaereret, qualia corpori obijcere oportet: vt integrum, incolumeq; ſit, ac reſponderet quiſpiam, quaecumque medicorum ars iubet, quique eam didicit. In priore quoq; librorum illorum de moribus, quorū index eſt μεγάλα ἠθικά, cum minore gito, ad eundē hunc locum perueniſſet, idem quod hic admonuit, ea, quae prius de recta ratione praecepiſſet,

quamuis

quamuis illi loco ſeruirent, vereque dicta forent, non tamen abſoluta eſſe, nec ſatis quempiam erudire, requiriq; adhuc quippiam ad eam plene tradendam, quod explanare volens, vſus eſt eodem ſimili, quo hic, & iiſdem quoque verbis: veluti enim inquit, ſi quis alicui diceret, optimam valetudinem obtineri, ſi, quae ſalubria ſunt, adponeret, quod obſcurum eſſe ait: reſponderet enim ille, aperi mihi, & declara, quae ſunt, quae dicis ſalubria. προσφέρειν quemadmodum duobus his locis vſurpauit, quod valet obijcere, & admouere, ita nomine inde ducto, in altero eorundem librorum, quo loco accurate docet, peccare illos, qui dicerent voluptatem eſſe generationem; cum voluptas nulla ſit generatio; inquit enim. ὅταν γὰρ ἀποδιδῶται τῆς προσφορᾶς κινουμένας, γίνεται ἡδονή, διὰ τοῦτο γένεσιν εἶναι, ideſt cum admouetur corpori, reſtituiturque, quod defecerat.

Διὸ δεῖ καὶ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἕξεις, μὴ μόνον ἀληθῶς εἶναι τοῦτ' εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ διωρισμένον, τίς τ' ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ τούτου τίς ὁ ὅρος.

Quapropter oportet circa quoque habitus animi, non ſolum hoc vere dictum eſſe, ſed idem etiam definitum, & explicatum, quae ſcilicet eſt recta ratio, & huius ipſius quae definitio.

QVAPROPTER inquit, vt in artibus, & ſtudijs cunctis hoc ſeruari debere declaratum eſt, ita etiam in habitibus animi explanandis, quod de ipſis praecipitur: non opus eſt tantum, vt verum ſit, ſi idem obſcurum fuerit, & communiter, generatimque prolatum, ſed etiam explicatum ſit, veluti, quae ſit recta ratio, & huius ipſius rationis quis terminus.

Τὰς δὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὰς διελόμενοι· καὶ τὰς μὲν, εἶναι τοῦ ἤθους ἔφαμεν· τὰς δὲ τῆς διανοίας· περὶ μὲν οὖν τῶν ἠθικῶν, διεληλύθαμεν· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ψυχῆς πρῶτον εἰπόντες, λέγωμεν οὕτως.

Animi autem virtutes diuiſimus; & has quidem eſſe morum: has vero rationis, diximus: de his igitur, quae ſunt morum percurrimus: de reliquis autem, cum primum de animo locuti erimus, diſſeramus hoc pacto.

COMMEMORAT ſe virtutes animi diuiſiſſe; quod fecit in extremo primi horum de moribus librorum: dixiſſeque quaſdam earum moris eſſe: alias autem rationis, quarum ſedes foret, vnde διανοητικαὶ appellatae ſunt, pars animi poteſtasue διάνοια vocata: additque ſe diſſeruiſſe de ijs, quae moris ſunt, velleque de ceteris modo diſputare: quod tamen prius quam aggrediatur, ſignificat ſe de animo quaedam dicturum. Primum autem repetit pauca illa, quae de ipſa prius tradiderat: poſtea adiungit, quae noua haec materia requirebat, & ſine quibus commode de his virtutibus praecipi nihil poterat.

Πρότερον μὲν οὖν ἐλέχθη δύο εἶναι μέρη τῆς ψυχῆς· τό, τε λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον· νῦν δὲ περὶ τοῦ λόγον ἔχοντος, τὸν αὐτὸν τρόπον διαιρετέον· καὶ ὑποκείσθω, δύο τὰ λόγον ἔχοντα· ἓν μὲν, ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν· ἓν δέ γε, ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα.

Prius igitur dictum eſt, duas eſſe partes animi, vnam rationis participem: alteram expertem: nunc autem eius, quae rationem habet, eodem pacto diuiſio a nobis facienda eſt: & ponatur, duas eſſe partes, quae ratione praeditae ſunt: vnam, qua contemplamur eorum, quae ſunt huiuſcemodi quaedam, quorum principia res non patitur, vt aliter ſe habeant; alteram autem, qua ea, quae aliter eueniant.

PAVCIS tangit, quae olim de anima praecepit, ideſt in extremo primi horum de moribus librorum, primamque illam diuiſionem de duabus animi partibus, redigit nobis in me-

motiam

moriam, quae fuit, partem quandam ipſius rationem in ſe collocatam habere: partem vero alteram ſine ratione eſſe: eodem igitur pacto ideſt bifariam, diuidenda pars haec eſt, quae rationem habet, quam diuiſionem illic omiſit, atque huic loco, cuius propria eſt, reſeruauit: inquit igitur, ponendum nobis eſſe, & tamquam certum, & exploratum habendum: neque enim locus hic patitur, vt hoc accuratè doceatur: nimis enim longum, & operoſum foret, oſtendere, duas eſſe animi partes, quae rationis compotes ſunt: ipſamq; in ſe habent, quarum vna eſt ea, qua contemplamur, e numero eorum, quae ſunt, cuncta illa, quorum initia ſunt certa, nec variari, mutarique poſſunt: altera autem pars eſt, qua quaerimus, videmusque ea, quae ſunt expoſita mutationibus, nec ſemper pariunt eadem facta.

Πρὸς γὰρ τὰ τῷ γένει ἕτερα, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς μορίων, ἕτερον τῷ γένει, τὸ πρὸς ἑκάτερον πεφυκός, εἴπερ καθ' ὁμοιότητά τινα, καὶ οἰκειότητα ἡ γνῶσις ὑπάρχει αὐτοῖς.

Ad ea enim, quae genere diuerſa ſunt inter ſe, & animi partium diuerſum genere adhibendum eſt, quod ſit illi natura accommodatum: ſiquidem ſimilitudine quadam, & affinitate cognitio ipſis ineſt.

AD cognoſcenda enim ea, quae genere inter ſe diſcrepant, diuerſaque ita ſunt, adhibendam eſſe docet partium animi illam, quae & ipſa genere diſcrepat, & illi intelligendae a natura facta eſt: neque enim aliter res exitum haberet, ſiquidem inquit, tenemus, rataque habere volumus, quae firma eſſe debent; & iam comprobata ſunt: cognitionem fieri in his rebus ſimilitudine, & affinitate quadam, eius quod cognoſcit, ad id quod cognoſci, & percipi debet, Alexander quoque in eo libro, de animo, cuius initium eſt. Περὶ ψυχῆς, τί ἐστι, hoc ipſum tradidit: dixit enim, opus eſſe ad ea, quae ſunt inter ſe natura diſcrepantia, cognoſcenda, adhibere partium animae diuerſarum eam, quae natura illic accommodata eſt, cuius ſententiae, quaſi ſolum ac fundamentum idem eſt, quod Ariſtoteles hic poſuit, & ipſum ijſdem etiam verbis prolatum: inquit enim, εἴπερ καθ' ὁμοιότητά τινα, καὶ οἰκειότητα ἡ γνῶσις αὐτοῖς γίνεται: vt autem locum magis indicem, in capite haec ſunt, cuius titulus eſt, περὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως.

Λεγέσθω δὲ τούτων, τὸ μὲν, ἐπιστημονικόν: τὸ δὲ, λογιστικόν: τὸ γὰρ βουλεύεσθαι, καὶ λογίζεσθαι ταὐτόν: οὐδεὶς δὲ βουλεύεται, περὶ τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν: ὥστε τὸ λογιστικόν ἐστιν ἕν τι μέρος τοῦ λόγον ἔχοντος.

Vocetur autem harum, haec quidem apta ſcientijs: haec vero rationibus ſubducendis idonea: conſilium enim capere de aliqua re, & rationem ipſius ſubducere idem eſt: nemo autem conſultat de rebus, quae non poſſunt aliter ſe habere: quapropter pars animi, quae ratiocinatur, vna quaedam pars eſt eius, quae rationis particeps eſt.

ITA loquitur auctor, vt planè cognoſci videatur, ipſum haec nomina his duabus animi partibus impoſuiſſe, quae conſuetudinis antea non fuerint: prius nomen a ſcientijs, quae ἐπιστῆμαι vocantur, ἐπιστημονικὸν ait vocari poſſe, ac debere: materia enim ſcientiarum talis eſt, vt non varietur, aliterque ſe habeat: alterum autem λογιστικὸν dicit appellandum, quaſi deliberatiuum, a materia itidem rebusque, de quibus deliberatur, quae ſuſcipiunt in ſe varios euentus: quia autem quaerere potuiſſet aliquis, cur non vocaret ipſum βουλευτικὸν, quaſi reſpondet, dicens, referre nihil vtro nomine quis ipſum appellet, quia βουλεύεσθαι, & λογίζεσθαι idem ſignificat, vt apud Latinos conſultare ac deliberare. Longe autem aliud eſſe oſtendit poſterius hoc a ſuperiore, quia vt illud non quaerebat de rebus, quae aliter eueniunt, ita hoc non quaerit de rebus, quae vno tantum modo ſemper fiunt, ac neceſſariae ſunt, quod teſtatur dicens, nemo conſultat de rebus, quae aliter contingere, & vſu venire non poſſunt: concludit autem rationem, addens. Quapropter deliberatiuum eſt vna quaedam pars partis illius animi, quae rationem in ſe continet.

Ληπτέον ἄρα ἑκατέρου τούτων, τίς ἡ βελτίστη ἕξις: αὕτη γὰρ ἀρετὴ ἑκατέρου: ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον.

Sumendus igitur vtriusq; horum, qui optimus eſt habitus: hic enim eſt virtus vtriuſque: virtus autem ad ſuum proprium munus refertur.

Cvm patefactae ſint ioquit, hae duae partes animi, rationem habentis, dare operam nuoc debemus, vt adipiſcamur, quis ſit optimus habitus vtriuſque ipſarum: neque enim contenti eſſe debemus hac ipſa cognitione, cum ſiois noſter ſit, virtutes, ac vitia tradere: inuento autem illo, nouerimos, quae ſit virtus, perfectioque ambarum partium; virtus aotem inquit, verſatur in ſuo, ac proptio opere, referturque ad ipſum: vimque ſuam, ac poteſtatem in eo exercet: non enim virtus, & abſolutio partis, quae occupatur in materijs neceſſatijs, vtilis eſſe poteſt deliberationibus: neque contra.

Τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας: αἴσθησις, νοῦς, ὄρεξις: τούτων δ' ἡ αἴσθησις, οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως: δῆλον δὲ τῷ, τὰ θηρία, αἴσθησιν μὲν ἔχειν: πράξεως δὲ, μὴ κοινωνεῖν.

Tria autem ſunt in animo, quae ſummam poteſtatem habent in actione, & veritate: ſenſus, mens, appetitus: horum autem ſenſus nullius actionis principium eſt: apertum autem hoc inde eſt, quod beluae quidem ſenſu praeditae ſunt: actione autem non communicant.

Cvm diuiſetit aoimam ſuas io partes, vt ex diuiſione hac eliciat habitus, qui ſunt virtutes intellectus, qnod nonc ſednlo facit, tradit qoot in homine ſunt, quorum vi, ac poteſtate ille agere quippiam poſſit, in rebusque, quod verum ſit, perſpicere ac cootemplari: tria autem numero ipſa eſſe ſignificat, quae nominat, ideſt ſenſum, meotem, & appetitum: quorum trium primum ſtatim repudiat: accommodatumque oon eſſe oſtendit hoi ſuo ac virtuti propriae hominis, ideſt ſenſum: tationemque reddit, cur ipſum reijciat: neque enim eſſe illum affitmat principium vllius actionis: actio enim merito vocari non poteſt, factum vacuum a ratione: declarare autem hoc affirmat, quod beluae ſenſum habent; actioois autem participes mioime ſuot.

Ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις, καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει, δίωξις καὶ φυγή.

Eſt autem quod in animi parte, qua cogitamus, affirmatio, & negatio; hoc in appetitu, perſecutio, & fuga.

Postqvam reiecit ſenſum, vt huic rei efficiendae minime accommodatum: cum reſtareot duo, quae, diuerſa ratione praeſtarent hoc, docet quomodo conueniat ipſis in hoc munere obeundo, atque ait id ipſum, quod in animo, parteque eius, διάνοια vocata, eſt affirmatio & negatio, ideſt quod illa probat, ſiue improbat, & alienum putat, illud io appetitu eſſe perſecutionem, ac fugam: ilico enim, vt aoimus exiſtimauit aliquid bonum eſſe, appetitus excitatur ad ipſum perſequendum: contraque, ſi malum iudicarit, ad idem vitandum, ſeduloque a ſe depellendum.

Ὥστ' ἐπειδὴ ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ, ἕξις προαιρετική: ἡ δὲ προαίρεσις, ὄρεξις βουλευτική, δεῖ διὰ ταῦτα τόντε λόγον ἀληθῆ εἶναι, καὶ τὴν ὄρεξιν ὀρθήν: εἴπερ ἡ προαίρεσις σπουδαία, καὶ τὰ αὐτὰ τὸν μὲν, φάναι: τὴν δὲ, διώκειν: αὕτη μὲν οὖν ἡ διάνοια, καὶ ἡ ἀλήθεια πρακτική.

Quapropter quia virtus moralis habitus eſt, qui electione vtitur: electio autem appetitus cum electione: oportet his de cauſis, & rationem eſſe veram: &

contentione

appe-

appetitum rectum: ſiquidem electio bona, eademq́, & illum affirmare, & hunc ſequi: haec igitur animi pars eſt, qua cogitamus, & veritas, quae incumbit in res agendas.

QVAE requirantur, vt, quod eligitur, rectum ſit, actioque ipſa laudabilis, declarat: ſequitur autem totum hoc, confirmatis ijs, quae dicta ſunt, duciturque inde: inquit igitur. Quapropter, quia moralis virtus eſt habitus, cui a munere, quod obit, optandoque nomen impoſitum eſt: eligit enim vir probus, reiectis minus bonis rationibus, minusque idoneis ad id quod vult efficiendum, quod melius eſſe intelligit, ac ſine delectu hoc non poteſt conſtare honeſtum aliquod facinus: repetit etiam quid ſit electio: appetat enim oportet, qui eligit, in eoque perſequendo, quod cupit, vtatur conſilio, ſecumque deliberet, quid potiſſimum ad id obtinendum accommodatum ſit, vt autem haec fungantur officio, electio inquam, & appetitus, quid requiratur, ſignificat: id autem eſt; vt ratio vera integraque ſit, neque errori alicui affinis, ſimulque appetitio recta: incenſaque deſiderio rei bonae atque honeſtae, concurrant enim ambae oportet, in eo, quod proprium ipſarum eſt, adminiſtrando, ideſt vt dianoea affirmet, indicetque quid fieri oporteat: appetitus autem id ſequatur, incumbatque in ipſum adipiſcendum. Poſt haec autem ita tradita, teſtatur ſe monſtraſſe, quae ſit dianoea, ac veritas, qua vtimur in rebus agendis: ſequitur hic poſt dianoeam, & veritas, quia ſupra ſignificarat oportere, vt ratio vera foret: quod autem admonuit de concordia harum poteſtatum, fecit neceſſario, quia litigant illae aliquando inter ſe, ac proeliantur, vt in homine incontinente.

Τῆς δὲ θεωρητικῆς διανοίας, καὶ μὴ πρακτικῆς, μὴ δὲ ποιητικῆς, τὸ εὖ καὶ κακῶς, τἀληθές ἐστι, καὶ ψεῦδος: τοῦτο γάρ ἐστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργον· τοῦ δὲ πρακτικοῦ, καὶ διανοητικοῦ ἡ ἀλήθεια, ὁμολόγως ἔχουσα τῇ ὀρέξει τῇ ὀρθῇ.

Eius autem cogitationis, qua vtimur ad contemplandum, & nō ad agendum, neque faciendum, laus, ac vitium, veritas eſt, ac vanitas: hoc namq́ munus eſt omniū animi partis factae ad cogitandum: eius vero quae ad agendum, & ad cogitandum, veritas, quae aſſentitur appetitui recto.

SIGNIFICAT, quae ſint munera vtriuſque mentis, cum opus ſuum moliuntur ideſt mentis eius, quae tota verſatur in rebus obſcuris contemplandis, & illius, quae agit, incumbitque in res humanas gerendas: vnde ambae nominatae ſunt. Primum igitur dicit eius, quae occupatur in contemplando: alienaque penitus eſt & ab agendo, & ab opere aliquo faciendo quorum duorum, prius animi munus eſt, in rep. regenda: priuataque aliqua re recte, & ordine adminiſtranda, alterum autem opificum in opere aliquo efficiendo, laudem eſſe, commendationemque: eodemque vitium, ac vituperationem, veritatem, ac mendacium, cum enim cognorit, quod noſſe ſtudet mens haec, laudem conſequitur: cum vero depellitur ab eo, ac pro vero falſum probauit, accenſatur, culpaeque affinis eſt. Hoc autem ab ea poſtulari teſtatur, addens, hoc munus eſſe omnis animi partis, quae verſatur in cogitando: alterius vero partis, quae agit, ac cogitat, non inconſiderate tamen, ſed ratione, ac conſilio, munus eſt veritas, cui conueniat cum appetitu, ſed recto: nam qua ratione veritatem, perfectionemque adipiſcitur, id obtinet a mente, ac ratione, quod vero veritate contentum non eſt, ſed audit etiam appetitum, cum agere velit; hoc ei facere neceſſe eſt, appetitus enim principium eſt rerum agendarum.

Πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα: προαιρέσεως δὲ, ὄρεξις καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος: διὸ οὔτ' ἄνευ νοῦ, καὶ διανοίας, οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἐστὶν ἕξεως ἡ προαίρεσις: εὐπραξία γὰρ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν πράξει ἄνευ διανοίας, καὶ ἤθους οὐκ ἔστι.

Actioniū igitur principium electio eſt, vnde & motus exoritur, ſed non illa, cuius gratia: electionis autem, appetitus, & ratio, quae alicui inſeruit. Quare neque abſque mente, & cogitatione, neque ſine morali habitu eſt electio: bo-

na enim

na enim actio eſt, & contrarium in actione ſine cogitatione, & moribus non manet.

Ostendit, quae ſint principia humanae actionis, & quae ratione adminiſtretur: primum igitur tradit, electionem initium eſſe actionis: ſtatim enim vt perſpectum eſt, in conſilijs capiendis, quod melius eſt, nihil aliud reſtat, niſi agere, nulla vero res proprie dicitur agi, quae a ratione vacua, ſeiunctaque ſit. Adiungit autem, vnde ortum ducit motus, cum enim cognitum habemns, quid praeſtet, anteponendumque ſit, incumbimus in ipſum agendum. Docet etiam cuiuſmodi motus ille ſit, negatque eſſe finem: eſt enim efficiens. Quemadmodum autem electionem fontem, initiumque eſſe dixit actionis, ita nunc electionis principium eſſe oſtendit, appetitum & rationem: illam inquam, quae quod quaerit, indagat, vt moliatur aliquid, vnde intelligi poſſe ait, non conſtare actionem ſine mente, & quae inde vocata eſt dianoea, eodemque pacto ſine habitu morali, atque hoc, quia ipſa eſt actio perfecta, atque abſoluta: contrarium autem ipſius in actione etiam ipſum ſitum eſt, in qua itidem adhibitum ſit conſilium, & mos, ſed ambo mala & deprauata: ſine namque cogitatione aliqua, & aſſenſu non fiunt improba etiam facta.

Διάνοια δ' αὐτὴ οὐθὲν κινεῖ, ἀλλ' ἡ ἕνεκά του καὶ πρακτική: αὕτη γὰρ καὶ τῆς ποιητικῆς ἄρχει: ἕνεκα γάρ του ποιεῖ πᾶς ὁ ποιῶν, καὶ οὐ τέλος ἁπλῶς, ἀλλὰ πρός τι, καὶ τινὸς τὸ ποιητὸν, ἀλλ' οὐ τὸ πρακτόν: ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος, ἡ δ' ὄρεξις τούτου.

Cogitatio autem ipſa nihil mouet, ſed ea quae eſt ob aliquem finem, & actiua: haec enim, & ingā, quae efficit, imperium habet: gratia enim alicuius facit omnis, qui facit, & non finis eſt ſimpliciter, verum ad aliquid, & alicuius eſt id, quod materia eſt, qua effici quippiam poſſit: ſed non eius quod agitur, bona actio finis eſt, appetitio autem huius eſt.

Intellectus autem ipſe, quo vtimur in rebus contemplandis ait, nihil mouet: neque impellit nos ad id gerendum, quod ipſe ſuo ſtudio verum eſſe viderit, neque etiam inde reuocat atque abſterret, contentus ſuo, & proprio munere. Cum autem oſtenderit, quod ipſe, vt a ſe alienum, omittit, ſtatim indicat, quis ſit intellectus, qui in hoc incumbit, aitque mouere, & incitare illum, qui habet finem aliquem quaeritque vt agat quippiam, ad exitumque perducat, quod ex accurata ſua meditatione probarit. Addit autem hunc ipſum intellectum imperium habere in eum, qui efficit, opereque ſuo molitur quippiam, quod fieri dicit, quia omnis, qui efficit aliquid, id efficit, vt ex munere illo ſuo exiſtat aliquod opus; neque ſimpliciter propoſitum ſibi habet finem aliquem, ſed quod ſeruiat alicui: referaturque ad ipſum: quidquid enim inquit effectum ab aliquo eſt, ideſt ab opifice, accommodatum eſt alicui rei, quod non vſu venit in eo, quod actum eſt: nam finis eius; qui ducit exercitum, & illius, qui remp. regit, eſt recte & ordine ipſum illud confectum; & cum laude ad exitum perductum, ideſt imperatoris, victoriam conſequi, & politici, beatos ciues reddere: appetitusque ipſius omnis eſt huius rei.

Διὸ, ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς ἡ προαίρεσις, ἢ ὄρεξις διανοητική: καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ, ἄνθρωπος.

Quare, ſiue appetendi vim habens mens eſt electio, ſiue appetitio, quae vtatur ratione, atque huiuſcemodi principium eſt homo.

Hoc plane corollarinm eſt: cum enim oſtenderit coniungi haec oportere, vt opus conficiatur, & quaſi communi ſtudio ipſum geratur recte, ideſt, & mentis, & appetitus, admonet electionem ipſam ab vtroque poſſe nominari: genusque ipſius eſſe exiſtimari, vt hoc, ita etiam illud; ſi tamen alterum loco differentiae ipſi adplicetur; qnare inquit electionem eſſe, ſiquis eam definire velit, ſiue mentem copulatam cum appetitu, ſiue, mutato conuerſoque ordine, appetitum, qui ſequatur rationem, neque alienus ab ea ſit, vt ſaepè alijs temporibus contingit, tunc enim nihil minus aptum eſſet ad electionem conflandam.

Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐδὲν γεγονός: οἷον οὐδεὶς προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθηκέναι: οὐδὲ

γὰρ

γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου, καὶ ἐνδεχομένου: τὸ δὲ γεγονὸς, οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι: διὸ ὀρθῶς Ἀγάθων. Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται. Ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Non cadit autem ſub electione res vlla, quae iam geſta ſit, ceu nullus eligit Ilium expugnaſſe: neque enim conſilium capitur de re, quae iam geſta ſit, verum de ea, quae futuri temporis eſt, ac fieri poteſt: quod autem factum eſt, non poteſt non factum eſſe. Quare recte Agathon. Solius enim huius Deus quoque poteſtate priuatur. Ut non facta ſint, quaecunque illa ſint, quae iam facta ſunt.

Docet, quae res materia ſint electionis: primumque tradit, non cadere in electionem rem vllam iam geſtam & quae praeterito tempore exitum nacta ſit, quod illuſtri exemplo confirmat; quis enim tam inops conſilij foret, vt eligeret Troiam captam eſſe a Graecis, valet ad hoc declarandum, vt ſignificat, quod non deliberatur de re quapiam antea facta, verum cogitur conſilium de illo, quod fieri debet: non manet autem electio ſine deliberatione: quod enim melius, accurata quaeſtione de aliqua re habita viſum fuerit, id homines, alijs rationibus poſthabitis, gerere in animum inducunt; eſtque haec ipſa electio. Non tantum ipſos etiam deliberare ſignificat de rebus, quae futurae ſunt, ſed e numero illarum ſolum, quae & fieri, & non fieri poſſunt, exitumque incertum, & obſcurum habent. Quod autem, addit, factum iam eſt, non poteſt ex facto iam in non factum tranſire; quare nactus hanc occaſionem laudat Agathonem ſodalem ſuum, delicias autem Platonis, & qui & ipſe hoc viderat, & duobus ſenarijs expreſſerat; ſententia quorum aperta eſt. Idem etiam Plinius de Deo protulit his verbis. Nullumque habere in praeterita ius, praeterquam obliuionis.

Ἀμφοτέρων δὴ τῶν νοητικῶν μορίων, ἀλήθεια τὸ ἔργον: καθ᾽ ἃς οὖν ἕξεις μάλιστ᾽ ἀληθεύσει ἑκάτερον, αὗται αἱ ἀρεταὶ ἀμφοῖν.

Ambarum igitur animi partium, quibus vtimur ad cogitandum, veritas eſt munus: quorum igitur vi habituum, maxime verum dicit vtraque, hae ſunt virtutes ambarum.

Ex ijs, quae ſunt expoſita, dicit patere ambarum partium mentis opus munuſque eſſe, veritatem perſcrutari, ideſt & eius, quae verſatur in agendo, & illius, quae occupatur in contemplando, rebusque obſcuris videndis, & in ea inueſtiganda ipſas ſtudium omne ſuum ponere: non eodem autem conſilio ipſas veritatem indagare, ſupra patefactum eſt. Reſtare igitur ait, vt videamus ex ijs, qui ſint habitus animi, per quos maxime vtraque pars verum adipiſcitur, quod cum inuentum fuerit, ſtatim cognitum erit, quae ſint virtutes ipſarum harum partium.

Ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν, περὶ αὐτῶν πάλιν λέγωμεν: ἔστω δὴ, οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι, ἢ ἀποφάναι, πέντε τὸν ἀριθμόν: ταῦτα δ᾽ ἐστὶ: τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς: ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι.

Initium igitur ducentes a ſuperiore loco, rurſus de ipſis dicamus: ponatur iam quibus verum praedicat animus, affirmando, vel negando; quinque eſſe numero: haec autem ſunt, ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, mens: exiſtimatione enim & opinione contingit, vt aliquis decipiatur.

Cum rationem, viamque monſtraſſet, qua percipiantur virtutes hae rationis, ſignificat nūc ſe velle de ipſis, principio inde ducto, plenius & accuratius diſſerere, id quod tamen, priusquàm aggrediatur, exponit, qui ſint habitus, quibus animus noſter verum edit, nec deci-

pitur, exiſtimando de rebus, iudicioque de ipſis faciendo, quibus declaratis, ſtatim de virtutibus ipſis praecipiet, inquit igitur. Ponatur, & tamquam firmum conceſſumque teneatur, illa, quibus animus verum praedicat; dum affirmat aliquid, aut negat, eſſe quinque numero, quae commemorat: eſſe namque illa dicit, artem, ſcientiam, prudentiam, ſapientiam, mentem; ijs autem expoſitis, cum videret duabus alijs rebus contingere ſaepe, vt aliquis veritatem adipiſcatur, illae autem ſunt exiſtimatio, & opinio; oſtendit ſe non ſine cauſa illas ſuperioribus quinque non addidiſſe; neque numerum ipſarum auxiſſe; quia contingit aliquando quempiam, ſequentem illas decipi & errare: quare non oportet eas collocare in numero earum, quae ab omni fallacia, & errato alienae ſunt.

Ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστιν, ἐντεῦθεν φανερὸν (εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι, καὶ μὴ ἀκολουθεῖν ταῖς ὁμοιότησι) πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν, ὃ ἐπιστάμεθα, μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν: τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ἄλλως, ὅταν ἔξω τοῦ θεωρεῖν γένηται, λανθάνει, εἰ ἔστιν ἢ μή: ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶ τὸ ἐπιστητόν: ἀΐδιον ἄρα: τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὄντα ἁπλῶς, ἀΐδια πάντα: τὰ δ' ἀΐδια, ἀγένητα, καὶ ἄφθαρτα.

Scientia igitur quid ſit, hinc planum, apertumq́ erit (ſi oportet exquiſitè dicere, & non ſectari ſimilitudines) omnes enim exiſtimamus, id, quod ſcimus, non poſſe aliter ſe habere: quae autem contingit, vt aliter ſe habeant, quando fuerint extra noſtrum conſpectum, clam nobis ſunt, ſint ne, an non ſint: neceſſario igitur eſt quod ſub ſcientiam cadit: ſempiternum igitur: quae namque neceſſario ſunt ſimpliciter, ſempiterna ſunt cuncta: ſempiterna autem, neque genita ſunt, neque interibunt vmquam.

Incipit exponere quinque illa, quae modo appellauit, initium ducens, non ſeruato eodem ordine, a ſcientia: ſupra enim exorſus ſic erat ab arte; inquit igitur, quid ſit ſcientia perſpicuum hinc erit: a materia autem, iudicioq; communi omnium, qui has res quaerunt, argumentatur, quam veram eſſe rationem putat cognoſcendi res, & quid in ipſarum natura incluſum ſit, aperiendi: inquit enim, officium ſuum conſtituens, ſi decet, rectumq; eſt, vt profecto eſt, de his rebus exquiſite loqui, & non ſequi ſimilitudines: etſi enim ope ſimilium res non paucae, non omnino planae, commode percipiuntur: veritas tamen ſubtilitasque ſcientiarum, vt habituum etiam horum non patitur, vt ita tradatur. ita enim errori non paruo aditus aperiretur, neque foret in ſcientijs claritas illa, quae inde abeſſe non poteſt: inquit igitur, hoc, quod hic interiectum eſt, relicto: cuncti enim exiſtimamus, quod ſcimus, vſu venire non poſſe, vt aliter ſe habeat, ac varietati vlli expoſitum ſit; quam incerta autem illa ſint, & quam timide de his affirmare aliquid merito poſſimus, declarat, dicens. Quae autem aliter euenire poſſunt, cum e conſpectu ſe nobis eripuerint, dubios, incertosque nos reddunt, ſint ne, an non ſint: quod igitur cadit in ſcientiam, materiaque ipſius eſt, id neceſſarium eſt; quare inquit, ſempiternum eſt: quae namque addit neceſſaria ſunt, ſimpliciter ſunt ſempiterna cuncta: quae autem ſempiterna, ea nec orta vmquam ſunt, nec interire poſſunt.

Ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶν, καὶ τὸ ἐπιστητὸν, μαθητὸν: ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία: ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐλέγομεν: ἡ μὲν γὰρ, δι' ἐπαγωγῆς: ἡ δὲ, συλλογισμῷ.

Amplius doctrina tradi poſſe omnis ſcientia videtur, & id quod ſcientiae materia eſt, diſci poſſe: ex rebus autem prius cognitis omnis docendi ratio gignitur: quemadmodum in Analyticis dicebamus: haec enim vi inductionis, haec vero ſyllogiſmo conficitur.

Declarat noua hac ratione, ac via conſtare inquam ſcientiam ex rebus neceſſarijs, atque ſempiternis: resque has materiam ipſius eſſe, atque inſtrumentum: vtitur enim ad ea demonſtranda, quae vult, ſyllogiſmis huius generis: inquit igitur, oſtendere hoc volens

Praeterea

Praeterea omnis ſcientia a doctore ipſins videtur tradi poſſe: & qnod tale eſt, ſcirique poteſt, idem etiam diſci ac percipi, quod huiuſcemodi eſſe intelligitur hoc pacto: omnis enim ratio, curaqne docentis proficiſcitur ex rebus prius cognitis, ſine quibus neque a doctore tradi; neque ab eo, qui ſe illi in diſciplinam dedit, perdiſci aliquid poſſet; de quo inquit, in libris Analyticis dictum a nobis, diſputatumque eſt: ſatis autem notum eſt, hoc ipſum ſedulo facere initio duorum illorum librorum, qui poſteriores Analytici vocati ſunt. Quomodo autem tractetur haec ipſa ratio ac doctrina, docet: partem enim ipſius quandam inductione confici dicit, quandam vero ſyllogiſmo. Non exiſtimauit autem alienum hic quoque paucis illa tangere: ac declarare, quid diſcriminis ſit inter inductionem, & ſyllogiſmū, inquit igitur.

Ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ, ἀρχὴ ἐστι, καὶ τοῦ καθόλου· ὁ δὲ συλλογισμὸς, ἐκ τῶν καθόλου.

Inductio quidem igitur principium eſt, atque eius, quod in vniuerſum tale eſt: ſyllogiſmus autem ex ijs, quae in vniuerſum.

Qvibvs verbis tradit inductionem eſſe principium, & quaſi originem ſcientiae, quia ſine adminicnlo hoc, atqne inſtrumento, nihil paene ſciri, intelligiqne poſſet: rebus enim non nullis patefactis, vi, & poteſtate ipſius, lucem adfert ſyllogiſmus ſuis propoſitionibus, & tamquam armis. Vt autem ſcientiae initium eſſe ait inductionem, ita quae in vniuerſum ſunt comprobare: prodnctis enim illa, & declaratis ſingularibus, omne illiuſmodi eodem pacto ſe habere demonſtrat. Syllogiſmus autem hic, addit, ope eorum, quae in vniuerſum ſunt, conficirur. In quibuſdam, calamo exaratis libris, & excuſis quoque legitur ἀρχῆς ἐστι, generandi caſu; qni tamen olim verterunt in Latinum ſermonem hoc opus, videntur ſuo in exemplari habuiſſe, recto caſu ἀρχὴ, vt Euſtratins quoque: ſuperiori lectioni locus eſt, & is quidem ſatis aptus, praeterea magis ipſa conuenire videtur ſtructurae verborum, quae ſequitur qnin etiam in II. libro de arte dicendi, ita ſcriptum eſt, & eodem denique caſu.

Εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς, ὧν οὐκ ἔστι συλλογισμὸς: ἐπαγωγὴ ἄρα.

Sunt igitur principia, ex quibus ſyllogiſmus, quorum non exiſtit ſyllogiſmus: inductio igitur.

Ex his, quae ſunt expoſita, conſtare dicit, inueniri quaedam principia, ex quibus ſane conflatur ſyllogiſmus, nec tamen ipſa ſyllogiſmo probantur: reſtat igitur, vt illa confirmentur inductione; nam ſine claritate aliqua non eſſent accommodata, idoneaque alijs rebus fidei tribuendae, cum dubia, & obſcura forent, ſuccurrit autem huic rei inductio.

Ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτικὴ, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς· ὅταν γάρ πως πιστεύῃ καὶ γνώριμοι αὐτῷ ὦσιν αἱ ἀρχαὶ, ἐπίσταται· εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμπεράσματος, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει τὴν ἐπιστήμην. Περὶ μὲν οὖν ἐπιστήμης, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

Scientia igitur eſt habitus, qui vim habet, ac poteſtatem demonſtrandi: ac quaecumque alia definita a nobis ſunt in Analyticis. Cum autem aliquo modo crediderit, & cognita ipſi fuerint principia, iam ſcit: ſi enim non magis quàm concluſio, ex accidenti adeptus erit ſcientiam. De ſcientia igitur definitum, explicatumq; ſit hoc pacto.

Cvm oſtendiſſet qnid eſt ſcientia, ambabus rationibus, quibus declarari potuit, ideſt ſignificata materia, & rebus, in quibus verſatur: nec non canſa ſuae originis, atque ortus, nunc concludit, quid ipſa ſit, definitionemque ipſius attingit; non enim plenam illam, abſolutamque huc adfert, ſed totum ſe refert ad eam, qnam in claro, & illuſtri loco poſuerat, atque vbi potiſſimum haec exquiſite tradere oportebat, vt ipſemet teſtatur. Adiungit autem

hic poſtea, quae ad confirmandam definitionem hanc, perfectamque eſſe oſtendendam faciunt, quae ſi aliter ſe haberent, nec ſeruata diligenter forent, vitioſam definitionem redderent, vt ipſe admonet his verbis. Quando enim is, cui doctrina traditur, crediderit, cognitaque ipſi principia fuerint, iam ſcit, nec ſcrupulus vllus reſtat in animo ipſius de veritate eius rei: ſi namque res aliter ſe habuerit, & non magis, quàm concluſio principia, & quae ſumpta fuerint ad probandum, percepta ſunt, non vere, & certa ratione, ſed caſu, & ex accidenti ille ſcientiam conſecutus erit: quis enim non videt, quae ſumuntur ad aliquid declarandum planiora, certioraque eſſe oportere, quàm illud, quod vi eorum, poteſtateq; declaratur: quomodoque poteſt quiſpiam, quod ipſe non habet, alteri tribuere? Cum ſibi autem auctor viſus ſit ſatis explicaſſe, quae ad ſcientiam pertinebant, tranſit ad artes tradendas.

Τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, ἔστι τι καὶ ποιητὸν καὶ πρακτόν: ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις, καὶ πρᾶξις: πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ αὐτῶν, καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις: ὥστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ, ἕτερόν ἐστι τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως: διὸ οὐδὲ περιέχονται ὑπ' ἀλλήλων: οὔτε γὰρ ἡ πρᾶξις, ποίησις: οὔτε ἡ ποίησις, πρᾶξις ἐστι.

Eius autem, quod euenit, vt aliter ſe habeat, eſt quoddam, materia faciendi, & agendi: aliud autem eſt effectio & actio: fidem autem habemus de ipſis, ſermonibus etiam exotericis: quapropter & ad agendum cum ratione natus, differt ab eo habitu, qui vim cum ratione efficiendi habet: neque alteruter horum ab altero continetur: neque enim actio eſt effectio: neque effectio actio.

Explanata ſcientia, cuius materia ſunt res, quae non mutantur, neque aliter vnquã ſe habent, incipit diſſerere de rebus contrarijs, expoſitisque varietati: ſtatimque oſtendit, non vnum genus ipſorum eſſe, cum vnum eorum ſit omne id, quod faciunt mortales, ac fabricant: alterum vero, quod agunt; longè autem aliud eſſe inquit, facere, atque agere, operamque diuerſam, quae collocatur in his rebus, id quod paulo poſt declarabit, etſi initio teſtatur recipi poſſe, ac probari, quae in ſermonibus, vocatis ab ipſo exotericis dicta ſunt, & ſi quae tradita in illis ſcriptis erant, popularia forent, & non ſatis exquiſita: materiae tamen in ipſis quoque illis diſputationibus graues & reconditae aliquando tangebantur. Cum igitur materia harum virtutum ita diſſimilis inter ſe ſit, habitus quoque animorum diuerſos eſſe oportere teſtificatur, cum alter eorum ſit, qui occupatur in rebus agendis, qualia ſunt munera illorum, qui verſantur in rep. adminiſtranda, comite, & duce ratione; alter vero in faciendis, ac moliendis, cuiuſmodi eſt animi habitus opificum, eorumque omnium, qui manu opus aliquod fabricant, continetur. Significare etiam voluit, quomodo diſſentiant inter ſe: neque enim cunctae res, quae diſcrepant, eadem differentia ſeparantur: tradit igitur diſcrimen ipſarum in hoc non manere, vt inferius a ſuperiore contineatur, veluti homo ab animali, ſpeciesque omnis a ſuo genere, aut denique alterum ipſorum ſub altero collocatum ſit: neque enim inquit actio eſt effectio, neque contra effectio, actio.

Ἐπεὶ δ' ἡ οἰκονομικὴ, τέχνη τίς ἐστι, καὶ ὅπερ ἕξις τις μετὰ λόγου ποιητική: καὶ οὐδεμία οὔτε τέχνη ἐστὶν, ἥτις, οὐ μετὰ λόγου ποιητικὴ ἕξις ἐστὶν: οὔτε τοιαύτη, ἣ οὐ τέχνη: ταυτὸν ἂν εἴη τέχνη, καὶ ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική.

Quia autem aedificandi ars eſt quaedam ars, & proprie habitus, qui vim cum ratione efficiendi habet, ac nulla neque ars eſt, quae non ſit habitus, qui cum ratione vim efficiendi habeat: neque huiuſcemodi aliqua, quae non ſit ars: idem vtique eſſe debebit ars, & habitus, qui cum vera ratione vim efficiendi habeat.

Constitvit definitionem artis, quam expreſſit: veramque eſſe docet, exemplo vnius artis, ideſt eius, quae domos aedificat, quae ars nihil aliud eſt, niſi habitus quidam animi, qui habitus, quod facit, ſequens rationem facit: eodemque pacto, quia nulla neque ars eſt, cui non conueniat haec definitio: neque definitio haec cadit in vllam aliam rem, ſed

arti ſoli congruit, quae conſtruit domos; poſſumus hinc plane cognoſcere, idem atque vnum eſſe ambas res has, ideſt definitionem, & id quod definitum eſt, mutarique ipſas inter ſe: eſt autem haec redditio illius ſuperioris ἐστὶ, qua particula vſus fuit initio huius partis. Quod vero in hac vna quadam artium vſu venit, idem in omnibus huiuſmodi artibus fieri neceſſe eſt, vt inductione perſpicitur. Cum ὅπερ autem hic vſurparit, quid hac voce Ariſtoteles ſignificare ſolitus ſit, admonuit Alexander in II librum Topicorum; inquit enim apud eum ὅπερ valere κυρίως, & cuicumque nomini id adpoſitum fuerit, oſtendere illud proprie eſſe tale.

Ἔστι δὲ τέχνη πᾶσα περὶ γένεσιν, καὶ τὸ τεχνάζειν, καὶ θεωρεῖν, ὅπως ἂν γένηταί τι τῶν ἐνδεχομένων καὶ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι: καὶ ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι, ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ποιουμένῳ: οὔτε γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, ἢ γινομένων ἡ τέχνη ἐστὶν, οὔτε τῶν κατὰ φύσιν: ἐν αὑτοῖς γὰρ ἔχουσι ταῦτα τὴν ἀρχήν.

Verſatur autem ars omnis in generatione, & in fabricando, & ſpectando, vt fiat aliquid eorum, quae poſſunt & eſſe, ac non eſſe, & quorum principium eſt in eo, qui facit: & non in eo quod efficitur: neque enim ars eorum eſt, quae neceſſario ſunt, aut fiunt: neque eorum, quae natura conſtant: in ſemet ipſis enim habent haec principium.

Cvm expoſuiſſet habitus, qui verſantur circa ea, quae contingit aliter ſe habere, alterumq; ipſorum genus definiſſet, ideſt qui facit aliquid, nec non definitionem ipſam comprobaſſet, nunc quid ars moliatur, ac quomodo, declarat: inquit igitur artem omnem habere hunc finem, ac verſari circa aliquid generandum, ideſt quod prius non eſſet, faciendum; nam vtitur vt hic, ita alijs multis locis nomine hoc generandi, non ſolum de ortu animalium, verum etiam de rebus, quae ſunt animi expertes: nam quod ſtatim addidit, καὶ τὸ τεχνάζειν, arbitror ipſum aperire voluiſſe, quomodo accipere nos vellet, quod prius dixerat artem occupatam totam eſſe in aliquo generando, vt τεχνάζειν valeat fabricare aliquod opus: illo vero quod addidit καὶ θεωρεῖν & quae ſequuntur, ſignificare voluit, artem dare operam, vt id opus, quod ſuſcepit faciendum, vnum eorum ſit, quae eſſe poſſunt, fieriq; tunc ac non eſſe: videreque quomodo id recte effici poſſit: ſunt igitur duo, & non tria, quae tangit hic auctor, ac fortaſſe vnum: non enim video quomodo ex verbo τεχνάζειν, elici, intelligique poſſit inuentio, vt interpretes voluerunt, qui videntur nimis ſubtiliter locum examinaſſe. Addidit praeterea, quod & ipſum ad materiam oſtendendam pertinet, diſtinguendam ab alijs rebus, quae, & ipſae generantur, alia tamen ratione: hoc autem eſt principium horum, quae fiunt ab arte, non eſſe in eo poſitum, quod fabricatur, ſed in eo, qui facit ac molitur: nam extare quaedam, quae fiunt ſine ſtudio, atque opera vllius mortalis, & opificis, certum eſt, quod ipſe teſtatur, vt ea, quae neceſſaria ſiue ſunt, vt ſphaerae caeleſtes, atque alia huiuſcemodi, ſiue neceſſario gignuntur, vt motus caeleſtes ſphaerarum, & tempora anni, quorum non eſt ars, aut quae a natura pariuntur; nam ambo haec principium in ſemetipſis ſitum habent, nec requirunt operam artificis.

Ἐπεὶ δὲ ποίησις, καὶ πρᾶξις ἕτερον, ἀνάγκη τὴν τέχνην ποιήσεως, ἀλλ᾽ οὐ πράξεως εἶναι, καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ἡ τύχη, καὶ ἡ τέχνη: καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησί, Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην.

Quia autem effectio, & actio res diuerſae ſunt, neceſſe eſt, artem factionis, ſed non actionis eſſe: & aliquo modo verſantur circa eadem fortuna, & ars: quemadmodum etiam Agathon inquit. Ars fortunam amauit, & fortuna artem.

Vtitvr eo, quod iam probatum fuerat, ad demonſtrandum id, quod non dum planum erat: egebatque quapiam confirmatione: illud autem eſt facere, & agere munera, quae inde proficiſcuntur eſſe res diuerſas: cum igitur diſcrepent haec inter ſe, patere quoq; ait, artem eſſe eorum, quae fiunt ac fabricantur: tractareque ipſam haec, non ea, quae aguntur, materiaque ſunt humanarum actionum. Adiungit etiam, inde intelligi poſſe coniunctionem,

ſocietatemque artis huius, & fortunae, cum ambae aliquo modo verſentur in eadem materia: id quod viderat etiam vt commemorat, Agathon, ſodalis ipſius, qui tragoedias ſcripſit: citat autem ipſius ſenarium, in quo traditur amore magno inter ſe copulatas eſſe fortunam, & artem: eundem quoque citauit Simplicius in II. librum naturalis auſcultationis, ſenſus ipſius hic eſt. Poetarum quoque non nulli cuncta ferme ad fortunam referunt, ita vt artis propinquam ipſam faciant, dicentes τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην; vnde etiam fortunatum hominem ſapere aiunt.

Ἡ μὲν οὖν τέχνη, ὥσπερ εἴρηται, ἕξις τις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική ἐστιν: ἡ δ' ἀτεχνία, τοὐναντίον, μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητικὴ ἕξις: περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν.

Ars igitur, vt dictum eſt, habitus quidam eſt cum ratione vera, quae vim habet efficiendi aliquid: praua autem ars, contra, habitus cum ratione falſa, qui verſatur circa id, quod aliter ſe habere poteſt.

FINEM imponit illis, quae dicenda erant de arte: repetitque definitionem ipſius, quam eſſe vult, animi quendam habitum, qui rationem ſequatur, verum in moliendo opere, quod faciendum aggreſſa eſt, extremum hoc ſeparat ipſam, ac diſtinguit ab altero genere eorum, quae poſſunt eſſe ac non eſſe; quod occupatur in negotijs agendis, differentiaeque loco poſitum eſt: nam habitum, quod artem eſſe inquit, genus hoc eſt. Poſt definitam autem, declaratamque artem, contrarium ipſius, ideſt ignorationẽ artis, quid ſit itidem definit, cui conuenit cum arte in genere, nam ipſa quoque inſcitia artis eſt habitus quidam, ſed malus, & praeterea in materia, quemadmodum enim ars, ita quoque ignoratio ipſius verſatur in rebus, quae non ſunt ſtabiles, nec ratum quicquam habent, ſed aliter, atque aliter eueniunt.

Περὶ δὲ φρονήσεως, οὕτως ἂν λάβοιμεν θεωρήσαντες, τίνας δὴ λέγομεν τοὺς φρονίμους.

De prudentia autem, ſic adipiſci poterimus, ſi ſpectauerimus, quos vtique vocamus prudentes.

CVM quae foret ſcientia, & ars docuiſſet, tertiam aggreditur prudentiam, quae & ipſa vt ars verſatur in rebus, quae ſolidum exitum non habent, certumq;, ſed varium, & inſtabilem, nec tamen quamuis in hoc ipſi conueniat, molitur aliquid, ac fabricat, ſed agit, ſiue publicam aliquam rem, ſiue priuatam cum conſilio. Primum autem oſtendit, quomodo poſſimus indagare, quid prudentia ſit: exiſtimatque, accommodatam eſſe ipſi cognoſcendae rationem, ac viam, ſi viderimus, qui ſint mortales, quos vocamus prudentes, & quid boni, dotisque in illis ſit, vt ipſos hoc praeclaro nomine ornemus.

Δοκεῖ δὴ φρονίμου εἶναι, τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύσασθαι περὶ τὰ αὑτῷ ἀγαθὰ, καὶ συμφέροντα, οὐ κατὰ μέρος: οἷον ποῖα πρὸς ὑγίειαν ἢ ἰσχὺν, ἀλλὰ ποῖα πρὸς τὸ εὖ ζῆν ὅλως.

Prudentis igitur eſſe videtur, vim, & poteſtatem habere bene deliberandi de rebus, quae ſibi bonae ſint, ac proſint, non ſingillatim: veluti quae ad valetudinem, & vires, ſed qualia ad bene viuendum totum.

INQVIT igitur, prudentis proprium eſſe vim & poteſtatem in ſe habere conſultandi recte de bonis, quae ad eum referuntur, ipſumque iuuare poſſunt; quae bona tamen non aliquã partem ipſius ornent, ipſiq; ſoli proſint; excipit enim haec, cum ipſae partes hae nactae ſint artes quaſdam, quae ſibi opitulentur: neq; enim prudens quaerit qualia ſint, quae ad tuendam valetudinem pertinent, ſiue ad vires corporis comparandas: extant enim artes, quae haec curant, ſuique officij eſſe ducunt: incumbit igitur prudens, his poſthabitis, in ea videnda, quae faciunt ad bene, beateque viuendum totum, plenumque vt ait.

Σημεῖον δ' ὅτι καὶ τοὺς περί τι φρονίμους λέγομεν, ὅταν πρὸς τέλος τι σπουδαῖον εὖ λογίσωνται, ὧν μή ἐστι τέχνη, ὥστε καὶ ὅλως ἂν εἴη φρόνιμος ὁ βουλευτικός.

Signum

Signum autem huius rei eſt, quod circa aliquid prudentes dicimus homines, quando ad finem aliquem bonum bene conſultauerint, earum rerum, quarum non eſt ars. Quapropter qui ad conſultandum plurimum valet, is prudens omnino foret.

Hoc verum eſſe probare volens, argumentatur a ſigno, iudicioq; hominum, ac conſenſu: appellamus enim inquit, prudentes eos, qui ſingillatim, in vna aliqua re exiſtimandu multu valent conſilio, quando recte rationem ſubduxerint ipſius, quod tamen rectum facinus, honeſtumq; ſit: ſine quo non poteſt manere vera prudentia, ſed tantum ſimilitudo quaepiam ipſius, quae quo nomine vocetur, infra oſtendet; oportet tamen talium rerum non extare artem vllam, quod ſi eſſet, inde laudarentur auctores, qui recte officio ſuo functi forent. Quemadmodum igitur illic locum habet aliquo modo prudentia, ita omnino, vniuerſisq; in rebus prudens is erit, qui vim habet in ipſis optimum conſilium capiendi.

Βουλεύεται δ' οὐδεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν: οὐδὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων αὐτῷ πρᾶξαι: ὥστ' εἴπερ ἐπιστήμη μὲν μετὰ ἀποδείξεως, ὧν δ' αἱ ἀρχαὶ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, τούτων μὴ ἔστιν ἀπόδειξις: πάντα γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν, καὶ οὐκ ἔστι βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, οὐκ ἂν εἴη ἡ φρόνησις ἐπιστήμη, οὐδὲ τέχνη: ἐπιστήμη μὲν, ὅτι ἐνδέχεται τὸ πρακτὸν ἄλλως ἔχειν: τέχνη δ', ὅτι ἄλλο τὸ γένος πράξεως, καὶ ποιήσεως.

Conſultat autem nemo de ijs rebus, quae aliter ſe habere non poſſunt: nec de ijs, quae non cadunt ſub poteſtatem ipſius. Quare ſi ſcientia quidem eſt cum demonſtratione: quorum autem, principia poſſunt aliter ſe habere, horum non eſt demonſtratio: cuncta enim, vſu venire poteſt, vt aliter ſe habeant, & non licet conſultare de rebus, quae neceſſario ſunt, fieri non poſſet, vt prudentia ſit ſcientia, neque ars: ſcientia quidem, quoniam euenit, vt quod agi poteſt aliter ſe habeat: ars vero, quoniam aliud genus eſt actionis, & effectionis.

Aperit quid interſit inter habitus expoſitos ideſt inter ſcientiam, & artem, atque eam, quam modo ingreſſus eſt declarare, prudentiam ſcilicet, cuius potiſſima pars eſt, conſultare, vt ſignificauit, atq; inquit, neminem conſultare de rebus, quae aliter ſe habere nequeũt, ſed ſolidum, definitumq; terminum habent, & vt de his, ita quoque de illis, quae non ſunt ſui arbitrij, ac poteſtatis, etſi haec eius generis ſunt, vt varios euentus nanciſcantur; cur enim incumbat in veram rationem illarum rerum tractandarum videndam, ſi erepta ſibi penitus eſt facultas earum gerendarum. Adiungit, vt quod vult, cõcludat· quapropter ſi ſcientia non manet ſine demonſtratione: eſtq; ipſa inſtrumentum ipſius firmum: res vero illae, quarum principia euenit, vt varientur, ſunt extra demonſtrationem: cuncta namque huiuſcemodi aliter ſe habere poſſunt: ſequitur autem vt oſtendat, alterum quoque genus recte excludi, & praeterea, quia non licet conſultare de rebus neceſſarijs: ſine opera enim ſtudioque alicuius ea, vt ſolent, fiunt, perſpicitur non poſſe vllo pacto prudentiam eſſe, neque ſcientiam, neque artem, atque hoc non vna, eademq; de cauſa, vt ſtatim docet, ſed duabus, diuerſiſq; : non poteſt enim inquit prudentia eſſe ſcientia, quia contingit, id quod agitur (quae materia eſt prudentiae) aliter ſe habere, quod alienum eſt a ſcientia, itidem neq; ars, quia aliud genus eſt actionis, aliud effectionis, id quod iam ipſe ſupra ſignificauit.

Λείπεται ἄρα αὐτὴν εἶναι ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικὴν, περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ, καὶ κακά: τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος: τῆς δὲ πράξεως, οὐκ αἰεί: ἔστι γὰρ αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος.

Reſtat igitur vt ipſe ſit habitus verus, qui cum ratione agendo verſetur, circa ea, quae homini ſunt bona, & mala: effectionis enim alius ab ipſa finis: actionis autem non ſemper eſſe poteſt: eſt enim ipſa recta actio finis.

Postqvam

POSTQVAM docuit, quid non ſit prudentia, nec conuenire penitus ipſi cum alterutro ſuperiorum habitnum: inquit reſtare, vt ipſa ſit habitus verus, qui agere, gereréque ſemper aliquid promptus, ac paratus ſit eorum, quae boni quippiam, emolumentique cunctis hominibus afferre poſſunt, atque etiam malum ab ipſis arcere: totusque incumbat in haec negotia, curaſque, quibus verbis diſtinguit hunc habitum ab arte, quod tamen magis explanat, tradens effectionis alium eſſe finem extra ſe poſitum: intelligit autem opus, quod ipſa molitur, id quod non cadit in prudentiam, ſtudiumque, atque operam ipſius, cuius finis eſt, actio expleta, cumulataque ſua laude; quod ſupra etiam ſignificarat. In III. quoque libro de caelo dixit, finem eſſe effectionis opus, quod reſtat indeque exiſtimari debere de principijs: vera ne ipſa, an falſa ſint, non contra, in quo peccabant, qui nimis duri, obſtinatique erant in falſis initijs tuendis.

Διὰ τοῦτο Περικλέα, καὶ τοὺς τοιούτους, φρονίμους οἰόμεθα εἶναι, ὅτι τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ, καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις, δύνανται θεωρεῖν: εἶναι δὲ τοιούτους ἡγούμεθα τοὺς οἰκονομικοὺς, καὶ πολιτικούς.

Hanc ob cauſam Periclem, & huiuſcemodi omnes, prudentes arbitramur eſſe, quia ea quae ſibi bona ſunt, ac ceteris hominibus perſpicere poſſunt: eſſe autem huiuſcemodi exiſtimamus eos, qui domeſticae diſciplinae, & regendae ciuitatis periti ſunt.

VALET hoc quoque ad conſtituendam definitionem prudentiae, quam expreſſerat: & eam ipſius partem, qua dixerat, illam in rebus agendis cum laude verſari: dicit enim ea de cauſa mortales appellare Periclem, ſummum oratorem, & qui clauum tenuit reip. Athenienſium, prudentem, & ceteros ipſi pares, qui conſilio, & honeſtis factis plurimum profuerunt ſuis ciuibus, qualis itidem fuit Themiſtocles, Epaminondas, Pelopidas, atque alij: in hocq; praeclarum hoc nomen ipſos adeptos, quia vim, ac poteſtatem habuerunt ingenio ſuo videndi, quae bona ipſis eſſent, & ceteris mortalibus forent. Iudicium etiam hominum exponit, atque opinionem, cuius potiſſimum generis eſſe exiſtiment hos praeclaros viros: eſſeque dicit eos, qui domum recte, familiamque ſuam regunt: ita enim proſunt ſibi ipſis, ſuisque, atque illos etiam, qui vniuerſam ciuitatem gubernant.

Ἔνθεν καὶ τὴν σωφροσύνην τούτῳ προσαγορεύομεν τῷ ὀνόματι, ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν: σώζει δὲ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν: οὐ γὰρ ἅπασαν ὑπόληψιν διαφθείρει, οὐδὲ διαστρέφει τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ λυπηρὸν, οἷον ὅτι τὸ τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει, ἢ οὐκ ἔχει: ἀλλὰ τὰς περὶ τὸ πρακτόν: αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν, τὸ οὗ ἕνεκα τὰ πρακτά: τῷ δὲ διεφθαρμένῳ δι' ἡδονὴν, ἢ λύπην, εὐθὺς οὐ φαίνεται ἡ ἀρχὴ, οὐδὲ δεῖν τούτου ἕνεκα: οὐδὲ διὰ τοῦθ' αἱρεῖσθαι πάντα, καὶ πράττειν: ἔστι γὰρ ἡ κακία φθαρτικὴ ἀρχῆς; ὥστ' ἀνάγκη τὴν φρόνησιν ἕξιν εἶναι μετὰ λόγου ἀληθῆ, περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ πρακτικήν.

Hinc autem factum eſt, vt temperantiam hoc nomine appellemus, tamquam prudentiam conſeruantem: talem enim exiſtimationem tuetur: non enim omnem exiſtimationem interimit, neque peruertit voluptas, & dolor, veluti triangulum duobus rectis aequales habere, aut non habere: verum eas, quae circa id, quod agitur, ſunt: principia enim rerum gerendarum ſunt ea quorum gratia, quae aguntur, manent: illi vero, qui corruptus ſit propter voluptatem, aut dolorem, ſtatim non apparet principium: neque oportere huius rei cauſa: neque propter hoc eligere omnia, neque agere: vitium enim vim, & poteſtatem habet interimendi principium. Quapropter neceſſe eſt, prudentiam eſſe habitum cum ratione verum, circa ea, quae homini bona ſunt, ſe agendo, verſantem.

ARGVMENTATVR a notione, quam Graeci ἐτυμολογίαν vocant; vtiturque ipſa tamquam

nota

nota quadam, qua intelligitur verum eſſe, quod de prudentia dixit, verſari ipſam in rebus agendis: inquit igitur nulla alia de cauſa impoſitum fuiſſe nomen temperantiae a Graecis; quo ipſam appellant, ideſt σωφροσύνην, niſi quia tuetur prudentiam: hoc enim valet id iunctum nomen: tueri autem ait conſeruareque temperantiam exiſtimationem hanc, iudiciumque rectum de rebus gerendis, quod inquam honeſtas ſemper retinenda ſit, turpitudo autem fugienda; quod ſiquis contradiceret, non ſolum hanc exiſtimationem tueri, ſobrietatem, quae eſt de rebus bonis, ac malis, ſed ceteras quoque firmas opiniones, quas in animo aliquis habuerit remotas, alienasque a virtute, ac vitio, negat hoc, nec verum eſſe docet, exemplo rerum mathematicarum: quare percepta, (ita autem appello θεωρήματα) qui ſemel didicerit, non facile obliuiſcitur, quamuis toto pectore ſequatur corporis voluptates, deditusque ſit libidinibus, ſed tantum affirmat frangere hanc, labefactareque exiſtimationes, quae ſunt de rebus agendis, voluptatem ac dolorem, cuius rei cauſam affert; inquit enim, principia rerum agendarum eſſe illud ipſum, cuius cauſa ea aguntur, quod ſi corruptum, inquinatumque fuerit, variat, immutatque priores illas, veraſque opiniones, vt id, quod prius verum rectumque videbatur, incipit apparere contrarium: nec vim vllam in ſe habere, vt nos eius obtinendi cauſa, omittere voluptates, & dolores perpeti debeamus; vſu autem hoc venire declarat, neque aliter fieri poſſe, quia vitium deprauat, vt ait, principium, ac perdit. His autem expoſitis, ac confirmatis, repetit definitionem prudentiae, vt firmam, ſtabilemque.

Ἀλλὰ μὴν τέχνης μέν, ἐστιν ἀρετή: φρονήσεως δ', οὐκ ἔστι.

Quinetiam artis quidem eſt virtus: prudentiae autem non eſt virtus.

AGGREDITVR rurſus diſtinguere prudentiam ab arte, etſi enim hoc prius attigerat: cum tamen occurrerint alia argumenta, quae idem praeſtent, non exiſtimauit alienum propter ſimilitudinem magnam horum habituum iterare eundem curſum: inquit igitur, artis conſtare virtutem, prudentiae vero nullo modo; quare perſpicitur hinc ipſas inter ſe eſſe diuerſas. Interpretes ita locum acceperunt, vt auctor intellexerit, in opificibus requiri virtutem moralem: aliter enim, quamuis periti artis eius forent, poſſent munus ſuum non recte conficere, impediti culpa aliqua, veluti ignauia, odio, auaritia; quae vitia non cadunt in prudentem: ſi namque in conſilio dando peccaret, non eſſet virtutis compos, neque dignus, qui prudens vocaretur.

Καὶ ἐν μὲν τέχνῃ ὁ ἑκὼν ἁμαρτάνων, αἱρετώτερος· περὶ δὲ φρόνησιν, ἧττον· ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἀρετάς· δῆλον οὖν, ὅτι ἀρετή τις ἐστί, καὶ οὐ τέχνη.

Et in arte quidem ille, qui ſponte ſua peccat, optabilior eſt; circa prudentiam autem minus probandus: veluti etiam circa virtutes. Perſpicuum igitur eſt, eam virtutem quandam eſſe, non autem artem.

ALTERVM hoc eſt duorum argumentorum, quibus nunc diſtinguit prudentiam ab arte: docet enim, non idem vſu venire in prudentia, quod in arte contingit: vnde perſpicitur diſſimilitudo ipſarum, ac differentia. Inquit igitur, cum in ambobus his habitibus culpa admitti poſſit, atque id non vna de cauſa; eum, qui ſponte ſua in arte peccat; opereque aliquo ſuae artis moliendo, meliorem opificem eſſe, magiſque expetendum, quam qui inuitus, & contra ſenſum ſuum labitur: contra autem deteriorem eſſe, minuſque expetendum, qui ſponte volenſque peccat in munere aliquo proprio prudentiae obeundo; quare hinc conſtat artem, & prudentiam eſſe habitus animi diuerſos. Erratum in arte, a volente, & quod facit intelligente commiſſum, non ſignificat inſcitiam artis, ſed malitiam opificis, qua remota ille non peccabit: contra res ſe habet in prudentiae officio, munereque aliquo, vt ille improbior homo ſit, minuſque idoneus conſilijs dandis, qui culpam ſuam intelligens, tamen in ea re labitur: fides enim non minus, quàm iudicium requiritur in munere prudentiae obeundo, & conſilio dando. idem autem, quod in prudentia inquit auctor vſu venire in virtutibus morum, vt qui ſponte labitur, maiori culpae affinis ſit, quàm qui ignoratione aliqua officij ſui inducitur ad errandum, vnde magis plectuntur, qui ſponte peccant, quàm qui improbè aliquid fecerunt, neſcientes ſe peccare; in extremo huius partis in-

tis inquit, his quoque argumentis perſpici poſſe, apertumque eſſe, prudentiam virtotem eſſe, & non artem.

Δυοῖν δ' ὄντοιν μεροῖν τῆς ψυχῆς τῶν λόγον ἐχόντων, θατέρου ἂν εἴη ἀρετὴ, τοῦ δοξαστικοῦ· ἥ τε γὰρ δόξα περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν ἐστὶ, καὶ ἡ φρόνησις· ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἕξις μετὰ λόγου μόνον· σημεῖον δ', ὅτι λήθη τῆς μὲν τοιαύτης ἕξεως, ἔστι· φρονήσεως δ', οὐκ ἔστι.

Cum autem ſint duae partes animi, quae rationis participes ſunt: alterius ipſarum virtus eſſe poterit, quae domicilium eſt opinionum: opinio enim eſt circa id, quod poteſt aliter ſe habere, & prudentia: atqui neque habitus cum ratione ſolum: ſignum autem huius rei eſt, quod obliuio quidem huius habitus eſt: prudentiae autem non eſt.

INCVMBIT nonc in declaraodum, quae ſit materia prudentiae, atque illud, in quo, vt in ſuo proprioque campo verſatur: alteq; orditur explicationem hanc, redigeos nobis io memoriam non nulla, quae iam tradita ſuo loco fuerant. Inquit igitur, cum duae ſiot animi partes compotes rationis; & quae ipſam in ſe poſitam habent: ſunt autem illae; vna qua vtimur ad res naturae obſcuras videndas, & cauſas earum intelligendas: altera autem, quae vtilis nobis eſt in opinionibus hominum ponderandis, & vtilitate ipſarum exploranda, vnde appellata eſt, quae etiam a rebus agendis & publicis, & priuatis, in quibus tota volutatur, vocata eſt a Graecis πρακτικὸς νοῦς, vt ſuperior θεωρητικὸς: eum igitur hae duae ſint animi partes, prudentia alterius harum partium virtus eſt, ideſt poſterioris, & in qua vigent opiniones: id quod probat declarata communione ambarum harum rerum, ideſt opinionis, & prudentiae, eum vtraeque verſentur in rebus, quae aliter ſe habere poſſunt: expoſitaeque ſiot varietati: haec igitur ſunt, quae adhuc tradidit, pertinentia ad oſtendendam tamqoam ſocietatem illarum. Quin etiam inquit, falleretur, qui definire voleos prudeotiam, pntaret ſe ſatis illam expreſſiſſe, ſi ſolum dixiſſet, ipſam eſſe habitum animi, qui obtemperet ratiooi: alij enim quoque habitus ſunt, qui ſequaotur rationem, tamquam ducem, docet hoc verum eſſe, deſiderarique adhuc, quae ipſam ſeiungant, quod ipſe facit a ſigno argumento ducto: indicio enim eſt, non eſſe plenam perfectamque definitionem: nec exiſtimari poſſe vnam, eandemque rem eſſe artem, & prudentiam, quod huiuſmodi habitus obliuio extat; extitere enim aliquando, qui eum artem aliquam didiciſſent, ob grauem aliquem & longum morbum, ſiue quia quapiam alia ratione erepta ipſis eſt facultas exercendi eam, penitus ipſam obliti ſuot; quod prudentiae vſu non venit, quia tempora crebra veniunt colendi ipſam, & in publicis, priuatiſque omnibus factis frequens eſt vſus ipſius: & praeterea quia & ſecum aliquis cum cogitat de quapiam re, meditaturque quippiam, ipſa vtitur, & cum conſilium alij dat. A

Ἐπεὶ δ' ἡ ἐπιστήμη περὶ τῶν καθόλου ἐστὶν ὑπόληψις, καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων: εἰσὶ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδεικτῶν, καὶ πάσης ἐπιστήμης: μετὰ λόγου γὰρ ἡ ἐπιστήμη, τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐπιστητοῦ, οὔτ' ἂν ἐπιστήμη εἴη, οὔτε τέχνη, οὔτε φρόνησις: τὸ μὲν γὰρ ἐπιστητὸν, ἀποδεικτόν: αἱ δὲ τυγχάνουσιν οὖσαι περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν: οὐδὲ δὴ σοφία τούτων ἐστί: τοῦ γὰρ σοφοῦ περὶ ἐνίων ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν.

Quia autem ſcientia eſt exiſtimatio de rebus, quae in vniuerſum ſunt, & neceſſario ſunt: ſunt autem principia quaedam rerum, quae demonſtrationis materia ſunt, atque omnis ſcientiae: iuncta enim cum ratione ſcientia eſt, principij eius quod ſcientia percipitur, neque ſcientia eſſe poteſt, neque ars, neque prudentia: quod enim ſcientia percipi poteſt, idem materia demonſtrationis: hae autem ſunt circa res, quae poſſunt aliter ſe habere: neque iam ſapientia horum eſt: ſapientis enim eſt, de quibuſdam rebus demonſtrationem tenere.

Postqvam diſſeruit de tribus habitibus intellectus, & quomodo accipi debeant, docuit, qui habitus ſunt ſcientia, ats, & prudentia; nunc ſe confert in quartum explicandum; ideſt mentem: inquit igitur. Quia ſcientia exiſtimatio eſt de rebus, quae in vniuerſum fiunt, & quae neceſſariae ſunt: extant autem principia quaedam eorum, quae demonſtratione illuſtrantur, & omnis ſcientiae, atque hoc, quia ſcientia procedit cum ratione, cauſamque adfert eorum omnium, quae tradit, principij eius, quod docet ſcientia; materiaque propria ipſius eſt, non exiſtit, neque datur ſcientia, neque ars, neque prudentia: eſt autem hoc ἀνταπόδοσις, redditioque ſuperioris illius ἐπεὶ, vnde orſus eſt; cuius ſtatim cauſam adfert, atque ait: quod enim praecipitur a ſcientia, materiaque ipſius eſt id, quod demonſtrari poteſt; firmaque hac ratione comprobari: hi autem habitus verſantur in rebus, quae res aliter ſe ſaepe habeant: intelligit autem artem, & prudentiam; nam ſcientiam habere principia ſua neceſſaria conſtat, quae tamen, & ipſa hinc reijcitur, quia principia ſcientiarum non percipiuntur demonſtratione, aliter res numquam exitum finemque ſuum nanciſceretur. Addit etiam quartum habitum, ideſt ſapientiam, & ipſum huic rei reddendae accommodatum non eſſe; cur autem, & ipſe hinc depellatur, ſtatim oſtendit: inquit enim ſapientis munus eſſe in aliquibus rebus vti demonſtratione: firmiſque argumentis quaedam comprobare.

Εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν, καὶ μηδὲ ποτε διαψευδόμεθα περὶ τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἢ καὶ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ἐπιστήμη καὶ φρόνησίς ἐστι καὶ σοφία καὶ νοῦς: τούτων δὲ τῶν τριῶν μηθὲν ἐνδέχεται εἶναι: λέγω δὲ τρία, φρόνησιν, σοφίαν, ἐπιστήμην: λείπεται νοῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν.

Si igitur ea, quibus verum dicimus, & numquam falſi aliquid praedicamus, verſantur in ijs, quae non poſſunt aliter ſe habere, ſiue etiam in ijs quae poſſunt, ſcientia ſunt, & prudentia, & ſapientia, & mens: horum autem triũ nihil eſt: dico autem tria, prudentiam, ſapientiam, ſcientiam: reſtat vt mens ſit principiorum.

Concludit modo rationem omnem: cum enim oſtendiſſet, qui habitus animi idonei non forent conſtituendis initijs ſcientiarum, reieciſſetque inde quattuor illos, quos aliqui falſo putarent, praeſtare hoc poſſe, indicat, quinti illius, quem enumerauerat, hoc eſſe officium, ideſt mentis: eam enim ſolam auctoritatem fidemque illis comparare: ita autem argumentatur, repetitis illis, quae dixerat: iteratoque tamquam fundamento totius rationis; ſi enim ait, habitus, quibus verum dicimus, & numquam decipimur in his rebus exiſtimandis, quae & non aliter, & aliter ſe habere poſſunt: planum autem eſt intelligere ipſum his verbis, & res neceſſarias, & contingentes; complectitur enim vtramque materiam, illi autem ſunt inquit, ſcientia, & prudentia, & ſapientia & mens, omittit autem artem, vt cui plane non videbatur tantum tribui poſſe, vt vi, poteſtateque ipſius firmitatis aliquid, ac roboris adderetur initijs ſcientiarum, & quia incluſa aliquo modo eſt, propter ſimilitudinem magnam, quam cum ipſa habet, in prudentia. Addit autem, vt concludat: trium vero horum nullum eſt, quod hoc praeſtet, quae autem intelligat, exponit, reſtat inquit, vt mens ſit principiorum ſcilicet.

Τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν: οἷον. Φειδίαν λιθουργὸν σοφόν, καὶ Πολύκλειτον ἀνδριαντοποιόν: ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν, ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστί.

Sapientiam autem in artibus tribuimus ijs, qui ſunt in ijs ipſis artibus eximij, ac praeſtantes, veluti Phidiam ſtatuarum e lapide opificem, ſapientem, ac Polycletum imaginum ex aere factorem: hic nihil aliud ſignificantes ſapientiae nomine, quam virtutem artis.

Docet ſapientiam non vno ſemper modo capi; cum enim de ipſa vna virtutum quinque

mentis,

mentis, accurate diſputaturus eſſet, quattuor illarum iam expoſitis, nequis error naſceretur, ſignificare hoc voluit; primum igitur oſtendit, quomodo vulgo vſurpetur hoc nomē: cum enim de aliquibus agatur, qui excellant in aliqua arte; conſuetudo ſolet hos vocare ſapientes, dicereque ipſos in ea conſecutos eſſe ſapientiam, ideſt perfecte, abſoluteque ipſam tenere. Probat hoc verum eſſe exemplo quorundam ſummorum opificum, quos multitudo hoc praeclaro nomine ornaret, veluti inquit Phidiam, qui è lapide ſtatuas fabricaret, homines dicunt opificem ſapientem: eodemque pacto Polycletum Sicyonium, qui ex aere ſimulacra conficeret, artificem ſapientem. Adiungit vt in his duobus, ita in reliquis artibus morem eſſe ijs, qui valde exquiſiti, praeſtantesque in ipſis forent, tribuere hoc nomen. Sed etiam admonet, ipſeque met declarat, ita ſe rem habere, vt traditum a me eſt, ideſt nihil aliud oſtendere velle illos, qui ſic loquuntur, niſi eos egregiam virtutem, & laudem in ea arte operibusque ipſius adeptos eſſe.

Εἶναι δέ τινας σοφοὺς οἰόμεθα ὅλως, οὐ κατὰ μέρος, οὐδ' ἄλλο τι σοφούς, ὥσπερ Ὅμηρός φησιν ἐν τῷ Μαργίτῃ. Τὸν δ' οὔτ' ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα. Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν: ὥστε δῆλον, ὅτι ἡ ἀκριβεστάτη ἂν τῶν ἐπιστημῶν εἴη ἡ σοφία.

Eſſe autem quoſdam ſapientes arbitramur vniuerſe, non ſingillatim, neque in alia quapiam re ſapientes, quemadmodum Homerus locutus eſt in Margite. Hunc neque foſſorem Dij effecerunt, neque aratorem: Neque alia quapiam in re ſapientem. Quapropter manifeſtum eſt, eſſe maxime exquiſitam in omnibus ſcientijs ſapientiam.

Significat aliter quoque homines ſolitos appellare non nullos ſapientes, qui vniuerſe, cunctisque in rebus ſummo conſilio vterentur, poſſentque ceteros mortales erudire, nec vna aliqua in arte ſolum multum viderent, vt ſuperiores illi. Verum autem hoc, propriumque ſapientiae nomen, declarat etiam è ſua ſede in alienam minime tranſire ſolitum, ſed manere in optimis conſilijs alijs dandis; Homerumque indicat in leui & ridiculo poemate hoc nomen ita cepiſſe, & tamquam ipſum declaraſſe, cum dixerit, voluiſſe Deos, eum, de quo ſermo illic erat, non extitiſſe neque foſſorem, neque aratorem, neque alia vlla in re ſapientem. Margites autem ludicro illi poemati nomen erat, cuius meminit Ariſtoteles περὶ ποιητικῆς, & Plato in poſteriore Alcibiade. Nec non Clemens Alexandrinus, quem pium ſcriptorem, & valde eruditum, olim curaui excudendum, eiuſdem mentionē fecit in primo libro στρωμάτων: inquit autem Ariſtoteles, concludens rationem, perſpici hinc poſſe maxime exquiſitam, perfectamq; veram eſſe ſapientiam inter omnes ſcientias, & praeclaras artes eodem pacto, quo in ceteris ſtudijs, artibusque, qui maxime excellentes forent, vt ipſi ſapientes vocarentur.

Δεῖ ἄρα τὸν σοφὸν μὴ μόνον τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀληθεύειν.

Oportet igitur ſapientem, non ſolum quae è principijs proficiſcuntur, intelligere, ſed etiam circa principia non decipi, neque peccare.

Admonet, quae requirantur, vt ita aliquis ſapiens merito vocetur. & ſine quibus honeſtum hoc nomen non adipiſceretur: neque enim arbitror corollarium hoc eſſe, ac ſententiam, quae è ſuperioribus, iam explanatis, eliciatur, ſi ſapiens tantum teneret, quae ex ijs, quae ſumit ad concludendum, principijsque ſcientiae alicuius conficerentur, non eſſet melior quouis inſtructo aliqua ſcientia, ſed quia, quod ipſi illi non licet, rationem etiam reddere poteſt principiorum, confirmareque ipſa, ideo vincit eum, talisque eſt, qualem deſcribit; inquit ergo. Opus eſt igitur, ſapientem non ſolum intelligere, quae e principijs proficiſcuntur, concluſaque vi ipſorum ſunt, verum etiam non decipi, errorique vlli affinem eſſe in cognitione principiorum; ijsque omnibus, quae ad ipſa faciunt.

Ὥστ' ἂν εἴη ἡ σοφία νοῦς, καὶ ἐπιστήμη, καὶ ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων.

Quapropter exiſtimari debet ſapientiam eſſe mentem, & ſcientiam, & tamquam capue habentem ſcientiam rerum maximo honore dignarum.

HOC potius, niſi fallor, ſimilitudinem habet corollarij, cum dicat. Quapropter eſſe debebit ſapientia, mẽs, & ſcientia, & veluti ſcientia inſtructa & ornata capite, non quod contingit alijs ſcientijs, quae conſtituere non poſſunt, nec probare ſua principia, deſtituta illo, & quaſi manca. Adiungit etiam aliud, quod dignitatem ipſius declarat: materiam enim ipſius eſſe inquit, pleniſſimam honoris, & admodum honeſtam, id quod ſatis exploratum eſt: dignitas enim, nobilitasque rerum, quae quaeruntur a ſcientijs, auget magnopere dignitatem ipſarum, veluti ſcientia ſiderum, ortusq;, atque obitus ſtellarum, praeſtat in hoc geometriae, cum vincatur ab ipſa, quia non eſt ita exquiſita, vt illa. Nam quod eam tamquam capite inſtructam eſſe inquit, caput μεταφορικῶς appellauit vim, & poteſtatem eius, quam habet, vt inquit, ornandi, & confirmandi rationes inferiorum. Non video autem cur debuerit lectio variari, quae recta eſt, ac conſtanter manſit in cunctis, quos nactus ſum, antiquis libris: nam praeter illos, qui olim in manus meas venerunt, non nullos poſtea vidi, qui cum illis conſentiunt. Non tam bene autem ſentio de lectione, quam anteponunt receptae, qui auctores fuere huius nouitatis: duriuſcula enim mihi videtur; ſenſum etiam ipſam nihil aut parum variare apertum eſt.

Α'τόπον γὰρ εἴ τις τὴν ἐπιστήμην πολιτικὴν, ἢ τὴν φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴεται εἶν, εἰ μὴ τὸ ἄριστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἄνθρωπός ἐστιν.

Abſurdum enim eſt, ſiquis ciuilem ſcientiam, ſiue prudentiã exiſtimat maximo ſtudio, & honore dignã eſſe, niſi optimum omniũ, quae ſunt in mũdo, homo ſit.

CVM ſumma laude extuliſſet ſapientiam, dixiſſetq; ipſam verſari in rebus videndis honeſtiſſimis, hoc etiam argumento addit, perſpici non comparandam eum ipſa eſſe ciuilem diſciplinam, neq; prudentiam, quarum materia omnis eſſet magno interuallo minor, cum curet res humanas, doceatq; quomodo mortales bene, beateq; viuere poſſint, ait igitur. Abſurdum, & ſtultum prorſus futurum, ſiquis puter cognitionem rerum ciuilium, prudẽtiamq;, quae vſum ipſarum vendicat ab omni errore, culpaq;, exiſtimaret eſſe praeſtantiſſimam, ſummaeq; dignitatis: niſi vellet. hominem optimum omnium eſſe, quae ſunt in hoc mundo, a qua opinione, ſententiaq; ipſe maxime abhorret, cum omnino velit vniuerſum hunc mundum, ornatumq; rerum aeternum eſſe, partesq; itidem ipſius non paucas ab interitu ſolutas & liberas, etſi de toto hoc pietas noſtra Chriſtiana aliter ſentit, vt ſatis notum eſt, & omnibus perſpectum: ſed nos ſuſcepimus ſententias auctoris huius pro viribus declarandas, non veritatem ipſarum indagandam, de qua dubitandum non eſt, eum ita placuerit principi, & conditori noſtrae ſanctiſſimae legis.

Εἰ δὴ ὑγιεινὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν ἕτερον ἀνθρώποις, καὶ ἰχθύσι: τὸ δὲ λευκὸν καὶ εὐθὺ ταὐτὸ ἀεὶ, καὶ τὸ σοφὸν ταὐτὸ πάντες ἂν εἴποιεν: φρόνιμον δὲ, ἕτερον: τὸ γὰρ περὶ αὑτὸ ἕκαστα τὸ εὖ θεωροῦν, φαῖεν εἶναι φρόνιμον, καὶ τούτῳ ἐπιτρέψειεν αὐτά: διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμά φασιν εἶναι, ὅσα περὶ τὸν αὑτῶν βίον ἔχοντα φαίνεται δύναμιν προνοητικήν.

Si igitur ſalubre, & bonum aliud eſt hominibus, ac piſcibus: album autem, ac rectum ſemper idem, & ſapiens idem omnes dicerent, prudens vero, aliud: quod enim circa ſemet ipſum ſingula bene perſpicit, id prudens eſſe dixerint, & huic res ſuas committerent. Quare beluarum etiam quaſdam prudentes aiunt eſſe, quaecunque circa ſuam vitam cernuntur, vim & poteſtatem habere praeſentiendi, quod futurum eſt.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem probat, ſapientiam ſcilicet, & prudentiam inter ſe diſcrepare: neque eundem animi habitum ambas exiſtimari debere: atque hoc, quia res, quas curant, longè aliae ſunt: diuerſi autem habitus in diuerſis rebus videndis, & recte adminiſtrandis, occupantur, quod conſtituit, ac verum eſſe docet, ſimilibus vtens, & rebus, quarum vnae accommodatae ſunt vtilitatibus animantium, ac varijs ipſarum in-

genijs; alterae vero natura conſtant: priores enim harum variantur, variatis naturis animantium: poſteriores eaedem apud omnes, atque omnibus in terris ſunt: inquit igitur, ſi ſalubre, ac bonum aliud eſt hominibus, ac piſcibus; album autem, ac rectum idem ſemper, nec variatur, eodem pacto ſapiens idem omnes appellarent: prudens vero diuerſum: declarat hoc, oſtendens, quae vere prudentes animantes vocari poſſunt; eſſe enim illud, inquit, prudens omnes mortales dicerent, quod vim habet, ac poteſtatem videndi, quae ſibi accommodata ſunt cunctis in rebus, vt huic ipſi committerent res ſuas, ac ſemetipſos. Adiungit autem, tamquam corollarium, quod ſanè & ipſum valet ad hoc comprobandum, homines conſueſſe vocare beluas non nullas prudentes, illas inquam, quae perſpiciuntur habere in vita ſua tuenda vim, ac poteſtatem quandam praeſentiendi tempeſtates futuras, vnde intelligentes imbecillitatem ſuam, ſedulo parant prius, quae ad victum neceſſaria ſunt: huiuſce modi autem in primis exiſtimantur eſſe apes, & formicae. Cadere vero hoc diuinum nomen prudentiae in ipſas ſignificauit Plutarchus, qui ſcripſit libellū eruditum, in quo quaeſiuit, vtrae animantes prudentiores forent, ſiue quae in terris viuerent, ſiue quae in aquis.

Φανερὸν δ᾽ ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἡ πολιτικὴ, καὶ σοφία ἡ αὐτή: εἰ γὰρ τὴν περὶ τὰ ὠφέλιμα τὰ αὑτοῖς ἐροῦσι σοφίαν, πολλαὶ ἔσονται σοφίαι: οὐ γὰρ μία περὶ τὸ ἁπάντων ἀγαθὸν τῶν ζώων, ἀλλ᾽ ἑτέρα περὶ ἕκαστον: εἰ μὴ καὶ ἰατρικὴ μία περὶ πάντων τῶν ὄντων.

Apertum autem eſt, non poſſe vllo pacto eandem eſſe ciuilem ſcientiam, & ſapientiam: ſi namque illam, quae verſatur circa res vtiles ipſis, vocabunt ſapientiam, multae extabunt ſapientiae: non enim vna circa bonum omnium animalium verſatur, ſed alia circa vnumquodque ipſorum: niſi medendi artem de omnibus quae ſunt, eandem eſſe volumus.

PROBAT hoc argumento, non eſſe vnam, eandemque facultatem, quae res ciuiles curat, docetq;, quomodo reſp. gubernanda ſit, & ſapientiam. ſiue igitur haec alia quaeſtio eſt, ſiue pro prudentia cepit politicam: ita autem duos hos habitus putat inter ſe diſcrepare: vt ſatis apertum ſit diſcrimen eorum, quod facit, niſi fallor, vt diſtingueret ipſum ſolum duos hos, quos nominat, habitus; nam non eſt perſpicuum diſcrimen inter prudentiam, & ſapientiam; vnde plurimum curae poſuit in ipſis diſtinguendis: etſi autem planam, apertamque eſſe vult differentiam inter duos hos habitus idest politicam, & ſapientiam, argumento tamen ipſos ſeiungit: ſi enim inquit, appellarent ſapientiam habitum, qui verſatur in his videndis, quae ſunt emolumento, ac proſunt ſibi ipſis, multae forent ſapientiae: neque enim vna eſt, quae inueſtigat bonum accommodatum cunctis animalibus, verum inquit alia atque alia: ſimili autem conſtituit, non vnum atque idem bono eſſe cunctis animalibus, iuuareque ipſa; neque enim eadem ars, praeceptaque medicorum eadem opitulantur, ſine diſcrimine vllo, cunctis animantibus diuerſorum generum.

Εἰ δ᾽ ὅτι βέλτιστον ἄνθρωπος τῶν ἄλλων ζώων, οὐδὲν διαφέρει: καὶ γὰρ ἀνθρώπου ἄλλα πολὺ θειότερα τὴν φύσιν: οἷον φανερώτατά γε, ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκεν: ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων δῆλον, ὅτι ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη, καὶ νοῦς τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει.

Si autem, quia homo eſt optimum omnium animalium, nihil hoc intereſt: etenim homine alia multo diuiniora ſunt natura: veluti apertiſſime è quibus mundus conſtat: ex ijs igitur, quae à me dicta ſunt, planum eſt, ſapientiam, & ſcientiam, & mentem eſſe rerum, quae diuiniſſimae ſunt natura.

VIDEBAT Ariſtoteles occurri poſſe ſuae ſentētiae ab aliquo pertinaci homine, qui omnino vellet vnam, atq; eandem eſſe ſapientiam, & prudentiam, nec ſeparari vllo pacto ipſas poſſe: vteretur autem hoc argumento, quod prudentia verſatur tota in hominē ornando, & ab omni incōmodo liberādo, qui homo praeſtantiſſimū eſt omnium animaliū, quare habitus, qui optimas res, & sūma dignitate praeditas curāt, ijdē haberi debent, cū cōueniat ipſis in materia, quā curant; non inficiatur noſter, quin homo antecellat ceteris animātibus, ſed negat eū tantae dignitatis eſſe, quātae aduerſarius putabat, cū alia ſint multo diuiniora natura,

tura, quae non attingit prudentia, vt apertiſſime ac ſine vlla controuerſia mundi partes non nullae, e quibus vniuerſus hic ornatus rerum conſtat, vnde vere initio dixit, quod aiebant illi inane eſſe, & nihil ad rem facere. In primis autem hoc declarare ſignificant ea, e quibus mundus conſiſtit: intellexit enim, quae oculis cernuntur, vt Solem, Lunam, & Caelum, ſtellasque: & ſi namque ſunt alia adhuc praeſtantiora, vt Deus, naturaeque ſeparatae ab omni materia, non tamen tam aperte hoc teſtarentur, quia luminibus humanis non viſuntur. Quod ad verba pertinet, quibus vſus eſt, Plutarchus quoque, cum ex opinione Epicuri traderet, quomodo concretus, coagmentatusque eſſet mundus, ait. πῶς συνέστηκεν ὁ κόσμος. Excluſo autem, exploſoque hoc quoque, repetit definitionem ſapientiae, & de materia ipſius, vt facere poterat, magnifice loquitur. 1

Διὸ Ἀναξαγόραν, καὶ Θαλῆν, καὶ τοὺς τοιούτους, σοφοὺς μὲν: φρονίμους δ', οὔ φασιν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντα αὐτοῖς: καὶ περιττὰ μὲν, καὶ θαυμαστὰ, καὶ χαλεπὰ, καὶ δαιμόνια, εἰδέναι αὐτούς φασιν: ἄχρηστα δ', ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν: ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ περὶ ὧν ἔστι βουλεύσασθαι.

Quare Anaxagoram, & Thaletem, & huiuſcemodi omnes, ſapientes quidem: prudentes autem non aiunt eſſe, cum aſpexerint eos ignorare, quae ſibi emolumento eſſe poſſunt: & eximias quidem res, praeſtanteſque ſcire aiunt, & admirabiles, & arduas, & diuinas tenere: inutiles autem, quia non humanas res quaerunt. Prudentia autem circa res humanas verſatur, & de quibus licet 2
conſultare.

Hoc aperte corollarium eſt, quod tamen & ipſum non parum valet ad iudicium ſuum confirmandum: conſuetudinem enim, moremque loquendi ita capere haec nomina oſtendit, quae conſuetudo vocat Anaxagoram, & Thaletem phyſicos, ceterosque eius generis, qui numquam rem quaeſiuerint, ſapientes viros, prudentes vero nullo pacto, atque hoc ea de cauſa, quam dixi, & vt ipſe adiungit, cum videant eos ignorare, quae prodeſſent ſibi ipſis, & ſcirent illa, quae etſi eximia ſunt, & admirabilia (ornat autem illa, & multis nominibus dignitatem eorum praedicat, etſi verè hoc facere poterat, quia, & ipſe eodem ſtudio tenebatur) tamen inutilia ſunt, quia humanae vitae non opitulantur, quae vtilia ſcilicet, ac fructuoſa ſtudioſe quaeri putant illi oportere: prudentia autem ait, occupata tota eſt in hominis proprijs rebus, & de quibus cum res poſtulat, licet deliberare, quod de ſuperioribus illis vſu non venit. Significauit autem illa vno nomine aliquo modo M. Cicero, quae pluribus expreſſit Ariſtoteles, aut ſi non cuncta, πολλὰ ſaltem, cum inquit etiam quid in Caelo fiat, ſcire auemus. Non ſine cauſa autem cum phyſicos nominaret, qui accuſarentur a multitudine, quod rei potius operam non darent, appellauit illos duos, non autem Democritum, qui ſine incommodo vllo hoc facere poterat, quia habebat amplum patrimonium; duo autem illi pauperes erant; id quod de ipſorum altero ſignificauit Plutarchus in Pericle: alebat enim illum ſummus hic orator, & princeps reipublicae; vnde cum in bello Peloponneſiaco, toto animo conuerſus eſſet Pericles in tuenda ciuitate ab hoſtibus, ac quae tempus illud ferebat, procurãdis, viſus ſibi eſt doctiſſimus vir ſpretus ab eo eſſe, queſtusque eum eo de hoc libere eſt; quin autem Thales, & ipſe tenuis homo foret, dubitari non poteſt; commemorauit enim hoc noſter hic auctor in primo libro πολιτικῶν.

Τοῦ γὰρ φρονίμου μάλιστα τοῦτ' ἔργον εἶναί φαμεν, τὸ εὖ βουλεύεσθαι: βουλεύεται δ' οὐδεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδ' ὅσων μὴ τέλος τί ἐστι καὶ τοῦτο, πρακτὸν ἀγαθόν: ὁ δ' ἁπλῶς εὔβουλος, ὁ τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπῳ τῶν πρακτῶν στοχαστικὸς κατὰ λογισμόν. 3

Prudentis enim maxime hoc munus eſſe volumus, bene conſultare: conſultat autem nemo de rebus, quae aliter ſe habere non poſſunt: neque de illis, quorum finis aliquis non eſt, atque id quidem bonum, quod ſub actionem cadat: conſultator autem ſimpliciter is bonus eſt, qui eius quod optimum homini eſt rerum omnium, quae agi poſſunt, coniectator eſt, ratione eorum ſubducta.

INTERPRETES cenſuerunt hoc eſſe quintum argumentum, quo itidem Ariſtoteles ſeparat prudentiam a ſapiētia, & ſi manifeſto verba haec apta ſunt e ſuperioribus, confirm atq; quod dictum fuerat, & tamen certum eſt, hoc etiam ipſa facere. Cum igitur velit hoc potiſſimum officium eſſe prudentis viri, bene deliberare de rebus incertis, obſcurisque: deliberet autem nemo de ijs, quae aliter ſe habere non poſſunt, vnumq; tantum exitum habent: neq; etiam de rebus, quae finem nullum habent, quem etiam ſi haberent, non eſſet is, qui agitur, materiaq; ſit rerum gerendarum bona, vtilisque vitae, atque ille, qui ſimpliciter in hoc laudatur: exiſtimaturque praeditus eſſe facultate conſilia bona ſemper dandi, ſit ille, qui eius, quod optimum eſt homini, coniectator eſt, cum quaeritur de rebus, atque hoc praeſtare poteſt, diligenter omnibus ponderatis, ſubductaque ipſarum ratione, non erit ſapiens, qui humanas non verſat animo, neque in rebus proprijs ſuae facultatis videndis vtitur eadem ratione, ſubducitque ipſarum rationem: ſed primo aſpectu veritatem illarum videt.

Οὐδ' ἔστιν ἡ φρόνησις τῶν καθόλου μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα γνωρίζειν: πρακτικὴ γὰρ: ἡ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ καθ' ἕκαστα.

Neque eſt prudentia ſolum rerum, quae in vniuerſum ſunt, ſed opus eſt res quoque ſingulares noſſe: munus enim ipſius eſt agere: actio autem verſatur circa res ſingulares.

SEXTVM hoc argumentum putatur eſſe, quo idem conficitur. Inquit enim, prudentia non ſolum verſatur circa ea, quae in vniuerſum fiunt, verum etiam curat, & ſtudioſe quaerit res ſingulares: aliter enim non poſſet officio fungi, id quod non vſu venit ſapientiae, quae ſapientia cum conflata ſit è mente, & ſcientia, quarum vtraq; materiam ſuam habet, res, quae in vniuerſum fiunt, & ipſa, vt par eſt, non diſcedit ab illis. Verum eſſe, quod dixit de prudentia; oportere ipſam intelligere quoq, res ſingulares, probat, quia virtus eſt, quae verſatur in rebus agendis: agimus autem addit, res ſingulares, non quae in vniuerſum fiūt, etſi illa quoque opus eſt, cognita eſſe prudenti: exordium enim inde ducitur: nec tamen non maiorem fructum ferunt vſibus noſtris notitiae rerum ſingularium, quàm vniuerſarum, vt teſtatus quoque ipſe eſt in II. libro de arte dicendi.

Διὸ καὶ ἔνιοι οὐκ εἰδότες, ἐνίων εἰδότων, πρακτικώτεροι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, οἱ ἔμπειροι: εἰ γὰρ εἰδείη, ὅτι τὰ κοῦφα, εὔπεπτα κρέα, καὶ ὑγιεινὰ: ποῖα δὲ κοῦφα ἀγνοεῖ, οὐ ποιήσει ὑγίειαν, ἀλλ' ὁ εἰδὼς ὅτι τὰ ὀρνίθεια κοῦφα, καὶ ὑγιεινὰ, ποιήσει μᾶλλον: ἡ δὲ φρόνησις, πρακτική: ὥστε δεῖ ἄμφω ἔχειν, ἢ ταύτην μᾶλλον.

Quare quidam, qui nullam ſcientiam attigerunt, non nullis doctis viris ad res agendas aptiores ſunt, & in alijs, qui multarum rerum vſum habent. Si enim ſciat aliquis, leues carnes, cum facile concoquantur, eſſe ſalubres: leues autem quae ſunt, ignoret, non efficiet valetudinem, ſed qui ſcierit, auium eſſe leues, & ſalubres, magis efficiet. Prudentia autem rebus agendis facta eſt. Quare ambas oportet habere, vel hanc potius.

EST hoc apertè corollarium: affert autem cauſam eius, quod perturbabat multos, voluitque ipſis eripere hunc errorem, qui eſt fructus, quem hinc, praeter ea, quae docebat, capere poſſunt, qui legunt: illud autem erat, quod videbant non nullos, qui non eſſent inſtructi doctrina vlla, magis idoneos eſſe ad res gerendas, & munus ſuum implendum: in alijs autem multis hoc vſu venire inquit illis, qui empirici vocantur: exemplo enim vtitur eorum, qui medentur aegrotis, cuius rei duplex eſt via; quidam enim eorum artem didicerunt & praeceptis veterum medicorum imbuti ſunt; alij vſum tantum habent: & aliquid valent in morbis depellendis, quia periculum ſaepe fecerunt earum rerū, & experti ſunt ipſas: inquit igitur, hoc oſtēdere ſtudens; ſi enim didicerit quiſpiam, ſciatq; carnes leues facile cōcoqui, ſalubresq; eſſe: ignoret tamen, quae ſint leues, nūquam ſanabit aegrotū, ſed hoc

praeſta-

præſtabit, qui ſine illa communi intelligentia, cognouerit, auium leues carnes eſſe tales; accommodat autem hoc ei, quod in manu nunc habet: atque, prudentia autem incumbit in res agendas: habetq; hoc ſtudium; quare inquit, opus eſt ambas has propoſitiones tenere, quod ſi alteram tantum percipere quis poteſt, magis prodeſt ea, quae particularis eſt.

Εἴη δ' αὖ τις καὶ ἐνταῦθα ἀρχιτεκτονική.

Erit autem hic quoque princeps quaedam, & quae imperium habeat.

Adiungit in rebus etiam humanis extare quandam, quae vim, & ſpeciem habeat architectonicae, ideſt eius, quae praecipiat, & mandet, quid faciendum ſit: illa autem eſt propoſitio vniuerſalis, quae tamquam aliquo modo nihil moliatur, ſed ſingularis hoc & efficit, vt illic fabri. Similitudinis autem non nihil cum hoc habet locus ille, quem attigit M. Cicero pro Archia: ipſe namque ponit quaeſtionem, ſtatimque eam diſſoluit; ſed etiam adiungit, ſi ambo illa coniungantur, tunc melius perfectiusq; rem actum iri. Verba eius ſunt, Quaeret quiſpiam, quid? illi ipſi; ſummi viri, quorum virtutes litteris proditae ſunt, iſtane doctrina, quam tu laudibus effers, praediti fuerunt? difficile eſt, hoc de omnibus confirmare: & quae ſequuntur, ne totam ſententiam, ſatis longam huc transferam, praeſertim cum in claro, & illuſtri loco poſita ſit. Diſcrimen autem eſſe videtur, quod M. Cicero putat, eruditum virum, & qui praecepta cognorit, maiorem vim habere, ad rem agendam, quàm illum, qui vſu & periculo facto multarum rerum didicerit, & valde idoneus rebus gerendis factus ſit.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ, καὶ ἡ φρόνησις, ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις: τὸ μέντοι εἶναι οὐ τὸ αὐτὸ αὐταῖς.

Eſt autem & ciuilis ſcientia, & prudentia idem quidem habitus: ſtatus tamen & natura ipſis non eadem eſt.

Cum iam declaraſſet quinque illos habitus rationis, quos ſibi propoſuerat explicandos, repetit prudentiam, qui vnus eorum fuerat, vt plenius, accuratiusque ipſum explanet: eſt enim prudentia habitus, ſine quo integrae ac perfectae non poſſunt eſſe morum virtutes; vnde merito a veteribus, doctis viris, appellata eſt, ars vitae, quia moderatur cunctis animi motibus factisque: in eam igitur nunc totam incumbit: primum autem, in quo conueniat ipſi cum ciuili facultate, tradit, & in quo etiam ambae diſſentiant inter ſe: aitque ipſas vnum, eundemque habitum eſſe; vi tamen, & natura diuerſas, quippe cum habitus idem ea ratione, qua ſibi ipſi proſit, ſectetur que vtilitates ſuas, prudentia vocetur; qua vero tuetur rempublicam, conſilioque ſuo ipſam regit, vocatur ciuilis facultas.

Τῆς δὲ περὶ πόλιν: ἡ μὲν, ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις, νομοθετική: ἡ δὲ, ὡς τὰ καθ' ἕκαστα, τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα πολιτικὴ αὕτη δὲ, πρακτικὴ: βουλευτική: τὸ γὰρ ψήφισμα, πρακτὸν, ὡς τὸ ἔσχατον.

Eius autem, quae ad ciuitatem dirigitur, vna quidem eſt tamquam principatum gerens prudentia, quae leges ſcribit: haec vero veluti res ſingulares: quae cõmuni nomine vocatur ciuilis: haec autem eſt ad agendum nata, & operam omnẽ ſuam ponit in conſilijs dandis: plebiſcitum enim ſub actionem cadit, vt vltimũ.

Relicta illa, quae proprie prudentia vocata eſt, occupaturq; in priuatis rebus, diuidit alteram, ideſt ciuilem facultatem: duoq; genera ipſius facit, quorum alterum ideſt prudentiã architectonicam vocatam eſſe ait, ob ſimilitudinem eorum, qui formas aedificiorum deſcribunt, poſtea nihil eius operis manu attingunt, architectonicam prudentiam eſſe inquit; quae ſtudium omne ſuum, operamque conſumit in ſcribendis legibus, poſtea curam relinquit alijs illarum ſeruandarum: alterum autem genus prudentiae ideſt, quae verſatur in ſingularibus rebus commune nomen retinere ait, appellariq; ciuilem facultatem, quae autem illa ſit oſtendit, atque eam eſſe vult, quae incumbit in res agendas, & quid ſui conſilij ſit in deliberationibus loquitur, quod verum eſſe declarat, addens plebiſcitum eſſe vnũ eorum, quae aguntur; aptumq; illis rebus adminiſtrandis: cum enim res eo perducta eſt, lo

cus non eſt amplius conſilijs, reſtatque tantum agere, cum ſit illud, ideſt plebiſcitum, ſenatuſue conſultum, vltimum atque extremuum.

Διὸ πολιτεύεσθαι τούτους μόνον λέγουσι: μόνοι γὰρ πράττουσιν οὗτοι, ὥσπερ οἱ χειροτέχναι.

Quare remp. adminiſtrare hos ſolum dicunt: ſoli enim agunt hi, tamquam miniſtri, ac famuli.

C**OROLLARIVM** hoc eſt, quod etiam valet ad id, quod dixit confirmaudum, prudentiam, qnae verſatur in actionibus ſingularibus, appellari politicam, atque hoc, quia qui gerunt in ciuitate publicas res ſingulares, ſolent ſoli dici πολιτεύεσθαι, ideſt dare operam reipublicae; exempli cauſa, Solon Athenis non dictus eſſet πολιτεύεσθαι, cum leges ſcribebat; etſi formam illius reip. deſcribebat, ſed Pericles, Themiſtocles, Demoſthenes, qui ſeutentiam dicebant in contione, cum de bello, aut de pace deliberabatur. Epicurus quoque, cum diſſuaderet a rep. attingenda, hoc verbo vtebatur, vt indicat quoque in epiſtola quadam ad Atticum deditum ei rationi, M. Tullius, inſimulans enim eum, inquit.
„ Vbi tu es, qui ais πολιτεύεσθαι non oportere, non ne te Bruti noſtri volticulus ab iſta ora-
„ tione deterret? Idem etiam Cicero vſus eſt ambobus his nominibus μηχανικός, tranſtu-
„ litque ipſa ad remp. ab arte eorum, qui aliquid aedificant, in epiſtola quadam ad M. Varro
„ nem: inquit enim. Non deeſſe, ſiquis adhibere volet, non modo, vt architectos, verum e-
„ tiam vt fabros, ad aedificandam rempublicam: appellauit enim fabros, quos auctor hic noſter vocat χειροτέχνας, quos etiam Graeci frequentiore vocabulo vocant οἰκοδόμους, nam alterum verbum conuenit cunctis, qui quamlibet artem colunt, ac tractant.

Δοκεῖ δὲ καὶ φρόνησις μάλιστ' εἶναι ἡ περὶ αὐτὸν καὶ ἕνα, καὶ ἔχει αὕτη τὸ κοινὸν ὄνομα, φρόνησις: ἐκείνων δὲ, ἡ μὲν, οἰκονομία: ἡ δὲ, νομοθεσία: ἡ δὲ, πολιτική, καὶ ταύτης ἡ μὲν, βουλευτική, ἡ δὲ δικαστική.

Videtur autem & prudentia eſſe maxime, quae circa ſe ipſum, & vnum, & vocatur haec communi nomine, prudentia: illarum autem, haec quidem, domeſtica diſciplina: haec vero, ſcientia legum ſcribendarum, haec autē ciuilis ratio: atque huius haec quidem, quae occupatur in conſultando; haec vero quae in litibus iudicandis.

L**ONGIVS** accuratiusque diſſerit de prudentia, primum autem commemorat, veram & propriam prudentiam eſſe, quae tota occupata eſt in ſemetipſo, atque vno iuuando; dignamque hanc maxime eſſe, qnae hoc nomine appelletur: ſimplex igitur haec eſt, neque diuiditur in partes vllas, quemadmodum altera, cuius commune nomen hic non ponit, ſed partes ipſius, ac ſpecies appellat; quarum prudentiarum primam nominat, quae domum regit; totiusque familiae bonum, vtilitatemque tuetur: alteram eſſe vult, quae ſuſcipit curam ſcribendarum legum, quod munus eſſe ſupra ſignificauit ſapientiae; tertiam autem ipſius ſpeciem eſſe ait, cuius antea meminerat, vocatam a nomine totius ciuitatis politicam: vniuerſam enim hic prudens conſilio ſuo amplexatur, ac tuetur, praemioque ac paena, legibus ſtatutis, ciues in officio retinet: partes ipſius eſſe inquit, vnam curam illorum, qui deliberant de republica, conſilioque ſtudent prodeſſe ciuitati: depellereque ab ea mala, & bona eodem conuocare, alteram eſſe inquit, quae iu foro cauſas: vni tamen ſaepae ijdemque, vtrumque munus ſuſtinebant, vt M. Cicero de ſe, amiſſa republica, prae-
„ dicauit his verbis. Cum defenſionum laboribus, ſenatorijsque muneribus aut omnino,
„ aut magna ex parte eſſemus aliquando liberati.

Εἶδος μὲν οὖν τι ἂν εἴη γνώσεως τὸ αὑτῷ εἰδέναι. ἀλλ' ἔχει διαφορὰν πολλήν: καὶ δοκεῖ ὁ τὰ περὶ αὑτὸν εἰδὼς, καὶ διατρίβων, φρόνιμος εἶναι: οἱ δὲ πολιτικοὶ, πολυπράγμονες. διὸ καὶ Εὐριπίδης. Πῶς δ' ἂν φρονοίην: ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως, Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ. Ἴσον μετασχεῖν. Τοὺς γὰρ περιττοὺς καί τι πράσσοντας πλέον,

ζητοῦν

ζητοῦσι γὰρ τὸ αὑτοῖς ἀγαθὸν, καὶ οἴονται τοῦτο δεῖν πράττειν. ἐκ ταύτης οὖν τῆς δόξης ἐλήλυθε, τούτους φρονίμους εἶναι, καίτοι ἴσως οὐκ ἔστι τὸ αὑτοῦ εὖ ἄνευ οἰκονομίας, οὐδ' ἄνευ πολιτείας.

Species igitur quaedam cognitionis eſſet, ſibi ipſi intelligere: ſed continet in ſe differentiam multam, ac videtur, qui ea, quae ad ipſum referuntur, nouit, & in ipſis manet, prudens eſſe: qui ad rempublicam acceſſerunt, multis, varijsq; negotijs implicantur. Quapropter Euripides. Quomodo ego ſaperem, cui licebat ſine moleſtia vna cum multis numerato in exercitu, aequaliter omnium participi eſſe: Eximios enim, & qui plus quam ceteri rerum gerunt: quaerunt enim quod ſibi ipſis bonum eſt, & hoc arbitrantur, ſe efficere oportere: ex hac igitur opinione venit illud, hos prudentes eſſe: atqui fortaſſe non licet ſuum procurare ſine diſciplina domeſtica, ac ſine cura reipublicae.

Dvcit ex ijs, quae iam tradiderat, ſpeciem quandam eſſe cognitionis, ſe ipſum cognitum & perſpectum habere: reſque ſuas, quales ipſae ſunt, intelligere, quod tamen, addit, non ſemper eodem modo capi ſolet, cum aliquando hoc laudem in ſe habeat: aliquando affine ſit culpae ac iuſtae reprehenſioni: inquit igitur hoc magnum diſcrimen, varietatemque in ſe continere, vt ſtatim declarat, dicens eum, qui res ſuas nouit, in ipſisque perſpiciendis accurate verſatus ſit, ac tritas denique eas habet, vt exprimamus. illud τρίβων, prudentem eſſe: contra autem, qui incumbunt in rempublicam, operamque ei dant, curioſi ſunt, ac nimis multis negotijs ſe implicant, vnde nullam partem prudentiae tenent: erat autem haec opinio multitudinis, quam inanem ac falſam putat, quod intelligitur etiam inde, quia ſupra inquit δοκεῖ, etſi nunc videtur confirmare illam auctoritate Euripidis, qui induxit in Philocteta ſuo hunc, ſapientem exiſtimatum & appellatum, virum, vnde nominata fuit fabula, reſpondentem illi, qui vocaret ipſum prudentem: ſe merito ita vocari non poſſe, cui, cum liceret in exercitu tuto viuere, aequali alijs, ſuſceperat tamen ille curas publicas, cupidus honoris, vnde inciderat in grauia mala, effectusque inde fuerat cum ignominia. Leguntur autem hi verſus Euripidis apud Plutarchum in libello, cuius index eſt περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν: nec tamen exiſtimandum eſt, tertium ipſorum mutilatum eſſe, atque ideo ſupplendum: ſumpſit enim inde Ariſtoteles id tantum, quod ſententiae ſuae accommodatum erat breuitatis cauſa, vt fecit alio in loco eiuſdem poetae, quem citauit initio octaui libri, in quo pro vno & dimidiato verſu eadem de cauſa vnam tantum vocem ἠριθμημένῳ vſurpauit. Adiungit auctor ex hac opinione quorundam fluxiſſe hanc ſententiam, quod ſoli illi prudentes forent, qui alieno animo eſſent a negotijs publicis adminiſtrandis, priuatisque tantum ſuis rebus incumberent, quos docet errare, cum ſine diſciplina domeſtica, curaque priuatarum rerum, atque etiam reip. ipſius, non poſſit impetrari ſecuritas, vitaque vacua ab offenſionibus, & incommodis.

Ἔτι δὲ τὰ αὑτοῦ πῶς δεῖ διοικεῖν, ἄδηλον, καὶ σκεπτέον.

Amplius autem quomodo negotium ſuum diſpenſare oportet, incertum eſt: idq; conſiderandum.

Docet altero hoc argumento, requiri ad res ſuas priuatas recte & ordine diſpenſandas, cognitionem multarum rerum habere, quae percipiuntur tractatione & vſu diſciplinae domeſticae, ac reipublicae ipſius: ſine ſcientia igitur rerum illarum non poteſt aliquis, vt ait, tueri res ſuas: eſt enim id obſcurum & incertum, nec poteſt id, quin percipiatur, omitti: requirit autem perceptio ipſius animaduerſionem accuratam. Perſpicitur igitur hic, eos, qui dant operam reipublicae, quique rem familiarem curant, non incumbere in res, quae inanes ſint, & nullum ipſis fructum ferant, verum in id, quod ipſos iuuent, accommodatumque ſit ſtudio ipſorum: namque etſi bene conſtituta eſt ciuitas & diſciplina domeſtica recta, tamen adhuc planum non eſt, quo pacto eſt opus gerere ea, quae ad ipſum faciunt.

Σημεῖον δ' ἐστὶ τοῦ εἰρημένου, καὶ διότι γεωμετρικοὶ μὲν νέοι, καὶ μαθηματικοὶ γίνονται,

καὶ

καὶ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα· φρόνιμος δ', οὐ δοκεῖ γίνεσθαι· αἴτιον δ', ὅτι καὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φρόνησις, ἃ γίνεται γνώριμα ἐξ ἐμπειρίας· νέος δ' ἔμπειρος οὐκ ἔστι· πλῆθος γὰρ χρόνου ποιεῖ τὴν ἐμπειρίαν.

Signum autem eius, quod dictum eſt; quod & adoleſcentes, quidem geometrici, & mathematici fiunt, & in talibus quidem ſtudys, ſapientes: prudens autem, eorum nemo videtur fieri: cauſa autem huius eſt, quod & rerum ſingularium prudentia eſt, quae vſu, & periculo facto multarum rerum percipiuntur, adoleſcens vero, peritus rerum non eſt: longum enim tempus efficiet vſum.

OSTENDERE quod dixit, ſignumque eſſe eius rei inquit, ideſt, quod adoleſcentes conſequi prudentiam nequeunt, id quod cotidie vſu venire videmus, ipſos, ſi incubuerint in ea ſtudia, non magno negotio percepturos plurimum ſcientiae geometrarum, & vt ipſam, ita etiam nomerorum, & ſiderum; demumque ſapientes, ideſt valde peritos harum rerum euaſuros: prudens vero adoleſcens non videtur fieri poſſe: cuius rei cauſam affert; quam eſſe vult, quod prudentia cooflatur vſu, & cognitioue rerum ſingularium: quae non dicnotur in ſcholis, tradeote ipſas docto aliquo viro, ſed notae nobis fiunt vſu, periculoq; facto multarum rerum: aliena autem eſt a puerili teneraque aetate experientia multarum rerum, nec cadit in eam vllo pacto; ſolum eoim hoc efficere poteſt, & gignit magnum vſum rerum experientia. Animaduerteodus autem modus eſt loquendi, quod inquit ποιεῖ τὴν ἐμπειρίαν, & non multo ſupra παῖδα γίγνεται: neque enim experientia, aut valetudo videntur eſſe materia earum artium, quae faciunt aliquid, & moliuntur.

Ἔτι καὶ τοῦτ' ἄν τις σκέψαιτο, διὰ τί μαθηματικὸς μὲν παῖς γένοιτ' ἄν: σοφὸς δὲ ἢ φυσικὸς, οὔ: ἢ ὅτι τὰ μὲν δι' ἀφαιρέσεώς ἐστι: τῶν δ', αἱ ἀρχαὶ ἐξ ἐμπειρίας: καὶ τὰ μὲν οὐ πιστεύουσιν οἱ νέοι, ἀλλὰ λέγουσι: τῶν δὲ, τὸ τί ἐστι οὐκ ἄδηλον.

Nam & hoc aliquis conſideraret, cur mathematicus puer effici poſſet: ſapiens autem ſiue phyſicus, minimè: an quod ea a materia ſeiuncta ſunt: horum autem principia ex vſu dicuntur, & haec quidem, non credunt adoleſcentes, ſed dicunt: horum autem natura, ac vis, quae ſit, non eſt obſcurum.

VSVS fuerat, tamquam certo & explorato, Ariſtoteles, illo, quod dixerat, adoleſcentes idoneos eſſe percipiendis rebus mathematicis: prudentiae autem eoſdem compotes fieri non poſſe; addit autem nuoc, quaerere poſſe aliquem etiam hoc, quod non omoino diſſimile eſt ſuperiori quaeſtioni; partem certe primam eandem habet: nouam autem alteram. Qua de cauſa euadere poteſt adoleſcens mathematicus: ſapiens vero, ideſt inſtructus ſcientia rerum diuinarum, ac caeleſtium & peritus rerum, quae a natura abditae, occultaeque ſuot, nullo pacto, quo loco longè aliter capit ſapientem, ac ſupra fecerat: illic eum vocauit σοφὸν intelligentem & valde doctum, vnde addidit, quarum rerum; hic autem ſimpliciter ſapientem vocat, ideſt qui cognitionem habeat rerum caeleſtium, ac diuinarum: putat igitur id fieri poſſe, quia res mathematicae percipiuntur ſine materia, formaq; tantum dempta a corporibus illis: initia autem harum rerum ideſt caeleſtium ac naturalium, vſu, & experientia intelliguntur. Alio etiam argumeoto idem probat: ait enim, praeterea adoleſcentes haec non credunt, neque ſecuro penitus animo ſunt de veritate illorum, ideſt res caeleſtes & naturales recte ordineque non nouerunt, ſed tamquam dictata audita a doctoribus edunt: haec vero, ideſt res mathematicas, intelligit autem problemata illa, & theoremata, norunt: cauſam eoim eorum tenent.

Ἔτι ἡ ἁμαρτία ἢ περὶ τὸ καθόλου ἐν τῷ βουλεύσασθαι, ἢ περὶ τὸ καθ' ἕκαστον: ἢ γὰρ ὅτι πάντα τὰ βαρύσταθμα ὕδατα, φαῦλα: ἢ ὅτι τοδὶ, βαρύσταθμον.

Amplius in conſultando peccatum exoritur, ſiue in eo, quod in vniuer-

ſum

ſum ſumptum eſt, ſiue in eo, quod ſingillatim: ſiue enim, quod aquae cunctae graues, ſunt vitioſae: ſiue quod haec grauis eſt.

QVARTVM hoc argumentum eſt, quo idem probat, non eſſe participes prudentiae adoleſcentes: nec poſſe intelligere quempiam res ſuas, ſine diſciplina domeſtica, ac totius reipublicae: conſultare enim prius eos decet, antequam gerant aliquid: peccatur autem in conſilijs capiendis duobus modis, aut ignorantia rerum, quae in vniuerſum ſunt tales, aut inſcitia particularium: neque enim cuncta, quae ſub aliquo genere ſunt, & tamquam partes ipſius, aequalia ſunt, & paria inter ſe, cum mutent etiam vim, & poteſtatem varijs de cauſis: declarat hoc, verumque eſſe oſtendit exemplo aquarum, quarum quaedam ſatis leues ſunt, illae autem ſalubres, aliae vero magnum pondus habent, quae ſunt inutiles: poteſt igitur fieri, vt quiſpiam neſciat, cunctas aquas ponderoſas, eſſe inutiles, contingit etiam, vt labatur aliquis, erretq;, qui non videat magni ponderis aquam eſſe talem hanc ipſam; falſoque ſalubrem putet: ambo igitur haec cognita habere oportet, ideſt vniuerſas res & ſingula res: maior namque in his eſt anſa peccandi.

Ὅτι δ' ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη, φανερόν: τοῦ γὰρ ἐσχάτου ἐστὶν, ὥσπερ εἴρηται: τὸ γὰρ πρακτὸν τοιοῦτον.

Non eſſe autem prudentiam ſcientiam, perſpicuum eſt: vltimi namque eſt, vt dictum eſt: quod enim ſub actionem cadit, huiuſcemodi eſt.

EXISTIMAVIT non alienum eſſe, etſi prius hoc fecerat, oſtendere, prudentiam non eſſe ſcientiam: id igitur nunc perſpicuum eſſe affirmat, cognitis iam, quae prius ad hos habitus diſtinguendos attulerat, & praeterea quae modo ad idem praeſtandum animo videbat. Primum igitur conferens prudentiam cum ſcientia inquit, ipſam eſſe extremi atque vltimi, id quod prius etiam ſe ſignificaſſe teſtatur, nam quidquid agitur, vt addit, tale eſt, ideſt poſtremum: neque enim geruntur, quae communia ſunt, & vniuerſa, ſed pars totius illius & cōmunis; vltimum autem vocat, quia cum aliquid efficere, molirique volumus, ordimur ab vniuerſali, deſcendentesq; inde peruenimus tandem, & poſt multa ſedulo animaduerſa & parata, ad illud, quod agere volumus, aut fabricare vltimum: reſtabat enim hoc ſolum, ijs, quae antecedunt, prouiſis.

Ἀντίκειται μὲν δὴ τῷ νῷ: ὁ μὲν γὰρ νοῦς, τῶν ὅρων: ὧν οὐκ ἔστι λόγος: ἡ δὲ, τοῦ ἐσχάτου, οὗ οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη, ἀλλ' αἴσθησις: οὐχ ἡ τῶν ἰδίων, ἀλλ' οἷα αἰσθανόμεθα, ὅτι τὸ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἔσχατον, τρίγωνον: στήσεται γὰρ κἀκεῖ: ἀλλ' αὕτη μᾶλλον αἴσθησις, ἢ φρόνησις: ἐκείνης δὲ ἄλλο εἶδος.

Opponitur igitur menti: mens enim terminorum eſt: quorum ratio non eſt: haec autem vltimi eſt, cuius non eſt ſcientia, ſed ſenſus: non ille qui propriorum eſt, ſed quali ſentimus, in mathematicis vltimum eſſe triangulum: inſiſtet enim illic: ſed hic potius ſenſus eſt, quàm prudentia: illius autem alia ſpecies.

CONFERT eandem nunc prudentiam cum mente: aptum autem hoc eſt ab eo, quod modo dixit, prudentiam eſſe extremi atque vltimi: valetque ad illud confirmandum: eſſe namq; ipſam tradit oppoſitam menti: curateque contrarias res: mentem enim eſſe inquit terminorum ideſt definitionum, ac ceterorum, quae initia ſunt, & tamquam fundamenta ſcientiarum, quorum terminorum ratio non redditur, ſed creditur, ipſis tamquam certis, & exploratis: prudentiam vero vltimi; ad quod plene cognoſcendum non adhibetur ſcientia, ſed ſenſus; cum ſint autem duo genera ſenſus, quorum vno ſentimus, intelligimusque proprias res, ac ſingulares, non eſt horum ſenſuum, hi autem ſunt, quibus cernimus colores, audimus ſonos, ſentimus odores, ceterique duo, qui vocantur ſenſus exteriores, ſed illius generis, quo ſentimus, in mathematicis rebus vltimum eſſe triangulum, vltimum inquam ac poſtremum illarum figurarum; vt cum inceperimus ab vna quapiam remota,

a triangulo; exempli cauſa ab ea, quae conſtat octo angulis deſcendentes ad minorem ſemper, deueniamus tandem ad eam, quae tribus conſtet, qua figura nulla minor eſt, quae rectis lineis compoſita ſit: ſtabit enim inquit illic, ſiſtetque quaſi curſum ſuum, verum inquit, haec potius ſenſus eſt, quàm prudentia, non quod penitus ſenſus ſit, vnus inquam eorum, qui in ſummo corpore ſedes, & tamquam membra habent, ſed eorum, qui in intimo corpore ſint: imitatur enim, exprimitque ipſos, ſubita celerique cognitione; non eſſe autem verum ſenſum, declarat etiam hoc, quia ſenſibus proprie vulgoq; appellatis, percipimus hunc colorem, ſonum, odorem: interno autem ideſt vi, poteſtateque animi, quo vtimur, in deliberando hoc bellum, hanc pacem, aliudve quippiam, quod materia ſit rerum agendarum, illius alterius ſenſus ideſt extra poſiti, alia inquit vis, ac natura eſt. Declaraui hunc locum, vt potui, cuius ſententiam, hanc quam dixi, qui eſſe putabit, non omnino, vt arbitror, peccabit, nec tamen de re tam incerta, & obſcura affirmare quicquam auſim: intelligo enim contra me ſtare lectionem quorundam antiquorum librorum, & praeterea auctoritatem grauium doctorum: legitur enim in aliquibus exemplaribus id quod magni momenti eſt ad ſententiam variandam, etſi puſilla illa varietas videtur, pro ἢ φρόνησις illic ἡ φρόνησις, vt articulus ſit, atque indicet, quam prudentiam accipi velit, & ab altera diuerſi generis prudentia ſeiungat ipſam, ac ſeparet, quam lectionem exprimit vetus tralatio, & D. Thomas, nec non Argyropylus: vt igitur, quod neceſſe fuit, diſſentiunt inter ſe de ſcriptura, interpretes, & ſcripti, & excuſi libri, ita quoque de ſententijs, quas qui ſequi volent, inde facile haurire poterunt.

Τὸ ζητεῖν δὲ καὶ τὸ βουλεύεσθαι, διαφέρει· τὸ γὰρ βουλεύεσθαι ζητεῖν τί ἐστι.

Quaerere autem, & conſultare differunt inter ſe: conſultare enim quaerere quoddam eſt.

Cvm ſatis iam ſibi viſus eſſet diſſeruiſſe de quinque illis habitibus animorum, quibus homines veritatem rerum conſequuntur: prudentia autem vnus eorum ſit, quae mirificè vtilis eſt, vel neceſſaria potius, rebus humanis rectè adminiſtrandis: quae cauſa fuit, vt de ipſa accuratius, pleniuſque diſputaret, nunc praecipere inſtituit de non nullis alijs habitibus, qui valde accommodati & ipſi ſunt conſilijs capiendis, & quibus in rebus conueniat ipſis inter ſe docet, quibuſque itidem inter ſe diſſentiant; nam quin vtiles ſint prudentiae exercendae dubitari non poſſet & hominibus ornandis: ingenijſque ipſorum perpoliendis: ſunt autem illi numero tres, verbis Graecis vocati εὐβουλία, σύνεσις, γνώμη. Primum autem diſſerit de illa, quam vocat εὐβουλίαν, ideſt rectam, veramque conſultationem: ſed tamen antequam incipiat explicare ipſam, cùm videat non poſſe quempiam conſultare de rebus obſcuris, & incertis, niſi quaerat, nequis in hoc labatur, qui arbitretur idem, atque vnum eſſe, quaerere, ac conſultare, diſtinguere haec voluit: dicitque eum, qui conſultat de aliqua re ſane quaerere: neque enim ſine accurata indagatione partium eius facti poteſt manere vera conſultatio; ſunt autem quaeſtiones non paucae remotae penitus, atque alienae à deliberationibus rerum domeſticarum, & publicarum etiam, vt quaeſtiones difficiles, & obſcurae de rebus naturalibus, & huiuſcemodi multis alijs rebus, quae ſunt materiae artium; nam medici etiam quaerunt, quomodo facile tutoque poſſint mederi aegrotis, & an ſanguis mittendus ſit, ſiue alia quaepiam curatio adhibenda. Diſcrimen autem quod hìc auctor eſſe docet inter quaerere & conſultare, videtur D. Thomas putaſſe extremum eſſe ſuperioris partis, & ad illam referri debere, non initium nouae de tribus habitibus explicationis: nam non eſt omnino aliena a ſuperiore praeceptione diuiſioneque quinque illorum habituum doctrina haec: cum tamen cuncti, qui aliquo modo attigerunt explicationem horum librorum, aliter ſenſerint: in primis autem Graecus interpres; ſequi volui conſenſum horum, qui praeterea mihi magis quadrare videtur initio nouae ſententiae, quàm fini.

Δεῖ δὲ διαλαβεῖν, καὶ περὶ εὐβουλίας τί ἐστι, πότερον ἐπιστήμη τις, ἢ δόξα, ἢ εὐστοχία, ἢ ἄλλο τι γένος.

Oportet autem diſtinguere, & de bona conſultatione, quid eſt: vtrum ſcientia quaedam eſt, ſiue opinio, ſiue bona coniectura, ſiue aliud quoppiam genus.

Cvm

CVM velit tres habitus extare, qui ſimilitudinis aliquid habeant cum prudentia: auxilioque ſint obſcuritati humanarum rerum pellendae, ac reddant homines acutiores, quorum habituum primus eſt, quem dixi, vera, rectaque conſultatio, declarare volens appoſite qui ſint, primum ſeparat ipſos a non nullis rebus, quae decipere aliquos potuiſſent, in illis intelligendis: erant autem, qui rectae conſultationis ſpeciem haberent, ſcientia, opinio, ſollertia, ſiue inquit alius quiſpiam eſt, qui falſo, etſi non omnino ſtultè, exiſtimari poſſit huiuſcemodi eſſe.

Ἐπιστήμη μὲν δὴ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ζητοῦσι περὶ ὧν ἴσασιν· ἡ δ' εὐβουλία, βουλή τις ἐστίν· ὁ δὲ βουλευόμενος, ζητεῖ, καὶ λογίζεται.

Scientia iam non eſt: non enim quaerunt de iis, quae nouerunt: bona autem conſultatio, cõſilium quoddam eſt: qui autem conſultat, quaerit, ac ratiocinatur.

REIICIT igitur hos, primumque eum, quem primum appellauit: docet enim illam non eſſe ſcientiam, ita argumentans: neque enim inquit, quaerere conſuerunt mortales ſollicitique ſunt de natura rerum illarum inueſtiganda, quas iam nouerunt: recta autem conſultatio, conſilium, & conſultatio quaedam eſt: qui autem, adiungit, conſilium cogit, ac deliberat, quaerit profecto, rationemq; ſubducit, quomodo id, quod cupit, obtinere poſſit.

Ἀλλὰ μὴν οὐδ' εὐστοχία· ἄνευ τε γὰρ λόγου, καὶ ταχύ τι ἡ εὐστοχία· βουλεύονται δὲ πολὺν χρόνον, καὶ φασὶ· πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα· βουλεύεσθαι δὲ, βραδέως.

Quin etiam neque bona coniectatio: ſine ratione enim, & velox quoddam eſt bona coniectatio: conſultant autem longo tempore, & aiunt: agere quidem oportere celeriter, de quibus conſultatum ſit: conſultare autem lentè.

IN refellendis his, quos ſupra nominarat, non ſequitur eundem ordinem, ſed a primo, poſthabito ſecundo, quo fuit opinio, ad tertium tranſit, aitque rectam conſultationem non eſſe bonã coniectactionẽ, quod verum eſſe docet a tẽpore valde diuerſo; quod ponitur in ipſis: inquit enim bona cõiectatio eſt quiddam, quod conficitur ſine ratiocinatione, cõfeſtimq; ; cõtra autem in deliberando multum temporis collocatur; id quod peruulgata voce, & quae tamquam prouerbium ſit, comprobat. Illam autem expreſſiſſe Salluſtium notum eſt, cum inquit. Nam & prius quàm incipias, conſulto, & vbi conſulueris, mature facto opus eſt.

Ἔτι ἡ ἀγχίνοια ἕτερον καὶ ἡ εὐβουλία· ἔστι δὲ ἡ εὐστοχία τις ἡ ἀγχίνοια.

Amplius ſollertia aliud eſt, atque bona conſultatio: eſt autem ſollertia bona coniectatio quaedam.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem conſtituit: ſumit autem ad id probandum, tamquam medium, & inſtrumentum quoddam, alium animi habitum, vocatum a Graecis ἀγχίνοιαν, cui habitui, oſtendenti celeritatem in veris coniecturis faciendis, nomen impoſitum eſſe putat, quod qui mentem propinquam ſemper habent, & non remotam, vt oporteat ipſam quaſi e longinquo loco reuocare, cum venit vſus illius, velociter verum vident: inquit igitur ἀγχίνοια, ideſt cita, veloxque coniectatio non eſt recta conſultatio, verum hoc eſſe, apertum eſt, quia recta conſultatio eget tempore, ac maturitate, eſt autem inquit ἀγχίνοια vera quaedam coniectatio, ſpeciesque profecto quaepiam ipſius. Vt autem hic, ita etiam in II. poſterior Analyticorum dixit ἀγχίνοιαν hanc eſſe εὐστοχίαν quandam, quo tamen loco magis ipſam explanauit; addidit enim ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου, quod valet, eam breui tempore, & quod facultatem nobis non dat accurate cogitandi inuenire medium, id quod hic proprium eſſe vult εὐστοχίας; ſupraque ipſi tribuerat.

Οὐδὲ δὴ δόξα ἡ εὐβουλία οὐδεμία· ἀλλ' ἐπεὶ ὁ μὲν κακῶς βουλευόμενος, ἁμαρτάνει· ὁ δ' εὖ, ὀρθῶς βουλεύεται, δῆλον ὅτι ὀρθότης τις ἡ εὐβουλία ἐστίν· οὔτ' ἐπιστήμης δὲ, οὔτε δόξης·

ἐπι-

ἐπιστήμης μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὀρθότης: οὐδὲ γὰρ ἁμαρτία: δόξης δὲ, ὀρθότης, ἡ ἀλήθεια.

Neque iam opinio eſt bona conſultatio vlla, ſed quia qui male conſultat, peccat: qui autem bene, rectè conſultat: perſpicuum eſt, rectitudinem eſſe quandam bonam conſultationem, non ſcientiae tamen, neque opinionis: ſcientiae quidem non eſt rectitudo: quippe cum neque erratum; opinionis autem rectitudo, eſt veritas.

Ostendit ſimul non eſſe bonam conſultationem, ſiue opinionem, ſiue ſcientiam: etſi videtur initio ſeparaſſe ſolum ab ipſa opinionem: nam infra, quo vtitur tamquam medio, ad vnam harum ſeiungendam ab ipſa accommodatum eſt, valetq; alteram itidem eſſe ſeparandam, etſi alia ratione, & modo; quid autem id ſit apparebit: non erat autem veriſimile, cum diſtingueret eam ab opinione, ipſum cauſam, cur non eſſent eaedem, non attuliſſe, inquit autem, neque enim bona ſapienſque conſultatio eſt opinio vlla, cuiuſcunque generis illa ſit: ſunt enim variae opiniones, & ipſarum quidem non nullae verae, aliae vero falſae; verum inquit (aperit enim nunc ſibi viam cognoſcendae bonae conſultationi) quia in deliberando, qui male conſultat, labitur, ac peccat: qui vero bene, recte conſultat, perſpicuum hinc eſt, eſſe bonam conſultationem rectitudinem quandam, ideſt in ea re functum eſſe officio; verumque vidiſſe, quod vſu inquit non venit, neque in ſcientia: neque in opinione, in quibus, qui recte ſe gerunt, faciunt id, quod, vt dicetum eſt, ita alijs hominibus vocatur, aut ſaltem non cadit in ipſa rectitudo, primum enim non habere locum oſtendit in ſcientia rectitudinem, quia contrarium ipſius illic non exiſtit, ideſt erratum, ac lapſus: hoc igitur ſignificat non manere in ſcientia rectitudinem; vbi enim contrarium vnum inuenitur: illic neceſſario alterum aliquando exiſtit, ſi vero maneret in ſcientia erratum, non foret illa digna eo nomine, neque poſſet merito vocari ſcientia; remota enim illa protſus eſt ab errore: in quibus autem vſu venit, vt aliquis peccet, in illis locum habet rectum officium, ſcientiae meliore via nos erudiunt, vacuaque ab omni culpa. Sequitur autem, opinionis vero rectitudo vocatur veritas, non bona conſultatio.

Ἅμα δὲ καὶ διώριςαι ἤδη πᾶν, οὗ δόξα ἐστίν.

Simul autem definitum iam eſt omne, cuius opinio eſt.

Adiungit, quod & ipſum idem efficit: ſecernitque opinionem a bona conſultatione: ſimul enim inquit definitum iam eſt, explicatumque omne illud, cuius opinio eſt: ſi namq; penitus incertum adhuc, dubiumque illud foret, non opinio in pectoribus hominum vlla de natura illius rei haereret, quae illic exorta eſt, poſtquam creditur illud perſpectum iam, cognitumque eſſe, etſi aliquando inane, vanumque eſt; quod tamen ad opinionem conflandam, inſerendamque in animos noſtros, ſatis id eſt: nam ad veritatem ipſam, non dum ſatis exploratum, firmumque eſt.

Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄνευ λόγου ἡ εὐβουλία, διανοίας ἄρα λείπεται: αὕτη γὰρ οὔπω φάσις: καὶ γὰρ ἡ δόξα, οὐ ζήτησις, ἀλλὰ φάσις τις ἤδη: ὁ δὲ βουλευόμενος, ἐάν τε εὖ, ἐάν τε κακῶς βουλεύηται ζητεῖ τι, καὶ λογίζεται, ἀλλὰ ὀρθότης τίς ἐστιν ἡ εὐβουλία βουλῆς: διὸ ἡ βουλὴ ζητητέα πρῶτον τί καὶ περὶ τί.

Quin etiam neque ſine ratione eſt bona conſultatio: cogitatione igitur minor eſt: haec enim non dum enunciatio eſt: etenim opinio, non quaeſtio eſt, ſed enunciatio quaedam iam: qui autem conſultat, ſiue bene, ſiue male conſultet, quaerit aliquid, & ratiocinatur: ſed rectitudo quaedam eſt bona conſultatio conſilij: quapropter conſilium quaerendum primum quid ſit, & in quo verſetur.

Affert aliud, quod & ipſum cognitum indicat, bonam conſultationem non eſſe opinionem: nō enim inquit, manet bona conſultatio ſine ratione, & niſi prius accuratè examinata

ſint

ſint rerum omnium illarum pondera; quod non poteſt fieri ſine cogitatione, quare inquit inferior, minorque eſt illo, quod in mentem nobis venerit ac creditur eſſe ſine diligenti animaduerſione earum rerum; haec enim inquit non dum eſt enuntiatio: neque enim, qui dubius eſt animi, incertusque de aliqua re audet de illa enuntiare, opinio autem adiungit, non eſt indagatio rei ſcilicet obſcurae, verum eſt enuntiatio, quidquid enim de illa re ſentit, edit, ſiue affirmet rem eam eſſe, ſiue neget: res enim iam eo peruenit, vt libere hoc faciat; id enim valet, vt arbitror, illud ἤδη. Confirmat autem poſt hoc alterum, quod dixerat, illum, qui conſultat contrarium facere, ſiue enim perperam, ſiue recte fungatur eo munere, conſulterq;, tamen eum quaerere aliquid, & indagare, rationeq; vti in ea re exploranda; ſed inquit, eſt rectitudo quaedam conſilij, vt cum ex accurata indagatione partium illius rei inuentum eſt, quod verum rectumq; conſilium eſt, illa eſt bona conſultatio; quare inquit, cum res ita ſeſe habeat, perſpectumq;, ac cognitum ſit, requiri conſilium, vt hoc efficiatur, bonaque conſultatio exiſtat, incumbendum in hoc nobis primum eſt, videndumque, quid conſilium ſit, & in quibus rebus verſetur; ideſt quae materia ipſius ſit.

Ἐπεὶ δὲ ἡ ὀρθότης πλεοναχῶς, δῆλον ὅτι οὐ πᾶσα· ὁ γὰρ ἀκρατὴς καὶ ὁ φαῦλος, ὃ προτίθεται ἰδεῖν ἐκ τοῦ λογισμοῦ, τεύξεται· ὥστε ὀρθῶς ἔσται βεβουλευμένος· κακὸν δὲ μέγα εἰληφώς· δοκεῖ δὲ ἀγαθόν τι τὸ εὖ βεβουλεῦσθαι· ἡ γὰρ τοιαύτη ὀρθότης βουλῆς, εὐβουλία, ἡ ἀγαθοῦ τευκτική.

Quia autem rectitudo multis modis dicitur, perſpicuum eſt, non omnem: incontinens enim, & homo malus, quod ſibi propoſuerunt videre ex ea ratiocinatione, adipiſcentur; quapropter recte conſultauerint: malum autem magnum ad ſe traxerint: videtur autem bonum aliquod eſſe bene conſultaſſe: huiuſcemodi enim rectitudo conſilij eſt bona conſultatio, quae ſcilicet bonum adipiſcatur.

VIDERAT accuratus doctor, requiri plura, vt conſilium bonum quid eſſet, exquiſitè perciperetur: ipſiusq; ratio, ac perfectio intelligeretur: illa autem tria quattuorue videntur eſſe, primum eorum eſt, vt finis bonus, vtiliſque ſit: alterum vt via recta ac probata id adipiſcamur, tertium vt non nimis lentum conſilium ſit; inquit igitur, quia rectitudo, qua vtimur in definienda bona conſultatione pluribus modis dicitur, planum apertumque eſt, non omnem rectitudinem conſilij eſſe bonam conſultationem: incontinens enim inquit homo, vt malus, & prauus itidem quod propoſitum ipſi fuit, diligenti illa ſua perſcrutatione nanciſcetur: quaeſiuit autem ſecum diligenter, quomodo poſſet expugnare pudicitiam caſtae alicuius mulieris: viditque obſequium, & aurum ei rei valde accommodata eſſe, quare ita expleuit libidinem illam ſuam; vnde inquit rectum conſilium cepit; mali autem multum, incommodique ad ſe traxit: videtur autem addit, vt aliquis dici poſſit bonum conſilium cepiſſe, ipſum inde adiutum fuiſſe: melioresque res ſuas, non deteriores factas eſſe; huiuſcemodi enim inquit rectitudo conſilij, ideſt vtilis, & quae proſit, eſt bona conſultatio.

Ἀλλ᾽ ἔστι καὶ τούτου ψευδεῖ συλλογισμῷ τυχεῖν, καὶ ὃ μὲν δεῖ ποιῆσαι, τυχεῖν, δι᾽ οὗ δ᾽ οὔ· ἀλλὰ ψευδῆ τὸν μέσον ὅρον εἶναι, ὥστ᾽ οὐδ᾽ αὕτη πω εὐβουλία, καθ᾽ ἣν οὗ δεῖ μὲν τυγχάνει· οὐ μέντοι δι᾽ οὗ ἔδει.

Sed licet hoc quoque falſo ſyllogiſmo adipiſci, & quod facere oportet, hoc ipſum adipiſci, non autem qua via, & ratione: ſed falſum terminum medium eſſe: quapropter neque haec adhuc bona conſultatio, per quam quod oportet ſane adipiſcitur, non tamen qua via oportebat.

REIICIT alterum, quod & ipſum corrumpit bonam conſultationem: nec ſinit ipſam eo nomine vocari, cum ſcilicet quiſpiam falſa ratione vtitur ad id, quod alias rectum, honeſtumque erat, efficiendum: hoc autem cuiuſmodi ſit diligenter explanat: contingere enim poteſt inquit, vt aliquis, quod facere oportet, laudemque in ſe habet, ſi rectum atque integrum fuerit, conſequatur, non tamen veram viam

ineat in eo perpetrando, vt ſi quis iuſtis dominis aliquid clam, fraudeque vſus eripiat, vt iuuet ea pecunia probum etiam virum, qui egeat: ita enim inquit medium, quo vtitur ad id adipiſcendum, falſum, & minime idoneum erit: quapropter inquit, neque ita quoque erit haec bona conſultatio, vt cuius, opeque, quod opus eſt, decetque, facit, non tamen vt oportebat: neque vſus eo tamquam medio, quod vera ratio volebat. Falſa igitur improbaque eſt vox illa Iaſonis Theſſali, qui aiebat, oportere in vita quippiam iniuſtum facere, vt poſtea ornatus eo, poſſet aliquis multa iuſta facta moliri.

Ἔτι ἔστι πολὺν χρόνον βουλευόμενον τυχεῖν· τὸν δὲ, ταχύ· οὐκοῦν οὐδ' ἐκείνη πω εὐβουλία· ἀλλ' ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ οὗ δεῖ, καὶ ὡς, καὶ ὅτε.

Praeterea fieri poteſt, vt aliquis, longum tempus in conſulendo ponens, adipiſcatur quod quaerit: alius autem breue; ne illa quidem igitur adhuc bona conſultatio eſt: ſed rectitudo, quae ſeruat id quod conducit, ac fieri oportet, & modum etiam, & tempus.

TERTIVM hoc eſt, quod violat, impeditque bonam cõſultationem, nec patitur, eam omnes numeros ipſius habere; prope autem accedit haec ad veram perfectamque bonam conſultationem; deſideratur tantum in ipſa minus ſpatium temporis: nimis enim multum in eo conſumptum, & ante quàm inuenta ſit vera ratio ipſius perficiendi, praeterierit tempus eius negotij gerendi; inquit igitur. Praeterea fieri poteſt, vt aliquis cum diu cogitarit de ea re, cunctaque mente verſarit, tandem adipiſcatur: alius autem celeriter idem videat, non igitur inquit, prior illa erit bona conſultatio: requiritur enim in hac re maturitas; his autem omnibus modis, vt non plenis, integriſq; repudiatis, demonſtrat, quae, qualiſque ſit bona conſultatio, aitque eam eſſe rectitudinem profecto, quae iuuet, fructumq; ferat, ſitq; illius rei, cuius eſſe debet, modumq; teneat, ac tempus legitimum ſeruet; hae namq; ſunt condiciones, quae requiruntur in bona cõſultatione, ac ſine quibus ipſa conſtare nũ poteſt.

Ἔτι ἔστι καὶ ἁπλῶς εὖ βεβουλεῦσθαι, καὶ πρός τι τέλος· ἡ μὲν δὴ ἁπλῶς, ἡ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἁπλῶς κατορθοῦσα· ἡ δέ τις, ἡ πρός τι τέλος.

Praeterea licet ſimpliciter bene conſultaſſe: & ad aliquem finem: verumtamen quae ſimpliciter, eſt ea, quae ad finem ſimpliciter rectum dirigitur: quaedam autem eſt ea, quae ad aliquem finem.

DIVIDIT adhuc bonam conſultationem in duo genera ipſius, quae ſeparantur, diſtinctis variatiſq; finibus: ait enim finis quidam, qui ſimpliciter finis dictus eſt, atque id, quia vltimus finium omnium eſt, & quo ceteri referuntur, is autem eſt vita beata; eſt autem finis alius, qui eſt rei alicuius ſingularis, & quae pars eſt communis illius, quare non diceretur ſimpliciter finis, vt ſuperior ille, qui ſine appendice vlla finis vocatur; inquit igitur. Amplius licet ſimpliciter bonum conſilium cepiſſe; nec non ad aliquem finem ſcilicet, accommodatum: quare inquit vna harum conſultationum, illa inquam, quae eſt ſimpliciter rectitudo, erit ea, quae fungitur officio, recteque ſe gerit in fine illo perſequendo, qui eſt ſimpliciter finis: altera autem, quae refertur ad aliquem eorum finium, qui ſeruiunt ſimpliciter vocato fini, ac vitae beatae.

Εἰ δὴ τῶν φρονίμων τὸ εὖ βεβουλεῦσθαι, ἡ εὐβουλία ἂν εἴη ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρός τι τέλος· οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστι.

Si iam bene conſultare prudentium eſt, bona cõſultatio erit rectitudo, quae ſe gerit, vt id, quod conducit, monet, ad aliquem finem: cuius prudentia vera exiſtimatio eſt.

DOCET alio modo definiri poſſe bonam conſultationem, ſiquis ſtare voluerit eo, quod iam ſignificatum eſt, & ſua vi ſatis etiam planum & apertum, proprium eſſe prudentium virorum bene conſultare; quis enim magis hoc, meliusquẽ praeſtare poteſt? erit autem ita breuior deſcriptio ipſius: amputabuntur enim illa, quae, poſito prudente, intelliguntur, nec poſſunt ab eo ſeparari: erit igitur illa bona conſultatio rectitudo, quae perſe-

perſequens vtilitatem, dirigitur ad aliquem finem, cuius finis prudentia, ſine illa ſcilicet accurata deliberatione, eſt exiſtimatio vera: hoc autem valere arbitror poſteriora haec verba, tamquam dicat auctor, ſiquis e prudente viro quaeſiſſet, quid ſentiret de ea re, ipſum reſpõſurum ſubito fuiſſe illud ipſum, quod aliquis indagat longiore itinere, ac diligenter conſultando, quia ipſum in animo conceptum haberet.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις, καὶ ἡ ἀσυνεσία, καθ' ἃς λέγομεν συνετοὺς, καὶ ἀσυνέτους, οὔτε ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμῃ, ἢ δόξῃ: πάντες γὰρ ἂν ἦσαν συνετοί.

Eſt autẽ & ſagacitas, & hebetudo, per quas appellamus quoſdam ſagaces, & hebetes, neq; omnino idem, quod ſcientia, vel opinio: cuncti enim fuiſſent ſagaces.

CVM docuerit, quid ſit bona conſultatio, nunc incumbit in declarandum alium animi habitum, eius ſcilicet animi partis, mentiſue, qua inſtruitur aliquis ad agendum: vocatur autem a Graecis σύνεσις: cõtrarium vero ipſius ἀσυνεσία: a Latinis inferioribus appellatae ſunt hae, ſagacitas, & hebetudo, fortaſſe non omnino appoſite, cum vitij nihil vmquam oſtendat apud Graecos verbum σύνεσις: Latinum autem, quod illi reſpondet, in malam etiam partem accipiatur, vnde ſagae anus vocatae ſunt; ſequemur igitur ipſos, cum melius, certiuſque non habeamus. Sed Ariſtoteles quoque ipſe videtur indicate, aliter etiam capi apud Graecos duo haec verba, cum teſtatur, quomodo accipi velit, dicatque ſe intelligere illas, quibus mortales quidam, qui hac tamquam dote, inſtructi ſunt, appellantur συνετοί: contrarij autem ipſorum, qui ea orbati, ἀσύνετοι; ſed hoc relicto, ait, non eſſe ſagacitatem idem prorſus, quod ſcientia, aut opinio: primum enim tradit, quid illae non ſint, eripitq; errore hunc eis, qui ita putarent: poſtea declarat ipſas: omnes enim inquit, forent ſagaces; qui ſcientiam aliquam perciperent, ſiue opinionem quampiam in animo habent, quod plane perſpicitur falſum eſſe, vt de ingenio Ephori Cumani memoriae proditum eſt, in quo iterum erudiendo, Iſocrates aiebat, ſe calcaribus vti.

Οὔτε τίς μία τῶν κατὰ μέρος ἐπιστημῶν: οἷον ἡ ἰατρική: περὶ ὑγιεινῶν γὰρ ἂν ἦν: ἡ γεωμετρία, περὶ μεγέθη: οὔτε γὰρ περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσίς ἐστιν: οὔτε περὶ τῶν γιγνομένων ὁτουοῦν: ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις, καὶ βουλεύσαιτο: διὸ περὶ τὰ αὐτὰ μὲν τῇ φρονήσει ἐστίν.

Neque aliqua vna e ſingularibus ſcientijs, ceu medicina: de rebus enim, quae ad corporis ſanitatem pertinent, vel geometria: circa magnitudines enim verſaretur: neque enim de ijs, quae ſemper ſunt: moueriq́ non poſſunt ſagacitas eſt: neque de quolibet eorum, quae oriuntur: ſed de quibus dubitaret aliquis, & conſultaret. Quapropter circa eaſdem res verſatur, circa quas prudentia.

NEQVE etiam vnam aliquam, certamq; ſcientiam eſſe inquit ſagacitatem, veluti medicorũ artem: fuiſſet enim tunc inquit de rebus, quae curant aegrotos; valentque ad morbos pellendos, ſiue geometria; ita etiam certa materia ipſius fuiſſet, id eſt magnitudines, & quae in ipſis conſiderantur: his vero expoſitis, addit, quod confirmat, quae iam tradiderat. Neque enim eſt inquit ſagacitas de rebus, quae ſemper ſunt, illae namque materia ſunt ſcientiarum, neq; de rebus cunctis, quae non mouentur, neq; de quolibet eorũ, quae oriuntur, ſed de certis tantum eius generis, ijs inquam, quae dubitationis aliquid in ſe habent: dignaeq; ſunt, vt de ipſis aliquis conſultet. Elicit autem hinc corollarium admonereque praeterea voluit, cumuli loco, verſari in ijſdem rebus ipſam, in quibus verſatur prudentia.

Οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν σύνεσις, καὶ φρόνησις: ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἐπιτακτική ἐστιν: τί γὰρ δεῖ πράττειν, ἢ μή, τὸ τέλος αὐτῆς ἐστιν: ἡ δὲ ξύνεσις, κριτικὴ μόνον: ταὐτὸ γὰρ ξύνεσις, καὶ εὐξυνεσία: καὶ γὰρ οἱ συνετοί, καὶ εὐσύνετοι.

Non eſt autẽ idem ſagacitas, & prudentia: prudẽtia enim vim habet ac poteſtatẽ mandandi, & imperandi: quid enim agere oportet, aut nõ agere, finis eſt ipſius:

ſagacitas autem exiſtimandi ſolum vim habet: idem enim eſt ſagacitas, & bona ſagacitas: nam & ſagaces, & bene ſagaces iidem ſunt.

CVM in eodem ſtrato, materiaque verſari dixiſſet ſagacitatem & prudentiam, quae res iodicat coniunctionem, ſimilitudinemque non paruam ipſarum, nunc, nequis in hoc labatur, qui putet penitus ipſas eaſdem eſſe, ſeparat eas, monſtratque quid diſcriminis inter ipſas ſit: dicit autem prudentiae monus eſſe, praecipere, ac mandare hominibus, factis ad negotia illa obeunda, quid facto opus ſit: ioquit enim, finem hoc illius eſſe, oſtendere quid facere ipſos oporteat, & quae nullo pacto attingenda ab ipſis ſint, quod cum praeſtiterit, functam ſe exiſtimat officio ſuo. Sagacitas autem ait, ſolum exiſtimat de rebus, partesque eius ſunt, videre quid melius, vtiliusque ſit. Cum putaret autem decipi aliquos poſſe, qui vellent hoc, quod dixit, officiom eſſe bonae ſagacitatis, non ſimpliciter ſagacitatis, vt ſupra de conſultatione, bonaq; conſultatione ſenſit: neque enim omoes, qui de rebus dubijs coonſultant, ſemper bene conſultant, docet hoc in hac re non vſu venire: neque enim poteſt aliquis eſſe συνετὸς, qui non ſit idem εὐσύνετος, cum omnis qui ſagax eſt, recte exiſtimet; nec poſſit vllo pacto in rebus exiſtimandis decipi, atque errare.

Ἔστι δ' οὔτε τὸ ἔχειν τὴν φρόνησιν, οὔτε τὸ λαμβάνειν, ἡ σύνεσις: ἀλλ' ὥσπερ τὸ μανθάνειν λέγεται συνιέναι: ὅταν χρῆται τῇ ἐπιστήμῃ, οὕτως ἐν τῷ χρῆσθαι τῇ δόξῃ ἐπὶ τὸ κρίνειν περὶ τούτων, περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστιν, ἄλλου λέγοντος, καὶ κρίνειν καλῶς: τὸ γὰρ εὖ, τῷ καλῶς, ταὐτό: καὶ ἐντεῦθεν ἐλήλυθε τοὔνομα ἡ σύνεσις, καθ' ἣν εὐσύνετοι, ἐκ τῆς ἐν τῷ μανθάνειν: λέγομεν γὰρ τὸ μανθάνειν συνιέναι πολλάκις.

Eſt autem neque habere prudentiam, neque accipere, ſagacitas: ſed velut μανθάνειν *dicitur* συνιέναι, *ideſt ſapere ſiue intelligere, quando vtitur ſcientia, ſic cum aliquis vtitur opinione ad exiſtimandum de his rebus, de quibus prudentia eſt, alio loquente, & exiſtimare recte: bene namque, & recte idem ſunt: atque hinc venit hoc nomen* σύνεσις, *per quam* συνετοὶ *quidam* εὐσύνετοι *vocantur; per quam in diſcendo: dicimus enim, cum* μανθάνειν *oſtedere volumus, ſaepe* συνιέναι.

PARAT ſe nunc ad declarandum, quid haec ipſa ſagacitas ſit, poſtquam docuit, quid ea non ſit, ſed prius tamen tangit quiddam, quod aptum eſt a ſuperioribus, & adhuc teſtabat explodeodom: inqoit enim, oon eſt praeterea verum, quod in mentem alicui veoiret, ſagacitatem eſſe, ſiue tenere iam prudentiam, compotemque eius factum eſſe, ſiue accipere ipſam, ſibique comparare: poſt quod ſtatim incipit aperire quid illa ſit; altius autem orditur, quod vult explicare, a ſimili ioitio ſumpto, quemadmodum enim inquit, perdiſcere: praeceptaque doctoris io animo condere, ideſt intelligere, quod tradit, dicitur συνιέναι, cum ſcilicet, vt addit, vtitur ſcientia illa, ita cum vtitur aliquis opinione ad exiſtimandum de his rebus, de quibus prudentia conſtat, cum inquam alius verba facit, loquiturque de illis, beneque exiſtimat: hoc inquam eſt συνιέναι, munusque ſagacis hominis obire. Quia autem in voce iuncta εὐσύνετος, non καλῶς eſt, ſed εὖ, vt omnis dubitatio tollatur, adiungit idem valere εὖ, qood valet aduerbium καλῶς. Non puto autem duobus illis verbis, ἄλλου λέγοντος, ſignificari ab auctore doctorem, qui auditori praecepta det: oeque enim vſus fuiſſet verbo λέγειν, ſi hoc oſtendere voluiſſet: praeterea diſcipuli, & qui tunc primum audiunt, non poſſunt exiſtimare de illis, quae accipiunt, neque de ipſis rectum iudicium facere, ſed arbitror intelligi quemuis alium, qui narret, aliquid expoſuiſſe, quod etiam non imbutus ſcientia, ſit tamen hac aoimi dote praeditus, videre poſſit, exiſtimareque an bene, vereque dictũ ſit. Non fallere autem nos debet, verbum μανθάνειν, qood, vt docet Ariſtoteles, nõ ſemper ſignificat diſcere, ſed ſaepe: etiã, vt teſtatur, intelligere, Id quod editur a quopiam hinc autem ductum eſſe nomen huius virtutis docet: nam quin argumentatus ſit ab etymologia, & vera notione nominis, dubium non eſt.

Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή: σημεῖον δὲ, τὸν γὰρ ἐπιεικῆ μάλιστα φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν: καὶ ἐπιεικὲς,

τὸ ἔχειν

τὸ ἔχειν πρὸς ἔνια συγγνώμην· ἡ δὲ συγγνώμη, γνώμη ἐστὶ κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή· ὀρθὴ δὲ, ἡ τοῦ ἀληθοῦς.

Ea autem, quae ſententia vocatur, vi cuius bene ſententia vtentes, & ſententiam habere affirmamus; eſt aequi, & moderati viri exiſtimatio recta: ſignum autem huius: dicimus enim aequum, & moderatum virum eſſe pronum & factum ad ignoſcendum, & aequum, ac bonum, de non nullis rebus ignoſcere: venia autem, & animus propenſus ad ignoſcendum, ſententia eſt, quae vim habet exiſtimandi de aequo & bono, atq; ea quidem recta: recta autem quae veri eſt.

EXPOSITIS iam e numero inferiorum duobus habitibus, venit ad eum, qui vt illi, ita etiam ipſe prudentiam adiuuat: facitque vt melius, procliuiuſque obire munus ſuum poſſit: eſt autem is, qui appellatur a Graecis γνώμη, quaſi ſententia, ſed quia non ſemper hoc nomen eodem modo capitur, teſtatur quam nunc intelligat, & quomodo γνώμην ſententiamque hanc accipi velit: nam γνῶμαι vocatae quoque ſunt praecepta ad vitam honeſtè ſapienterque degendam idonea, de quibus etiam poëtae non nulli libellos apud Graecos ſcripſerunt, quarum etiam conficiendarum rationem tradidit noſter hic auctor in II. de arte dicendi: eſſe autem hanc inquit eam, cuius vi vocamus, quoſdam mortales εὐγνώμονας, & eoſdem dicimus habere γνώμην, praeditoſque eſſe hac ipſa facultate: eſt autem exiſtimatio recta probi, moderatique viri: hoc vero probat a conſuetudine loquendi, qua vtitur tamquam nota quadam, hoc indicante: dicimus enim inquit, in primis hunc, quem ego ſupra ſignificaui, ideſt virum bonum ac moderatum, pronum eſſe ad ignoſcendum: eodemque pacto in omni ſermone ita loqui ſolemus, affirmamusque moderati viri proprium eſſe, quibuſdam in rebus, delictis aliquando ignoſcere συγγνώμηque haec, ideſt natura talis, actiove eſt ſententia, quae vim habet exiſtimandi recte de aequo, & bono: hocque ſemper ſeruat: recta autem quod exiſtimatio dicta eſt, accipi debet, quia recta eſt.

Εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ ἕξεις εὐλόγως εἰς ταὐτὸ τείνουσαι· λέγομεν γὰρ γνώμην, καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν, καὶ νοῦν, ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφέροντες, γνώμην ἔχειν καὶ νοῦν ἤδη, καὶ φρονίμους, καὶ συνετούς· πᾶσαι γὰρ αἱ δυνάμεις αὗται τῶν ἐσχάτων εἰσὶ, καὶ τῶν καθ' ἕκαστον.

Sunt autem omnes hi habitus merito in idem tendentes: dicimus enim ſententiam, & ſagacitatem, & prudentiam & mentem ad eoſdem referentes, ſententiam habere, & mentem iam, & prudentes eſſe, & ſagaces: cunctae namque hae poteſtates vltimorum, atque earum rerum, quae ſingulares ſunt.

POSTQVAM diſſeruit de ſententia, iamque expoſuit habitus eos ſimiles inter ſe, & qui tamquam ſocij ſunt prudentiae, opitulanturque ipſi, tradit hoc ipſum, ſignificatque repertis illis, omnes eos ad idem referri, in quibus etiam nominat prudentiam, additque tribus his mentem, quae hic ſumi videtur debere pro habitu principiorum, in rebus agendis occupatorum: inquit igitur, cuncti hi habitus, qui quattuor ſunt, non ſine cauſa eodem tendunt, ſtudentq; idem efficere: confirmat autem id hoc pacto; vſurpamus enim inquit haec verba, appellamusq; ſententiam, & ſagacitatem, & prudentiam, & mentem ad eoſdem homines ipſas comportantes, quos dicimus ſententiam habere, & iam mentem, eoſdemque vocamus & prudentes, & ſagaces: cauſa autem eſt addit, huius noſtrae conſuetudinis loquendi: tribuendiq; has animi dotes, ac poteſtates iiſdem hominibus: ſunt enim inquit cunctae extremorum, atq; eorum, quae ſingillatim fiunt, in hisq; capeſſendis omnibus ipſis cõuenit: neq; tamen eadem ratione, ac via vtuntur in eis indagandis, ſed alia, ac ſaepe diuerſa.

Καὶ ἐν μὲν τῷ κριτικὸς εἶναι περὶ ὧν ὁ φρόνιμος, συνετὸς καὶ εὐγνώμων, ἢ συγγνώμων· τὰ γὰρ ἐπιεικῆ, κοινὰ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐστὶν ἐν τῷ πρὸς ἄλλον.

Atque in eo quidem, qui aptus eſt ad exiſtimandum de iiſdem rebus, de quibus prudens, ſagax eſt, & bene ſentiens eſt, ſeu ad ignoſcendum paratus:

nam quae aequa & moderata ſunt, communia cunctorum proborum humanorum ſunt, ea parte, qua ad alium referuntur.

ADIVNGIT, virum, qui ornatus eſt his dotibus, inſtructuſque ad plures has virtutes exprimendas, quemadmodum varia ſemina, initiaque in animo ipſarum habet, ita varijs modis appellari: cum ea parte, qua factus eſt ad exiſtimandum recte de illis rebus, de quibus homo prudens quaerit, ſtudioſuſque eſt in ipſis veritatem adipiſcendi, vocetur συνετὸς idest ſagax: neque hoc tantum, verum etiam συγγνώμονα idest praeditus facultate bene ſentiendi: ſiue inquit, pronus ad veniam dandam, leniterq; de admiſſis culpis exiſtimandum. Reddit autem rationem horum omnium dicens, quae namque aequa, bonaque ſunt, communia omnium humanorum bonorum ſunt ea parte, qua ad alium ſubleuandum, inſtruendumque, non ad ſemetipſum iuuandum, valent.

Ἔστι δὲ τῶν καθ' ἕκαστα, καὶ τῶν ἐσχάτων, ἅπαντα τὰ πρακτά: καὶ γὰρ τὸν φρόνιμον δεῖ γινώσκειν αὐτά, καὶ ἡ σύνεσις, καὶ ἡ γνώμη περὶ τὰ πρακτά: ταῦτα δ', ἔσχατα.

Sunt autem ſingularium, & extremorum cuncta ea, quae cadunt ſub actionem: etenim prudentem oportet ipſa cognoſcere, & ſagacitas, & ſententia circa res agendas: haec autem vltima ſunt.

SIGNIFICAT munera cuncta horum habituum, vno & eodem tenore referri ad res ſingulares, & ea quae ſunt extrema omnium conſiliorum factorumque noſtrorum: oportereque prudentem virum ea cognita, perſpectaque habere: Addit etiam ſagacitatem, ac ſententiam occupari in rebus iudicandis, quas homines agunt in vita, quae ſane ſunt vltima & extrema. Eſt hic varietas quaedam lectionis: Argyropylus enim videtur legiſſe ἔσχατα. Vetus etiam tralatio in exemplari, quod ſecuta eſt, perſpicitur nominandi caſu idem hoc nomen habuiſſe: interpres tamen Graecus communem lectionem ſeruat, in qua illa eſt generandi caſu poſita: omne autem diſcrimen in hoc eſt; dixerit ne omnes res, quae aguntur eſſe e numero ſingularium, & extremorum ſiue res, quae aguntur ſingularium eſſe aliquas, & extremorum, vt quamuis non aperte, praeceperit aliquid de numero ipſarum, intelligi tamen velit, hoc capi debere tamquam ſi de omnibus ipſis a ſe dictum fuiſſet: quae igitur geruntur a mortalibus, (redeamus enim ad ſententiam,) ea omnium vltima, ac ſingularia eſſe affirmat, quia non deliberant homines de rebus, quae in vniuerſum tales ſunt, aut gerere aliquid aggrediuntur, quod huiuſcemodi ſit: eſt enim id extra captum ipſorum.

Καὶ ὁ νοῦς τῶν ἐσχάτων ἐπ' ἀμφότερα, καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων, καὶ τῶν ἐσχάτων, νοῦς ἐστὶ, καὶ οὐ λόγος: ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων: ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς, τοῦ ἐσχάτου, καὶ ἐνδεχομένου, καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως: ἀρχαὶ γὰρ τοῦ οὗ ἕνεκα αὗται: ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γὰρ τὸ καθόλου: τούτων οὖν δεῖ ἔχειν αἴσθησιν: αὕτη δ' ἐστὶ νοῦς.

Et mens extremorum eſt in vtramque partem: etenim primorum terminorum, & extremorum mens eſt, & non ratio: quarum vna quidem verſatur in demonſtrationibus immobilium terminorum, & primorum: altera autem, quae in rebus agendis vltimi, & quod aliter euenire poteſt, & alterius propoſitionis; in ijs artibus, quae ad agendum: principia enim eius, cuius cauſa quippiam ſunt: e ſingularibus namque quod in vniuerſum eſt gignitur: horum igitur ſenſum habere oportet: hic autem, mens eſt.

ADDIT, mentem quoque extremorum eſſe, vt ipſe oſtenderat, ſagacitatem, & ſententiam illorum ipſorum eſſe, cum verſentur in rebus humanis videndis, atque exiſtimandis, quae profecto eius generis ſunt: non enim attingunt mortales res vniuerſas: idem igitur nunc tradit de mente, intellectuve, qui cum ſit geminus, diuidaturque in eum, qui res

naturales, diuinasque contempletur, & in eum, qui humanas, caducasque: vtriſque tamen in hoc conuenit, vt curent extrema: quae nobis namque prima ſunt, illa ſunt vltima naturae, & quae naturae vltima, nobis prima. Inquit igitur, intellectum eſſe vltimorum in vtramque partem, cum ſit primorum terminorum, atque vltimorum, quod non contingit in ratione, demonſtrationeve. Quae ſit autem materies amborum, in hoc diſcrepantium inter ſe, declarat: ait enim vnum eorum, illum inquam, qui proprie intellectus vocatur; videtur enim hoc inuentum eſſe indagandis rebus aeternis, verſari in demonſtrationibus terminorum, qui ſunt extra omnem motionem, liberique prorſus ab ea, iidemq; primi: alter vero in demonſtrationibus verſatur rerum agendarum, quae ſunt, & ipſae vltimi, & materiae, quae expoſita eſt varietatibus, nec ſemper eodem pacto ſe habet, atque alterius propoſitionis id eſt ſingularis, cum in ſuperiore, & qui quaerit res immobiles progreſſus fiat per propoſitiones vniuerſas, & principia eiuſdem generis; haec enim inquit id eſt propoſitiones ſingulares initia ſunt eius, cuius obtinendi cauſa incumbimus in has quaeſtiones: cupimus enim ſcire, quae in vniuerſum ſunt eius generis rerum: cognitio enim ſingularium perducit nos ad intelligentiam eorum, quae ſunt eodem pacto ſemper in eodem genere rerum, quae ſingularia ſcilicet cognita habere oportet ſenſu: qui ſenſus vna via eſt illorum percipiendorum: ſenſum autem inquit, eſſe intellectum.

Διὸ καὶ φυσικὰ δοκεῖ εἶν ταῦτα: καὶ φύσει σοφὸς μὲν οὐδείς: γνώμην δ' ἔχει, καὶ σύνεσιν, καὶ νοῦν: σημεῖον δ' ὅτι καὶ ταῖς ἡλικίαις οἰόμεθα ἀκολουθεῖν: καὶ ἥδε ἡ ἡλικία νοῦν ἔχει, καὶ γνώμην, ὡς τῆς φύσεως αἰτίας οὔσης.

Quapropter naturalia quidem haec eſſe videntur, & natura ſapiens nemo: ſententiam autem habet, & ſagacitatem, & mentem: ſignum autem huius eſt, quod arbitramur aetatibus comitari: atque haec aetas mentem habet, & ſententiam, tamquam natura cauſa ſit.

Cum ſubtiliter diſſeruiſſet de tribus habitibus, quos ſibi propoſuerat explicandos, poſtquam de virtutibus rationis ſatis praecepit, adiungit cognitioni ipſorum quaedam, quae magis explanare, patefacereque vim eorum adhuc valent; eliciuntur autem illa ex accurata animaduerſione naturae ipſorum: primum igitur inquit, quod planè corollarium eſt, videri illa a natura proficiſci, & non cura, ſtudioque noſtro comparari, ideoque diſtingui, & ſeparari a ſapientia, intelligique non eadem penitus eſſe, quod illa, cum ſapiens nullus natura, primoque ortu ſit; inueniantur autem quidam, qui ſententia praediti ſint: eodemque pacto ſagacitate, & mente hac, naturae beneficio, & ſine vlla cogitatione ſua, laboreq; ornandi ſe, his quaſi habitibus. Confirmare vero quod dixit, volens, vtitur ſigno quodam, quod praeſtare hoc, indicareque poteſt, eſt autem ipſum, quod cuncti nos ſumus huius animi, iudicijque, vt hae quaſi dotes, comitentur aetatibus, & haec ſcilicet aetas praedita ſit inſtructaque mente, ac ſententia: aliae vero non itidem, quaſi inquit natura cauſa ſit, dominaque harum poteſtatum tribuendarum, dilargiaturque ipſas, quibus velit: haec enim opinio, infixa animis noſtris de illis, planè hoc declarat. Quod tres hos quaſi habitus, videri dixit naturales eſſe, notum eſt Peripateticos ita de virtutibus, vitijsque exiſtimaſſe, cenſuiſſeque virtutes non nullas quibuſdam a natura praebitas eſſe, non integras tamen illas, neque abſolutas: de quo etiam erudite differit Simplicius, cum explanaret verba haec de ſecundo genere qualitatis. ἕτερον δὲ γένος ποιότητος, καθ' ὃ δρομικοὺς ἢ πυκτικούς, & quae ſequuntur; quo etiam in loco docuit, quomodo Stoici appellarent hanc propenſionem ad virtutem, cuius geminum genus eſſe vellent, cum contra propenſionis ad artem, quam vocat ἐπιτηδειότητα, vnum tantum genus ponerent: vnde ipſe videndum eſſe putat, an artis quoq; duplex genus ſit, eius inquam, quae & a natura aliquibus data, ita maneat, & illius, quae ſtudio ſuo, & diligentia profecerit aliquid, ac melior ita facta ſit. M. Cicero in prooemio III. Tuſculanae videtur vocaſſe igniculos & ſemina virtutum, has ipſas naturales virtutes, inquit enim. Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque deprauatis ſic reſtinguimus, vt nuſquam naturae lumen appareat; ſunt enim ingenijs noſtris ſemina innata virtutum; & quae ſequuntur. Alexander quoque in quarto libro quaeſtionum de his naturalibus virtutibus diſputauit.

Διὸ καὶ ἀρχὴ, καὶ τέλος νοῦς: ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις, καὶ περὶ τούτων.

Quapro-

Quapropter, & principium, & finis mens eſt: ex his enim, & de his demonſtrationes fiunt.

ET hoc corollarium videtur eſſe, ductumque planè e ſuperiore quapiam ſententia, non tamen, vt opinor, e proximo corollario, verum e verbis illis, documentoque ipſorum, quibus dixit, mentem eſſe extremorum in vtramque partem: addit igitur nunc, aptumque eſt inde, quod inquit, qua de cauſa & principium, & vltimum eſt: ex his enim inquit, conflantur demonſtrationes: initijs inquam, & propoſitionibus ſumptis, vt vi ipſorum aliquid concludatur, vt de ijs, quibus verbis ſignificat concluſionem, & quod confectum eſt, materiamque demum: neque enim poteſt concludi quippiam, quod non inde naſcatur.

Ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων, ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι, καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων: διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσι τὰς ἀρχάς.

Quare attendere oportet peritorum hominum, & ſenum, ſiue prudentium enunciata ſine probatione, & edita, & opiniones, non minus quàm demonſtrationes: quia enim habent oculum, lumenq; acceptum ab vſu, principia cernunt.

MONET, magnam vim habere ad fidem faciendam voces, opinionesque trium generum hominum: nec deſpici facile debere ipſas; etſi nullo argumento vſi ſint in illis confirmandis, ideſt vſum multarum rerum habentium, & ſenum, & prudentium, quibus omnibus conuenit in hoc, vt varijs de cauſis intelligentiam habeant multarum, ſingulariumque rerum: hos enim ideſt primos erudit vſus magnus rerum; non eſt enim penitus neceſſaria longa aetas periculis faciendis multarum rerum: quidam enim minore in aetate, iuuenesq; adhuc occaſionem nacti fuere gerendorum multorum magnorumque negotiorum: vt Alexander ille Macedo. Scipio maior, Cn. Magnus, & ipſi exitum multarum rerum aſpexerũt: prudentes & quia diligenter curãt, quae fiunt, & ipſi quoque pares ſunt veritati rerum videndae: his igitur non minus credi oportere inquit, quàm demonſtrationibus doctorum hominum, firmisque argumentis. Cur autem tantum ipſis tribui debeat oſtendit: ait enim intueri principia, & vnde conſequatur, quod vſu poſtea venit, quia oculum lumenque habent conflatum ex vſu illo magno rerum. Quod ad aetatem, adhuc teneram, pertinet, confirmat, quod praecipit Ariſtoteles, inde etiam naſci aliquando conſilia optima, id quod ab Homero traditum eſt, ſi monitum, conſiliumque Achillis animo cuſtodiſſet, aufugere, vitareque potuiſſe Patroclum, interitum, malumque fatum.

Τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ σοφία, καὶ ἡ φρόνησις, καὶ περὶ τίνα τυγχάνει ἑκατέρα οὖσα, καὶ ὅτι ἄλλου τῆς ψυχῆς μορίου ἀρετὴ ἑκατέρα, εἴρηται.

Quid igitur ſapientia, & prudentia eſt, & circa quas res vtraque verſatur: & quod alius animi partis virtus vtraque eſt, dictum eſt.

SIGNIFICAT ſe perfeciſſe ea, quae modo explicanda ſibi propoſuerat, paucisq; nobis ipſa redigit in memoriam: commemorat igitur a ſe traditum eſſe, quid ſapientia ſit, & quid prudentia, & quae res materia ſint vtriusq;, ac ſtratũ, in quo inueſtigando verſentur, cum narrat ſapientia de rebus, quae non variantur: perpetuoque eundem tenorem ſeruant: prudentia vero de contrarijs expoſitis mutationibus crebris; praetereaque declaratum ſit, vtramque virtutem eſſe alius animi partis, intellectusque, cum ſapientia ſit illius mentis laus, ac perfectio, quae incumbit in res contemplandas, prudentia vero alterius, quae rectam viam monſtrat rerum agendarum.

Διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ αὐτῶν τί χρήσιμοί εἰσιν: ἡ μὲν γὰρ σοφία οὐδὲν θεωρεῖ, ἐξ ὧν ἔσται εὐδαίμων ἄνθρωπος; οὐδεμιᾶς γάρ ἐστι γενέσεως: ἡ δὲ φρόνησις τοῦτο μὲν ἔχει.

Quaereret autem aliquis de illis, quem fructum ferant: ſapientia enim

nihil contemplatur, vnde beatus homo efficietur: nullius enim generationis eſt: prudentia autem, hoc quidem habet.

EXPLICATIS prius quinque virtutibus rationis: deinde traditis tribus habitibus animi, dotibusve a natura acceptis, non ſtudio noſtro partis, qui auxilio ſunt prudentiae in conſilijs capiendis: ornantque ipſam magnopere, aggreditur diſſoluere nodos, quaeſtioneſque quaſdam, quae niſi ſolutae forent, turbare facile potuiſſent aliquos, efficereque ne omnino putarent vera eſſe, quae praecepit. Prima earum quaeſtionum eſt, quod inquit, quaerere poſſe aliquem, quem fructum ferant hominibus duae harum virtutum, ideſt ſapientia, & prudentia; cum prior harum nihil inueſtiget eorum, vnde aliquis beatus reddatur: atque hoc, quia nihil gignit, efficitque, ſed contenta eſt cognitione, veritateque rerum, quarum naturam cauſaſque ſedulo indagauit. De prudentia autem nihil huiuſcemodi dici poteſt, nam quaerit res, quae efficiunt aliquid: poſtquam enim accurate quaeſitum eſt ab ea de aliqua re, ſatisque deliberatum, exempli cauſa de pace, de bello, de mittendis legatis, efficitur ope illius, quod melius, vtiliusque viſum eſt.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκα δεῖ αὐτῆς; εἴπερ ἡ μὲν φρόνησίς ἐστιν, ἡ περὶ τὰ δίκαια καὶ καλὰ, καὶ ἀγαθὰ ἀνθρώπῳ: ταῦτα δ' ἐστὶν, ἃ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρός ἐστι πράττειν, οὐδὲν δὲ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι αὐτά ἐσμεν, εἴπερ ἕξεις αἱ ἀρεταί εἰσιν: ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινὰ, οὐδὲ τὰ εὐεκτικὰ, ὅσα μὴ τῷ ποιεῖν, ἀλλὰ τῷ ἀπὸ τῆς ἕξεως εἶναι λέγεται: οὐθὲν γὰρ πρακτικώτεροι τῷ ἔχειν τὴν ἰατρικὴν, ἢ γυμναστικὴν ἐσμέν.

Sed cuius cauſa ipſa opus eſt? ſiquidem prudentia eſt, quae manet circa res iuſtas, & honeſtas, & bonas hominibus: haec autem ea ſunt, quae boni viri munus eſt agere: nihilo autem ſumus paratiores ad res agendas, cognitione ipſarum: ſiquidem habitus ſunt virtutes: quemadmodum neque res, quae ad bonam valetudinem, ſiue ad bonam corporis habitudinem, quaecunque ſcilicet, non quod efficiunt, ſed quod ab habitu gignantur, ita appellentur: nihilo enim paratiores ad agendum ſumus, eo quod habeamus artem medendi, aut corpus exercendi.

CONCESSERAT prudentiam continere in ſe, quod abeſt a ſapientia, remotumque inde eſt, vt declarauit; neque tamen ob id exiſtimari poſſe, ipſam eſſe vtilem neceſſariamque vitae, quod enim aliquis in ſe habet, non oportet eum aliunde petere: haec igitur eſt vis illorum, quae hic ſequuntur: perficiunt enim, abſoluuntque ſuperius argumentum, non nouum aliquod, vt interpres putauit, adferunt: etſi igitur inquit, noua quaedam gignit prudentia, non tamen ea de cauſa conducit ciuili vitae, ſed poteſt ſine damno vllo ipſa carere; quod probat hoc pacto: prudentia virtus eſt, quae verſatur circa ea, quae iuſta ſunt, & honeſta, bona, conducentiaque homini, campumque eum habet: haec vero inquit propriae curae, factaque boni viri ſunt, quaeque ille aget in vita: non erimus autem addit, magis parati, inſtructique ad haec agenda; quia haec intelligimus, cognitaque habemus, ſiquidem virtutes ſunt habitus, quibus qui praediti ſunt, nulla re indigent, quae magis eos perfectos in illis rebus reddat. Similibus autem vtitur ad veritatem ſuae ſententiae declarandam: inquit enim, eadem ratione, qua neque ſalubres res, neque propriae bonae corporis habitudinis reddunt cognitae magis eos tales, ſed quia ſalubria, & propria bonae corporis habitudinis, non vno modo dicuntur: ita enim vocantur, & quae manant, proficiſcunturque ab his corporis habitibus, vt ambulatio ſalubris, ſomnus, vrina, & quae gignunt valetudinem, bonamque corporis ſanitatem, teſtatur, quae intelligat, dicitque ſe ſignificare, non quae efficiant, ſed quae indicent hos duos corporis habitus, atque inde manent; concludens autem inquit: nihilo enim magis idonei erimus ad munera illa obeunda propria corporis ſanitatis, quia teneamus medendi artem, & rationem corpus exercendi.

Εἰ δὲ μὴ τούτων χάριν φρόνιμον θετέον, ἀλλὰ τοῦ γίνεσθαι, τοῖς οὖσι σπουδαίοις οὐθὲν αὖ ἂν χρήσιμος.

Si autem non horum cauſa prudentem ponere debemus, ſed vt probi efficiamur, ijs certe, qui probi iam ſunt, nulla in re poteſt eſſe vtilis.

Refellit id, quod aliquis contra dicere potuiſſet, ſi accommodata non eſt prudentia ad facta meliora, exquiſitioraque gignenda, propria virtutum, opitulatur tamen, adminiculoque eſt ad eas parandas, id quod etiam inficiatur, inaneque eſſe docet: ait enim illis, qui iã ſtudioſi ſunt, opus non eſſe cura ſtudioque quopiam, quo tales fiant, atque ea, quae prodeſſent expertibus ipſius, ad virtutem ſibi comparandam, vtilia non eſſe, nec opis aliquid adferre poſſe ad eam acquirendam: vt neque ſuperioribus illis, qui iam virtutem perceperunt, quique ipſam tenent, vtilis ſit, neque vacuis ab ipſa proſit ad eam adipiſcendam.

Ἔτι δὲ οὐδὲ τοῖς μὴ ἔχουσιν: οὐθὲν γὰρ διοίσει αὐτοὺς ἔχειν, ἢ ἄλλοις ἔχουσι πείθεσθαι: ἱκανῶς τ' ἔχοι ἂν ἡμῖν, ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ὑγίειαν: βουλόμενοι γὰρ ὑγιαίνειν, ὅμως οὐ μανθάνομεν ἰατρικήν.

Amplius neque ijs, qui non habent: nihil enim referet, prudentes ipſi ſint, an alijs prudentia praeditis pareant: ſatis hoc nobis eſſe debet, veluti circa bonam valetudinem: cum enim ſano corpore eſſe velimus, tamen non perdiſcimus artem medicorum.

Ostendit praeterea ijs vtilem neceſſariamque non eſſe prudentiam, qui expertes ipſius ſunt; illis magnum neque fructum ferre, ſi, adhibita cura multa, percipiatur ab ipſis, quia, etſi non habent eam, conferre ſe paruo negotio poſſunt ad eos, qui teneant, eruditique ab ipſis: nihilque interſit, eos habere, compoteſque ipſius eſſe, ſiue alijs quibuſdam, qui teneant ipſam, parere; confirmat autem hoc ſimili, in hac enim quoque re ſatis nobis eſſe debere exiſtimat, quod ſeruatur in valetudine tuenda: cum enim valere volumus, vt poniamus deſiderio hoc, non tamen diſcimus artem medicorum, ſed conſilium ſequimur eorum, qui medentur, curandosque nos ipſis tradimus.

Πρὸς δὲ τούτοις, ἄτοπον ἂν εἶναι δόξειεν, εἰ χείρων τῆς σοφίας οὖσα, κυριωτέρα αὐτῆς ἔσται: ἡ γὰρ ποιοῦσα, ἄρχει καὶ ἐπιτάττει περὶ ἕκαστον: περὶ δὲ τούτων, λεκτέον: νῦν μὲν γὰρ ἠπόρηται περὶ αὐτῶν μόνον.

Accedit autem his, quod abſurdum videri poſſet, ſi, cum ſit deterior ſapientia, dominabitur ipſi: ea namque, quae efficit, imperium habet, ac praecipit omni in re. De his igitur dicendum eſt: nunc enim de ipſis dumtaxat quaeſitum eſt.

Hoc etiam ſcrupulum inijcere in animos noſtros inquit, facereque, vt haereamus: videri enim poſſet abſurdum, ſi prudentia, cum inferior ſit ſapientia, minoriſque prorſus dignitatis, id quod dictum eſt, poſtea exerceat imperium in ipſam, & quaſi ei dominetur. Probat autem, conſtituitque auctoritatem prudentiae tamquam ſigno quodam: ait enim virtutem illam, quae facit, molitur que aliquid, non quae otioſa eſt, imperium habere, & mandare, praecipereque cunctis in rebus, quod plane facit prudentia, cum ſapientia quieſcat, nihilque moliatur, ſed tota occupata ſit in ſuis illis cogitationibus, naturiſque rerum contemplandis. Poſt haec inquit, expoſitis iam ijs, quae veritati repugnare videbantur, conſilioque ſuo repetito, tempus eſt, oſtẽdere, quomodo res ſe habeat, ſcrupuloſq; hos euellere.

Πρῶτον μὲν οὖν λέγομεν, ὅτι καθ' αὑτὰς ἀναγκαῖον αἱρετὰς αὐτὰς εἶναι: ἀρετάς γ' οὔσας ἑκατέραν ἑκατέρου μορίου: καὶ εἰ μὴ ποιοῦσι μηδὲν μηδετέρα αὐτῶν.

Primum quidem igitur dicimus, neceſſario ipſas per ſe expetendas eſſe: cum vtraeque virtutes ſint vtriuſque partis: & ſi non facit aliquid vtraque ipſarum.

Totvm

Tᴏᴛᴠᴍ ſe confert nunc ad ſcrupulos, modo inſertos, euellendos, refellit autem ante a-
lios, quod excogitatum erat, contra ambas, ſapientiam inquam communiter, & prudentiã,
quod fructum nullum ferrent. Primum inquit dicimus, volumusque ambas, ſapientiam
inquam, ac prudentiam, per ſe expetendas eſſe, ſuaque vi caras nobis eſſe debere, etſi neu-
tra ipſarum nihil quippiam facit, ac molitur: concedit enim, quod ſubito negare poterat, vt
oſtendat hoc ipſum etiam nihil eos iuuare, quo illi vtebãtur tamquam ſolo, ac fundamen-
to ſuae rationis. Per ſe autem expetendas eas ait, cum ſint virtutes, & optimi habitus ani-
morum noſtrorum.

Ἔπειτα καὶ ποιοῦσι μέν, οὐχ ὡς ἰατρικὴ δέ, ὑγίειαν, ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια, οὕτως ἡ σοφία, εὐ-
δαιμονίαν· μέρος γὰρ οὖσα τῆς ὅλης ἀρετῆς τῷ ἔχεσθαι ποιεῖ, καὶ τῷ ἐνεργεῖν, εὐδαίμονα.

*Deinde & faciunt quidem, non vt medicorum autem ars, valetudinem, ſed
vt valetudo, ſic ſapientia, vitam beatam: cum pars ſit totius virtutis, quod tenea-
tur, efficit, & quod munere ſuo fungatur, beatum.*

Dᴇɪɴᴅᴇ inquit, anferens illis, quod iam conceſſerat, faciunt ipſae, & tamquam pariunt,
quamuis vt illi accipiunt facere, nihil moliantur; non inquam, vt ars medicorum facit, gi-
gnitque corporis ſanitatem, quae ars poſita eſt extra nos, corpusque, verum vt valetudo
gignit munera, factaque, quae requiruntur a bona corporis habitudine, propriaque ſunt
illius, ita ſapientia gignit vitam beatam: cum enim ea ſit, ſapientia inquam, pars totius vir-
tutis, vnaque ipſarum, quia tenetur, facit, & quia fungitur muneribus ſuis, efficit homi-
nem beatum. Non ſunt autem, quibus adhuc vſus eſt, duo argumenta, ſed vnum tantum,
quod magiſtri dicendi, exprimentes rationem ipſius, vocant κατὰ συγχώρησιν; oſtendit e-
nim qui ipſo vtuntur, primum ſe faciles, ac liberales in diſſerendo, poſtea magis ipſos pre
munt, cum declarant facilitatem ſuam, nihil ipſis prodeſſe, nec auxilij aliquid ferre ad ſen-
tentiam ſuam tuendam.

Ἔτι τὸ ἔργον ἀποτελεῖται κατὰ τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν· ἡ μὲν γὰρ
ἀρετή, τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν· ἡ δὲ φρόνησις, τὰ πρὸς τοῦτον.

*Praeterea opus perficitur ſtudio prudentiae, ac virtutis moralis: virtus e-
nim ſcopum reddit rectum: prudentia autem, quae ad hunc referuntur.* 4

Sᴇᴏʀſᴠᴍ nunc declarat, prudentiam vtilem eſſe: vel neceſſariam potius humanae vitae,
ſineque ipſa nullum opus proprium virtutis, integrumque effici poſſe: concurrant enim
ambae neceſſe eſt, nec valet optimus tãtum animi habitus efficere aliquid magna laude di-
gnum, perfectumque omni ſua parte. Cur autem requiratur hic conſenſus indicat; virtus
enim inquit finem rectum ſibi proponit, prudentia autem inuenit, quae ducant eo, red-
dantque nos compotes illius: cum igitur ſocietas haec, communioque requiruntur, altera
ipſarum ſola praeſtare id non poteſt, quare perſpicitur, prudentiam magnum fructum fer-
re, neque eſſe inutilem vitae.

Τοῦ δὲ τετάρτου μορίου τῆς ψυχῆς, οὐκ ἔστιν ἀρετὴ τοιαύτη, τοῦ θρεπτικοῦ· οὐδὲν γὰρ ἐπ'
αὐτῷ πράττειν, ἢ μὴ πράττειν.

*Quartae autem animi partis non eſt virtus talis, in qua ſcilicet vis eſt alen-
di: nihil enim in ea manet, quod ad agendum valeat, ſiue non agendum.*

Dɪᴄᴠɴᴛᴠʀ ab auctore quattuor eſſe partes animi noſtri, vt nunc loquitur ideſt poteſta-
tes, vna quarum percipimus ſcientias, vnde appellata eſt a Graecis ἐπιστημονικὸν μέρος; altera
compos rationis dicta eſt, quibus ambabus ſeparamur a brutis, tertia in qua vigent appeti-
tiones, vltima qua alimur, ciboque vitam tuemur: quartae nunc huius partis inquit non
extare virtutem vllam huius generis, & quae ſit propria hominis: nam quin habeat etiam
ipſa ſuas propriasque virtutes, ideſt dotes quaſdam, dubitari non poteſt: non enim omne s,
qui aluntur; ciboque vires corporis fulciunt, atque ita facultatem corpori dant, vt creſcat,

vno,

vno, atque eodem tenore aluntur, ſed quidam melius, alij vero deterius. Vt autem non expertem penitus eſſe virtutis indicaret partem hanc animi, addidit talis: ſatis enim ipſi fuit eijcere ipſas e choro verarum virtutum, ideſt harum, quae rationis ſunt, & quae morales vocantur: cur merito excluſerit hinc ipſas docet: ait enim nullam vim in ipſa poſitam eſſe agendi quippiam, ſiue non agendi, ſed quod agit, impulſu naturae agere, non ſua ſponte: nec terminum vllum, finemque dari eius muneris: cumque id contingit, hoc interitum animantis eſſe.

Περὶ δὲ τοῦ μηδὲν εἶναι πρακτικωτέρους διὰ τὴν φρόνησιν, τῶν καλῶν, καὶ δικαίων, μικρὸν ἄνωθεν ἀρκτέον, λαβόντας ἀρχὴν ταύτην: ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ δίκαια λέγομεν πράττοντάς τινας, οὔπω δικαίους εἶναι: οἷον τοὺς τὰ ὑπὸ τῶν νόμων τεταγμένα ποιοῦντας, ἢ ἄκοντας, ἢ δι᾽ ἄγνοιαν, ἢ δι᾽ ἕτερόν τι, καὶ μὴ δι᾽ αὐτά: καίτοι πράττουσί γε ἃ δεῖ, καὶ ὅσα χρὴ τὸν σπουδαῖον, οὕτως ὡς ἔοικεν, ἔστι τὸ πῶς ἔχοντα πράττειν ἕκαστα, ὥστ᾽ εἶναι ἀγαθόν: λέγω δ᾽ οἷον διὰ προαίρεσιν, καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραττομένων: τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν, ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή: τὸ δ᾽ ὅσα ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι, οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ᾽ ἑτέρας δυνάμεως.

De illo vero, quod vi prudentiae, ac ſtudio nihilo futuri ſimus promptiores ad res honeſtas, ac iuſtas gerendas, a ſuperiore vicino loco initium dicendi ducendum eſt, ſumpto principio hoc: quemadmodum enim res iuſtas gerentes quoſdam, non dum iuſtos eſſe dicimus, veluti eos, qui faciunt ea, quae legibus iuſſa ſunt, vel inuitos, vel propter ignorationem, vel ob aliam cauſam, & non propter ſe: atqui agunt hi ea, quae ſunt agenda; & quaecunque oportet probum virum, ſic vt videtur, licet, aliquo modo ſe habentem, gerere ſingula; ita vt vir bonus ſit: dico autem, veluti per electionem, & illorum ipſorum cauſa, quae aguntur: electionem igitur rectam facit virtus: id autem, quaecunque illius cauſa conſuerunt agi, non eſt virtutis, ſed alterius poteſtatis.

FACIT hoc ad diſſoluendam ſuperiorem quaeſtionem, euellendumque ſcrupulum illum qui iniectus erat, quod adminiculi nihil, opiſque caperemus a prudentia ad res honeſtas, iuſtaſque gerendas, neque redderet ipſa nos magis paratos, promptoſque ad haec facta, propria virtutis, adminiſtranda: vt igitur hoc inane eſſe, falſumque intelligatur, inquit oportere paulo altius ordiri, hincque initium ducere; in eo autem exponendo vtitur ſimili. Veluti enim ait, dicimus quoſdam, qui ſane faciunt res iuſtas, non dum iuſtos eſſe, hi autem ſunt illi, qui gerunt ea, quae legibus inſtitutiſque ciuitatis, praecepta ſunt, iuſſaq; ſeruari, ſiue inuiti, & coacti, ſiue ob ignorationem illarum rerum, neſcientes ea recta eſſe, ac debere cuſtodiri, ſiue ob aliam quampiam huiuſcemodi rem, exempli cauſa, vt amico cuipiam obſequantur, neque ſponte ſua, & impulſi deſiderio earum rerum, virtutiſque colendae, & tamen addit, gerunt ea, quae recta ſunt, quaeque decet, officiumque boni viri requirit, vt faciant: explanato igitur ita ſimili, inquit, eodem pacto, vt videre licet, contingit, quempiam aliquo modo ſe habentem, ſingulas res facere, vt merito vir probus exiſtimari debeat: aperit autem quae intelligat: ſunt autem illa, ſi quod facit, faciat conſulto, & illarū rerum gerendarum cauſa, quae facit. Quare inquit oportet volūtatem, electionemq; rectam eſſe: hoc autem praeſtat virtus: cetera autem, quae ad id, quod probatum fuit peragendum, ad exitumque perducendum, requirantur, aliunde expectare oportet: neque enim ſunt virtutis, ſed alius poteſtatis.

Λεκτέον δ᾽ ἐπιστήσασι, σαφέστερον περὶ αὐτῶν: ἔστι δή τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα: αὕτη δ᾽ ἐστὶ τοιαύτη: ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα, δύνασθαι ταῦτα πράττειν, καὶ τυγχάνειν αὐτῶν: ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλὸς ἐπαινετή ἐστιν: ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία: διὸ καὶ τοὺς φρονίμους, δεινούς, καὶ πανούργους φαμὲν εἶναι.

Dicendum autem a nobis eſt, cum quaſi hic ſteterimus, apertius de ipſis. Eſt

itaque

itaque vis quaedam, quam appellant ſolertiam: haec autem huiuſcemodi eſt: vt haec, quae ad ſcopum eum, qui propoſitus eſt, tendunt, valeat agere: & adipiſci ipſa: ſi igitur ſcopus fuerit honeſtus, laude digna eſt: ſi autem malus verſutia vocatur; qua de cauſa & prudentes acres, & verſutos eſſe dicimus.

CVM intelligeret, ſe nō plane vt vellet, resq; ipſa poſtulabat, rē explicaſſe: neq; enim verbū fecerat, de vi poteſtateq; illa animi, quae media adminiculaq; inuenit ad ea obtinenda, ſine quibus, quae virtus ſuaſerit, effici nō poſſunt, inquit oportere, vt ſiſtentes nos mox in hoc, apertius de ipſis his rebus diſſeramus; aggreditur igitur hoc facere, dicēs. Eſt quaedam animi poteſtas, quā dicunt δεινότητα: interpretes quidā noſtri vocarunt habilitatē, alij vero aptitudinē, non defuerunt etiā, qui elegantius ſolertiam; aſtutiā, quod tamen venit in mentem quibuſdā, nullo modo arbitror appellandā. Haec vero poteſtas acris, ac vehemēs in vtrāq; partem, ideſt ad bona conſilia, & ad mala iuuanda, & vt ait ipſe ad omnia, quae ſeruiant ei rei, quae propoſita fuerit videnda, & vt inueniēda, ita efficiēda, cum autē ad omnia dixerit, non diſtinxit bonus fines a malis, quod declarat magis adiūgens: ſi propoſitus igitur fuerit honeſtus finis, laudabilis eſt vis haec, ac poteſtas: ſi malus, verſutia, calliditasve vocatur. In v. problemate ſegmenti xvij. quo quaeſiuit Ariſtoteles, cur conſuetudo eſſet dicere oratorē & ducem exercitus, nec non deditum pecuniae augendae, δεινὸν: tibicinem autem, & hiſtrionem minime; poſt cauſam allatam eius moris inquit, poſitam eſſe δεινότητα in re ſua, omni arte amplificanda: in hocque aemulis ſuperandis, quod facere vocatur a Graecis πλεονεκτεῖν: ſequitur hoc tamquā corollariū: admonere enim praeterea voluit, nequis in hoc peccaret qui verū ſemper id crederet, ſolere vocare homines prudētes viros acutos, ac verſutos.

Ἔστι δὲ ἡ φρόνησις, οὐχ ἡ δύναμις, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης: ἡ δ' ἕξις τῷ ὄμματι τούτῳ γίνεται τῆς ψυχῆς, οὐκ ἄνευ ἀρετῆς, ὡς εἴρηταί τε, καὶ ἔστι δῆλον: οἱ γὰρ συλλογισμοὶ τῶν πρακτῶν ἀρχὴν ἔχοντές εἰσιν: ἐπειδὴ τοιόνδε τὸ τέλος, καὶ τὸ ἄριστον, ὅτι δήποτε ὄν: ἔστω γὰρ λόγου χάριν, τὸ τυχόν: τοῦτο δ', εἰ μὴ τῷ ἀγαθῷ, οὐ φαίνεται: διαστρέφει γὰρ ἡ μοχθηρία, καὶ διαψεύδεσθαι ποιεῖ περὶ τὰς πρακτικὰς ἀρχάς: ὥστε φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι, μὴ ὄντα ἀγαθόν.

Eſt autē prudentia, non poteſtas, ſed non ſine poteſtate hac: habitus enim huic oculo animi ingeneratur, non ſine virtute, vt dictum eſt, & perſpicuum eſt: ratiocinationes enim eae, quae ſunt de rebus agēdis, principiū habent: quia talis finis eſt, & optimum quodcunque ſane illud eſt: ſit enim, verbi gratia, quodlibet: hoc enim niſi bono viro non apparet: peruertit enim prauitas: cauſaq; eſt, vt decipiamur in iudicio faciendo de principijs rerum agendarum: quare perſpicuum eſt, fieri non poſſe, vt prudens ſit, qui non eſt homo probus.

VERITVS beneuolus doctor, nequis putaret, vnū, atq; idem penitus eſſe ſolertiam hanc, quā deſcripſit, atq; prudentiā, demere hunc errorem ex animis ipſorum voluit: dixit igitur prudentiā non eſſe vim, ac poteſtatem eā, ſed tamen non conſtare ſine ipſa: perſpicitur autē hoc verum eſſe inde etiam, quod prudentiam vocat habitum: alteram autem poteſtatem; quae res diſſentiunt inter ſe: Pergit autem declarare, quae ſit prudentia, & quomodo hic habitus conficetur, docet: ait enim confici habitū hunc, qui vocatur prudentia, ac coagmentari non ſine virtute morali, commemoratq; hoc a ſe prius dictum eſſe, & non magno negotio intelligi poſſe tale eſſe, quod tamen confirmat. Animaduertendum autē auctorem vocare poteſtatem hanc, quam dixit, & ſolertiam, oculum, quia longe cernit, res obſcuras, & quae ſine ipſo perſpici non potuiſſent, eadem ratione, qua, ideſt μεταφορικῶς, vocauit non multo ſupra eodem vocabulo in ſenibus, & multarum rerum, peritis, acumen mentis, oculum; quo autem confirmat id, quod apertum planumq; eſſe dixerat, eſt hoc: dicit enim hoc fieri, quia ratiocinationes rerum agendarum principiū habent, quale, quaſi exemplo, oſtendit: inquit enim, quia finis talis eſt, quicumque ſcilicet ille ſit, & id, quod in ea re optimum: neque enim ponit hoc, vt exemplum plenum ſit, verbi cauſa, ſiquis velit conſequi laudem, ac gloriam, opus eſt, eum iuuare mortales, & nullum laborem, periculumque fugere pro alienis commodis, atque vtilitatibus. Adiungit autem ſine hoc effici nihil poſſe, oſtendere volens, non apparet verumque eſſe putatur, niſi probo viro: iners enim homo, & deditus voluptati, hoc facere numquam in animum induceret. Cur autem aliter de hoc

ſentiat homo nequam ſignificat, affirmans diſtorquere animum, & corrumpere prauitatẽ, ac vitium, facereque vt labamur, peccemusque in principijs rerum agendarum; quapropter addit, patet fieri non poſſe, vt aliquis prudens ſit, qui idem non ſit vir bonus.

Σκεπτέον δὴ πάλιν καὶ περὶ ἀρετῆς· καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ παραπλησίως ἔχει, ὡς ἡ φρόνησις πρὸς τὴν δεινότητα, οὐ ταὐτὸν μὲν· ὅμοιον δὲ, οὕτω καὶ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ πρὸς τὴν κυρίαν· πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστα τῶν ἠθῶν ὑπάρχειν φύσει πως· καὶ γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ τἆλλα ἔχομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς· ἀλλ' ὅμως ζητοῦμεν ἕτερόν τι, τὸ κυρίως ἀγαθὸν εἶναι· καὶ τὰ τοιαῦτα ἄλλον τρόπον ὑπάρχειν.

Conſiderandum vtiq; rurſus, & de virtute: virtus enim ſimiliter ſe habet, vt prudentia, ad ſolertiam: non idem tamen eſt, ſimile autem, ſic & virtus naturalis ad propriam veramq;: cunctis enim mortalibus videntur ſinguli mores ineſſe natura aliquo modo: nam & iuſti, & propenſi ad temperantiam, & fortes, & alia habemus ſtatim ab ortu; verumtamen quaerimus aliud quippiam, proprie inquam bonum, nobis eſſe: atque omnia haec alio modo ineſſe.

Cvm differuiſſet de vi, poteſtateq; animi, quae ſimilitudinem quandam habet cum prudentia, eſt tamen inchoata quaedam, & imperfecta virtus, venit ipſi in mentem ob ſimilitudinem, intelligens itidem extare virtutes quaſdam non integras, neque perfectas, diſputare de ipſis, oſtendereq; quid diſcriminis ſit inter eas, ac veras virtutes: inquit igitur conſiderandum ſibi rurſus eſſe de virtute, cum videat: (haec enim occaſio eſt repetendi quaeſtionẽ de virtute morali) veluti ſe habet prudentia ad aptitudinem, a ſe vocatam δεινότητα, quae ſane ſunt ſimiles, non tamen eaedẽ omnino, ita ſe habeat a natura inſita in nobis virtus, quaedam ad eam, quae propria virtus eſt, & integra, ſtudioq; ac cura a nobis paratur. Extare autem virtutes has naturales probat communi iudicio de illis omnium mortalium: cunctis enim inquit videtur, ſingulas proprietates morũ ineſſe natura hominibus aliquo modo, ideſt, habere eos ſemina quaedã ipſarũ in animis ſuis, quod pergit exemplis declarare: ſumus enim inquit iuſti, & procliues ad temperãtiã, & fortes, aliaq; huiuſcemodi habemus ſtatim a tenera aetate, exẽpli cauſa liberales, lenes non tamẽ omnes, ſed quidã e nobis, nõ deſunt, qui ad contraria his virtutibus vitia propẽſi ſint. Adiũgit aũt, non tamẽ contenti ſumus his inchoatis virtutibus, ſed quaerimus aliud quippiã, quod ꝓprie, exquiſiteq; bonũ eſt, & oẽs numeros huius rei habet: ſtudemusq; nobis haec adeſſe alio modo ideſt perfecte, & plene.

Καὶ γὰρ παισὶ, καὶ θηρίοις, αἱ φυσικαὶ ὑπάρχουσιν ἕξεις· ἀλλ' ἄνευ νοῦ βλαβεραὶ φαίνονται οὖσαι, πλὴν τοσοῦτον ἔοικεν ὁρᾶσθαι, ὅτι ὥσπερ σώματι ἰσχυρῷ, ἄνευ ὄψεως κινουμένῳ, συμβαίνει σφάλλεσθαι ἰσχυρῶς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄψιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ἐὰν δὲ λάβῃ νοῦν, ἐν τῷ πράττειν διαφέρει· ἡ δ' ἕξις, ὁμοία οὖσα, τότ' ἔσται κυρίως ἀρετή.

Nam & pueris, & beluis naturales inſunt habitus; verũ ſine mente detrimentoſi perſpiciuntur eſſe, niſi quod hoc tantũ videtur inde intelligi, quod veluti in corpore robuſto, quod ſine aſpectu oculorũ mouetur, vſu venit, quia caret luminibus, labi, cadereq; vehemẽtius: ita & in hac re: quod ſi mentẽ nacta fuerint, praeſtant ceteris omnibus in agendo: habitus autẽ, qui ſimilis eſt, eo tẽpore erit proprie virtus.

Non ſine cauſa dare operam oſtendit, homines, vt ſe ornent integris, veriſq; virtutibus, exemplo puerorum, & beluarum, qui cum expertes non ſint naturalium virtutum, ſaepius tamen inde accipiunt aliquid incommodi, quam magnopere ipſis adiuuentur, id, quod contingeret etiam viris, niſi huc confugerent, abſoluerentq; inchoatas illas in ſe virtutes. Demumq; addit, ſiquis ſubtiliter attendat, facile cognoſcet, ita ſe rem habere: idemq; in hac re vſu venire, quod contingit in animalis corpore valido, & robuſto, quod tamen oculis orbatum ſit, cum ſe mouet: contingit enim ipſum labi, cadereq; vehementius, quam faceret corpus infirmũ, & imbecillum, nulla alia de cauſa, niſi quia caret oculis. Expoſito vero ſimili, ſic ſe habere rem dicit in hac virtute naturali: ſi namq; ratio ipſi, mensq; acceſſerit, tũc in agendo praeſtat, antecellitq;: ortũ enim habet, principiumq; a natura, quod magni momenti eſt: quodq; deſiderari potuit ad eã partẽ abſoluendã, addit, hic habitus autẽ, qui ſimilis eſt, tunc proprie, veraq; virtus erit, ille inquã, qui fortaſſe prius vocari non poterat habitus, cũ

mentem, rationemque conſecutus eſt; tunc proprie virtus eſt. Declarat, quod hic inquit Ariſtoteles de firmitate corporis alicuius, capti luminibus, valdeque accommodata eſt vox illa Demadis oratoris, qui aiebat, exercitum Alexandri Macedonis, amiſſo duce, ſimilem eſſe Cyclopi, cũ ipſi ab Vlyſſe oculus, quem vnum habebat, effoſſus eſt: cum enim plurimũ viribus valeret, nihil tamen efficere ipſum tunc poterat, nec reſpõdebat veteri fortitudini.

Ὥστε καθάπερ ἐπὶ τοῦ δοξαστικοῦ δύο ἐστὶν εἴδη, δεινότης, καὶ φρόνησις, οὕτως ἐπὶ τοῦ ἠθικοῦ δύο ἐστὶ· τὸ μὲν, ἀρετὴ φυσική· τὸ δ', ἡ κυρία· καὶ τούτων ἡ κυρία οὐ γίνεται ἄνευ φρονήσεως.

Quapropter quemadmodum in ea parte animi, qua opinamur, duae ſunt ſpecies, ſolertia, & prudentia: ſic & in morali duae ſunt: vna quidem, virtus naturalis: altera autem propria: & harum ea, quae propria eſt, non gignitur ſine prudentia.

HAEC eſt concluſio qua declarat vere a ſe traditam eſſe ſimilitudinem eorum, quae fiunt in duabus animi partibus inter ſe diſſimilibus, ea inquam, quae ſedes eſt, & domicilium opinionum, & illa, quae mores informat, vt enim oſtẽdit, in priore harum duas inueniri formas, quarum vna vocatur δεινότης, aptitudoq;: altera prudentia; ita in poſteriore itidem duae ſunt, quae reſpondent ipſis, virtus inquam naturalis, quam ſine labore, ſtudioque vllo obtinemus, & propria, & digna, quae hoc nomine appelletur, ac ſine appendice, id quod alteri non contingit, quarum duarũ diſparium virtutum, addit, proprie virtutem appellatam conſtari: manereque nõn poſſe ſine prudentia, de qua prudentia, nactus occaſionem hanc, non nulla hic etiam quaerit.

Διόπερ φασὶ πάσας τὰς ἀρετὰς, φρονήσεις εἶναι· καὶ Σωκράτης· τῇ μὲν, ὀρθῶς ἐζήτει· τῇ δ', ἡμάρτανεν· ὅτι μὲν γὰρ φρονήσεις ᾤετο εἶναι πάσας τὰς ἀρετὰς, ἡμάρτανεν· ὅτι δ' οὐκ ἄνευ φρονήσεως καλῶς ἔλεγε.

Quapropter aiunt omnes virtutes, eſſe prudentias. Et Socrates hac quidem parte, recte quaerebat, hac vero peccabat: quod enim prudentias arbitrabatur eſſe omnes virtutes, peccabat: quod autem non ſine prudentia, bene dixit.

VT conſtitueret, quod dixerat, cunctas virtutes egere prudentia; nec ſine ipſa integras, abſolutaſque eſſe, citat teſtimonium veterum illorum, qui aiebant, virtutes eſſe prudentias: & non ſolum tamquam condiri & perfici ab ipſa, quorum non ſolum vnus fuerat Socrates, verum etiam fortaſſe dux, & auctor reliquorum: ſententiam igitur ipſius ponderat: aitq; eum partim vera ſentire, partim lapſum eſſe, ac peccaſſe: nam quod inquit, illum recte ſolitum quaerere, reſpexit morem, rationemque eiuſdem, qui in vtramque partem de rebus diſſerebat, & nihil vt certum, & ſibi exploratum, tradebat: peccaſſe eum ait, quod arbitrabatur, omnes virtutes eſſe prudentias: verum autem in eo vidiſſe, quod putabat, eas non ſine prudentia conſtare.

Σημεῖον δέ· καὶ γὰρ νῦν πάντες, ὅταν ὁρίζωνται τὴν ἀρετὴν, προστιθέασι, τὴν ἕξιν εἰπόντες, καὶ πρὸς ἅ ἐστι, τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· ὀρθὸς δ', ὁ κατὰ τὴν φρόνησιν.

Signum autem eſt: etenim nunc omnes, cum definierint virtutem dixerintq; eſſe habitum, & ad quae refertur, adiungunt, qui ſequitur rectam rationem: recta autem, quae obtemperat prudentiae.

CONFIRMAT ſententiam ſuam, vt prius fecerat iudicio vſus priſcorum, ita nunc recentium & doctorum hominũ, qui ipſius aetate viuerent, quare appellat vt oportuit, hoc argumentũ ſuũ, ſignũ: non enim plane hoc illi docebant: nota enim erat, & iudicium huius rei, quod illi quoq; eodẽ pacto de hoc ſentiebant: cũ enim definire voluerint virtutẽ aliquã, addũt, habitu expoſito, rebusq; praeterea ſignificatis, ad quas refertur, eã moderari recta ratione, regiq; ab ipſa; recta autẽ ratio inquit, quae ſe gerit, vt prudẽtia intulerit, obtẽperatq; ipſi.

Ἐοίκασι δὲ μαντεύεσθαί πως ἅπαντες, ὅτι ἡ τοιαύτη ἕξις ἀρετή ἐστιν, ἡ κατὰ τὴν φρόνησιν: δεῖ δὲ μικρὸν μεταβῆναι: οὐ γὰρ μόνον ἡ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλ' ἡ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἕξις, ἀρετή ἐστιν: ὀρθὸς δὲ λόγος περὶ τῶν τοιούτων ἡ φρόνησίς ἐστιν.

Videntur igitur omnes quodammodo augurari, huiuſcemodi habitum virtutem eſſe, qui prudentiae paret: oportet autem paulum tranſire: non ſolum enim qui ſecundum rectam rationem, ſed qui cum recta ratione habitus eſt, virtus eſt: recta autem ratio de huiuſcemodi rebus eſt prudentia.

Elicit ex verbis ipſorum, eos aliquo modo diuinare hariolarique, quid virtus ſit, talem inquam habitum eam eſſe, qui ſequitur prudentiam, obtemperatque illi: nec tamen hunc cognitum illos habere: nec certa, rectaque via ad cubilia ipſius accedere: neque enim huiuſcemodi res percipiuntur notis, quibus vtuntur vates ad res obſcuras indagandas: hoc igitur verbum valet ad iudicium noſtri doctoris commendandum, cum illi etiam, qui rem ordine non tenebant, vi veritatis impulſi, ſecum facerent, non tamen ornat illos: nec magnam aliquam laudem ipſis affert: ea de cauſa, qua ſignificatum a me eſt. Omnes vero, quod inquit, non tantum inferiores, aequalesq; ſuos intelligere videtur voluiſſe, verum etiam antiquos illos, quos appellarat. Adiungit autem oportere vlterius progredi: neque enim ſolum virtutem eſſe habitum, qui obtemperat rationi, ſequiturque ipſam tamquam ducem, ſed qui iunctus eſt cum recta ratione, & qui tamquam ſociam ipſam habet: addit autem, ad concludendum quod vult, rectam rationem in huiuſcemodi rebus eſſe prudentiam.

Σωκράτης μὲν οὖν, λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι: ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας: ἡμεῖς δὲ, μετὰ λόγου: δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἄνευ φρονήσεως: οὐδὲ φρόνιμον, ἄνευ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς.

Socrates igitur rationes virtutes exiſtimabat eſſe: ſcientias enim eſſe cunctas: nos autem cum ratione eſſe volumus: perſpicuum igitur eſt ex ijs, quae dicta ſunt, fieri non poſſe; vt bonum proprie ſit ſine prudentia: neque prudentem conſtare poſſe ſine morali virtute.

Emendat etiam ſententiam Socratis, quam vt hic, ita etiam alijs locis improbat: aiebat autem ille, cunctas virtutes eſſe rationes, quare eaſdem ſcientias eſſe affirmabat, a doctoreque accipi volebat, quod commune eſt omnium ſcientiarum, quae a duce praeceptoreq; ipſarum traduntur: nam ſcientias eſſe rationes: conſtarique perceptis documentis earum rerum, planum eſt: in quo igitur diſſentiat ab ipſo, aperit: inquit enim, nos vero rationes ipſas eſſe non putamus, vt autem plenae, abſolutaeque ſint, egere ratione exiſtimamus; vi namq; ipſius perfici, & ab omni labe, culpaque vindicari: poſt hoc concludit dicens: perſpicuum eſſe ex his, quae tradita ſunt, non poſſe conſtare proprie bonum, & quod omnes numeros virtutis habeat ſine prudentia, neque poſſe quempiam prudentem eſſe ſine morali virtute; virtus igitur haec initium eſt huius operis, bonum proprie hic, ut ſupra uocauit, uirtutem.

Ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος ταύτῃ λύοιτ' ἄν, ᾧ διαλεχθείη τις ἄν, ὅτι χωρίζονται ἀλλήλων αἱ ἀρεταί: οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς εὐφυέστατος πρὸς ἁπάσας: ὥστε τὴν μὲν, ἤδη: τὴν δ' οὔπω εἰληφὼς ἔσται: τοῦτο γὰρ κατὰ μὲν τὰς φυσικὰς ἀρετὰς, ἐνδέχεται: καθ' ἃς δὲ ἁπλῶς λέγεται ἀγαθὸς, οὐκ ἐνδέχεται: ἅμα γὰρ τῇ φρονήσει, μιᾷ οὔσῃ, πᾶσαι ὑπάρξουσι.

Sed etiam ratio hoc pacto ſolueretur, qua diſputaret aliquis, ſeiunctas eſſe inter ſe virtutes: non enim idem ad omnes aptiſſimus natura eſſet: ita vt hanc quidem, iam: hanc vero, nondum acceperit: hoc namque de virtutibus, quae natura ingenerantur, vſu venit; per eas vero, quibus aliquis ſimpliciter dicitur bonus non euenit: ſimul enim cum prudentia, quae vna eſt, omnes aderunt.

Sententia erat ſatis peruulgata quorundam, qui vnam quampiam virtutem adeptus eſſet, eum tenere cunctas: nec fieri poſſe, vt ipſae ſeiungantur, non deerant tamen, qui

hoc verum non putarent, refellereque conarentur, dicentes, non omnem hominem eſſe natura factum ad omnes percipiendas, ſed magis pronum ad has, quam ad illas; quare continget, vt hanc iam acceperit, ad quam ſcilicet a natura inſtructus eſt, illam vero minime, a qua alienus eſt: aperire autem voluit errorem eorum: neque enim penitus errabant: inquit igitur contingere, vt hoc verum ſit in virtutibus naturalibus; quidam enim magis ad hanc, quam ad aliam procliues; exempli cauſa ad fortitudinem, quàm ad temperantiam, cuiuſmodi ferè ſunt adoleſcentes: in ijs autem virtutibus, quae morales appellantur, hoc vſu non venit: ſtatim enim inquit, vt aliquis compos prudētiae factus eſt, quae vna virtus, ſolaque eſt, nam cunctas ſecum trahit, omnes ſimul aderunt.

Δῆλον δὲ, κἂν εἰ μὴ πρακτικὴ ἦν, ὅτι ἔδει ἂν αὐτῆς διὰ τὸ τοῦ μορίου ἀρετὴν εἶναι: καὶ ὅτι οὐκ ἔσται ἡ προαίρεσις ὀρθὴ ἄνευ φρονήσεως, οὐδ᾽ ἄνευ ἀρετῆς: ἡ μὲν γὰρ, τὸ τέλος: ἡ δὲ, τὰ πρὸς τὸ τέλος ποιεῖ πράττειν.

Perſpicuum autem eſt, quamuis ad agendum accommodata non eſſet, futurum tamen fuiſſe, vt ipſa opus eſſet, quia partis animi virtus eſt: & quia non extabit electio recta ſine prudentia, neque ſine virtute: haec namq; finem, haec vero, & ea, quae ad finem referuntur, efficit, vt agamus.

Hoc praeterea addere voluit ad magis confutandos eos, qui aiebant, vtiles non eſſe ad humanam vitam prudentiam & ſapientiam, nec quicquam eas iuuare vitam beatam; ſi namque hoc etiam conceſſum ipſis foret, inquit, eſſe tamen alteram harum ideſt prudentiam ſtudioſe captandam, quia virtus eſt, ſummumque bonum partis eius animi, quae ſedes ipſius eſt, qua vtimur in rebus agendis: quomodo igitur tam nobilis virtus, tamque nobis neceſſaria negligi poteſt? Addit etiam aliud, quod declarat ſine ipſa nos vix poſſe ex virtute nos gerere, ſecuroque animo eſſe, quin peccemus in vita: non valemus enim ſine prudentia recte eligere, quid nobis faciendum ſit: non enim ſolus habitus, virtusque hoc praeſtat: requiritur enim quoque prudentia; cum altera harum ideſt virtus finem monſtret, impellatque nos ad id, quod rectum eſt, laudemque in ſe habet, gerendum: prudentia autem doceat, quomodo id, quibuſque tamquam adminiculis, adipiſci poſſimus.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κυρία γ᾽ ἐστὶ τῆς σοφίας: οὐδὲ τοῦ βελτίονος μορίου, ὥσπερ οὐδὲ τῆς ὑγιείας ἡ ἰατρική: οὐ γὰρ χρῆται αὐτῇ, ἀλλ᾽ ὁρᾷ ὅπως γένηται: ἐκείνης οὖν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνῃ.

Quin etiam neque imperium habet in ſapientiam: neque meliori parti dominatur eadem ratione, qua corporis ſanitati neque medicorum ars: non enim vtitur ipſa, ſed videt, vt ea gignatur: illius igitur cauſa mandat, praecipitq; quid facto opus ſit, ſed non illi ipſi.

Refellit etiam, quod illi obiecerant, attulerantque, tamquam incommodum: dicebant enim, cum tantum tribueretur prudentiae, vt ipſa quaſi regeret, ac gubernaret cuncta, ideſt, & priuatas res, & publicas, eam imperium habere in ſapientiam, & tamquam dominam ipſius eſſe; quae profecto melior pars animi eſt & praeſtantior multo: docet igitur hoc verum non eſſe: vtiturque primum ſimili, ad id explodendum, accommodato: oſtendit enim, quod videri alicui poſſet, artem quoque medicorum non imperare corporis ſanitati, ſed illi inſeruire, cum ipſa non vtatur, vt eri faciunt ſuis ſeruis, ſed curet, vt, pulſo morbo, ipſa exiſtat: quare etſi mandat, praecipitque quid facto opus ſit, hoc facit ob commoda illius, & non illi quicquam imperat, vt minori.

Ἔτι ὅμοιον κἂν εἴ τις τὴν πολιτικὴν φαίη ἄρχειν τῶν θεῶν, ὅτι ἐπιτάττει περὶ πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει.

Praeterea ſimile eſt, ac ſiquis dicat, facultatem ciuitatis adminiſtrandae imperium habere in Deos; quia cuncta praecipit, ac diſpenſat, quae ſunt in ciuitate.

ALTERUM hoc argumentum eſt, quo idem probat, & ipſum a ſimili ductum: ſignificat enim, ſi hoc verum foret, ſecuturum eſſe, quod indigniſſimum eſt, & magis adhuc abſurdum, quàm ſuperius, ciuilem diſciplinam dominam eſſe deorum, & exercere vim, poteſtatemque ſuam in ipſos: atque hoc, quia ſtatuit de omnibus rebus, quae ſunt in ciuitate, in quibus etiam ſunt, quae pertinent ad cultum Deorum veramque pietatem, ideſt qui Dij ſint recipiendi in ciuitatem, & qui inde eijciendi, cum praua ſit religio eorum, & quomodo res diuina veris facienda, ceteraque huiuſcemodi, quae in moribus, inſtitutisque veterum illorum contingebant. In extremo quoque ſecundi duorum illorum de moribus librorum, quorum index eſt ἠθικὰ μεγάλα, cum de hoc quaereret, eleganti ſimili, & valde accommodato ad rem ante oculos ponendam, idem confutauit & falſum eſſe docuit: principis inquam viri, fortunatique hominis, & eius, qui in ipſius domo diſpenſet omnia, quem ipſe ἐπίτροπον vocat. M. autem Cicero pro C. Rabirio docet, eum Alexandriae διοικητὴν appellatum; qui enim videret illum imperare cunctis, ac quod facto opus eſſet mandare putaret, ipſum eſſe regem, dominumque domus, non miniſtrum eius, cum rex ipſe quieſcat ac nemini, niſi vni illi imperet.

PETRI VICTORII COMMENTARII IN VII. LIBRVM ARISTOTELIS

De moribus ad Nicomachum.

METΑ' δὲ ταῦτα λεκτέον, ἄλλην ποιησαμένους ἀρχήν, ὅτι τῶν περὶ τὰ ἤθη φευκτῶν, τρία ἐστὶν εἴδη: κακία, ἀκρασία, θηριότης: τὰ δ' ἐναντία, τοῖς μὲν δυσὶ, δῆλα: τὸ μὲν γὰρ, ἀρετὴν: τὸ δ', ἐγκράτειαν καλοῦμεν: πρὸς δὲ τὴν θηριότητα, μάλιστ' ἂν ἁρμόττοι λέγειν τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετὴν, ἡρωϊκήν τινα καὶ θείαν, ὥσπερ Ὅμηρος περὶ Ἕκτορος πεποίηκε λέγοντα τὸν Πρίαμον: ὅτι σφόδρα ἦν ἀγαθός. Οὐδὲ ἐώκει, Ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

POST haec autem, ſumpto principio alio, dicendum nobis eſt, eorum, quae circa mores fugienda ſunt, tres eſſe ſpecies, vitium, incontinentiam, immanitatem: contraria autem, duobus quidem, perſpicua ſunt: hoc enim, virtutem, hoc autem, continentiam appellamus: immanitati autem aduerſari maxime congrueret dicere virtutem, quae ſupra nos eſt, heroicam quandam & diuinã: quemadmodum Homerus Priamum de Hectore loquentem fecit dicere, quod valde bonus erat. Neque videbatur, mortalis hominis filius eſſe, ſed Dei.

CVM praecepiſſet iam de virtutibus morum, & de virtutibus rationis: contrarijsque ipſarum vitijs, quarum cognitio facit ad vitam beatam, quae finis eſt horum librorum, antequam doceret ſubtiliter, quibus in rebus ipſa poſita ſit, & quomodo conſtetur, exiſtimauit oportere ſe de non nullis alijs quaerere debere, quae ſimilitudinem non paruam habent cum virtutibus, ac vitijs, atque id in vtramque partem: ſiue ſpeciem quandam in ſe continent virtutis, traduntque plurimum valere ad vitam ornandam, &, vt, ſapientes quidam vocati, crediderunt, beatam efficiendam, qualis eſt voluptas. Primum igitur quaerit de duabus, quarum vna non eſt plena virtus; altera autem non plenum integrumque vitium, ideſt de continentia vocata

a recen-

a recentioribns Latinis, & incontinentia, quae aduerſatur ipſi; deinde de contrarijs itidem animi habitibus, quorum prior ſuperat virtutem, praeſtantiorque ipſa eſt: alter autem peior eſt omni vitio: inquit igitur, aggrediens haec tradere, initiumque ducens a rebus malis, & affinibus culpae eorum, quae pertinent ad mores, fugiendaque & a ſe depellenda ſunt, tres eſſe ſpecies, quas nominat, ideſt vitium incontinentiam, feritatem, immanitatemue: contraria quorum vt inquit, duorum quidem, aperta ſunt, ac nominatā ideſt virtus, & incontinentia; quod repugnet tertio, non ita notum eſſe dicit, arbitratur tamen ipſi maxime opponi, conuenireque illi oſtendendae virtutem, quae ſuperat captum hominis, heroicam inquam quandam, & diuinam, quam putat ſignificaſſe Homerum, cum fecit Priamum, de filio Hectore ita loquentem, praedicantemque, cum valde bonum fuiſſe; ait enim illum videri non potuiſſe, mortalis hominis filium eſſe, ſed alienius Dei. Eodem „ pacto eum M. Cicero pro M. Marcello inquit; Haec qui faciat, non ego eum ſum„mis viris comparo, ſed ſimillimum Deo iudico; huiuſcemodi quempiam deſcripſit. Locum autem ſuperiorem Homeri, quem hic citauit auctor prope medium eſſe poſtremi libri Iliadis, notum eſt: in vetuſto autem exemplari, & referto optimis declarationibus, ſcholion hoc legitur, quod & ipſum ſignificat, a poeta tributum eſſe Priamo, ſeruato more, naturaque parentum, qui valde vellent laudare ex ſe natos: dicere enim ſolent; eos tanta virtute praeditos eſſe, vt mirum videri potuerit, quomodo illi ex ſe nati ſint. Similitudinis igitur non nihil habet ſententia illa cum voce Homeri, ſed vt melius hoc intelligatur, verba illa ipſa hic ponam. ἐοικὼς δὲ κρείττονα φησὶ ὁ Πρίαμος τὸν παῖδα, τοῦ δοκεῖν ἐξ ἀνθρώπου γεγονέναι.

Ὥστ' εἰ (καθάπερ φασὶν) ἐξ ἀνθρώπων γίνονται θεοὶ, δι' ἀρετῆς ὑπερβολὴν, τοιαύτη τις ἂν εἴη, δηλονότι ἡ τῇ θηριώδει ἀντιτιθεμένη ἕξις: καὶ γὰρ ὥσπερ οὐδὲ θηρίου ἐστὶ κακία, οὐδ' ἀρετὴ, οὕτως οὐδὲ θεοῦ: ἀλλ' ἡ μὲν, τιμιώτερον ἀρετῆς: ἡ δὲ, ἕτερόν τι γένος κακίας.

Quapropter ſi (vt aiunt) ex hominibus fiunt Dij ob eximiam virtutem, huiuſcemodi quidam eſſet, videlicet qui repugnat fero, & immani pectori animi habitus: etenim quemadmodum beſtiae, feraeq́ animantis non eſt neque vitium, neque virtus, ita neque Dei: verum haec quidem, quiddam honorificentius eſt quàm virtus: haec vero, aliud quiddam genus vitij.

Qvapropter inquit Ariſtoteles, ſi, vt aiunt: de hoc enim totum ſe refert ad opiniones aliorum, ex hominibus fiunt Dij, ob eximiam, praeſtantemque virtutem, huiuſcemodi quidam habitus animi eſſet, qui opponitur feritati: probabile autem hoc eſſe ait a ſimili argumentans, contrarijs inter ſe naturis ſpectatis: etenim inquit, veluti non cadit in beluam vitium neque virtus, ita ne in Deum quidem: contrarijs ſane de cauſis, vt adiungit, dicimus, verum habitus Dei maius quiddam eſt, honorificentiusque, quàm ſit virtus; hic vero aliud vitij genus. Quod vocat virtutem heroicam, & diuinam, ingentem, & quae rara admodum eſt apud mortales, notum eſt, M. quoque Ciceronem eodem verbo vſum fuiſ„ſe, cum viros tales ſignificare vellet, vt cum inquit, Labienum ἥρωα iudico, facinus iam diu „nullum ciuile praeclarius: eundem etiam ἥρωας vocare ſolitum M. Brutum, & ſocios eius facti, ideſt ſimillimos Deo, nemo neſcit.

Ἐπεὶ δὲ σπάνιον, καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, „ ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, σεῖος ἀνὴρ φασιν, οὕτω καὶ ὁ θηριώδης ἐν τοῖς ἀνθρώποις σπάνιος: μάλιστα δὲ ἐν τοῖς βαρβάροις ἐστί.

Quia autem rarum eſt, diuinum virum eſſe, quemadmodum Lacones con„ſuerunt appellare, cum quempiam valde laudarint, diuinus vir, aiunt, ſic & qui reddat ingenio beluam, rarus eſt inter homines: maxime autem apud barbaros is reperitur.

Apvd homines, contrarios his, quos ob eximiam & caeleſtem quandam virtutem dixit vocari ſolitos, heroas, qui vitam viuant propriam beluarum, omnemque humanitatem exuerint, paucos inueniri oſtendit: probat autem hoc, ſignificans, in contrarijs illis idem vſu

venire,

uenire, qui & ipſi infrequentes ſunt, id quod modo conſtituit, quaſi teſtimonio utens Lacedaemoniorum, qui, cum quempiam in caelum ferrent ſummis laudibus, dicere ſoliti erant, ſui ſermonis proprietate, & breuitate utentes, σῖος ἀνήρ, mutata prima littera eius nominis, pro θεῖος, dicentes σεῖος, ſic certè locutus eſt Xenophon in IIII. libro Ἑλληνικῶν, cum Paſimacum Laconem in proelio, cernentem dolum ſuum exitum habiturum, facit ita loqui νὴ τὼ σιὼ Ἀργεῖοι ψεύσει ὑμᾶς τὰ σίγμα τὰ ταῦτα. Huius autem Xenophôteae hiſtoriae mentionem antea feci in III. horum librorũ, quo loco de quinto quodam genere fortitudinis, ex errore, & inſcitia orto, Ariſtoteles praecepit: quia autem illic rem totam narraui, & quo modo dux ille Lacedaemoniorum impoſuerit hoſtibus, expoſui, tantum nunc addam, quod eum laetitiae plenus ille exclamarit cum iure iurando, νὴ τὼ σιὼ, uideri ipſum ſignificaſſe Caſtorem, & Pollucem, id quod numerus etiam duabus perſonis aptus oſtẽdit, praeterquam quod hi erant peculiares Dij eius gentis. Socrates etiam apud Platonem in extremo Menone, huius conſuetudinis eorundem meminit: eadem uerba uſurpans, quibus hic Ariſtoteles uſus eſt. Cum uero contrarium huic animi habitum extare dixiſſet, ideſt ferum, & immanem: praecipue apud barbaros ita immitem, & ſaeuum hominem inueniri tradit, qui omnes honeſtae diſciplinae expertes erant, & natura facti ad immanitatem colendam.

Γίνεται δ᾽ ἔνια, καὶ διὰ νόσους, καὶ πηρώσεις, καὶ τοὺς διὰ κακίαν δὲ τῶν ἀνθρώπων ὑπερβάλλοντας, οὕτως ἐπιδυσφημοῦμεν: ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης διαθέσεως, ὕστερον ποιητέον τινὰ μνείαν.

Naſcuntur autem huiuſcemodi quaedam propter morbos etiam, & membrorum debilitates, ſed homines etiam illos, qui ſuperant communem naturam vitiorum prauitate, ſic infamamus: ſed de huiuſcemodi affectione poſterius nobis mentio quaedam facienda eſt.

VT naturae prauitate magnam partem horum immanium facinorum fieri narrat, & quae penitus aliena ſint ab ingenio humano, ita etiam quaedam ipſorum proficiſci tradit, ortumque ducere a morbis corporis, & quia, qui ita contaminati ſunt, capti ſunt aliqua parte ipſius, membroq; facto ad voluptates illas, libidinesque explendas: neque enim putandum eſt, immanitatem ſolam conſtare in ſaeuitia exercẽda, & acerbitate naturae, verum etiam in omni graui culpa, quae excedat humanum ingenium, vitiaque ea, quae cadunt in mortales etiam improbiſſimos. Declarauit hoc Pontanus, qui in libro, quem ſcripſit de immanitate collegit exempla multa omnis generis improbiſſimorum factorum: nam quod pertinet ad πορίσων, quid hoc verbo ſignificare voluerit, magis apto ad ſcelus indicandum, quàm vt poſſit honeſtè, & ſine verecundia violata explanari, notum puto. Alexander quoque in VII. quaeſtione IIII. libri, qua quaeſiuit, ſi omnis aegritudo eſt malum natura; cur non omnis quoque voluptas eſt bonum natura; meminit voluptatum, quae praeter naturam ſunt: huiuſcemodique dixit eſſe illas, quae propriae beluarum ſunt: & quae a morbis proficiſcuntur, de quo addit in VII. hoc libro dictum ab Ariſtotele eſſe. De quodam etiam huius generis enormi flagitio diſſeruiſſe Ariſtotelem in XXVII. capite. IIII. ſegmenti problematum ſatis notum eſt, quod ſaepe naſcitur a laeſa certa quadam parte corporis. Adiungit etiam non nullos mortales, qui ſane non peccant in nouo genere delictorum, & quod abhorret a natura humana, ſed in vſitatis, & communibus voluptatibus ſine modo vllo volutantur, ſolitos ab hominibus infamari, & pleno hoc ignominiae verbo notari, dicique demum immanes, quos vt dixi; non genus quoddam abhorrens voluptatum; ſed modus, & nimia copia vſitatarum deturpat, verum inquit de hoc habitu animi, quod olet ingenium, & mores ferarum, infra a nobis plenius, & accuratius diſputabitur.

Περὶ δὲ κακίας εἴρηται πρότερον: περὶ δὲ ἀκρασίας, καὶ μαλακίας, καὶ τρυφῆς λεκτέον, καὶ περὶ ἐγκρατείας, καὶ καρτερίας: οὔτε γὰρ ὡς περὶ τῶν αὐτῶν ἕξεων τῇ ἀρετῇ, καὶ τῇ μοχθηρίᾳ ἑκατέραν αὐτῶν ὑποληπτέον, οὔθ᾽ ὡς ἕτερον γένος.

De vitio autem prius dictum eſt: de incontinentia autem, & mollitia, & delicijs dicendum eſt, & de continentia, & tolerantia: neque enim vt de iiſdem habitibus

bitibus cum virtute, ac prauitate agendum eſt, de vtraque ipſarum exiſtimandum eſt, neque vt de contrario genere.

SVPRA etiam numerauit vitium in his, quae a nobis amolienda ſunt: primumq; eorum poſuit, oſtendit nunc ſe explicare, quid ipſum ſit, non debere, cum accurate de vitijs ante diſputatum ſit: quare ſignificat ſibi de incontinentia modo dicendum eſſe, & mollitia animi, quam notat etiam nomine deliciarum: etſi enim duobus verbis vtitur, vnam tamen, eandemque labem oſtendit. Expreſſit autem ipſam M. Cicero his verbis. Qua, cum liqueſcimus, „ fluimusque mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus: de contrarijs autem „ horum, narrat etiam ſibi praecipiendum eſſe; de continentia inquam & conſtantia, tolerantiaque laborum: cur autem ſibi neceſſe ſit, praecipere de ipſis, ſi velit perficere opus, quod ſuſcepit, declarat, neque enim exiſtimat agendum de ambabus, & iiſdem penitus habitibus cum virtute, & vitio neque omnino diuerſis, cuius ratio haec eſt; non eſt enim continentia integra virtus, quia antequam ipſa conficetur, pugnauit diu appetitus cum ratione, quod non fit in virtute, neque etiam eſt plenum vitium contrarium ipſius, quia in incontinente viget adhuc ratio, & reſiſtit aliquantum, quod non contingit in prauo homine, vitioque dedito.

Δεῖ δὲ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τιθέντας τὰ φαινόμενα, καὶ πρῶτον διαπορήσαντας, οὕτω δεικνύναι: μάλιστα μὲν οὖν πάντα τὰ ἔνδοξα περὶ ταῦτα τὰ πάθη: εἰ δὲ μὴ, τὰ πλεῖστα, καὶ κυριώτατα: ἐὰν γὰρ λύηται τὰ δυσχερῆ, καὶ καταλείπηται τὰ ἔνδοξα, δεδειγμένον ἂν εἴη ἱκανῶς.

Oportet autem veluti in alijs nos gerere conſueuimus, cum poſuerimus ea, quae videntur multis, & primum contra ipſa dubitauerimus, ſic oſtendere: maxime quidem cuncta, quae conueniunt opinionibus hominum circa hos affectus: ſin, maiorem partem ipſorum, & quae maioris ponderis ſunt: ſi namque ea, quae moleſta, & dura ſunt, diſſoluta fuerint, relictaque probabilia, ſatis hoc comprobatum fuerit.

VIAM, quam tenere vult in his proſequendis, monſtrat; quae tamen noua inuſitataq; non eſt: inquit enim decere ſe, quod in alijs ſemper probauit: hic etiam cuſtodire, vt cum, quae videntur multis, veraque putantur, oſtenderit: primumque quaeſierit de ipſis, & quae contra afferuntur, indicarit, ſic oſtendat, quid ipſe de his ſentiat, operamque ſe daturum pollicetur, vt ea cuncta, quae maxime conueniant opinionibus de his ipſis animi motibus, adferat, ſi non cuncta tamen maiorem partem ipſorum: & quae magis rata, firmaq; ſunt; ſi namque inquit, reiecta, fractaque fuerint, quae ardua, moleſtaque ſunt; relictaque ea, quae probabilia, ſatis omne probatum erit, & quantum natura harum rerum patitur, demonſtratum: ita autem loquitur moderate, quia ſcit ingenium, humanum cunctis exquiſite explicandis par non eſſe.

Δοκεῖ δὴ ἥ τε ἐγκράτεια, καὶ καρτερία τῶν σπουδαίων, καὶ τῶν ἐπαινετῶν εἶναι: ἡ δὲ ἀκρασία τε, καὶ μαλακία, τῶν φαύλων τε καὶ ψεκτῶν: καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς, καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς, καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ: καὶ ὁ μὲν ἀκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλα, πράττει διὰ πάθος: ὁ δ' ἐγκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλαι αἱ ἐπιθυμίαι, οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον: καὶ τὸν σώφρονα μὲν ἐγκρατῆ, καὶ καρτερικὸν: τὸν δὲ τοιοῦτον, οἱ μὲν πάντα σώφρονα: οἱ δ', οὔ: καὶ τὸν ἀκόλαστον, ἀκρατῆ, καὶ τὸν ἀκρατῆ, ἀκόλαστον συγκεχυμένως: οἱ δὲ ἑτέρους εἶναί φασι: τὸν δὲ φρόνιμον, ὁτὲ μὲν οὔ φασιν ἐνδέχεσθαι εἶναι, ἀκρατῆ: ὁτὲ δὲ ἐνίους, φρονίμους ὄντας, καὶ δεινοὺς, ἀκρατεῖς εἶναι.

Videtur autem continentia, & tolerantia e numero rerum ſtudioſarum; & laudabilium eſſe; incontinentia autem, & mollities, malarum & vituperabilium,

lium, atque idem eſſe continens, & qui permaneat in ratione, & incontinens, & qui migrat e ratione: & incontinens quidem, cum intelligat prauas eſſe cupiditates, tamen ea gerit propter motum illum animi: continens autem, intelligens malas eſſe cupiditates, non paret ipſis, a ratione reuocatus: & temperantem quidem, continentem, & tolerantem: huiuſcemodi autem omnem, hi quidem, temperantem eſſe volunt: hi autem, negant, & intemperantem incontinentem, & incontinentem intemperantem confuſe: hi autem eſſe diſsimiles aiunt: prudentem, autem aliquando quidem non aiunt euenire poſſe, vt incontinens ſit: quandoque autem non nullos, qui prudentes ſunt, & acres homines, incontinentes eſſe.

FACIT id, quod indicauit ſe facturum in hac re, tradenda: commemorat enim primum opiniones eorum, qui aliquã cogitationẽ ſuſceperunt de hac materia; quae ſex numero videntur eſſe; quorum prima eſt, quod continentia, & conſtantia ſunt e numero rerum laudabilium, atq; earum, quae dignae ſunt grauibus & honeſtis viris, ſiue in quibus ſtudij multũ collocatur, quemadmodum contraria his, ideſt incontinentia, & mollitia e numero earum, quae proprie ſunt improborum hominum, & vituperatione dignorũ: Altera eſt, quod non nulli putant, eundem eſſe continentẽ, & illum, qui manet in propoſito, & vt hos, ita contrarios ipſorum, ideſt incontinentẽ, & eum, qui facile diſcedit e propoſito. Quod ſtatim ſequitur, eſt tertia quaedã opinio: inquit enim, & incontinens, etſi ſcit illa, quorum cupiditate flagrat, improba eſſe, tamen gerit ipſa, victus voluptate, quam ſe ſperat inde capturũ; continens vero, intelligens deſideria illa ſceleri affinia eſſe, non paret ipſis; ratio enim reuocat; Quarta opinio eſt, temperantẽ hominẽ eſſe eundem & continentẽ, & pronum ad conſtantiam tuẽdam, qui autem ait huius naturae, morisq; eſt, non nulli omnino tẽperantem eſſe, arbitrantur: alij vero diſſentiunt, nec volunt eſſe temperantem: neque enim omnis, qui ſibi tẽperat a turpi libidine, tẽperans eſt, ſed ille tantum in cuius animum non irrepit huiuſcemodi ardor; eodemq; pacto, qui non variat animum, manetq; in eo, quod ſemel probauit, non eſt omnis temperans: eodemque pacto ait, hi exiſtimant de contrarijs: eundem enim putant eſſe intemperantem, incontinentem, & incontinentem omnem intemperantem ſine ullo diſcrimine, atque indiſtincte: hoc enim hic videtur valere συγκεχυμένως: alij autem inquit affirmant, hos eſſe diuerſos. Sequitur opinio quinta quorundam, qui mutatis temporibus, mutabant ſententiam, & aliquando arbitrabantur fieri non poſſe, vt vir prudens eſſet incontinens; alio tempore concedebant, quoſdam, qui ſane prudentes forent, & acres in excogitandis rationibus, ac vijs, quibus aliquid effici poſſet, tamen incontinentes fore.

Ἔτι ἀκρατεῖς λέγονται καὶ θυμοῦ, καὶ τιμῆς, καὶ κέρδους· τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ταῦτ᾽ ἐστίν.

Praeterea dicuntur incontinentes irae, & honoris, & lucri: quae igitur dicuntur: haec ſunt.

SEXTA, & vltima, non tam opinio, quàm fortaſſe animaduerſio & documentum eſt, qua ſignificabatur incontinentes non dici ſemper eodem pacto, nec proprie: migrareq; hoc nomen a ſua ſede in alienam; dici enim quoſdam incontinentes irae, honoris, pecuniae. Adiũgit poſt haec, oſtendens ſe praeſtitiſſe, quod tamquam pollicitus fuerat, ea, quae dicerentur, in oreque multorum eſſent de hac re, eſſe, quae expoſuit. Quanta cura ac ſtudio diſtinxerit noſter doctor incontinentiam ab intemperantia, videre potuimus, & quae res mouerint ipſum, vt in hoc ab auctoritate ſapientis viri, ſuique doctoris diſcederet: quare oportet in ſcriptis veterum auctorum legendis, hoc meminiſſe: aliter enim in materia duorum horum habituũ error aliquis ſaepe naſceretur, exempli cauſa, Xenophon, vbi narrat initio ſecundi libri ἀπομνημονευμάτων, ſtuduiſſe Socratẽ reuocare Ariſtippum illũ Cirenaicum a vita, quam ſequeretur, dedita corporis voluptatibus: inquit primum, ipſum ſolitum hortari familiares ſuos ad ἐγκράτειαν ſequendam: in ſermone autem, quem cum eo ſtatim habuit; appellauit primum cupiditatem cibi potuſque, & ſalacitatem, Veneremque, quae ſunt materia intemperantiae: poſt quae nominantur ea, in quibus labuntur proprie vocati incontinentes: ſtatimque adiungit ea, quae, etſi non ſine cauſa reprehenduntur, ſuntque culpae affinia, non tamen incontinentes reddunt eos, qui plus quam iuſto illarum rerum capiunt

illum igitur, qui plurimum dilexit Socratem, mirari non debemus, ſi in verbis quoque, & oratione conſuetudinem eius ſequi voluit.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς ὑπολαμβάνων ὀρθῶς, ἀκρατεύεταί τις: ἐπιστάμενον μὲν οὖν οὔ φασί τινες οἷόν τε εἶναι: δεινὸν γὰρ ἐπιστήμης ἐνούσης, ὡς ᾤετο Σωκράτης, ἄλλο τι κρατεῖν: καὶ περιέλκειν αὐτὸν ὥσπερ ἀνδράποδον.

Quaereret autem aliquis, quonam pacto, cum quiſpiam recte exiſtimat, incontinenter ſe gerat, ac ſcientem quidem aliqui non aiunt fieri poſſe: non ferendam enim rem eſſe, cum ſcientia inſit, vt cenſebat Socrates, aliud quippiam dominari: & huc, atque illuc tamquam mancipium trahere.

Repetit opiniones, quas expoſuerat de continentia, oſtenditque quid contradici poſſit, &, vt aperuit, quod valebat ad eas perſcrutandas, ita nũc refellit, quod in ipſis plane falſum videbatur. Non ſeruat autem eundem ordinem, quo ipſas commemorarat, ſed eum, quem putat accommodatum ad illos ſcrupulos euellendos, & ad veritatem confirmandam. Primum igitur inquit, quaereret aliquis, quomodo quiſpiam, qui bene ſentit de his rebus, cognitamque habet labem, ac turpitudinem vitiorum; virtutisque ipſius ſplendorem, ac firmitatem, roburque, incontinenter ſe gerit: committitque aliquid, quod rectum, & honeſtũ minime ſit. Oſtendit autem ſtatim, inueniri quoſdam qui nullo pacto putant hoc fieri poſſe, ſiquis rem ſciret, beneque cognitam haberet, cuius ſuae ſententiae rationem hanc afferebant: aiebant enim, graue eſſe & nullo modo ferendum, ſi ſcientia adeſſet, veraque perceptio eius, vt profecto Socrates arbitrabatur, qui virtutes ſcientias eſſe volebat, aliud quippiam in animo eius dominari, quod ipſum raperet, traheretque tamquam mancipium, quo vellent: quae mancipia cum valent etiam ſeruiunt eo, quo iucunditas, libidoque impulerit. Aduerſatur autem rationi, naturaeque rerum, vt, quod imbecillius eſt, ſuperet, rapterque id, quod firmius, robuſtiusque eſt.

Σωκράτης μὲν καὶ ὅλως ἐμάχετο πρὸς τὸν λόγον, ὡς οὐκ οὔσης ἀκρασίας: οὐδένα γὰρ ὑπολαμβάνοντα πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν.

Socrates igitur omnino pugnabat contra rationem hanc, qui nullo pacto putabat eſſe incontinentiam: neminem enim exiſtimantem agere contra id, quod optimum eſt, ſed per ignorationem agere.

Addit, rei magis explanandae cauſa; Socratem ſolitum pugnare contra rationem hanc, tamquam nullo pacto extaret incontinentia: neminem enim cenſebat facere poſſe contra id, quod optimum eſſet, qui recte ſentiret de rebus, ſed qui huiuſcemodi aliquid moliretur, id facere animi cauſa, & propter inſcitiam rerum.

Οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος ἀμφισβητεῖ τοῖς φαινομένοις ἐναργῶς, καὶ δέον ζητεῖν περὶ τὸ πάθος, εἰ δι' ἄγνοιαν, τίς ὁ τρόπος γίνεται τῆς ἀγνοίας: ὅτι γὰρ οὐκ οἴεταί γε πράττειν ὁ ἀκρατευόμενος, πρὶν ἐν τῷ πάθει γενέσθαι, φανερόν.

Haec igitur ratio repugnat euidenter ijs, quae plana ſunt, & cum oporteat quaerere circa affectum hunc, ſi propter ignorationem, quis modus hic ſit ignorationis: quod enim non arbitratur oportere agere, quae agit is, qui incontinenter viuit, antequam motus ipſum inuaſiſſet, apertum eſt.

Cvm quid ſentiret Socrates de incontinentia expoſuiſſet, cui rationi ſemper ſedulo aduerſatus eſt Ariſtoteles, inquit, ipſam repugnare ijs, quae ſatis aperta & explorata ſunt: quis enim neſcit inueniri homines incontinentes atque hoc euidenter, & ita, vt neminem fallat, aduerſari ipſum rebus certis, & planis, quod facere durum eſſe, ac graue: exiſtimat igitur, hoc relicto, oportuiſſe, eum quaerere potius de motu hoc animi, ſi naſcitur ob ignora-

tionem,

tionem, quae potiſſimũ ſit ignoratio haec: plura namq; genera ipſius ſunt: in hocq; potiſſimũ videndũ erat, cuius temporis ipſa ſit, ſi peccare ipſum concedimus, inſcitia oppreſſum: nam dubium inquit non eſt, quin antequam turbidus ille motus in animo eius excitatus eſſet, qui incontinenter aliquid facit, facturus id nõ fuiſſet, neque ſibi putaſſet aliquid huiuſcemodi attingendum: tunc vero, cum libido aliqua inuaſit, ipſumque occupauit, non metuit facere id, a quo prius abhorrebat: vereque eo tempore ignorans eſt.

Εἰσὶ δέ τινες, οἳ τὰ μὲν, συγχωροῦσι· τὰ δ', οὔ· τὸ μὲν γὰρ, ἐπιστήμης μηδὲν εἶναι κρεῖττον, ὁμολογοῦσι· τὸ δὲ, μηθένα πράττειν παρὰ τὸ δόξαν βέλτιον, οὐχ ὁμολογοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀκρατῆ φασιν, οὐκ ἐπιστήμην ἔχοντα, κρατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ δόξαν.

Sunt autem nonnulli, qui haec quidem, concedunt: alia autem, minus: ſcientia namq; nihil eſſe firmius, fatentur: neminem autem, agere contra id quod viſum fuerit melius, non fatentur, & hanc ob cauſam aiunt, incontinentem, ſcientiam non habentem, vinci a voluptatibus, ſed opinionem.

NARRAT inueniri quoſdã, qui partem Socraticae ſententiae probarent: partem aũt reijcerẽt: nihil enim firmius eſſe, neq; altiores radices agere in animos noſtros, quàm ſciẽtia faciat, cõcedebant: neminem aũt gerere aliquid contra id, quod viſum fuerit melius, inficiabantur, & hoc pacto conflari, gigniq; aiunt incontinentẽ, qui ſanè cum ſcientiã nõ teneat, abſolutãq; intelligentiã eius rei, ſed opinionẽ tantum, ſine dedecore vllo ſcientiae, ſuperari poteſt, profligatiq; a voluptate. Quod vero inquit, nihil ſcientia firmius, ſtabiliuſq; eſſe, redigit mihi in memoriam locũ, quem in libro de moribus ad Eudemũ, videor mihi, coniectura ductus, fideliter emẽdaſſe: vbi enim illic legitur καὶ ἰσχὺς τὸ σῶμα κρατητικόν, ὅτι οὐδὲν ἰσχυρότερον φρονήσεως, ἀλλ' ὅτι ἐπιστήμης ἰσχύν, ὡς ἰσχύν. & quae ſequuntur, prorſus exiſtimo pro duobus illis verbis, miſſetum in modũ deprauatis legi debere, Σωκρατικόν: ſententia enim ipſa declarat, ita eſſe legendum, ſed in Protagora Platonis quoq; accurate de hoc diſputatur, quod etiam valet ad iudicium meum de veritate lectionis confirmandum, ſi egeret aliquo firmamento ſententia haec mea; eorum verborũ pauca quaedam huc transferam, ſumpta ab extremo eius ſermonis. ἐγὼ ὑμῖν ἄλλως ὁμολογῶ, ἐπιστήμης μηδὲν εἶναι κρεῖττον, ἀλλὰ τοῦτο ἀεὶ κρατεῖν, ὅπου ἂν ἐνῇ, καὶ ἡδονῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.

Ἀλλὰ μὴν εἴγε δόξα, καὶ μὴ ἐπιστήμη, μηδ' ἰσχυρὰ ὑπόληψις, ἡ ἀντιτείνουσα, ἀλλ' ἠρεμαία, καθάπερ ἐν τοῖς διστάζουσι, συγγνώμη, τῷ μὴ ἐν ταύταις μένειν πρὸς ἐπιθυμίας ἰσχυράς· τῇ δὲ μοχθηρίᾳ οὐ συγγνώμη, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδενὶ τῶν ψεκτῶν.

Atqui ſi opinio eſt, & non ſcientia, neq; firma exiſtimatio, quae contra tendit, ſed remiſſa, & languida, veluti in his, qui ambigunt, ignoſci debet, ſi non permanet in his, aduerſus firmas cupiditates: prauitati autem non ignoſcitur, neque alij vlli rerum, quae dignae ſunt, vt vituperentur.

REFELLIT id, quo putabant illi, ſe diſſoluere ſuperiorẽ nodum nec firmitatis aliquid habere oſtendit, ad eos graui culpa liberãdos, qui incontinentiae affines forent; ait enim. Atqui ſi opinio erat in animis ipſorum, & nullo pacto ſcientia, neq; valida firmaq; exiſtimatio, ſed potius imbecilla, & languida, quae occurrit improbis factis, nec ſinit homines peccare, ignoſci oporteret illis, qui non manerent in ipſis aduerſus cupiditates robuſtas: contra autẽ inquit, culpae, & prauitati non eſt ignoſcendum, neq; alij vlli facto, quod vituperatione dignũ ſit. Vt declaret autem, quam intelligat exiſtimationem infirmã ac languidam, vſus eſt ſimili, & tamqua manu ipſam monſtrauit, qualis enim inquit eſt in ijs mortalibus, qui ambigunt & incerti ſunt, quid ſequantur de aliqua re: neutrũ enim eorũ, quae ipſis in mentẽ venerunt valde defendunt; quod ſignificauit etiã apud Terentiũ, cum ait. Dum in dubio eſt animus paulo momento huc, atq; illuc impellitur. Hoc igitur argumento probabant illi exoriri in animis noſtris incontinẽtiam, quia ſcilicet ſcientiã contrariarum rerum, ac labẽ vitij planè cognitam, & perſpectã non haberemus. Latinus interpres haeſit in hoc loco: veritusq; eſt, ne auctor ſibi ipſi aduerſaretur, qui cum incontinentiã vitiũ eſſe nolit, quod ſi foret, enumeraſſet illam in vitijs, nunc tamen videatur ipſam loco vitij habere, cum vocet illam prauitatem. Facile autem eſt hoc redarguere: vitia enim κακίαι ab ipſo ſemper vocantur: hic vero non κακίαν, ſed μοχθηρίαν ipſam appellat; quod nomen plane oſtendit animum hominis alicui culpae, delictoque affinem eſſe: non tamen eſſe ita inquinatum, vt vitium vocari debeat: κακία autem eſt iam habitus.

Φρονήσεως ἄρα ἀντιτεινούσης· αὕτη γὰρ ἰσχυρότατον, ἀλλ' ἄτοπον· ἔσται γὰρ ὁ αὐτὸς ἅμα φρό

νιμος, καὶ ἀκρατής· φήσειε δ' ἂν οὐδεὶς, φρονίμου εἶναι τὸ πράττειν ἑκόντα τὰ φαυλότατα.

Prudentia igitur contra tendente hoc fit: haec enim res eſt firmiſſima, verum abſurdum hoc eſt: erit enim idem ſimul prudens atque incontinens: nemo autem diceret prudentis eſſe ſua ſponte agere, quae improbiſſima ſunt.

DVBITAT auctor de altera parte quintae ſnperioris opinionis, quae fuit, aliquando prudentem hominem incontinentem eſſe: quare inquit, cum prudentia ſit habitus maximarum viriũ, qui repugnat improbis conſilijs, contingit tamen, vt ea praeditus in magnos etrotes tapiatur; ſtatim autem teſtatur, hoc eſſe rem abſurdam, & quae merito explodi debeat; monſtrat enim quid incõmodi inde naſceretur, quod eſt, vt vnus, idemq; ſimul prudens eſſet, & incontinens, ideſt eximia virtnte praeditus, & procliuis ad res prauas, atque obſcenas, ipſe inquit, idem hoc ſignificans, nemo vmquam diceret, prudentis viri eſſe, ſponte gerere, & nulla vi coactum, ea, quae maximis flagitijs affinia ſunt.

Πρὸς δὲ τούτοις, δέδεικται πρότερον, ὅτι πρακτικός γε ὁ φρόνιμος· τῶν ἐσχάτων γάρ τις, καὶ τὰς ἄλλας ἔχων ἀρετάς.

Accedit autem his, quod ſupra oſtenſum eſt, prudentem eſſe ad agendum factum: vltimorum enim quidam eſt, & alijs virtutibus praeditus.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idẽ refellit, redigens nobis in memoriã, quod antea a ſe traditum fuit: ait en m, demonſtratum a nobis eſt, prudentem factum eſſe ad res agendas, rationeq; in ipſis vti, non ad voluptates, vndiq; decerpendas; atq; id, cum ſit vnus aliquis eorum, qui res vltimas, poſtremasq; tractant, & non vnns quiſpiã illorum, qui in videndis contẽplandisq; rebus toto animo verſantur, neq; attingunt res ſingulares, quae ſunt materia actionũ humanarum. Addit quoq; eundem inſtructum eſſe reliquis virtutibus: neq; enim ipſe fungi munere ſno poſſet, vacuus ab illis, neque ipſae integrae, abſolntaeque eſſe ſine ipſa.

Ἔτι εἰ μὲν ἐν τῷ ἐπιθυμίας ἔχειν ἰσχυρὰς, καὶ φαύλας, ὁ ἐγκρατὴς, οὐκ ἔσται ὁ σώφρων ἐγκρατὴς: οὐδ' ὁ ἐγκρατὴς, σώφρων: οὔτε γὰρ τὸ ἄγαν, σώφρονος: οὔτε τὸ, φαύλας ἔχειν, ἀλλὰ μὴν δεῖ γε: εἰ μὲν γὰρ χρησταὶ αἱ ἐπιθυμίαι, φαύλη ἡ κωλύουσα ἕξις μὴ ἀκολουθεῖν: ὥσθ' ἡ ἐγκράτεια οὐ πᾶσα σπουδαία: εἰ δ' ἀσθενεῖς, καὶ μὴ φαῦλαι, οὐθὲν σεμνόν: οὐδ' εἰ φαῦλαι, καὶ ἀσθενεῖς, οὐθὲν μέγα.

Praeterea ſi in eo definitus eſt continens, quod firmas cupiditates habeat, ac malas, nõ erit temperans, continens, neq; continens, temperans: neq enim valde quicquam agere temperantis eſt, neque malas cupiditates habere: atqui opus eſt: ſi namq; bonae cupiditates erunt, malus habitus, qui prohibet ipſas ſequi: vnde non omnis bona continentia: ſi autem imbecillae, & non malae, nihil praeclarum: ſi autem malae, & imbecillae, nihil amplum.

REDARGVIT modo ſententiam illam, quae cenſebat vnam eandemque eſſe continentiam, & temperantiam: argumentatur autem hoc pacto. Si continens conſtat, totusque manet in eo, quod opiniones in animo habet firmas, eaſdemque malas, non erit vllo pacto temperans continens: neque etiam continens erit temperans: neque enim inquit, ſeiungens hos, diuerſoſque eſſe oſtendens, valde in ſuis rebus omnibus aliquid ſcilicet velle, aut nolle eſt temperantis viri proprium: & quemadmodum hoc, ita etiam ipſius non eſt cupiditates malas habere: oportuiſſet autem hoc, neceſſeque fuiſſet; ſi namque inquit cupiditates bonae ſunt, malus eſt habitus, qui vetat, eos ipſas ſequi: quod enim nobis aduerſatur, ne incumbamus in res honeſtas, culpae affine eſt: quare inquit non omnis continentia proba erit, quod ſi addit opiniones illae imbecillae ſunt, nec malae, nullam magnam laudem in ſe habet reſiſtere illis: neque etiam, ſi malae ſunt, & eaedem imbecillae, magnus labos eſt idem facere.

Ἔτι εἰ πάσῃ δόξῃ ἐμμενετικὸν ποιεῖ ἡ ἐγκράτεια φαύλη: οἷον εἰ καὶ τῇ ψευδεῖ: καὶ εἰ πάσης δόξης ἡ ἀκρασία, ἐκστατικὸν, ἔσται τις σπουδαία ἀκρασία, οἷον ὁ Σοφοκλέους Νεοπτόλεμος ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ: ἐπαινετὸς γὰρ, οὐκ ἐμμένων οἷς ἐπείσθη ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, διὰ τὸ λυπεῖσθαι ψευδόμενος.

Praeterea, ſi in omni opinione conſtantem, ac perdurantem reddit continentia, mala eſt, ceu ſi etiam in falſa: etſi, vt ab omni opinione facile diſcedat, efficit incontinentia, erit quaedam incontinentia bona, veluti Sophoclis Neoptolemus in Philoctete: laude namque dignus eſt; quod non perdurauit in his, quae perſuaſerat ipſi, vt faceret, Vlyſſes, quia dolorem ferre non poterat, quod mentiretur.

DISSERIT contra opinionem eam, quae cenſebat eundem penitus eſſe continentem, & conſtantem manentemq; in eadem ſententia, itidemq; contrarios his conuenire inter ſe, vt qui incontinens foret, nulla re diſcreparet ab inconſtanti, & qui variaret ſententiam; oſtenditq; quid incommodi ſequeretur, ſi hoc verum foret: futurum enim eſſe ait, vt quaedam continentia ſit mala, illa inquam, quae in praua, falſaq; opinione perdurat, & contra quaedam incontinentia proba, & laude digna, ſi incontinentia vim hanc habet, vt reddat hominem talem, ideſt diſcedentem a propoſito, & repudiantem veterem ſententiam, cum tamen conſtans opinio ſit, omnem incontinentiam eſſe malum, ac dignam, quae accuſetur. Exemplo autem claro confirmat, quod tradit, ideſt facto Neoptolemi Sophoclei, e fabula, cuius index eſt Philoctetes; cum enim opus eſſet ſagittis, ad expugnandum Ilium, quas ab Hercule Philoctetes acceperat, miſſus eſt a Graecis Neoptolemus vna cum Vlyſſe, ad reuocandũ in exercitum Philoctetem, vnde cum contumelia eiectus fuerat; erat autem tunc in inſula Lemno: cum autẽ non ſperaret homo callidus impetrari hoc poſſe a Philoctete, vt reuerteretur, vnde eiectus fuerat, perſuaſit Neoptolemo, vt fingeret, doloq; vteretur: poſtquam aũt ille impoſitus eſt in nauim generoſus iuuenis, pati non potens, ſe mendacio vſum, veritatem totius facti Philocteti aperuit, contra tendente Vlyſſe, inquit igitur Ariſtoteles, laude dignum eſſe Neoptolemum, recteq; feciſſe, qui non permãſerit in conſilio callido, quod ei dederat Vlyſſes; quia dolebat ſe mendacio vſum; haec igitur incontinentia, & huiuſcemodi omnis, recta eſt. Vere aũt dixit Ariſtoteles, fortiſſimo patre natũ adoleſcentem non manſiſſe in eo, quod fecerat, quia ferre non poterat, ſe fallacia vſum: ipſe enim ille apud tragicum hanc cauſam affert ſuae mutationis conſilij: ait enim; αἰσχρὸς φανοῦμαι, τοῦτ᾽ ἀνιῶμαι πάλαι.

Ἔτι ὁ σοφιστικὸς λόγος ψευδόμενος, ἀπορία· διὰ γὰρ τὸ παράδοξα βούλεσθαι ἐλέγχειν, ἵνα δεινοὶ ὦσιν, ὅταν ἐπιτύχωσιν, ὁ γενόμενος συλλογισμὸς ἀπορία γίνεται· δέδεται γὰρ ἡ διάνοια, ὅταν μένειν μὲν μὴ βούληται, διὰ τὸ μὴ ἀρέσκειν τὸ συμπερανθέν· προϊέναι δὲ μὴ δύνηται, διὰ τὸ λῦσαι μὴ ἔχειν τὸν λόγον.

Praeterea fallax ratio ſophiſtarũ, dubitatio: quia enim incredibilia ſtudent refellere, vt acres ſint, quãdo occurrerint ipſis: ſyllogiſmus, qui conficitur, dubitatio fit: vinctus enim animus eſt: quãdo manere quidẽ noluerit, quia nõ placet probatũq; ipſi, qđ cõcluſũ eſt: progredi aũt nõ potuerit, quia ſoluere rationẽ nõ valeat.

ALTERVM exemplũ, quo itidẽ probat, vſu venire aliquãdo, vt incontinẽtia vtilis ſit, & laude digna, cũ ſcilicet res alicui eſt cũ ſophiſte, certatq; cum ipſo, quorũ conſuetudo eſt, vti fallacibus rationibus, quod faciũt oſtentãdi ingenij, ſiue quaeſtus inde faciendi cauſa; falſa enim aliqua concluſio, quarũ exẽpla non deſunt paſſim, ĩ animis eorũ, quibus illudũt, difficultatẽ nõ paruã: cũ contingit, vt finẽ ſuum ſophiſtae conſequãtur, impoſuerintq; alicui, qui fallaciã non videat, nec valeat diſſoluere nodum illũ: concedit enim falſae concluſioni coactus & inuitus: hoc aũt facere neceſſe habet, quia ligatur mẽs eius, & irretita tenetur nollet enim manere in eo, qa non probat, qđ concluſum eſt, & tamẽ manet, quia progredi non poteſt, aſtutã illã rationẽ frãgere neſciẽs: hoc igitur tpe, & cũ huiuſcemodi quippiã contingit, ꝓdeſſet incontinẽtia, & ita diſcederet ab eo, cui haerebat ĩuitus, etſi ĩtelligebat, id falsũ eſſe.

Συμβαίνει δ᾽ ἔκ τινος λόγου ἡ ἀφροσύνη μετ᾽ ἀκρασίας ἀρετή· τἀναντία γὰρ πράττει ὧν ὑπολαμβάνει, διὰ τὴν ἀκρασίαν· ὑπολαμβάνει δὲ τἀγαθὰ κακὰ εἶναι, καὶ οὐ δεῖν πράττειν· ὥστε τἀγαθὰ, καὶ οὐ τὰ κακὰ πράξει.

Euenit aũt ex quadã ratione, vt imprudẽtia vna cũ incõtinẽtia ſit virtus: cõtraria enim agit eorũ, quae exiſtimat ꝓp incõtinentiã: exiſtimat aũt ea quae bona ſũt, eſſe mala, & nõ oportere agere: quapropter, quae bona ſunt, aget, & nõ quae mala.

OSTENDIT, fingi etiam quiddam poſſe, atque ita coagmentari, vt ex duabus rebus malis, gignatur aliquod eximium bonum; ideſt e ſtultitia, magnoque errore animi, & incontinentia, efficiatur virtus: omnis enim homo huiuſcemodi contraria facit his, quae ſentit: ſentit autem, cum peſſimum iudicium de rebus fecerit: ſitq; plane fatuus, ea, quae bona ſunt, eſſe mala, neque oportere vllo pacto ipſa a ſe geri: quare ea, quae bona ſunt, aget, & non ea, quae vitij aliquid in ſe continent, quod eſt proprium virtutis.

Ἔτι ὁ τῷ πεπεῖσθαι πράττων, καὶ διώκων τὰ ἡδέα, καὶ προαιρούμενος, βελτίων ἂν δόξειεν εἶν τοῦ μὴ διὰ λογισμὸν, ἀλλὰ δι' ἀκρασίαν: εὐιατότερος γὰρ διὰ τὸ μεταπεισθῆναι ἄν: ὁ δ' ἀκρατὴς ἔνοχος τῇ παροιμίᾳ, ἐν ᾗ φαμὲν, ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπίνειν: εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπέπειστο ἃ πράττει, μεταπεισθεὶς ἂν ἐπαύσατο: νῦν δὲ πεπεισμένος οὐδὲν ἧττον ἄλλα πράττει.

Adhuc qui agit ob id, quod perſuaſus eſt, ac perſequitur ea, quae iucunda ſunt, atque id facit cum electione, melior eſſe videretur, quàm qui facit minime per ratiocinationem, ſed incontinentia impulſus: facilius enim ſanari poteſt, quia in contrarium noua perſuaſione trahi poteſt: incontinens autem affinis eſt illi prouerbio, quo dicimus, cum aqua ſuffocarit, quid oportet ſuperbibere: ſi namque quae fecit, non feciſſet perſuaſus, aliter perſuaſus facere deſtitiſſet: nunc autem perſuaſus, nihilominus alia agit.

INDICAT alium ſcrupulum, qui in pectoribus noſtris exoriri poſſet, atque inde extrudere firmas, ac veras opiniones de rebus: illum ſcilicet, qui gerit aliquid, quia perſuaſus eſt, ac firmiter credit, ſectaturq; ea, quae iucunda ſunt, ac plena voluptatis: demumq; conſulto agit, rebuſq; deliberatis, meliorem videri poſſe, quam illum, qui non ſubducta ratione facit, ſed incontinentia impulſus eſt. Ratio autem huius rei erit quia facilius curari poteſt is, qui rationem non audijt, contrariaq; ſuperiori opinio in animum eius inſeri poteſt: incontinens autem inquit, qui rationem audijt, ac ſpreuit illam, non videtur: ſiquid enim erat, quod eijcere ex animo ipſius poſſet prauam illam opinionem, ea ratio erat, quae nihil profuit: vtitur autem peruulgata voce, & quae vim prouerbij habet ad hoc declarandum; illa autẽ eſt, quando aqua ſuffocat, ſtrangulatq;, quid ſupra bibere oportet? notum autem eſt, ſingultum, & cum aliquid fauces intercluſit, remedium eſſe aquam abſorptam. Addit autem Ariſtoteles, ſi namque iam perſuaſus non feciſſet, quae facit in cõtrarium perſuaſus, deſiſſet ea facere, ſeq; abſtinuiſſet ab improbis illis factis; nunc vero perſuaſus nihilominus alia omnia facit, quam quae ratio iubet. Animaduertendum etiam cum perſuaſum Ariſtoteles illum dicat, non intelligere ipſum vere perſuaſum, ſed cui data opera erat, vt perſuaderetur; ſi namque perſuaſus fuiſſet, nihil contra feciſſet.

Ἔτι εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστὶ, καὶ ἐγκράτεια, τίς ὁ ἁπλῶς ἀκρατής: οὐδεὶς γὰρ ἁπάσας ἔχει τὰς ἀκρασίας: φαμὲν δ' εἶναί τινας ἁπλῶς.

Adhuc ſi circa omnia incontinentia exiſtit, & continentia, quis erit, qui ſimpliciter incontinens ſit: nemo enim omnes incontinentias in ſe continet: affirmamus autem eſſe quoſdam ſimpliciter.

RESPICIT haec quaeſtio ad poſtremam ſuperiorem opinionem, qua ſignificauit auctor, non dici ſimpliciter homines incontinentes neq; in vna tantũ re; cum vocentur quidam incontinentes irae, alij incontinentes honoris; non nulli etiam pecuniae; parit igitur hoc, vt nũc oſtendit, difficultatis non nihil: ſi igitur inquit incontinentia, & vt ipſa, ita contraria ipſius continentia, tam latum campum habet, quis erit ſimpliciter incontinens: nemo enim voluttatur effuſe in omnibus rebus, quae ſunt affines huic culpae: eſt enim certa quaedam incontinentia, quae modum nullum ſeruat in captandis corporis voluptatibus.

Αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι τοιαῦταί τινες συμβαίνουσι: τούτων δὲ τὰ μὲν, ἀνελεῖν δεῖ: τὰ δὲ καταλιπεῖν: ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας, εὕρεσίς ἐστι.

Quae-

Quaeſtiones igitur huiuſcemodi quaedam exoriuntur, harum autem, quaſdam quidem tollere oportet: alias autem non nullas relinquere: ſolutio enim dubitationis inuentio eſt.

Oſtendit in hac materia, ſubtiliter videnda, exoriri quaeſtiones, quas indicauit, ac fortaſſe non nullas alias tales, de quibus non eodem modo exiſtimat: quaſdam enim ipſarum putat tollendas: non nullas vero alias relinquendas, diligenterque ponderandas, e quibus opis aliquid capere poſſimus ad veritatem harum rerum intelligendam; cuius ſui iudicij rationem reddit, hoc pacto: ait enim, quaeſtionis diſſolutionem eſſe inuentionem, eius ſcilicet, quod quaerebatur, & quia neſciretur, incertum, ac dubium quempiam redderet: de hoc ipſo M. etiam Cicero quiddam pronuntiat, quod huic loco mirifice reſpondet: haec enim eius verba ſunt in Lucullo. Quaeſtio eſt appetitio cognitionis, quaeſtionisque finis, inuentio.

Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον: πότερον εἰδότες, ἢ οὔ: καὶ πῶς εἰδότες: εἶτα περὶ ποῖα τὸν ἀκρατῆ, καὶ τὸν ἐγκρατῆ θετέον: λέγω δὲ, πότερον περὶ πᾶσαν ἡδονὴν, καὶ λύπην, ἢ περί τινας ἀφωρισμένας: καὶ τὸν ἐγκρατῆ, καὶ τὸν καρτερικὸν, πότερον ὁ αὐτὸς, ἢ ἕτερός ἐστιν: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα συγγενῆ τῆς θεωρίας ἐστὶ ταύτης.

Primum igitur conſiderandum eſt, vtrum ſcientes, an non: & quomodo ſcientes: deinde circa quales res incontinentem, & continentem ſtatuere debemus: dico autem, vtrum circa omnem voluptatem, ac dolorem, ſiue circa quaſdam definitas: & continentem, & factum ad tolerandum, vtrum idem ſit, an diuerſus: ſimilique modo & de alijs, quaecumque ſunt cognata huius accuratae animaduerſionis.

Cvm ſententias, quas ediderunt de continentia, & incontinentia, & reliquis commemoraſſet ac quid afferri poſſet contra ipſas aperuiſſet: neque enim omnino planae, firmaeque erant; primum cogitandum eſſe inquit, de quo ſupra primum quaeſierat; vtrum incontinentes quod faciunt improbe, faciant ſcientes atque intelligentes, ſiue ignorantia illius rei, ac flagitij inducti, quod ſi ſcientes peccant, videndum quomodo ſcientes vocari debeant: deinde conſiderandum eſſe inquit, in quibus potiſſimum rebus verſentur hi, qui continentes, ſiue incontinentes appellantur, & quae ſit ſeges, materiesque propria huius laudis capeſſendae, ſiue turpitudine ſe inquinandi, ne forte autem alicui videretur obſcurior eſſe, aperit magis ſenſum ſuum, atque inquit, intelligo, vtrum in omni voluptate, ac dolore ſine vllo diſcrimine, ſiue in quibuſdam definitis ac certis. Amplius inquit conſiderãdum de continente viro & conſtanti, vtrum vni, iidemque ambo habendi ſint, ſiue diuerſi, eodemq; pacto adiungit, de ceteris omnibus eſt modo cogitandum, quae cognata ſunt; & propinqua huius animaduerſionis & contemplationis.

Ἔστι δὲ ἀρχὴ τῆς σκέψεως, πότερον ὁ ἐγκρατὴς, καὶ ἀκρατὴς εἰσι, τῷ περὶ ἃ, ἢ τῷ πῶς, ἔχοντες τὴν διαφοράν: λέγω δὲ πότερον τῷ περὶ ταδὶ, εἶναι μόνον ἀκρατὴς ὁ ἀκρατὴς, ἢ οὔ: ἀλλὰ τῷ ὥς, ἢ οὔ: ἀλλὰ τῷ ἐξ ἀμφοῖν.

Eſt autem initium huius conſiderationis, vtrum continens, & incontinens diſſentiant inter ſe in materia, ac rebus, ſiue modo, ac ratione: dico autem, vtrum incontinens dicatur incontinens, quod circa haec ipſa, an non: ſed in modo, an non: ſed quod ex ambobus.

Cvm iam monſtraſſet ſeriem eorum, quae vellet explicare, aggreditur primam quaeſtionem, quae eſt, vt teſtatur, initium totius huius animaduerſionis: illa autem eſt; vtrum continens atque incontinens diſcrepent inter ſe, ac diuerſi ſint, quod alia materies eorum ſit, ſtratumque, in quo verſantur: ſiue quod aliter, atque aliter ſe gerant in eodem

ſtrato: ambabus his modis accipi poſſe locum tradit Argyropylus etſi magis poſteriorem probat, in quo ſe comitem illi adiungit D. Thomas, quod mihi non diſplicet. Cum autem metueret Ariſtoteles, atque id non ſine cauſa; ne nimis breuis obſcuruſque fuiſſet, conatur id aperire, atque inquit, ſe intelligere, vtrum differentia omnis in eo ſit, quod & continens, & incontinens diſcrepent ſolum inter ſe ſtrato, & materia, quod ſtatim reijcit; quaeritque, an in altero ſolum differant ambo, quod ſtatim etiam negat verum eſſe: adiungitque eos diſſentire inter ſe de ambobus illis.

Ἔπειτ' εἰ περὶ ἅπαντ' ἐστὶν ἡ ἀκρασία, καὶ ἡ ἐγκράτεια, ἢ οὔ: οὔτε γὰρ περὶ ἅπαντά ἐστιν ὁ ἁπλῶς ἀκρατής, ἀλλὰ περὶ ἅπερ ὁ ἀκόλαστος.

Deinde ſi circa omnia verſatur incontinentia, & continentia, an non: neq; enim circa omnia eſt ſimpliciter incontinens, ſed circa ea, circa quae intemperãs.

HAEC eſt ſecunda quaeſtio, qua dubitari poſſe oſtendit, ſi incontinentia, cõtrariaque ipſius, continentia, fundit ſe, dilatatque per omnia ſtrata, quod ilico inficiatur, oſtendens eum, qui proprie incontinens appellatur, minime verſari in omni campo, ſed habere ſuum, ac certum, cum qui hoc facit, migratque a ſuis finibus, improprie incontinens vocetur: oſtendit autem quod ſit verum ſtratum eius, conuenireque ipſi tradit in hoc cum homine intemperante, qui delinquit, labiturque in corporis voluptatibus.

Οὔτε τῷ πρὸς ταῦτα ἁπλῶς ἔχειν: ταὐτὸν γὰρ ἂν ἦν τῇ ἀκολασίᾳ, ἀλλὰ τῷ ὡδὶ ἔχειν: ὁ μὲν γὰρ ἄγεται προαιρούμενος: νομίζων ἀεὶ δεῖν τὸ παρὸν ἡδὺ διώκειν, ὁ δ', οὐκ οἴεται μέν: διώκει δέ.

Neque eo quod circa haec ſimpliciter ſe habeat: idem enim fuiſſet quod in~~continentia~~: ſed quod ita ſit affectus: hic namque eorum trahitur conſulto: exiſtimans oportere ſemper, quod praeſens eſt iucundum, perſequi: hic vero non putat ſane, ſed tamen perſequitur.

NE QVIS autem falſo putaret, hunc & illum habere ſe eodem pacto circa voluptates has, admouet hoc verum non eſſe, cum hi, incontinens inquam, & intemperans aliter affecti animo, incumbant in corporis voluptates: ſi namque modus idem foret, ſimpliciterque ac ſine appendice, eſſet intemperãs, qui ſectatur corporis voluptates, diſtingui non poſſet intemperantia ab incontinentia: verum inquit diſcrepant inter ſe modo, & quod aliter animo affecti ſunt: alter enim horum trahitur a voluptatibus, is autem eſt intemperans, conſulto, ac iudicio, exiſtimat oportere ſemper ſequi, quod praeſens adeſt iucundum, nec pati ipſum praeterlabi: alter vero, incontinens inquam, non eſt huius iudicij: neque opinatur id rectum eſſe, fierique oportere, ſed tamen ſequitur, delinitus, victuſque ſpecie ipſius. patiturque ſe a voluptate in ea contentione vinci.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ δόξαν ἀληθῆ, ἀλλὰ μὴ ἐπιστήμην εἶναι, παρ' ἣν ἀκρατεύονται, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον: ἔνιοι γὰρ τῶν δοξαζόντων, οὐ διστάζουσιν, ἀλλ' οἴονται ἀκριβῶς εἰδέναι: εἰ οὖν διὰ τὸ ἠρέμα πιστεύειν, οἱ δοξάζοντες μᾶλλον τῶν ἐπισταμένων παρὰ τὴν ὑπόληψιν πράξουσιν, οὐθὲν διοίσει ἐπιστήμη δόξης: ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν οὐδὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν, ἢ ἕτεροι, οἷς ἐπίστανται: δηλοῖ δὲ Ἡράκλειτος.

De illo vero, quod aiunt, veram opinionem eſſe; ſed non ſcientiam, ob quam incontinenter viuunt, nullius momenti eſt ad rationem: non nulli enim ex ijs, qui opiniones ſequuntur, non ambigunt, ſed putant ſe exquiſite nôſſe. Si igitur, quia remiſſe credunt, opiniones ſequentes magis, quàm qui ſciunt, praeter exiſtimationem agent, nihil diſcrepabit ſcientia ab opinione: quidam enim non minus credũt ijs rebus, quas opinantur, quã alij, quas ſciunt: declarat aũt hoc Heraclitus.

ERANT,

ERANT, qui putarent, homines incontinenter ſe gerere in perſequendis corporis voluptatibus, quia opinio tantum in animis eorum maneret de labe ac vitio immodicarum, aut obſcenarum voluptatum, quod ſi turpitudinis ipſarum ſcientiam habuiſſent, numquam futurum fuiſſe, vt illi ſe contaminati paſſi eſſent. Redarguit igitur hanc opinionem ipſorum noſter auctor, aitque nihil intereſſe ad rationem hanc, ſiue ſit illa opinio, ſiue ſcientia, cum exiſtant mortales non pauci, qui non ambigunt de veritate ſuarum opinionum, ſed arbitrantur, ſe res illas exquiſite ſcire, & tamen deducuntur inde, contraque ipſas faciunt. Fretus igitur auctor hoc, quod vſu venire diceret, vt non nulli ratas habeant opiniones ſuas, nec minus ipſis credant, quàm facerent, ſi ſcientiae illae forent, addit. Si igitur, qui opiniones ſequuntur, quae infirmae, caducaeque eſſe ſolent, magis quàm qui ſciunt, contra exiſtimationem ſuam faciunt, nihil differet, ſiue ſcientia illa ſit, ſiue opinio; reperiuntur enim inquit, quidam, qui non minus credunt ijs, ad quae credenda opinionibus ducuntur, quam alij faciant ijs, quae ſcientia perceperunt: declarare autem hoc, & planum facere Heraclitum illum Epheſium, teſtatur: nec tamen exponit, quomodo hoc ille aperiret. Nam, vt in VII. hoc libro, quod dixit de opinione Heracliti, quam voluit exemplum eſſe firmae, ſtabiliſque opinionis, dixit breuiter, ita in II. ἠθικῶν appellatorum μεγάλων, eodem pacto paucis id expoſuit, ita tamen vt plane intelligi inde verbis illis poſſit, ipſum eandem hanc rem attigiſſe: ſed remedium aliquo modo eſt tantae breuitatis id, quod idem narrauit in IIII. libro μετὰ φυσικῶν, quo loco locutus eſt de ijs, qui fuerunt huius ſententiae, accurateque diſſeruit de hac celeri rerum varietate, & quaſi fluxu; in quibus narrat extitiſſe Cratilum, qui putauit nihil oportere loqui, ſed digitum tantum eo intendebat, Heraclitumque inſimulabat, qui dixerat, iterum in eundem fluuium ingredi neminem poſſe: ipſe namque arbitrabatur, ne ſemel quidem.

Ἀλλ' ἐπεὶ διχῶς λέγομεν τὸ ἐπίστασθαι, καὶ γὰρ ὁ ἔχων μὲν, οὐ χρώμενος δὲ τῇ ἐπιστήμῃ· καὶ ὁ χρώμενος λέγεται ἐπίστασθαι, διοίσει τὸ ἔχοντα μὲν, μὴ θεωροῦντα δέ· καὶ θεωροῦντα πράττειν, ἃ μὴ δεῖ πράττειν· τοῦτο γὰρ δοκεῖ δεινὸν, ἀλλ' οὐχ εἰ μὴ θεωρῶν.

Sed quia duobus modis dicimus ſcire: nam & qui habet quidem, non tamen vtitur ſcientia: & qui vtitur, dicitur ſcire: intererit, habentem ſanè, non conſiderantem autem: & conſiderantem agere, quae non oportet agere: hoc enim videtur eſſe graue, & non ferendum: non autem ſi non conſiderat.

CVM confutaſſet iam diſſolutionem nodi, prementis multos, quam diſſolutionem alij excogitarant, quomodo ipſe putet euellendum hunc ſcrupulum eſſe, nunc oſtendit: docetque duobus modis dici ſcire, quorum modorum vnus eſt, cum quiſpiam ſcit ſane aliquid, nec tamen eo tempore verſat animo cognitionem illam, in alia quapiam cogitatione occupatus, ſiue vino, aut ſomno oppreſſus: alter vero cum vtitur eo, quod percepit ac didicit, recolitque ſcientiam eius rei: intereſſe igitur plurimum affirmat, vtro duorum horum modorum aliquis ſciat: atque ſecutus illum, aliquid agat eorum, quae agere rectum eſt, ſiue non oportet: tunc enim admirandum eſt, & tamquam nullo pacto credendum, cum aliquis promptam, paratamque ſcientiam eius rei habens, committit quippiam contra ipſam: & non, cum veluti ſopitam eam habet, & paene vetuſtate deletam.

Ἔτι ἐπεὶ δύο τρόποι τῶν προτάσεων· ἔχοντα μὲν ἀμφοτέρας, οὐθὲν κωλύει πράττειν παρὰ τὴν ἐπιστήμην· χρώμενον μέντοι τῇ καθόλου, ἀλλὰ μὴ τῇ κατὰ μέρος· πρακτὰ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα.

Adhuc quia duo modi ſunt propoſitionum: habentem quidem ambas, nihil prohibet agere praeter ſcientiam, vtentem profecto ea, quae in vniuerſum eſt, non ea, quae ſingularis eſt: ſingulares namque res ſunt, quae ſub actionem cadunt.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem conſtituit: aptum autem aliquo modo id eſt, ac propinquo; cum enim duo ſint modi propoſitionum, quorum alter, ſunt propoſitiones,

quae

quae in vniuerſum aliquid affirmant, ant negant: alter vero earum, quae ſingulares ſunt, particularimq; idem faciunt, tradit illi, qui ambas teneat, vſu venire poſſe, vt gerat quippiam, quod repugnet ſcientiae, hoc tamen pacto, vt vtatur ſane illa, quae in vniuerſum aliquid complectitur, recolatque mente, ſingularem vero quaſi dimiſerit ex animo. certe ipſa tunc minime vtatur: aperit autem quomodo tunc locus errori ſit, dicens, gerimus nos ſingulares res, ac facta noſtra talium rerum ſunt, non eorum, quae communiter, vniuerſeque ſiunt.

Διαφέρει δὲ καὶ τὸ καθόλου· τὸ μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ· τὸ δ᾽, ἐπὶ τοῦ πράγματός ἐστιν· οἷον ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ συμφέρει τὰ ξηρά· καὶ ὅτι οὗτος ἄνθρωπος, ἢ ὅτι ξηρὸν τὸ τοιόνδε, ἀλλ᾽ εἰ τόδε, τοιόνδε, ἢ οὐκ ἔχει, ἢ οὐκ ἐνεργεῖ· κατά τε δὴ τούτους διοίσει τοὺς τρόπους ἀμήχανον ὅσον· ὥστε δοκεῖν οὕτω μὲν, εἰδέναι μηθὲν ἄτοπον· ἄλλως δὲ, θαυμαστόν.

Non vnum autem, neque idem prorſus eſt vniuerſum: hoc enim in ſe ipſo: hoc autem in re conſideratur: veluti omni homini prodeſſe, quae arida ſunt, & hunc hominem eſſe, aut aridum eſſe tale, ſed ſi hoc tale, vel non habet, vel in eo cogitando nunc non verſatur: vtro igitur duorum horum modorum fiat, differet incredibile eſt quantum: ita vt videatur quidem ſic intelligere, nihil abſurdum: aliter autem admirabile.

VT oſtenderat, modos eſſe duos propoſitionum, ita nunc diſtingui, & duobus modis capi docet alterum illorum modorum, ideſt qui vniuerſum aliquid ſumit: alterum enim eorum ſpectari in nobis, perſoniſque noſtris affirmat; alterum vero in rebus ipſis. Exemplis autem poſitis, declarat, quod praecipit; quorum exemplorum prius eſt, omni homini prodeſſe, quae arida ſunt, & hic homo eſt, ſiue aridum eſt huiuſcemodi omne, verum ſi hoc; quod quaſi monſtratur, & in manu eſt, tale eſt, ſiue tunc non tenet, ſiue, ſi vmquam didicit, tunc mente non verſat: adiungit, poſt haec explicata, immenſum eſſe quantum interſit inter duo haec, vt altero ſcire, & tamen contra facere, abſurdum nullo pacto ſit: altero vero admirabile, & nullo pacto probabile; quomodo enim contingat, vt aliquis ſemetipſum neſciat: vſu venire autem ſaepe, vt aliquis acceperit, cognoueritque aliquo pacto, quod in vniuerſum tale eſt: ignoret autem partem ipſius; exempli cauſa veratrum album bilem atram eijcere, nec tamen intelligat, quod ante pedes habet, veratrum eſſe, ſiue ipſum in ſilua inuenire non poſſit.

Ἔτι δὲ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην, ἄλλον τρόπον τῶν νῦν ῥηθέντων, ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις· ἐν τῷ γὰρ ἔχειν μὲν, μὴ χρῆσθαι δὲ, διαφέρουσαν ὁρῶμεν τὴν ἕξιν, ὥστε καὶ ἔχειν πως, καὶ μὴ ἔχειν· οἷον τὸν καθεύδοντα, καὶ μαινόμενον, καὶ οἰνωμένον· ἀλλὰ μὴν οὕτω διατίθενται οἵγε ἐν τοῖς πάθεσιν ὄντες· θυμοὶ γὰρ, καὶ ἐπιθυμίαι ἀφροδισίων, καὶ ἔνια τῶν τοιούτων, ἐπιδήλως καὶ τὸ σῶμα μεθιστᾶσιν· ἐνίοις δὲ καὶ μανίας ποιοῦσι· δῆλον οὖν ὅτι ὁμοίως ἔχειν λεκτέον τοὺς ἀκρατεῖς τούτοις.

Praeterea tenere ſcientiam, alio modo atque ij, qui modo dicti ſunt, ineſt hominibus: quod enim tenent quidẽ, non vtantur autem: videmus habitum differentem, & diſcrepantem, ita vt habeant aliquo modo, & non habeant: veluti & dormientem, & furentem, & vino obrutum: atqui ita affecti ſunt, qui commoti animo ſunt: excandeſcentiae namque, & Veneris cupiditates, atque alia quaedam huiuſcemodi aperte corpus etiam immutant: quibuſdam autem & inſanias gignunt. Apertum igitur eſt nos dicere debere incontinentes ſimiliter, atque hi ſunt, affectos eſſe.

OSTENDIT id, quod dicitur, ſcientiam alicuius rei habere, alio praeterea modo in nobis exiſtere, qui modus tertius eſt: nam non vti ipſa, ſed pati iacere, & aliquo modo ſopitam eſſe,

eſſe,qui primus eſt; contingit duobus modis, quorum prior,cum quiſpiam inertiae deditus,ac ſocordiae non vtitur ijs armis; quibus inſtructus eſt,ad ſententiam ſuam tuendam, veritatemque rei videndam:alter vero,quem nunc aperit,cum oppreſſus eſt aut ſomno,aut inſania,aut vino,vt ſi velit etiam non poſſit: ita autem affectos eſſe affirmat eos, qui aliquo motu animi turbido impediti ſunt,quod teſtatur, & vſu venire hominibus, aperte ſignificat,oſtendens illis motionibus nō ſolum immutari animum,verum etiam corpus ideſt excandeſcentia,& libidine,ardoreque Veneris, & alijs huiuſcemodi non nullis: cum cognitum ſit,aliquando etiam has perturbationes,in furores agere:quare inquit perſpicuum eſt, pares his eſſe incontinentes,qui & ipſi diſcedunt a veteribus ſuis cogitationibus,rationēque deſpiciunt. Poetae autem comici ſaepe declarauerunt,quanta ſit vis, furorque amotis, nam immutare ipſum magnopere animos non ſine magna ſui admiratione clamauit apud Terentium non inſipiens ſeruus:hoc enim efficere ipſum hoc etiam genus hominum vide
» re potuit:inquit enim ille. Di boni,quid hoc morbi eſt,adeo homines immutarier ob amo
» rem,vt non cognoſcas eundem eſſe, & quae ſequuntur.

Τὸ δὲ λέγειν τοὺς λόγους τοὺς ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης, οὐδὲν σημεῖον, καὶ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πάθεσι τούτοις ὄντες, ἀποδείξεις, καὶ ἔπη λέγουσιν Ἐμπεδοκλέους: καὶ οἱ πρῶτον μαθόντες, συνείρουσι μὲν τοὺς λόγους: ἴσασι δ', οὔπω: δεῖ γὰρ συμφυῆναι: τοῦτο δὲ χρόνου δεῖ: ὥστε καθάπερ τοὺς ὑποκρινομένους, οὕτως ὑποληπτέον λέγειν, καὶ τοὺς ἀκρατευομένους.

Edere autem ipſas rationes, quae a ſcientia proficiſcuntur, nullum ſignum eſt: nam & qui his turbidis animi motibus oppreſſi ſunt, demonſtrationes, & carmina Empedoclis edunt; & illi,qui primum didicerunt, orationes quidem connectunt: ſciunt autem, non dum: oportet enim illa coaleſcere: hoc autem eget tempore: quapropter quemadmodum actores fabularum, ſic & exiſtimandum eſt dicere,qui incontinenter viuunt.

REFELLIT aperte,quod aliquis diceret contra iudicium ſuum,qui affirmaret incontinentes tamquam exiſſe e poteſtate,& oblitos eſſe optima praecepta temperantiae: illi enim alebant,videri ſaepe huiuſcemodi aliquos edere ſententias & documenta,quae proficiſcerentur e ſcientia intima,& plena perceptione,veraque virtutis: quare cognoſci inde poſſe, non eſſe verum,quod de illis praedicarat:reſpondet igitur,nullum ſignum eſſe indiciumq; eius rei,id quod illi afferebant,veluti certam eius notam; quod probat exemplo duorum hominum:illorum inquam,qui plane commoti animo,turbatiq;,tamen canunt argumenta, rationesque Empedoclis,verſusque ipſius ſine vllo errore:& puerorum,qui & ipſi,cum primum incipiunt litteras diſcere, recitant, ordineque pronuntiant rationes illas; nec tamen adhuc ſciunt:vt enim,addit,contingat hoc,opus eſt illa haerere animis,& tamquam coaleſcere, quae res eget longo tempore, nec breui obtinetur; quare inquit,ſimili adhuc ad eos redarguendos, & rem magis illuſtrandam, vtens; exiſtimandum eſt, incontinentes verba illa & praecepta edere, ea ratione,qua fabularum actores perſonis illis,quas ſuſtinent,ſeruiunt in ſcena, & ſententias accommodatas ipſis, non ſibi, fortunaeque ſuae edunt.

Ἔτι καὶ ὧδε φυσικῶς ἄν τις ἐπιβλέψειε τὴν αἰτίαν: ἡ μὲν γὰρ, καθόλου δόξα: ἡ δ' ἑτέρα, περὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν, ὧν αἴσθησις ἤδη κυρία: ὅταν δὲ μία γένηται ἐξ αὐτῶν, ἀνάγκη τὸ συμπερανθὲν ἔνθα μὲν, φάναι τὴν ψυχήν: ἐν δὲ ταῖς ποιητικαῖς, πράττειν εὐθύς: οἷον εἰ παντὸς γλυκέος γεύεσθαι δεῖ, τουτὶ δὲ γλυκὺ, ὡς ἕν τι τῶν καθ' ἕκαστον, ἀνάγκη τὸν δυνάμενον, καὶ μὴ κωλυόμενον, ἅμα τοῦτο καὶ πράττειν.

Adhuc & ſic naturali via quiſpiam aſpicere poſſet cauſam: vna enim in vniuerſum opinio eſt: altera autem verſatur in ſingularibus rebus, quarum ſenſus iam dominus eſt: quando vna ex eis conflata fuerit, neceſſe eſt quod concluſum fuerit, hic quidem affirmare animum: in his autem, quae ad efficiendum pertinent, ilico agere: veluti ſi omne dulce guſtare oportet, hoc autem dulce eſt,

tamquam

tamquam vnum quippiam eorum, quae ſingillatim fiunt, neceſſe eſt, eum, qui poſsit, ac non prohibitus ſit, ſimul etiam agere.

CVM diſſoluiſſet quaeſtionem hanc ſimpliciter, & ratione illa, quae propria eſt huius diſciplinae, nunc aliam viam init, admiſcens nouae diſſolutioni eiuſdem nodi quiddam, quod ſumptum eſt a naturae ratione, moreq; res eas agendi: quare non ſincera eſt, vniuſq; generis, ſed temperata e duobus rationibus haec concluſio, in quam nunc incumbit: inquit igitur. Praeterea hoc etiam pacto natura, initijsq; vtens eius doctrinae, aſpicere poſſet aliquis cauſam huius rei, & vnde haec, tamquam culpa, proficiſcitur; vna namque opinionum harum in vniuerſum talis eſt: altera vero ſingularibus rebus conſtat, quarum rerum perceptio peruenit iam ad ſenſum, propriaque ipſius eſt. Quando autem ex ambabus his propoſitionibus vna propoſitio facta fuerit, quae concluſio eſt; ſequitur, vt quod confectum eſt: ex ipſisq; concluſum, hic ideſt in rationibus, quae contentae ſunt cognitione, animum noſtrum id affirmare, prorſusque illo pacto ſe habere, confiteri: in illis vero rationibus, artibusq;, quae moliuntur aliquid, atque agunt: ſtatim dare operam, vt illud ipſum, quod concluſum eſt, efficiatur, exitumq; habeat. Exemplo etiam id, quod dixit illuſtrauit, quod eſt, omne dulce guſtare oportet, hoc autē, quod monſtratur, eſt dulce, quod ſcilicet vnum aliquod eſt ſingularium; neceſſe igitur eſt tunc, reſtatq; hoc ipſum, illum, qui poteſtatem habet eius efficiendi, nullaque re impeditur, ſtatim vt hoc perſpectum eſt, id agere: animaduertendum autem eſt, cum ſupra dixiſſet εἰ δὲ μὲν, conſuetudinem loquendi requirere, & plerumque hoc ſeruari, vt adderetur εἰ δὲ δὲ, pro quo tamen poſuit auctor illud ipſum, ſignificauitque, quod redditione intellectum fuiſſet.

Ὅταν οὖν ἡ μὲν καθόλου ἐνῇ, ἡ κωλύουσα γεύεσθαι: ἡ δὲ, ὅτι πᾶν τὸ γλυκὺ, ἡδὺ: τουτὶ δὲ γλυκὺ: αὕτη δὲ ἐνεργῇ: τύχῃ δὲ ἐπιθυμία ἐνοῦσα: ἡ μὲν λέγει, φεύγειν τοῦτο: ἡ δὲ ἐπιθυμία, ἄγει: κινεῖν γὰρ ἕκαστον δύναται τῶν μορίων: ὥστε συμβαίνει ὑπὸ λόγου πως καὶ δόξης ἀκρατεύεσθαι: οὐκ ἐναντίας δὲ καθ᾽ αὑτὴν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός.

Cum igitur ea, quae in vniuerſum eſt, adfuerit, quae prohibet guſtare: haec vero, omne dulce eſſe iucundum: hoc autem dulce: haec vero eſt, quae agit: haeſerit autem animo tunc cupiditas: haec quidem iubet, fugere hoc; cupiditas autem trahit: mouere enim vnamquamq; partem valet: quare euenit, vt a ratione aliquo modo & opinione incontinentiae opera detur, quae contraria non eſt per ſe, ſed ex accidenti.

CVM expoſuiſſet iam ea, quibus percipitur ordo, ratioq; rerum agendarum, accommodat ipſam ad ea, quae nunc tractat, docenda, nodumq; hunc diſſoluendum. Quando igitur inquit propoſitio vniuerſa, quae vetat guſtare, adfuerit, in animo ſcilicet incontinentis hominis, reſpondet autem haec rationi, quae deterret a flagitijs, turpibusq; factis: altera autē & ipſa non defuerit, quae proficiſcitur ab appetitu, ſuadetque decerpere voluptates, ac dixerit, omne dulce iucundum eſſe, praeſensque adfuerit dulce aliquid, quod monſtratur: haec autem inquit, eſt, quae facit, ac molitur, vt ſaepe enim dictum eſt, agimus ſingularem ſemper aliquam rem: extiteritque illic cupiditas: expoſuit autem pugnam, concertationemque inter ipſas tunc exortam; atque haec ipſarum iubet, fugere, & repudiare hoc: cupiditas autem vocat, & trahit ad ipſum: poſſe autem hoc eam praeſtare, oſtendit, affirmans ipſam excitare, ac mouere cuncta membra, quorum membrorum munere, atq; opera id efficitur: quapropter inquit concludens, contingit vi rationis aliquo modo, & opinionis, concurſuque ambarum harum incontinenter ſe gerere homines, quae opinio per ſe non aduerſatur rationi; ſed euenit hoc.

Ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἐναντία: ἀλλ᾽ οὐχ ἡ δόξα τῷ ὀρθῷ λόγῳ: ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὰ θηρία οὐκ ἀκρατῆ, ὅτι οὐκ ἔχει καθόλου ὑπόληψιν, ἀλλὰ τῶν καθ᾽ ἕκαστα φαντασίαν, καὶ μνήμην.

Cupiditas enim contraria eſt: non autem opinio rectae rationi: quapropter ob hanc etiam cauſam beluae non ſunt incontinentes, quia non habent exiſtimatio-

tionem rerum, quae in vniuerſum fiunt, ſed ſingularium viſionē & memoriam.

CONFIRMANS hoc addit: non enim opinin eſt, quae repugnar rectae rationi: quare nnn eſt culpa, neque cauſa huius mali, ſed cupiditas, libidoque, quae cupiditas ſi abeſſet, nulla concertatin inter ipſos oriri pntuiſſet. Admonere etiam voluit, qund elicitur ex ijs, quae tradidit, & aliquo modn eſt extra ea, quae propria ſnnt huins doctrinae, quare perſpicitur eſſe corollarium: eſt autem ipſum, beluas nnn poſſe appellari incuntinentes, atque hoc, quia non habent exiſtimatinnem rerum, quae in vniuerſum ſnnt: incontiuentia vero ſine hac conſtare nullo modo poteſt; quae eſt, non nportere incumbere in aliquod facinns aftine turpitudini; cui ſententiae conſtandae neceſſaria eſt ratin: ipſi antem, in animo incnntinentis, repugnat appetitus, qui ita vehemens eſt, vt euertat, profligetque ipſam. Cum docuiſſet autem beluas vacuas eſſe a ſcientia rerum, quae in vniuerſum fiunt, oſtendit, quid in ipſis deſiderari non pnſſit, rerum inquam, quae ſingillatim fiunt, phantaſiam tantum, ideſt viſa, vt veteres illi hnc verbum expreſſerunt, & memnriam: reſtat enim in animis beluarum vmbra quaedam, & imago eorum, quae ſenſerunt, atque memnria.

Πῶς δὲ λύεται ἡ ἄγνοια, καὶ πάλιν γίνεται ἐπιστήμων ὁ ἀκρατής, ὁ αὐτὸς λόγος, καὶ περὶ οἰνωμένου καὶ καθεύδοντος: καὶ οὐκ ἴδιος τούτου τοῦ πάθους, ὃν δεῖ παρὰ τῶν φυσιολόγων ἀκούειν.

Quo pacto autem diſſoluitur ignorantia: rurſusq́ ſciens fit incontinens, eadem ratio eſt, quae temulenti, & dormientis, & non propria huius affectus, quam rationem oportet accipere ab his, qui naturam rerum perſcrutantur.

CVM perſpiciatnr ſaepe non nullos, qui incontinenter, enpideque qnippiam fecerunt, nolle id factum t accuſareque ſemetipſos, qui in eam culpam lapſi ſint; videbat auctor quaeri poſſe ab aliquo, qunmndo id cnntingat, vt frangatur inſcitia illa; rurſuſque incnntinens fiat ſciens, qui prius facile paſſus erat, ſibi eripi ſcientiam illam. Simili igitur Ariſtoteles rem declarat; cauſam tamen hatum rerum non affert, ſed vt à phyſico qunniam quaeramus, admnnet: idemque in hac re vſu venire docet, quod ſingulis diebus contingere videmus in temulentn, & dormiente; qni etiam ipſi cum amiſerint ſenſus, nppreſſi & quaſi vincti, ſiue copia vini, ſiue ſumno, reſipiſcunt, inpedimentis ſublatis. Quomndo antem alterum horum diſcutiatur, mnnſtrauit apud Terentinm ebrius ſeruus, cum in-
» quit. Niſi, dum hae ſileſcunt turbae, interea in angulnm aliquo abeam; atque edormi-
» ſcam hnc villi. Sed tedeamus, vnde animi aliquantum reficiendi cauſa, diſceſſimus. Eandem igitur ratinnem eſſe inquit incnntinentium, qui & ipſi cogitatinne, aſpectuque rerum iucnndarum, deliniti, vel potius victi & ſubacti, diſcedunt ab nptimis illis praeceptis; poſtea autem diſcuſſa caligine illa repetitaque natura voluptatum illarum, quae ſincerae ſunt, non iunctae cum dolnre, & paena, reuncant in animum praecepta integra, virtutis. Siqnis autem, nnn contentus hac ſolutione, ſtudeat exquiſitius ſibi fontes aperiri huius quaeſtinnis, accedat ad phyſicos: ipſorum enim propria eſt haec inueſtigatio, qui res nbſcuras & reconditas naturae ſcrutantur: huius autem diſciplinae de mnribus aliena.

Ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία πρότασις, δόξα τε αἰσθητοῦ, καὶ κυρία τῶν πράξεων, ταύτην, ἢ οὐκ ἔχει ὁ ἐν τῷ πάθει ὤν, ἢ οὕτως ἔχει, ὡς οὐκ ἦν τὸ ἔχειν, ἐπίστασθαι, ἀλλὰ λέγειν ὥσπερ ὁ οἰνωμένος, τὰ Ἐμπεδοκλέους, καὶ διὰ τὸ μὴ καθόλου, μηδ' ἐπιστημονικὸν ὁμοίως εἶναι δοκεῖν τῷ καθόλου τὸν ἔσχατον ὅρον.

Quia autem vltima propoſitio, opinioque rei quae ſenſu percipitur, ac domina actionum: hanc, ſiue non habet is, quem turbidus motus occupauit, ſiue ita habet, vt hoc pacto habere non ſit ſcire: ſed recitare, vt temulentus faceret, carmina Empedoclis, & quia non in vniuerſum eſt: neque apta ſcientiae ſimiliter ſe habere videtur ei, qui in vniuerſum eſt vltimus terminus.

INCVMBIT adhuc in eandem quaeſtionem explicandam, quomodo ſcilicet vſu veniat, vt

incon-

incontinens dicatur non ſine cauſa, ſcite ſimul & ignorare, quod facit: redit autem ad id, quod oſtenderat, in animo ipſius duas propoſitiones extare; quarum ſuperior in vniuerſum talis eſt: inferior vero ſingularis, & haec eſt opinio vna earum, quae ſenſu percipiuntur: eademq; eſt regina actionum noſtrarum: gerimus enim ſemper huiuſcemodi aliquid, non quod vniuerſum eſt: hanc igitur ſingularem propoſitionem, eum, qui oppreſſus eſt motu aliquo turbido, dicit, eo tempore non habere: aut ſi penitus ipſa orbatus non eſt, ita tamen habere affirmat, vt illo modo aliquid tenere, non ſit vere tenere; quia reſtat tantum ipſius veſtigium quoddam; nec ſane rem illam ſcire. Modum etiam, quem intelligit, cuiuſmodi eſſet, declarauit: tenerum inquam ita illum, & imbecillum, vt ſungi munere ſuo nequeat; ſed perinde eſſe id dicere ac proferre, atque ſiquis temulentus Empedoclis verſus canat: neque enim quicquam cognoſcit eorum, quae ipſis exponuntur. Addit autem & quia non eſt ratio haec in vniuerſum, & quae accommodata eſt ſententiae; extremus ille terminus ideſt opinio ſingularis in animo ipſius vim habet eandem illam, ob ſpeciem quandam ipſius, quam haberet, ſi eſſet in vniuerſum talis.

Καὶ ἔοικεν ὃ ἐζήτει Σωκράτης συμβαίνειν: οὐ γὰρ τῆς κυρίως ἐπιστήμης εἶναι δοκούσης παρούσης, γίνεται τὸ πάθος: οὐδ᾽ αὕτη περιέλκεται διὰ τὸ πάθος: ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς: περὶ μὲν οὖν τοῦ εἰδότα καὶ μή: καὶ πῶς εἰδότα, ἐνδέχεται ἀκρατεύεσθαι, τοσαῦτα εἰρήσθω.

Et videtur, quod quaerebat Socrates vſu venire: non enim ea, quae proprie videtur eſſe ſcientia per ſe exiſtente, gignitur hic turbidus motus: neque ipſa trahitur huc, & illuc ob hunc motum: ſed, illa, quae ſenſu vtitur: de illo igitur quod eſt, ſcientem, vel non ſcientem; & quomodo ſcientem, contingit, vt incontinentiae aliquis ſe dedat: tot dicta ſint.

VIDET, ſi poſſit aliquo pacto accommodare iudicium Socratis ad ſuam ſententiam, & auctoritate ipſius corroborare opinionem, quam habet de incontinentia: ille namque funditus ipſam ſuſtulerat: inquit igitur, non gigni in animo, ſcilicet incontinentis, hunc affectum, & tamquam delictum, vt agat contra id, quod rectum eſſe ſentit, cum ſcientia, quae videtur, crediturque eſſe domina huius facti, praeſens adeſt, vigetque, neque ipſa, cuius tanta vis, poteſtasque eſt, trahitur tamquam mancipium, quo iucunditas, ſpeſque voluptatis impulerit, ſed ſenſilis opinio eſt, quae abducit ab honeſto, rapitque ipſum in errorem, & contaminat; neque expectari hoc potuit ab integra intelligentia eius rei. Socrates autem hoc attendebat; ideoq; exiſtimabat contingere non poſſe, vt aliquis, qui cognitam haberet turpitudinem vitij, menteque in eam conuerſus foret, poſſet vmquam moliri aliquid contra id, quod firmum, ſtatutumque in animo habeat; imbecillam autem, & tamquam obrutam, delinitamque dulcedine voluptatis eam habere, perinde eſſe exiſtimabat, atque ipſam penitus non habere. In extremo autem breuiter repetit, quod dixerat, & vtitur tamquam peroratione quadam, qua ſignificat, quomodo vſu veniat, vt quiſpiã ſciens incontinenter ſe gerat, vel non, & quomodo ſciens: exiſtimatque ſatis de his diſſeruiſſe.

Πότερον δ᾽ ἐστί τις ἁπλῶς ἀκρατὴς, ἢ πάντες κατὰ μέρος: καὶ εἰ ἔστι, περὶ ποῖά ἐστι, λεκτέον ἐφεξῆς: ὅτι μὲν οὖν περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας εἰσὶν, οἵτ᾽ ἐγκρατεῖς, καὶ καρτερικοὶ, καὶ ἀκρατεῖς καὶ μαλακοὶ, φανερόν.

Utrum autem ſit aliquis ſimpliciter incontinens, ſiue cuncti particulatim: & ſi eſt, circa quales res eſt, dicendum eſt deinceps: verſari igitur circa voluptates, & dolores, continentes, & tolerantes laborum, & incontinentes, & molles, apertum.

SOLVTO priore nodo, quem ſupra indicarat moleſtum eſſe, & non ſine cauſa turbare, ad alterum ſcrupulum euellendum ſe confert, quem poſt ipſum ſignificarat: eſt autem is. Vtrum exiſtat aliquis, qui ſimpliciter, ac ſine vlla appendice, vocetur incontinens, ſiue cuncti, qui

dii, qui hoc nomine notantur, incontinentes appellentur, quia in vna ſola culpa, certa q; labantur ac peccent, quod ſi extet aliquis talis, qui ſemper ſe volutet in eodem flagitio, & quaſi luto, qui nam is ſit: ſtatim autem oſtendit veram, ac propriam materiam huius culpae, & contrariae ipſi laudis, quae materia eſt voluptas corporis, & dolor: in eadem etiam verſari tradit, finitimas his, conſtantiam; & mollitiam; conſtantes enim reſpondent continentibus: molles autem & teneri incontinentibus: quare hic ipſos coniunxit.

Ἐπεὶ δ' ἐστὶ, τὰ μὲν, ἀναγκαῖα τῶν ποιούντων ἡδονήν: τὰ δ', αἱρετὰ μὲν καθ' αὑτὰ, ἔχοντα δ' ὑπερβολήν: ἀναγκαῖα μὲν τὰ σωματικά: λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα: τά, τε περὶ τὴν τροφὴν, καὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωματικῶν, περὶ ἃ τὴν ἀκολασίαν ἔθεμεν, καὶ τὴν σωφροσύνην: τὰ δ', ἀναγκαῖα μὲν, οὔ: αἱρετὰ δὲ, καθ' αὑτά: λέγω δὲ οἷον νίκην: τιμήν: πλοῦτον: καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἡδέων.

Quia autem ſunt, haec quidem efficientia voluptatis, neceſſaria: haec autem, expetenda quidem per ſe, quae tamen ſint expoſita exuperantiae: neceſſaria quidem ſunt, quae ad corpus pertinent: intelligo autem huiuſcemodi, cum dico, quae ad cibum pertinent, & vſum Veneris, & huiuſcemodi demum, in quibus intemperantiam enumerauimus, & temperantiam: haec vero neceſſaria quidem, minime ſunt: expetenda autem per ſe: dico autem, exempli cauſa, victoriam, honorem, diuitias, & reliqua huiuſcemodi è numero bonarum rerum, & iucundarum.

CONSILIVM modo auctoris eſt, docere, qui ſint proprie incontinentes, & qui non proprie, ſed μεταφορικῶς, ita vocati: incipit autem ab his, qui ob ſimilitudinem quandam, quam cum veris habent, & ipſi eodem nomine notantur. Longe autem ducit initium huius praeceptionis, & à primo quaſi capite orditur: diuidit enim ea, quae ſunt efficientia voluptatum, quorum quadam eſſe dicit neceſſaria nobis in vita tuendis: alterum autem ipſorum genus minime neceſſarium, ac quo carere poſſumus ſine damno, periculoq; vllo noſtrae ſalutis: atque perſequens ordine cuncta, peruenit ad id, quod eſt redditio, & vt Graeci interpretes loquuntur ἀνταπόδοσις, ſuperioris illius primoque poſiti ἐπεὶ: illud autem eſt hoc loco valde remotum, ſed tamen tale, quale dixi, niſi fallor, quod ait τὰ μὲν οὖν περὶ ταῦτα, & quae ſequuntur: hoc igitur declarato, conemur explicare totam hanc rationem. Cum dixiſſet Ariſtoteles, duo genera extare eorum, quae gignunt voluptatem, eorumque vnum nobis eſſe neceſſarium: alterum vero ſane non neceſſarium, ſed tamen expetendum, nec vlli culpae affine, ſi modus in ipſo teneatur: tunc autem reprehenſione dignum, ſi nimium ipſius ſumatur. Oſtendit, quae ſint neceſſaria, ipſaque eſſe dicit, quae ad corpus referuntur, quae etiam, qualia ſint, exponit, tradens ea eſſe, quibus alimur, ideſt cibū, potūque, nec non vſum Veneris, huiuſcemodique alia, quibus corpus gaudet: in quibuſque, qui labuntur ac peccāt, affines ſunt intemperantiae; contra autem qui modum ſeruant, laudantur, vt temperantes. Explicato genere hoc rerum iucundarum, tranſit ad alterum, quod eſſe inquit minime neceſſarium, ſed quod & ipſum expetitur, paritque voluptatem, & laetitiam non corpori tamen, ſed animo. Enumeratis autem non nullis huius generis, quae ſint reliqua indicat, eſſeque dicit ipſa, victoriam, honorem, diuitias huiuſcemodique alia, ſine dubio bona extra nos poſita.

Τοὺς μὲν οὖν πρὸς ταῦτα παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὑπερβάλλοντας, τὸν ἐν αὐτοῖς, ἁπλῶς μὲν, οὐ λέγομεν ἀκρατεῖς: προστιθέντες δὲ τὸ, χρημάτων ἀκρατεῖς, καὶ κέρδους, καὶ τιμῆς, καὶ θυμοῦ: ἁπλῶς δ', οὔ: ὡς ἑτέρους, καὶ καθ' ὁμοιότητα λεγομένους: ὥσπερ Ἄνθρωπος, ὁ τὰ ὀλύμπια νενικηκώς: ἐκείνῳ γὰρ ὁ κοινὸς λόγος τοῦ ἰδίου μικρῷ διέφερεν, ἀλλ' ὅμως, ἕτερος ἦν.

Eos igitur, qui in his, contra rectam rationem, quae in ipſis eſt, modum ſuperant; ſimpliciter quidem non dicimus incontinentes, adycientes autem hoc,

Kk pecuniae

pecuniae incontinentes, & quaeſtus, & honoris, & irae: ſimpliciter autem, nullo pacto, vt diuerſos, & qui ſimilitudine quadam ita vocentur, veluti homo; qui olympia vicerat: illius enim communis ratio à propria parum diſcrepabat: verumtamen alia erat.

HAEC eſt redditio, quam ſignificani, explanatioque eorum, quae poſuit: dicit enim eos, qui in his rebus repugnant rectae rationi, in ipſis manenti, nimium ipſarum ſectantes, ſimpliciter appellari non ſolere incontinentes, ſed addita nominataque re, cuius nimium ſumunt, vocari incontinentes pecuniae, honoris, irae: non nullarumque huiuſcemodi aliarum rerum: ſimpliciter autem, & niſi appoſitum fuerit nomen eius rei, nullo pacto, atque hoc merito cuſtodiri tradit, cum alij ſint hi, diſcrepentque a ſuperioribus. Ne turbaret autem quempiam, eodem nomine appellari tam varios, diſſimilesque inter ſe, docet hoc nouum non eſſe, neque inuſitatum, cum inuentus ſit, qui communi nomine omnium mortalium, tamquam ſuo proprioque vteretur: vocatusque ſit homo: notum & illuſtrem eum fuiſſe adiungit: quippe qui vicerat in gymnico certamine, palmamque domum ex Olympia reportarat: rationem enim illius, definitionemque etiam parum diſſenſiſſe, non tamen eandem penitus fuiſſe affirmat cum ratione reliquorum hominum. In II. quoque librorum eorum de moribus, qui magni vocati ſunt; quaeſiuit, an incontinentia, homineſque incontinentes in omnibus rebus dicerentur: in quibus captandis modum nullum tenerent, ſed nimium illarum ſectarentur: appellauit autem eadem fere, quae hic: nam ſolitos eſſe non nullos, quibus ſatis non eſſet tantum illarum rerum capeſſere, quantum oporteret, incontinentes vulgo vocari ſignificauit, paucioribus autem verbis id negauit.

Σημεῖον δέ, ἡ μὲν γὰρ ἀκρασία ψέγεται, οὐχ ὡς ἁμαρτία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς κακία τις, ἢ ἁπλῶς οὖσα, ἢ κατά τι μέρος: τούτων δ᾽, οὐδείς.

Signum autem huius eſt, quod incontinentia vituperatur, non vt erratum ſolum, ſed vt vitium etiam, ſiue ſimpliciter exiſtens, ſiue particulatim: harum autem rerum, nulla.

OSTENDERE volens diuerſos eſſe, qui cum appendice vocantur incontinentes, veluti incontinentes honoris, gloriae, pecuniae, ab his, qui ſimpliciter appellantur incontinentes: hoc inquã probare volens Ariſtoteles argumentatus eſt a ſigno conſuetudineq; hominũ, qui veros incontinentes vituperant, alteros autem dignos, quos vituperent, non arbitrantur: notam igitur, indiciumque hoc eſſe vult, quod ipſa deterior ſit, non ſolum vt delictum, erratumque quoddam, quibus culpis homines facile ignoſcere conſuerunt, aut ſaltem non tam graui nomine ipſas notare, ſed tamquam vitium plenum, atque integrum hoc peccati genus appellare; qui vero inquit, nimium harum rerum appetunt, non ſolent infamare.

Τῶν δὲ περὶ τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις, περὶ ἃς λέγομεν τὸν σώφρονα, καὶ ἀκόλαστον, ὁ μὴ τῷ προαιρεῖσθαι τῶν τε ἡδέων διώκων τὰς ὑπερβολάς, καὶ τῶν λυπηρῶν φεύγων, πείνης, καὶ δίψης, καὶ ἀλέας, καὶ ψύχους, καὶ πάντων τῶν περὶ ἁφὴν, καὶ γεῦσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν διάνοιαν, ἀκρατὴς λέγεται, οὐ κατὰ πρόσθεσιν, ὅτι περὶ τάδε, καθάπερ ὀργῆς, ἀλλ᾽ ἁπλῶς μόνον.

Eorum autem, qui corporis iucunditatibus dediti ſunt, illis inquam, circa quas dicimus temperantem, & intemperantem verſari, is qui non electione rerum iucundarum perſequitur exuperantias, & rerum moleſtarum fugit, famis, & ſitis, & aeſtus, & frigoris, & omnium, quae circa tactum, & guſtatum, ſed praeter electionem & cogitationem, incontinens dicitur, non per adiectionem: quod circa haec, ceu incontinens irae, ſed ſimpliciter tantum.

CVM oſtendiſſet, qui ſint illi, qui cum appendice incontinentes vocantur, & quod iudi-

cium

cium de ipſis homines faciant, nunc declarat, qui ſint proprie incontinentes. Orditur autem explicationem huius rei a diuiſione, quae facta erat corporis voluptatum: inquit enim, e numero corporis voluptatum: illarum inquam, in quibus voluntari dicimus, contrario tamen modo, temperantem, atque intemperantem, qui non conſulto, delectuque rerum habito, ſectatur exquiſitas voluptates, ad ſummumque rerum iucundarum peruenire conatur: declinatque ac longe fugit, triſtium rerum, & quae dolorem magnum pariunt, itidem extrema: quae autem illa ſint, a quibus abhorret toto animo, exponit, antequam ſententiam abſoluat; eſſeque dicit ipſa, famem, ſitimque; eodemque pacto aeſtum, ac frigus, omniumque demum rerum, quae referuntur ad duos hos ſenſus, tactum inquam, & guſtatum, atque hoc facit (iterum enim hoc admonet) ſine delectu, & prouiſione animi; ſed abreptus ſcilicet ſpe iucundi, hic ipſe, inquit, eſt incontinens, non vt ſuperiores illi, cum additamento rerum, in quibus labuntur, quarumque nimium ſectantur, veluti irae, ſed ſimpliciter tantum.

Σημεῖον δέ, καὶ γὰρ μαλακοὶ λέγονται περὶ ταύτας: περὶ ἐκείνων δέ, οὐδεμίαν.

Signum autem huius eſt: etenim molles dicuntur circa has: circa illarum autem, nullam.

VT paulo ſupra fecerat, non a cauſa huius rei argumentatur, ſed a poſteriore, iudicioq; hominum de ipſa re, communique ſermone: molles enim ait, vocantur, qui ſine modo ſe gerunt in his rebus, voluptatibus ſcilicet corporis potiundis, ideſt Venere, & vitio ventris: in illis vero, minime: honore inquam perſequendo, pecuniaque quaerenda, & alijs huius generis rebus.

Καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ταυτὸ τὸν ἀκρατῆ, καὶ ἀκόλαστον τίθεμεν, καὶ ἐγκρατῆ, καὶ σώφρονα, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων οὐδένα, διὰ τὸ περὶ τὰς αὐτάς πως ἡδονάς, καὶ λύπας εἶναι.

Et hanc ob cauſam in idem incontinentem, & intemperantem ponimus, & continentem, & temperantem: non autem illorum quempiam, quia circa eaſdem voluptates, & dolores verſantur.

ADIVNGIT etiam argumentum aliud eiuſdem generis: inquit enim, & haec cauſa eſt, quod in eadem tamquam ſede, ac loco ponimus incontinentem, & intemperantem, vt ſimiles, ac propinquos: eodemque pacto continentem, & temperantem; neminem autem eorum, qui cum additamento incontinentes vocantur, atque hoc facimus, quia in ijſdem propemodum hi voluptatibus verſantur, ſimpliciter incontinentes; atque intemperantes; illi vero in varijs, ac diſſimilibus.

Οἳ δ' εἰσὶ μὲν περὶ ταῦτα, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως εἰσίν: ἀλλ' οἱ μέν, προαιροῦνται: οἱ δ', οὐ προαιροῦνται.

Hi autem verſantur quidem circa haec, non autem eodem pacto: verum hi quidem eligunt, hi autem non eligunt.

NEQVIS forte putaret, vnum, eundemque penitus eſſe incontinentem atque intemperantem, quia dixerat ipſos verſari aliquo modo circa eaſdem voluptates, ac dolores, admonuit non eſſe hoc verum: in quo autem hi diſcrepent inter ſe, oſtendit; etſi enim materia aliquo modo eſt eadem, ratio tamen, modusque, quo ſe in ea gerunt, eſt alius, quem etiam ſignificat: inquit enim alteros horum, id quod turpiter faciunt, conſulto facere: alteros vero minime, ſed cupiditate inflammatos, & ſpecie rei iucundae abreptos.

Διὸ μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν, ὅστις, μὴ δ' ἐπιθυμῶν ἢ ἠρέμα, διώκει τὰς ὑπερβολάς, καὶ φεύγει μετρίας λύπας, ἢ τοῦτον, ὅστις διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα: τί γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειεν, εἰ προσγένοιτο ἐπιθυμία νεανική, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας, λύπη ἰσχυρά.

Quapropter magis intemperantem diceremus eum, qui cupiditate non impulſus, aut leuiter, ſequitur exuperantias, & fugit mediocres dolores, quam huiuſcemodi aliquem, qui, quia vehemēter cupit: quid enim ille feciſſet, ſi acceſſiſſet iuuenilis, ac vehemens aliqua cupiditas, & circa rerum neceſſariarum egeſtates, dolor grauis, & acerbus.

ELICIT ex hac praeceptione corollarium, quo etiam inſtruere nos, atque ornare voluit: tradit enim, vocare nos poſſe verius intemperantem eum, qui ſine cupiditate vlla, aut ſaltem leui, paret libidinibus, ſectaturque nimium corporis voluptatum: vitatque mediocres etiam moleſtias, quàm eum, qui patitur ſe contaminari ardoribus appetitionum: arduum enim eſt ijs reſiſtere, ac repugnare. Addit autem ipſe, quid is faceret, ſi accederet cupiditas vehemens, qualis ſolet adoleſcentes vexare, atque etiam aegritudo ingens ob egeſtatem rerum ad victum neceſſariarum: quomodo enim ferre poſſet tantam aegritudinem. Vt autem auctor hic vocauit ἐπιθυμίας νεανικὰς, cupiditatem iuuenilem, acrem ſignificare volens, ita Euripides in Hippolyto appellauit νόσον νεανικὴν, & ipſe ingentem intelligens, expreſſit autem huiuſcemodi quempiam, collocauitque ipſum nobis ante oculos M. Cicero
„ his verbis. Quem enim deditum voluptatibus? cupiditatum incendijs inflammatum, in
„ ijs potiendis, quae acerrimè corripuiſſet, & quae ſequuntur.

Ἐπεὶ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ τῶν ἡδονῶν, αἱ μέν εἰσι τῷ γένει καλῶν, καὶ σπουδαίων: τῶν γὰρ ἡδέων ἔνια φύσει αἱρετά: τὰ δ', ἐναντία τούτων: τὰ δὲ, μεταξὺ, καθάπερ διείλομεν πρότερον: οἷον χρήματα, καὶ κέρδος, καὶ νίκη, καὶ τιμή: πρὸς ἅπαντα δὲ, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τὰ μεταξὺ, οὐ τῷ πάσχειν, καὶ ἐπιθυμεῖν, καὶ φιλεῖν, ψέγονται, ἀλλὰ τῷ πῶς, καὶ ὑπερβάλλειν.

Quia autem cupiditatum, ac voluptatum; hae quidem ſunt genere honeſtae, ac probae: rerum enim iucundarum quaedam ſunt natura expetendae: hae autem contrariae his: hae vero in medio collocatae: quemadmodum diuiſimus prius: veluti pecunia, & quaeſtus, & victoria, & honor: ad cuncta autem, & ea quae huiuſcemodi ſunt, & ea quae in medio ſita, non quod afficiantur, & cupiant, & ament, vituperantur, ſed quod aliquo modo, & modum ſuperent.

CVM copioſe diſſeruiſſet de incontinentia, quae proprie ita vocata eſt, nunc aditum ſibi patefacit ad alteram, quae non proprie incontinentia appellatur: incipit autem a diuiſione rerum iucundarum, qua ſupra vſus fuerat, repetitque primum, quae dixerat, quibus poſtea adiungit membrum, quod deſiderabatur: neceſſariumque eſt ijs, quae tradi nunc debent, vt abſoluatur, quod initio libri pollicitus eſt: inquit autem, principium ducens a particula orationis, quae poſt ſe trahit id, quod aptum eſt ex ijs, quae ſtatim ponit, vique eorum chareſcit, vt paulo ſupra fecit. quod indicaui: inquit igitur. Quia cupiditatum, ac voluptatum hae quidem ſunt rerum genere honeſtarum & ſtudioſarum: indeque proficiſcuntur: ſtatim autem hoc conſtituit, nequis hoc minime verum putaret; veriſimile eſſe non exiſtimans manare aliquid, quod virtutem oleat, a voluptate, quae voluptas male audit; ait igitur e numero rerum iucundarum, quaedam natura expetenda eſſe, alia autem ait contraria horum inueniri, quae proficiſcuntur a rebus turpibus, ac vitio affinibus: alia vero quae ſunt interiecta inter haec, & in medio collocata, quae autem ſint haec, exemplis declarat, nominat enim pecuniam, quaeſtum, victoriam, honorem, ſequitur autem: quae eſt redditio ſuperioris illius. Quia in cunctis his huiuſcemodique omnibus, quae natura expetuntur, & ijs, quae ſunt medij generis ait, non vituperantur homines, qui ipſis afficiuntur, leuiterque excitantur ad ea potiunda, appetuntque ipſa, & cara habent, ſed illi ſoli, qui certo quodam modo ea amant, iuſtaque ipſorum menſura contenti non ſunt.

Διὸ ὅσοι μὲν παρὰ τὸν λόγον, ἢ κρατοῦνται, ἢ διώκουσι τῶν φύσει τι καλῶν, καὶ ἀγαθῶν

θῶν, οἷον οἱ περὶ τιμὴν καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδάζοντες ἢ περὶ τέκνα, καὶ γονεῖς· καὶ γὰρ ταῦτα τῶν ἀγαθῶν· καὶ ἐπαινοῦνται, οἱ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες, ἀλλ' ὅμως ἔστι τις ὑπερβολὴ καὶ ἐν τούτοις· εἴ τις ὥσπερ ἡ Νιόβη, μάχοιτο καὶ πρὸς τοὺς θεούς· ἢ ὥσπερ Σάτυρος, ὁ φιλοπάτωρ ἐπικαλούμενος, περὶ τὸν πατέρα· λίαν γὰρ ἐδόκει μωραίνειν.

Quapropter cuncti illi, qui praeter rationem, ſiue ſubiguntur, ſiue perſequuntur quippiam eorum, quae natura ſunt honeſta, & bona, ceu qui circa honorem, & plus ſtudij, quam oportet, adhibentes in illo: ſiue circa liberos, & cognatos: haec enim in numero bonorum habenda ſunt: & laudantur, qui in his plurimum curae ponunt: verumtamen eſt quaedam in his quoque exuperantia; ſiquis, quemadmodum Niobe, pugnet etiam contra Deos, vel quemadmodum Satyrus, patris amator cognominatus, qui circa patrem peccabat: valde enim videbatur inſanire.

Et hoc corollarium eſt, quod dnctum eſſe perſpicitur e ſuperiore explicatione quo corollario tradit, quod fortaſſe aliqnis non facile crederet, in illis etiam rebus, quae natura expetuntur poſſe peccari, inquit enim. Quapropter vniuerſi illi qui, ſpreta ratione, patiuntur ſe labefactari, ac vinci ab ijs, quae natura honeſta ſunt, ac bona, aut ſaltem toto pectore huiuſcemodi aliquid ſectantur: intelligi autẽ debet, reprehenduntur, ac culpae affines ſunt; quod patet ex ijs, quae infra ponit, ante tamen quam eo perueniat, vno exemplo docet, quae ipſa ſint, ideſt honoris: ſtatimque redit ad errorem horum oſtendendum, inquit enim; & pluſquam rectum eſt ſtudij amoriſque adhibentes erga liberos, aut parentes, quae numerari debere in bonis ſignificat, quod probat, conſenſu hominum ac iudicio, ſiquis forte inueniretur, qui in hoc ab ipſo diſſentiret, qui laudant eos filios, qui diligunt parentes, & patres, qui amant liberos: adiungit autem poſt haec, quae clauſula eſt totius rationis, quamuis hoc ſit, ordineque fiat, tamen in hoc quoque nimium manere, requirique modum; quod declarat exemplis valde notis, & illuſtribus, Niobes, & Satyri, cui cognomen inditum fuit à nimio hoc, & ſtulto amore: nam alijs etiam fortunatis viris, ac regibus hoc contigit, vt cognomen adipiſcerentur ob indulgentiam liberorum erga patrem aut matrem.

Μοχθηρία μὲν οὖν οὐδεμία περὶ ταῦτ' ἐστὶ, διὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι φύσει τῶν αἱρετῶν ἕκαστόν ἐστι δι' αὑτό· φαῦλαι δὲ καὶ φευκταὶ αὐτῶν εἰσιν αἱ ὑπερβολαί· ὁμοίως δὲ, οὐδ' ἀκρασία· ἡ γὰρ ἀκρασία, οὐ μόνον φευκτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ψεκτῶν ἐστι.

Prauitas igitur nulla circa haec eſt, ea de cauſa, quae dicta eſt, quod natura vnumquodque horum expetendum eſt propter ſe: malae autem, & fugiendae ſunt ipſorum exuperantiae: ſimiliter autẽ neque incontinentia: incontinentia namque non ſolum fugienda res eſt, ſed etiam eſt vna rerum vituperabilium.

Concludit in harum rerum appetitione non manere prauitatem nec ſcelus vllum, poſſeque ipſas expeti ſine macula, cuius ſuae ſententiae cauſam adfert, vel potius ipſam repetit, cum ſignificet, eam a ſe prius expoſitam eſſe, cum ſint cuncta haec natura optanda per ſe; quare, ſiquid aliquando culpae in ipſas cadit, id totum a nobis proficiſcitur: mala igitur eſſe inquit ipſarum nimia deſideria, atque exuperantias. Addit autem, quemadmodum in ipſis non viſitur prauitas, ita etiam neque incontinentia proprie hoc nomine vocata, cum ipſa ſit non ſolum declinanda, abigendaque a nobis, verum etiam vna rerum illarum, quae vituperantur, ac merito quidem.

Διὰ ὁμοιότητα δὲ τοῦ πάθους προσεπιτιθέντες τὴν ἀκρασίαν, περὶ ἑκάστου λέγουσιν. οἷον, κακὸν ἰατρὸν, καὶ κακὸν ὑποκριτὴν, ὃν ἁπλῶς οὐκ ἂν εἴποιεν κακόν· ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐνταῦθα διὰ τὸ μὴ κακίαν εἶναι ἑκάστην αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ ἀνάλογον ὁμοίαν, οὕτω δηλονότι κἀκεῖ ὑπολη-

πλέον μόνην ἀκρασίαν, καὶ ἐγκράτειαν εἶναι, ἥτις ἐστὶ περὶ τὰ αὐτὰ τῇ σωφροσύνῃ, καὶ τῇ ἀκολασίᾳ: περὶ δὲ θυμὸν καθ᾽ ὁμοιότητα λέγομεν: διὸ καὶ προστιθέντες, ἀκρατῆ θυμοῦ, ὥσπερ τιμῆς, καὶ κέρδους φαμέν.

Propter ſimilitudinem autem perturbationis, adycientes homines incontinentiam, circa vnumquemque dicunt, ceu, malum medicum, & malum hiſtrionem, quem ſimpliciter non appellarent malum: quemadmodum igitur neque hic, quia non eſt vitium vnaquaeque ipſarum, ſed proportione ſimilis, ita ſcilicet & illic exiſtimandum eſt, ſolam dumtaxat incontinentiam, & continentiam eſſe, quae quidem verſatur circa eadem, atque temperantia, & intemperantia: circa iram autem propter ſimilitudinem quandam dicimus: quapropter adiuncto eo, dicimus incontinentem irae, veluti honoris, & quaeſtus.

ADIVNGIT etiam, rei magis illuſtrandae cauſa, eum oſtendiſſet, ob ſimilitudinem motus animi, qui viſitur in veris incontinentibus, & in his, qui ſpeciem quandam, & vmbram illorum habent, diſtinguere homines ipſos conſueſſe, adponentes, in qua potiſſimum re iuſtum finem tranſeunt, eodem pacto quo malum medicum, malum hiſtrionem dicerent eum, quem ſimpliciter, ac ſine additamento illo numquam dixiſſent malum; idem etiam ſeruaretur in alijs artibus, ac ſtudijs: qui enim peccarent in ipſis, nec bene cognitas eas haberent, mali & ipſi vocarentur, veluti mali poëtae, mali oratores; nam ſine appendice intelligerentur improbi mortales. Sequitur apud auctorem, idem hoc, quod expoſui, declarare volentem; quemadmodum igitur neque hic, quia ſingulae hae non abſolutae artes non ſunt plenae, neque vacuae ab errore quopiam, ſed proportione ſimiles ſunt, ita illic exiſtimandum eſt vſu venire, vt incontinentia ſolum, & continentia ſit illa, quae verſatur in eodem quaſi campo, quo temperantia & intemperantia: illa autem eſt voluptas, quae capitur e Venere, & e vitio gutturis ac ventris; quae autem incontinentia eſt inquit in ira, atque excandeſcentia, ita appellatur ob ſimilitudinem quare ait, id apponentes dicimus quempiam incontinentem, eodem pacto, quo honoris, & lucri.

Ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶν ἔνια μὲν ἡδέα φύσει, καὶ τούτων τὰ μὲν, ἁπλῶς: τὰ δὲ, κατὰ γένη, καὶ ζώων, καὶ ἀνθρώπων: τὰ δ᾽ οὐκ ἔστιν: ἀλλὰ τὰ μὲν, διὰ πηρώσεις: τὰ δὲ, δι᾽ ἔθη γίνεται: τὰ δὲ, διὰ μοχθηρὰς φύσεις.

Quia autem ſunt quaedam iucunda natura, & horum haec quidem ſimpliciter: haec vero per genera, & animalium, & hominum: haec autem non ſunt; ſed partim iucunda ob debilitates corporum, partim conſuetudine fiunt: partim ob prauas naturas.

CVM copioſe, ſubtiliterque expoſuiſſet, quae pertinent ad continentiam, atque incontinentiam, & proprie ita vocatas, ſimpliciterque, atque improprie, & ſimilitudine quapiam ipſarum, quae ſane cadebant in naturam humanam; nunc tranſit ad ea vitia oſtendenda, quae propria beluarum ſunt, migrantque e finibus ingenij, condicionisque hominum: reuocat autem ſuperiorem diuiſionem, & eum primo exponat, vel indicet potius, quae voluptatem natura gignunt ſimpliciter, ac ſine diſcrimine vllo variarum animantium; id autem cibus eſt, & quo aluntur: ſine namque alimento non poſſunt vitam tueri; tradit inueniri alia, quae iuuent, delectentque certa quaedam genera ipſarum, nec tamen omnia, vt ſunt certi quidam cibi, & voluptates, quae variantur, variatis generibus animantium, quemadmodum etiam hominum: nam genera hominum videtur appellaſſe naturas ac mores: ſignificat etiam inueniri quaedam efficientia voluptatum, quae natura non conſtant, ſed potius ipſi repugnant, quem autem ortum haec habeant, & vnde proficiſcantur, declarat: ſunt autem plures fontes horum flagitiorum, ac ſcelerum, vt tradit, cum pars ipſorum naſcatur, quia qui dant operam his, id faciunt, quia debilem, mancamque partem aliquam corporis habeant, quae ſeruit voluptatibus his; alij ob veterem conſuetudinem

commit-

committant, vt alij etiam quidam ob prauam naturam, & ingenium alienum penitus ab humano cultu: tales enim quidam aliquando naſcuntur.

Ἔστι καὶ περὶ τούτων ἕκαστα παραπλησίας ἰδεῖν ἕξεις: λέγω δὲ τὰς θηριώδεις, οἷον, τὴν ἄνθρωπον, ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν, τὰ παιδία κατεσθίειν, ἢ οἵοις φασὶ χαίρειν ἐνίους τῶν ἀπηγριωμένων περὶ τὸν πόντον: τοὺς μὲν, ὠμοῖς: τοὺς δὲ, κρέασιν ἀνθρώποις: τοὺς δὲ, τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν, ἢ τὸ περὶ Φάλαριν λεγόμενον: αὗται μὲν θηριώδεις.

Licet & circa ſingula haec aſſimiles videre habitus: dico autem ferinos, quemadmodum aiunt de muliere, quam dicunt, praegnantes ſcindentem, infantes teneros deuorare ſolitam: vel quibus ferunt gaudere efferatos quoſdam homines circa Pontum: hos quidē ipſorum, crudis carnibus veſci: hos vero, humanis: alios non nullos, mutuos ſibi dare infantes ad epulandum: vel quod fama fertur de Phalari: atque hi quidem habitus ſunt ferini.

HAEC eſt redditio ſuperioris illius. Quia ſunt quaedam, iucunda quidem natura: aptumque eſt inde, quod modo ſequitur, de quo more praecipiendi quippiam, applicandique nouum aliquod documentum ſuperiori, paulo ſupra etiam locutus ſum. Eſt autem is creber apud hunc optimum auctorem, vt Graeci, veteres ipſius interpretes admonent: inferioris autem aetatis Latini, qui videntur hoc non valde animaduertiſſe, laborant ſaepe, nec ordinem ſententiarum, vnde illae pendeant, facile aperiunt; quare non alienum putaui, vt ſuperiores illi faciunt, hoc aliquando indicare. Licet igitur nobis, inquit, in ſingulis his intueri habitus animi aſſimiles, qui tamen lōgo interuallo ipſos vincant malignitate, quod ſignificauit appellans eos ferinos, propriosq; beluarum, quales autem hi ſint exemplis declarauit: veluti enim ait feminam, quam ferunt ſolitam, praegnantes mulieres aperire, tenerisque infantibus, ex vtero ipſarum erutis, veſci. Siue inquit, quibus cibis gaudere mortales non nullos, agreſtes admodum, efferatosque in Ponti locis, terrisque illis, alienis ab omni humanitate, quorum, vt commemorat, non nulli veſcuntur crudis carnibus; alij autem humanis dapibus. Adiungit etiam tertium, quod & ipſum ponit nobis ante oculos inſignem eorum ſaeuitiam: morem enim eos habuiſſe narrat mutuos dare, & accipere filios inter ſe, cum conuiuari volebant; ſiue inquit illud, quod memoriae proditum eſt de Phalari, quod tamen quale fuerit non narrat, ſed Clearchus vetus ſcriptor litteris in ſcriptis ſuis de vitis mandauit, vt legitur apud Athenaeum: dixit enim ipſum eo crudelitatis veniſſe, vt infantibus, ab vberibus nutricum raptis, aleretur. Lapſi autem ſunt interpretes in duobus his exemplis exponendis: neque enim viderunt etiam, quid valeat illud δανείζειν παιδία εἰς εὐωχίαν; idem enim ſignificat, quod peruulgata illa vox Graecorum, quā vertit M. Cicero pro L. Flacco, cum eſſe nullam teſtimoniorum fidem apud eos oſtenderet; inquit enim. Da mihi teſtimonium mutuum. Graeca enim verba, quibus hoc exponebant, ſunt: δάνεισόν μοι μαρτυρίαν: valet igitur, mutuos dare inter ſe natos ſuos ad epulas, ſtruendumque conuiuium.

Αἱ δὲ, διά τε νόσους γίνονται, καὶ μανίαν ἐνίοις: ὥσπερ ὁ τὴν μητέρα καθιερεύσας, καὶ φαγὼν, καὶ ὁ τοῦ συνδούλου τὸ ἧπαρ: αἱ δὲ, νοσηματώδεις, ἢ ἐξ ἔθους: οἷον αἱ τῶν τριχῶν τίλσεις, καὶ ὀνύχων τρώξεις: ἔτι δ' ἀνθράκων, καὶ γῆς.

Hi autem, propter morbos quibuſdam innaſcuntur & inſaniam: quemadmodum ille, qui matrem imolauit, & comedit, & qui conſerui iecur: hi autem ex morbo, vel conſuetudine, veluti pilorum euulſiones, & vnguium comeſtiones: adhuc autem carbonum, & terrae.

TRADIT huiuſcemodi quaſdam alias voluptates exoriri a morbis corporis, ſiue etiam ab inſania, quarum etiam exempla ponit; primum earum, quae proficiſcuntur a furore, qualis fuit inquit, eius, qui matrem tamquam victimam, imolauit, & carnes eius comedit:

ſiue

ſiue illius, qui conſerui iecur vorauit; quae vero ſint; quae a morbo proficiſcantur, ſiue a mala conſuetudine, nominauit, perſonis nullis notatis, ſed tantum his ſtultis incunditatibus ſignificatis, veluti inquit, pilos ſibi euellere; comedere ſuos vngues; praeterea carbones. ac tellurem, cui vitio virgines non paucae affines ſunt, quae inde nullo pacto abſterreri poſſunt. In altero quoque auctoris de moribus libro, quorum index eſt ἠθικὰ μεγάλα, meminit huius incontinentiae, quae ortum ducit a morbo, cum diuiſiſſet eam in naturalem, & hanc ipſam: cumque eam exemplis aperire vellet, vſus eſt non ſolum eadem re, ſed iiſdem prope verbis; inquit enim, οἷον εἴ τις, οἱ τίλλοντες τρίχας, διατρώγουσι. Notum autem eſt, Catullum quoque morbum appellaſſe in Egnatio huiuſcemodi quamplurimis ipſius conſuetudinem omnibus locis, ac temporibus ridendi, quae non naſceretur a natura, neque a vetere more; ſed ab inſulſo amore laudis, quae non niſi ſtenuis, & exilis eſſe poſſet ea de cauſa; inquit enim, Hunc habet morbum, Neq; elegantem, vt arbitror, neq; vrbanum.

Πρὸς δὲ τούτοις, ἡ τῶν ἀφροδισίων τοῖς ἄῤῥεσι: τοῖς μὲν γὰρ, φύσει: τοῖς δ' ἐξ ἔθους συμβαίνουσιν: οἷον τοῖς ἐθιζομένοις ἐκ παίδων.

Praeterea vſus Veneris cum maribus: his namque, natura: his autem conſuetudine contingunt: veluti his, qui a pueris aſſueti fuerint.

Adiungit his nefariũ vſum Veneris cum maribus, quem duos ortus habere oſtendit: partim enim illum naſci ait a natura, cum inueniantur, qui tamquam facti ſint, ipſius naturae vi, ad hanc voluptatem; quod Plato etiam in fabula illa ſua ſignificare videtur; partim autem, quia ipſi a pueris turpiter aliorum libidini ſeruierunt.

Ὅσοις μὲν οὖν φύσις αἰτία, τούτους μὲν, οὐδ' ἂν εἷς εἴποι ἀκρατεῖς: ὥσπερ οὐδὲ τὰς γυναῖκας, ὅτι οὐκ ὀπύουσι, ἀλλ' ὀπύονται; ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς νοσηματωδῶς ἔχουσι δι' ἔθος.

Quibuſcumque igitur natura cauſa eſt: hos quidem, nemo vmquam vocaret incontinentes: quemadmodum neque mulieres, quod non ſubigunt, ſed ſubiguntur: ſimili modo autem & eos, qui proni ſunt ad morbos ob conſuetudinẽ.

Cum diſtinxiſſet eos, qui dant operam nefandae Veneri, ipſorumque vnos dixiſſet, natura impulſos id facere: alteros vero, quod olim aſſueti ſunt turpiter pati; quare imitantur eos, qui flore aetatis ipſorum abuſi fuere; addit nunc priores illos, qui naturae parent, neminem merito poſſe vocare incontinentes, quod exemplo confirmat; verumque eſſe docet: nemo enim inquit feminas vocaret incontinentes, quod ſuccumbunt viris, non eos ineunt, ſubiguntque: ita enim ſe gerunt, vt natura inſtituit: in ſe namque concipiunt, non in mares ſemen iaciunt: Eodem pacto ſe rem habere oſtendit in illis, qui hunc tamquam morbum habent: mancique ac mutilati facti ſunt ob prauam conſuetudinem: ipſi enim quoque migrant e natura vera, & tamquam tranſeunt in alienam: quanta autem vis ſit conſuetudinis, facile omnes nouerunt; non dubitant autem illi, qui audiuerunt Ariſtotelem dicentem, fieri ipſam tempore naturam.

Τὸ μὲν οὖν ἔχειν ἕκαστα τούτων, ἔξω τῶν ὅρων ἐστὶ τῆς κακίας, καθάπερ καὶ ἡ θηριότης: τὸ δ' ἔχοντα κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι, οὐχ ἡ ἁπλῆ ἀκρασία, ἀλλ' ἡ καθ' ὁμοιότητα: καθάπερ καὶ τὸν περὶ τοὺς θυμοὺς ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον τοῦ πάθους, ἀκρατῆ δ' οὐ λεκτέον.

Affinem igitur eſſe ſingulis his, extra fines vitij eſt: quemadmodum etiam feritas eſt: affinis autem cum aliquis ſit, vincere, ſiue vinci, non eſt ſimplex incontinentia: verum ea, quae per ſimilitudinem: quemadmodum & eum qui circa iram ſe habeat eodem modo motionis, incontinentẽ autẽ dicere non oportet.

Docet, quod ſentire nos oporteat de his, qui ſiue natura deprauati, ſiue mala conſuetudine corru-

ne corrupti abeunt e finibus humanae naturae: incontinentiamque oſtendit ipſorum eſſe, tamquam feritatem, atque immanitatem quandam. Addit etiam, qui ea teneatur, vexeturque, & tamen vincat ipſam in ea pugna, ſiue ab ipſa vincatur, hanc ipſorum ſiue continentiam, ſiue incontinentiam, non eſſe veram incontinentiam, ſed ſimilitudine quadam vera, proprieque ita appellari; id quod ſimili declarauit: idem enim in hac vſu venire inquit, quod contingit in incontinentia irae, quae ſi immodica eſt, itaq; afficit hominem, vt furenter iraſcatur, immanis ille in eo motu animi, non incontinens dicendus eſt.

Πᾶσα γὰρ ὑπερβάλλουσα κακία, καὶ ἀφροσύνη, καὶ δειλία, καὶ ἀκολασία, καὶ χαλεπότης: αἱ μὲν, θηριώδεις: αἱ δὲ, νοσηματώδεις εἰσίν: ὁ μὲν γὰρ φύσει τοιοῦτος, οἷος δεδιέναι πάντα, κἂν ψοφήσῃ μῦς, θηριώδη δειλίαν δειλός: ὁ δὲ, τὴν γαλῆν ἐδεδίει διὰ νόσον.

Omnē enim, quod modum ſuperat vitium, & dementia, & timiditas, & intemperantia, & aſperitas: hae quidem, ferinae ſunt: hae autem, proficiſcuntur à morbis: qui enim ingenio talis eſt, vt omnia paueat, etiam ſi mus ſtrepitum ediderit, genere ferinae timiditatis timidus eſt: extitit alius qui morbo affectus, felem metuebat.

Qvod in ira fieri inquit, idem communiter ſeruari debere ait, eum omnis culpa grauis, & quaſi dementia, veluti etiam timiditas talis, & intemperantia, necnon aſperitas morum; inde naſcantur: partim enim earum ſunt ferinae, partim morboſae. Mouſtrat autem exemplis, & tamquam ponit nobis ante oculos, qui ſint hi, qui modum cotidianorum vitiorum non ſeruant: qui enim inquit, ita natura factus eſt, vt metuat cuncta, ſi ſorex etiam ſtrepitum aliquem ediderit, hic formidoloſus erit, genere illo formidinis, quod proprium eſt beluarum: Extitiſſe etiam quendam narrat, qui timebat felem propter morbum.

Καὶ τῶν ἀφρόνων: οἱ μὲν ἐκ φύσεως ἀλόγιστοι, καὶ μόνον τῇ αἰσθήσει ζῶντες, θηριώδεις, ὥσπερ ἔνια γένη τῶν πόῤῥω βαρβάρων: οἱ δὲ, διὰ νόσους: οἷον τὰς ἐπιληπτικὰς, ἢ μανίας νοσηματώδεις.

Et è ſtultorum numero, qui quidem natura expertes ſunt ratiocinationis, & tantum ſenſui in vita parent, ſimiles beſtijs ſunt, veluti quaedam gentes à finibus Graecorum, remotorum Barbarorum: hi autem propter morbos, veluti comitiales, vel inſanias ortas a morbis.

Adivngit etiam duplex eſſe genus ſtultorum hominum cum reperiantur, qui natura fatui, ſtolidique ſint, ac viuant ſolum ſenſu, qui ſane pares beluis ſunt, quales inquit, inueniri gentes quaſdam barbaras, remotas a finibus Graecorum. Alios autem extare tradit, qui morbo, veluti orbati ratione ſint, nam etiam morbi corporis tales quoſdam reddunt, vt oſtendit; inquit enim comitialē morbum hoc efficere, quemadmodum etiam inſanias non nullas, quas corporis morbi conflant.

Τούτων δ᾽ ἔστι μὲν ἔχειν τινὰ ἐνίοτε μόνον, μὴ κρατεῖσθαι δέ: λέγω δὲ, οἷον εἰ Φάλαρις κατεῖχεν, ἐπιθυμῶν παιδίου φαγεῖν, ἢ πρὸς ἀφροδισίων ἄτοπον ἡδονήν: ἔστι δὲ καὶ κρατεῖσθαι, μὴ μόνον ἔχειν.

Horum autem fieri poteſt, vt aliquis quaedam dumtaxat habeat, non vincatur autem ab his: ſignifico autem, veluti ſi Phalaris ſibi temperaret cupiditate flagrans comedendi puerum, ſiue abutendi flore aetatis ipſius ad obſcenam voluptatem: contingit autem & ſuperari, non ſolum teneri.

Manet adhuc in explicandis ijs, quae pertinent ad prauum ſunditus animum oſtendendum, &

dum, & qui exierit e finibus humanarum voluptatum, ac culparum : contingere enim inquit in ipſis, vt aliquando quiſpiam corripiatur his cupiditatibus, nec tamen vincatur ab ipſis, ſed reſiſtat illis, quod declarat exemplo duarum, huius generis, cupiditatum ; veluti enim inquit, ſi Phalaris ſe inde cohibuiſſet incenſus deſiderio infantem vorandi, aut ſi ue alius non indulgeret flagitioſae Veneri, qui inflammato animo expleri ipſa cuperet. Vſu venire etiã inquit, vt aliquis pareat immanibus voluptatibus, nec tantum ipſis capiatur.

Ὥσπερ οὖν καὶ μοχθηρία· ἡ μὲν, κατ' ἄνθρωπον, ἁπλῶς λέγεται μοχθηρία· ἡ δὲ, κατὰ πρόσθεσιν, ὅτι θηριώδης ἢ νοσηματώδης· ἁπλῶς δ', οὔ· τὸν αὐτὸν τρόπον δῆλον ὅτι καὶ ἀκρασία ἐστίν· ἡ μὲν, θηριώδης· ἡ δὲ, νοσηματώδης· ἁπλῶς δὲ ἡ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολασίαν μόνη· ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία, καὶ ἐγκράτεια ἐστὶ μόνον περὶ ἅπερ ἀκολασία, καὶ σωφροσύνη, καὶ ὅτι περὶ τὰ ἄλλα ἐστὶν ἄλλο εἶδος ἀκρασίας, λεγόμενον κατὰ μεταφορὰν, καὶ οὐχ ἁπλῶς, δῆλον.

Quemadmodum igitur prauitas, quae quidẽ, ex natura humana eſt ſimpliciter dicitur prauitas: haec vero cum adiectione, quod ferina eſt, vel à morbo profecta: ſimpliciter autem, minime: eodem igitur modo perſpicuum eſt, in incontinentia ſe rem habere: haec quidem ferina eſt: haec autem, è morbo nata: ſimpliciter autem ea ſola, quae humanae intemperantiae par eſt: verſari igitur incontinentiam, & continentiam dumtaxat circa ea, in quibus verſatur intemperantia, & temperantia, & circa alia eſſe aliud genus incontinentiae, quod tranſlato verbo dictum eſt, & non ſimpliciter, perſpicuum eſt.

CVM oſtendiſſet hoc, repetita hac ipſa doctrina, magisque explanata, hoc pacto. Quemadmodum igitur prauitatum, vehementiumque cupiditatum, haec quidem, quae eſt ingenij humani, ſimpliciter vocatur prauitas, haec vero non ſine appendice, quae cuiuſmodi ſit, ipſam declaret: eſſe enim inquit ipſam ferinam & immanem, ſiue a vitio corporis profectam; nec aliter ſignificari poſſe; ita etiam incontinentiarum quoddam genus eſſe inquit, quae ſiue ferinae ſunt, ſiue a morbo ortae: ſimpliciter autem incontinentiam appellari tradit illam, quae reſpondet intemperantiae, & ipſam quidem ſolam. Sequitur poſt haec quaſi peroratio, qua commemorat, quid proxime fecerit: perſpicitur autem, ipſum declarare voluiſſe, quae ſit vera incontinentia, & continentia, & quae ſit materia, ac tamquam campus ipſarum, quod praeſtitit, itidemque planum, & apertum eſſe teſtatur, ambas has, cum vſurpantur de re quapiam, quae materia non ſit temperantiae atque intemperantiae, appellari tunc ob ſimilitudinem quandam, quam habent cum veris, ac proprijs.

Ὅτι δὲ καὶ ἧττον αἰσχρὰ ἀκρασία ἡ τοῦ θυμοῦ, ἢ ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν, θεωρήσωμεν· ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου· παρακούειν δέ· καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ λεγόμενον, ἐκθέουσιν· εἶτα ἁμαρτάνουσι τῆς προστάξεως, καὶ οἱ κύνες, πρὶν σκέψασθαι εἰ φίλος, ἂν μόνον ψοφήσῃ, ὑλακτοῦσι· οὕτως ὁ θυμὸς, διὰ θερμότητα, καὶ ταχυτῆτα τῆς φύσεως, ἀκούσας μέν· οὐκ ἐπίταγμα δὲ ἀκούσας ὁρμᾷ πρὸς τὴν τιμωρίαν· ὁ μὲν γὰρ λόγος ἢ ἡ φαντασία, ὅτι ὕβρις, ἢ ὀλιγωρία, ἐδήλωσεν· ὁ δ', ὥσπερ συλλογισάμενος ὅτι δεῖ τῷ τοιούτῳ πολεμεῖν, χαλεπαίνει δὴ εὐθύς.

Eſſe autem minus turpem incontinentiam irae, quam cupiditatum, videamus: videtur enim ira audire ſane rationem: ſed perperam audire; more miniſtrorum nimis celerium, qui, prius quam audierint totum, quod praecipitur illis, excurrunt: deinde peccant in mandato peragendo; & canes, priuſquam perſpexerint, ſi amicus, eſt ſi tantum ſtrepuerit, latrant: ſic ira ob calorem, & celeritatem naturae, cum audiuerit quidem: non tamen quod praeceptum eſt, acceperit, impetu quodam fertur ad vlciſcendum: ratio enim, ſiue viſio, declarauit, fuiſſe illam contumeliam, ſiue contemptum: ira autem, tamquam concluſum

ſum ſit, oportere contra hunc pugnare, ilico aſperum ſe contra illum praebet.

C**vm** oſtenderit dno eſſe genera incontinentiae, quorum vnum eſt proprie vocata incontinentia, quae manet in eodem campo, voluptatumque genere, quo intemperantia: alterum qnod variam materiam habet, vagaturque libere per alienos fines, confert nunc poſterius genus cum priore: docetque, minus turpem eſſe incontinentiam irae, quam ſit incontinentiam cupiditatum; id qnod probat plnribus argumentis, quorum primum eſt, quod videri inquit, iram auſcnltare rationem, ſed peccare, ac labi, quia non plene audit, ob cupiditatem, qua flagrat, vlciſcendi, quam ſe putat accepiſſe iniuriam: videri autem ait ipſam auſcultare, quia vere non audit, cum motus hic animi ſit rationis expers. Similibus autem duobus vtitur ad hoc conſtituendum, quorum prius eſt, qnod inquit, homines pronos ad iram eſſe pares famulis celeribus; qui antequam plene acceperint, quod mandatur ipſis a dominis, excurrunt, deinde in re ipſa adminiſtranda errant. Alterum autem, canum illorum, quibus vtimur cnſtodiae cauſa, qui canes & ipſi priuſquam viderint, ſi familiaris eſt, aut fur, ſtatim latrant, incurruntqne in eum, ſi modo increpuerit: eodem pacto inquit animus, excandeſcentiaque ob calorem, velocitatemque ſuae naturae cum audierit, mandatumqne non omnino auſcultauerit, fertur ad paenas capiendas ab eo, qui laeſerit; Accurate autem exponit totam rem, & quomodo gignatur haec feſtinatio, declarat; eodem enim pacto inquit ratio, ſiue phantaſia illa ſit, contumeliam eam fuiſſe iudicat, ſiue contemptum ipſius: ille vero, animus inquam, tamquam ſubducta ratione, concludenſque rectum eſſe, oportereque aduerſus talem hominem, atque ita improbum ſaeuire, ilico commouetur, acerbumque contra eum ſe praebet. In II. quoqne libro auctoris de moribus, qui magni appellantur, quo loco itidem ponit hanc quaeſtionem, in ea explicanda, vtitur eodem hoc ſimili eri, & puerorum, nimis properorum ad imperia ipſius exequenda: totumque hoc apertius etiam exponit, vno tamen ipſo contentus illic fuit: nec alterum, quod hic, ſimile attulit.

Ἡ δ' ἐπιθυμία, ἐὰν μόνον εἴπῃ ὅτι ἡδὺ ὁ λόγος, ἢ ἡ αἴσθησις, ὁρμᾷ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν: ὥσθ' ὁ μὲν θυμὸς, ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ πως: ἡ δ' ἐπιθυμία, οὔ: αἰσχίων οὖν: ὁ μὲν γὰρ τοῦ θυμοῦ ἀκρατὴς, τοῦ λόγου πως ἡττᾶται: ὁ δὲ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ οὐ τοῦ λόγου.

Cupiditas autem, ſi ſolum ratio dixerit, vel ſenſus, eſſe illud iucundum, exemplo ſe conijcit ad illud fruendum: quapropter ira aliquo modo comitatur rationi: cupiditas autem, minime: turpior igitur eſt: irae namque incontinens ſuperatur aliquo modo à ratione: alter autem ille à cupiditate, non à ratione.

E**xpositis** exemplis, ſumptis ad id, qnod oſtendere vult illuſtrandum; nnnc illud ipſum, cui lux adferri debebat, docet ſimile ipſis eſſe: ſeque rectè illis vſum fuiſſe, cum paria admodum ſint: ait enim, Cupiditas autem, ſi ſolum ratio dixerit, vel ſenſus: his enim vtimur ad naturam rerum cognoſcendam, illud ipſum iucundum eſſe, poſſeque nobis parere voluptatem, fertur ad illam potiendam. Quae ſequuntur, pertinent ad ſententiam ſuam confirmandam, declarandumque, magis vituperandam eſſe incontinentiam voluptatum, quàm incontinentiam animi, atque iracundiae, inqnit enim. Quapropter animns ſequitur aliquo modo rationem, obtemperatque ipſi, cupiditas antem, ardorque volnptatum minime, quare inquit, turpior eſt; quod etiam argumento confirmat: inquit enim, incontinens iracundiae vincitur aliquo modo, profligaturque a ratione, incontinens vero a volnptate ſubigitur, & non a ratione: ſnperari antem in omni contentione ab infirmiore, & turpiore, mains dedecns in ſe continet; ſed etiam qui parent, etſi non plene, rationi, digni magis exiſtimantur, quibus ignoſcatur, quàm illi, qui abducuntur ab honeſto, rectoque, ſtimnlante libidine. In problemate quoque explicando, vno eorum, qno quaeſiuit, cur incontinentes ſolum vocentur, qui labuntur in cupiditatibus explendis, cum extent etiam, qui ſint impotentes irae, ſignificauit hos non ſine ratione manere, non quia expectent imperium eius, ſed ſatis eſt ipſis indicaſſe rationem, illud fuiſſe ludibrium, contumeliamve, quo ſe laeſos putant.

Ἔτι ταῖς φυσικαῖς συγγνώμη μᾶλλον ἀκολουθεῖν ὀρέξεσιν: ἐπεὶ καὶ ἐπιθυμίαις ταῖς τοιαύταις μᾶλλον, ὅσαι κοιναὶ πᾶσι, καὶ ἐφ' ὅσον κοιναί: ὁ δὲ θυμὸς φυσικώτερον, καὶ ἡ

χαλε-

χαλεπωτέραις, τῶν ἐπιθυμιῶν, τῶν τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων· ὥσπερ ὁ ἀπολογούμενος, ὅτι τὸν πατέρα τύπτοι· καὶ γὰρ οὗτος ἔφη, τὸν ἑαυτοῦ· κἀκεῖνος, τὸν ἄνωθεν· καὶ τὸ παιδίον δείξας, καὶ οὗτος ἐμὲ ἔφη, ὅταν ἀνὴρ γένηται· συγγενὲς γὰρ ἡμῖν· καὶ ὁ ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, παύεσθαι ἐκέλευε πρὸς ταῖς θύραις· καὶ γὰρ αὐτὸς ἑλκύσαι τὸν πατέρα μέχρις ἐνταῦθα.

Adhuc mos eſt ignoſcere magis his, qui naturalibus appetitionibus comitantur: quippe cum cupiditatibus etiam huiuſcemodi, quaecunque communes omnium ſunt, & quatenus communes ſunt: ira autem magis naturalis eſt, & aſperitas, quàm ſit exuperantia cupiditatum, & rerũ, quae neceſſariae non ſunt: quemadmodum ille, qui ſe defendebat, quod patrem verberare ſoleret: & hic enim inquit, ſuum verberauit, & ille ſuperiorẽ: cumque paruulum filium monſtraſſet, & hic quoque me, inquit, cum vir factus erit: familiare namque hoc eſt nobis: & tractus pedibus à filio, iuſsit illum quieſcere, cum ad ianuam peruentum eſſet: etenim ipſe vſque ad eum locum patrem ſuum traxerat.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem probat: inquit enim, morem eſſe eorum, qui exiſtimant de aliquo improbo facto, magis ignoſcere naturalibus appetitionibus, quam ſcilicet ijs, quae a natura ortum non ducunt, ſed proficiſcuntur a noſtro quopiam peculiari amore, & inſito poſtea in animos noſtros, docet, hoc, quod dixit, propoſitionemq; hanc veram eſſe, quia cupiditatibus huiuſcemodi, quae communes magis ſunt omnium mortalium, ponderanturq; tamquam tales, communesque, magis ignoſcere homines cõſueuerunt: Adiungit autem, quod requirebatur ad ratione concludendum, affirmans, iracundiam eſſe magis naturalem, & aſperitatem naturae, quam ſint cupiditates rerum, quae oblectant, nec iuſta menſura earum rerum contentae ſunt. Cum autem rationibus vſus eſſet, ad exempla ſe conuertit, quae, addita argumentis, multum valent ad fidem faciendam; duobus autem vtitur, quae ſatis aperte exponit. In II. quoque librorum de moribus, magnorum vocatorum, quo loco tradit duo extare genera incontinentiae, quorum vnum naſcitur a morbo, alterum a natura, declarare volens, quae incontinentia naturalis ſit, vſus eſt priore duorum horum exemplorum, eius inquam peccantis in hoc, qui vocatus fuit in iudicium, quod patrem verberarat. Quod autem hic inquit in poſteriore commemorando, ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ſignificat, qui tractus fuit pedibus, vt Homerus plane locutus eſt, cum de Vlyſſe inquit, ὥσπερ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἑλκυστὶ ἐρεχθῇ. Sed M. etiam Cicero inquit, trahantur per me pedibus omnes rei, cum ſignificare vellet graui omni iniuria afficiantur.

Ἔτι ἀδικώτεροι οἱ ἐπιβουλότεροι· ὁ μὲν οὖν θυμώδης, οὐκ ἐπίβουλος· οὐδ᾽ ὁ θυμός, ἀλλὰ φανερός· ἡ δ᾽ ἐπιθυμία, καθάπερ τὴν ἀφροδίτην φασί. Δολοπλέκου γὰρ κυπρογενοῦς, καὶ τὸν κεστὸν ἱμάντα Ὅμηρος. Πάρφασις, ἥ τ᾽ ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονέοντος. Ὥστ᾽ εἴπερ ἀδικωτέρα, καὶ αἰσχίων ἡ ἀκρασία αὕτη, τῆς περὶ τὸν θυμόν ἐστι, καὶ ἁπλῶς ἀκρασία, καὶ κακία πως.

Adhuc iniuſtiores ſunt, qui magis inſidioſi ſunt: homo igitur iracundus, inſidijs non vtitur: neque ira clam facit, & inſidiatur, ſed aperta eſt: cupiditas autem inſidiatur, veluti Venerem aiunt. Texentis enim dolos Veneris, & ceſtũ cingulum vt Homerus cecinit. Fallax, & aſtuta, quae mentem eripuit valde etiam prudenti. Quare ſi iniuſtior, & turpior incontinentia haec, quàm ea, quae circa iram eſt, ſimpliciter incontinentia eſt, & aliquo modo vitium.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quo idem confirmat: eius ſolum ac fundamentum eſt, Inſidias & doloſa conſilia deteriora eſſe; magiſque obeſſe, quam apertae culpae, & ante

oculos

oculos poſitae faciant: inquit igitur eos, qui magis inſidijs vtuntur & improbis ſuis factis magis iniuſtos eſſe, quàm apertos, & planos: iracundum autem hominem minime eſſe inſidioſum: neque iram etiam, quod iniuſte facit, facere clam; ſed palam: contra autem libidinem, & ſitim explendae voluptatis, occultè ſibi viam aperire ad id potiundum, quod vehementer cupit; id quod probat teſtimonio Lyrici poëtae, qui Veneris proprium eſſe dixit, dolos ac fraudes texere, & Homeri etiam ipſius, qui cingulum Veneris, ceſtum appellatum deſcribens, ait, eum ornatui eſſe, & conflatum, vt alijs quibuſdam naturae ipſius factiſque accommodatis, ita fallaciae, quae conſilium eripit, mentemq; prudentibus etiam viris; quare inquit, rationem concludens, ſi iniuſtior eſt incontinentia haec, eſt quoque turpior, foediorque, quàm ſit incontinentia irae; ſimpliciterque incontinentia vocari debet, eademque aliquo modo vitium ob turpitudinem, quae ipſi haeret; nam non vere talem, omninoque vocari ipſam poſſe, exploratum eſt.

Ἔτι οὐδεὶς ὑβρίζει, λυπούμενος: ὁ δ' ὀργῇ ποιῶν πᾶς, ποιεῖ λυπούμενος: ὁ δ' ὑβρίζων, μεθ' ἡδονῆς: εἰ οὖν οἷς ὀργίζεσθαι μάλιστα δίκαιον, ταῦτα δ' ἀδικώτερα, καὶ ἡ ἀκρασία, ἡ δι' ἐπιθυμίαν: οὐ γάρ ἐστιν ἐν θυμῷ ὕβρις: ὡς μὲν τοίνυν αἰσχίων ἡ περὶ ἐπιθυμίας ἀκρασία, τῆς περὶ τὸν θυμόν: καὶ ὅτι ἐστὶν ἡ ἐγκράτεια, καὶ ἀκρασία περὶ ἐπιθυμίας, καὶ ἡδονὰς σωματικάς, δῆλον.

Adhuc nemo quempiam contumelia vexat, qui doleat: qui autem ira commotus aliquid facit omnis, facit dolore impulſus: qui autem contumelioſe aliquid gerit, cum voluptate, & vt ipſi ſeruiat, id facit: ſi igitur ob quae iraſci maxime iuſtum eſt: haec autem ſunt improbiora, & iniuſtiora: & incontinentia ob cupiditatem exiſtit: non enim locum habet in ira contumelia: eſſe igitur turpiorem incontinentiam circa voluptates, quàm ea, quae eſt circa iram, & verſari continentiam, & incontinentiam circa cupiditates, & voluptates corporis apertum eſt.

SATIS notum eſt, nihil tam odioſum eſſe ingenuis liberiſque hominibus, quam contumeliam: illi autem potiſſimum contumelioſi ſolent eſſe, quorum res valde bonae ſunt; illudunt enim libenter miſeris. Declarauit magnitudinem huius iniuriae, Heraclitus ille Epheſius, quem ferunt dixiſſe, cum quot & quam grauia mala inde orirentur, oſtendere vellet, oportere magis contumeliam extinguere, quàm incendium. Quartum igitur vltimumque argumentum inde ducit: inquit enim, neminem iacere contumeliam in aliquē, ludibrioque ipſum habere, qui doleat; omnem autem hominem, qui facit aliquid iratus, ſentire dolorem, quare toto animo remotum eſſe a contumelia in aliquem iacienda. Si igitur addit, concludere volens, aequum eſt iraſci his, qui videlicet deſpexerunt nos, vexaruntque contumelijs: haec profecto iniuſtiora facta ſunt: ideoque incontinentia, quae naſcitur a cupiditate, improbior, atque iniuſtior eſt: vt autem haec, iuncta eſt cum contumelia; vt enim expleant ſuas voluptates, & verbis ſaepe, & factis imponunt contumelias honeſtis hominibus, ita illa eſt penitus aliena ab iracundia. Quae ſequuntur, inſtar ſunt perorationis, pauciſque repetunt, quod modo factum ſit. In II. de moribus librorum, magnorum vocatorum, vbi oſtendit idem, quod hic, magis dignam eſſe, quae vituperetur incontinentia Veneris, ac ventris, quam irae, non tot vtitur argumentis, quot facit hoc loco, ſed vno tantum, cuius tamen extremum, & concluſio eadem videtur eſſe; quod argumentum hoc eſt: ait enim, incontinentia namque, quae exoritur ab ira, aegritudo eſt: nemo enim inuenitur iratus, qui idem non doleat, qui autem incontinens eſt in cupiditate voluptatis plenus eſt, nec vacuus vmquam ab illa; quapropter addit, magis quae vituperetur, digna eſt: incontinentia autem, quae ſequitur voluptatem, iuncta videtur eſſe cum contumelia.

Αὐτῶν δὲ τούτων τὰς διαφορὰς ληπτέον: ὥσπερ γὰρ εἴρηται κατ' ἀρχάς: αἱ μὲν ἀνθρωπικαί εἰσι καὶ φυσικαὶ, καὶ τῷ γένει, καὶ τῷ μεγέθει: αἱ δὲ, θηριώδεις: αἱ δὲ, καὶ διὰ πηρώσεις, καὶ νοσήματα: τούτων δὲ περὶ τὰς πρώτας, σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀκολασία μό-

νου ἐστὶ· διὸ καὶ τὰ θηρία, οὔτε σώφρονα, οὔτε ἀκόλαστα λέγομεν, ἀλλ' ἢ κατὰ μεταφορὰν, καὶ εἴ τινι ὅλως ἄλλο πρὸς ἄλλο διαφέρει γένος τῶν ζώων, ὕβρει, καὶ σιναμωρίᾳ, καὶ τῷ παμφάγον εἶναι· οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν, οὐδὲ λογισμὸν, ἀλλ' ἐξέστηκε τῆς φύσεως, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων.

Harum autem ipſarum differentiae ſumendae nobis ſunt: quemadmodum enim initio à nobis dictum eſt: hae quidem, humanae ſunt, & naturales, & genere, & magnitudine: hae autē ferinae: hae vero propter debilitates, & morbos: circa primas autem harum temperantia, & intemperantia dumtaxat verſantur: quare & beluas neque temperantes, neque intemperantes vocamus: niſi per tranſlationem: & ſi quo alio modo demum diſſentit inter ſe hoc genus animalium ab alio contumelia, & ſalacitate, quodque vorax admodum ſit: non enim electionem habet, neque ratiocinationem, verum de natura migrauit, veluti homines, qui inſaniunt.

Consilivm auctoris eſt, conferre modo inter ſe vitium, & feritatem; docereque, vtrum horum deterius ſit, magiſque obeſſe valeat: poſtquam igitur iam humanas, naturaleſque culpas explicauit, & etiam quae immanitatem prae ſe ferunt, dicit incumbendum ſibi in hoc eſſe, vt videat, quae ſint diſcrimina harum rerum, & quomodo ipſae inter ſe diſcrepent: paucis autem repetit ea, quae tradidit, in primiſque ipſorum ſolis inquit manere, ideſt in humanis, & naturalibus culpis temperantiam, & intemperantiam. Ducit autem hinc quiddam, quod praeter primum ipſius propoſitum eſt, cognitu tamen dignum, quare id admonere voluit: ait enim; beluas non ſolere dici neque temperatas, neque intemperatas, niſi propter ſimilitudinem quandam, & a virtute, vitioque proprijs hominum, traductis huc his nominibus, quod quemadmodum in his contingit, ita etiam in non nullis alijs rebus, quae ſcilicet videntur migrare e natura ipſarum, & ſi conferantur cum ingenio, & moribus aliarum animantium, & ipſarum expertium rationis, ſuperare captum ipſarum, ſiue quia ſpeciem aliquam in ſe habeant contumeliae, aut acrioris libidinis, & voracitatis. Probare vero volens, non cadere in ipſas aut temperantiam, aut intempe- 2
rantiam, teſtatur beluas vacuas eſſe ab electione, & ratione, ſine quibus conſtare virtutem eam, & contrarium ipſius vitium non poteſt, ſed cum ea admittunt, exire ipſas, inquit, e natura ſua, vt mortales faciunt, qui e poteſtate exierunt, & inſani facti ſunt: multa enim, & ipſi gerunt, quae ab hominibus expectari non poterant.

Ἔλαττον δὲ θηριότης, κακίας· φοβερώτερον δέ· οὐ γὰρ διέφθαρται τὸ βέλτιον, ὥσπερ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' οὐκ ἔχει· ὅμοιον οὖν, ὥσπερ ἄψυχον συμβάλλειν πρὸς ἔμψυχον, πότερον κάκιον· ἀσινεστέρα γὰρ ἡ φαυλότης ἀεὶ, ἡ τοῦ μὴ ἔχοντος ἀρχήν· ὁ δὲ νοῦς, ἀρχή· παραπλήσιον οὖν τὸ συμβάλλειν ἀδικίαν πρὸς ἄνθρωπον ἄδικον· ἔστι γὰρ ὡς ἑκάτερον κάκιον· μυριοπλάσια γὰρ ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς, θηρίου.

Minus autem malum eſt feritas, quàm vitium: horribilius autem: neque enim corruptum eſt, quod optimum eſt, veluti in homine, ſed id non habet: ſimile igitur eſt, quemadmodum inanime conferre, cum animali, vtrum deterius ſit: ſemper enim improbitas illius, quod principium non habet, minus noxia eſt: mens autem eſt principium: aſsimile igitur eſt, ac conferre iniuſtitiam cum homine iniuſto: eſt enim quomodo vtrumque ſit peius: milies enim plura mala moliretur homo prauus, quàm belua.

Confert nunc feritatem, propriam beluarum, cum vitio humano: affirmatque ipſam eſſe minus malum, ideſt minus detrimentoſam, ſed tamen horribilius malum, & quod ſtatu mentis magis moueat, cuius ſui iudicij, diſcrepantis ab opinionibus idiotarum

cauſam

cauſam adfert: inquit enim, in beluis non eſſe deprauatum id, quod optimum eſt, veluti in homine, ſed illae labuntur; nec ipſo vti poſſunt, quia ſunt vacuae ab eo. Verum autem eſſe, quod dixit, conſtituere volens, vſus eſt ſimili: aitque, ſimile ac par eſſe quaerere, vtrum illorum deterius ſit, ac conferre quippiam animi expers, cum praedito animo, ſcireque velle, vtrum eorum peius ſit, quid enim mali faceret gladius, niſi eſſet, qui perperam ipſo vteretur: ipſe dicit, minus obeſſe poſſe improbitatem, animumque ſemper paratum ad nocendum, qui non habet principium: principium autem, & quaſi fontem nocendi, & iuuandi eſſe mentem. Adiungit etiam, rei declarandae cauſa, alterum ſimile: aitque aſſimile eſſe atque idem errori affine, comparare vitium, atque iniuſtitiam cum homine iniuſto: habitus enim ille animi prauus nihil per ſe noceret, ſiquis ipſum ceſſare, & quieſcere pateretur: iniuſte facit, ac nocet ille, qui obtemperat ipſi, atque efficit ea, ad quae impellit. Extremum huius partis eſt, dici non facile poſſe, quanto plura maioraque mala efficeret homo prauus, quam belua. Videtur autem aduerſari huic ſententiae vox illa valde probata, quae eſt, Homo homini lnpus, & homo homini Deus; cum, ſi ſequimur auctoritatem noſtri doctoris, ac veritatem ipſam, multo maiora detrimenta adportet homini prauus homo, quam quaelibet, ſaeua etiam, ac peſtifera belua.

Περὶ δὲ τὰς δι᾽ ἁφῆς, καὶ γεύσεως ἡδονὰς, καὶ λύπας, καὶ ἐπιθυμίας, καὶ φυγὰς, περὶ ἃς ἥ τε ἀκολασία, καὶ ἡ σωφροσύνη διωρίσθη πρότερον, ἔστι μὲν οὕτως ἔχειν, ὥστε ἡττᾶσθαι, καὶ ὧν οἱ πολλοὶ, κρείττους: ἔστι δὲ κρατεῖν, καὶ ὧν οἱ πολλοὶ, ἥττους: τούτων δὲ ὁ μὲν, περὶ ἡδονὰς, ἀκρατὴς: ὁ δ᾽, ἐγκρατής: ὁ δὲ περὶ λύπας, μαλακός: ὁ δὲ, καρτερικός: μεταξὺ δὲ τῶν πλείστων ἕξεις, κἂν εἰ ῥέπουσι μᾶλλον πρὸς τὰς χείρους.

Circa voluptates autem, quae tactu, & guſtatu percipiuntur, & dolores itidem: nec nō cupiditates, & fugas, circa quas intemperantia, & temperantia definita eſt prius, licet quidē ita ſe habere, vt ſuperetur etiam ab illis, quibus multi meliores ſunt: licet etiam ſuperare illas, quibus multi inferiores: horum autem hic quidem, circa voluptates, incontinens eſt: hic vero continens: hic autem, circa dolores, mollis: hic vero, tolerans: in medio autem horum ſunt plurimorum habitus, quamuis magis ad deteriores vergant.

TRADIT nunc, aperitque, quemadmodum ſe gerant mortales circa voluptates & dolores, qui tactu guſtatuque percipiuntur, nec non circa cupiditates, ardoreſque earum, & alienationes ab ipſis ac fugas; nam quae illae ſint, iam docuerat, campumque ipſarum, ac materiam monſtrauerat: eundem enim eſſe ſignificarat, qui eſt intemperantiae, & temperantiae. Addit nunc, illis iam expoſitis a ſe, vſu venire, vt aliqui ſint ita animo affecti erga illas, vt ſuperentur, vincanturque ab huius generis voluptatibus, atque doloribus in pugna, contentioneque cum ipſis, ab ijs etiam, quibus multi facile reſiſterent: nec paterentur vllo pacto ſe ab ipſis proſterni ac labefactari: alios vero non nullos contra ait, vt vincant illas, a quibus magna pars hominum vinceretur: qui autem hi ſint, & quomodo vocentur, declarat, illum igitur primum, qui a voluptatibus vincitur, dicit incontinentem appellari: alterum autem, qui repugnat, nec manus dat, continentem vocari; in alia vero materia, qui frangitur a dolore, inquit dici mollem hominem, ac tenerum: qui reſiſtit ipſi conſtantem, ac firmum: vt autem extremos duos habitus, contrariosque inter ſe, quales ſint, indicauit, ita nunc medium, interiectumque inter ipſos, in quibus reperiatur, declarat: ait enim habitum animi plurimorum talem eſſe, etſi vergant potius ad deteriores, ideſt potius maiorem partem hominum incontinentem eſſe ac mollem, quàm continentem, ac conſtantem.

Ἐπεὶ δ᾽ ἔνιαι τῶν ἡδονῶν ἀναγκαῖαι εἰσίν: αἱ δ᾽, οὔ, καὶ μέχρι τινός: αἱ δ᾽ ὑπερβολαὶ, οὔ: οὐδ᾽ αἱ ἐλλείψεις: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἐπιθυμίας ἔχει, καὶ λύπας: ὁ μὲν τὰς ὑπερβολὰς διώκων τῶν ἡδέων, ἢ καθ᾽ ὑπερβολὰς, ἢ διὰ προαίρεσιν, καὶ δι᾽ αὑτὰς, καὶ μηδὲν δι᾽ ἕτερον ἀποβαῖνον, ἀκόλαστος: ἀνάγκη γὰρ τοῦτον μὴ εἶναι μεταμελητικόν: ὥστ᾽ ἀνίατος: ὁ γὰρ μὴ μεταμελητικὸς, ἀνίατος: ὁ δὲ ἐλλείπων, ὁ ἀντικείμενος: ὁ δὲ μέσος, σώφρων.

Quia autem voluptatum , quaedam ſunt neceſſariae : hae vero minime : & vſque ad aliquem terminum : exuperãtiae autem non ſunt neceſſariae, neq; paucitates : ſimiliter autem & circa cupiditates ſe habet , & dolores ; qui quidem exuperantias perſequitur rerum iucundarum , aut exuperanter ipſas perſequitur, ſiue electione, & propter ipſas, & nullam aliam ob cauſam , quae inde naſci poſſit, is intemperans eſt : neceſſe enim eſt , hunc talem , & ipſum minime paeniteat : quapropter inſanabilis : is enim , quem nihil paenitet , inſanabilis : qui vero minus capit, eſt, qui oppoſitus huic eſt : medius autem eſt , qui temperans appellatur .

Qᴠᴏᴅ vſu venire in voluptatibus ſaepe docuit , & nunc repetit, idem contingere in cupiditatibus , doloribusque, vt oſtendat , incumbit : declaratum eſt autem quaſdam voluptates eſſe neceſſarias : alias vero non nullas minime neceſſarias : & quae neceſſariae ſunt, vſquequo neceſſariae ſint : exuperantias vero ipſarum minime , neque etiam paucitates , ac penurias : hoc autem eſt , quod ponit , & quo vtitur tamquam ſolo & fundamento eius , quod oſtendere vult ; ſequitur autem redditio , quae eſt , ſimiliter autem ; nec quemquam turbet , quod δ' addidit , id quod non requiri videbatur : certum eſt enim , hoc eum alias non ſemel feciſſe . Sed hoc relicto , eodem pacto inquit , vt in voluptatibus , ita ſe res habet in cupiditatibus , atque doloribus , qui ſequitur exuperantias , & nimium rerum iucundarum ſine modo , ac menſura ſectatur vulgarem materiam earum cupiditatum, ſeque ipſa ingurgitat , ſi id facit conſulto , & propter appetitum , nulla alia re impulſus , quae inde proficiſcatur , hic erit intemperans . Conſtituit autem, quod dixit hoc pacto ; neceſſe enim eſt ait , hunc non paenitere , quod fecit , quare addit , inſanabilis erit , quod itidem comprobat , affirmans , quem non paenitet, culpam aliquam admiſiſſe , non poſſe ſanari ac corrigi : vt autem , qui incumbit in exuperantiam , ſignificauit, qualis eſſet , ita qui deficit , atque eget , dicit contrarium eſſe illi : medium vero , temperantem vocatum eſſe tradit .

Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ φεύγων τὰς σωματικὰς λύπας , μὴ δι' ἧτταν , ἀλλὰ διὰ προαίρεσιν : τῶν δὲ μὴ προαιρουμένων , ὁ μὲν ἄγεται διὰ τὴν ἡδονήν : ὁ δὲ , διὰ τὸ φεύγειν τὴν λύπην, τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας : ὥστε διαφέρουσιν ἀλλήλων .

Similiter autem , & qui fugit corporis dolores , non quod par illis ferendis non ſit , ſed electione : eorum autem , qui non electione labuntur , hic quidem trahitur voluptate : hic vero , quia fugit dolorem , qui prouenit à cupiditate : quapropter differunt inter ſe .

Eᴏᴅᴇᴍ pacto ſe rem habere in eo, inquit, qui fugitat, reijcitque a ſe dolores corporis, neque tamen id facit , quia par ipſis ferendis natura non ſit , & , cum expertus fuerit , ipſis reſiſtere nequierit , ſed conſulto id facit , totoque animo ab ipſis perpetiendis abhorrens ; quod enim definitum eſt de voluptatibus ipſis , idem etiam de cupiditatibus ipſarum ſtatuendum eſt . Oſtendit etiam quomodo ſe res habeat in illis, qui improbe non ſe gerunt, neque peccant conſulto, ſed praeter voluntatem, & veterem deliberationem : vnum enim quempiam eorum ait trahi a voluptate, quam ſperat ſe inde capturum : alterum autem, vt vitet dolorem, qui oritur a cupiditate illa, niſi ipſam expleuerit: quare inquit, hi diſcrepãt inter ſe .

Παντὶ δ' ἂν δόξειε χείρων εἶναι , εἴ τις μὴ ἐπιθυμῶν , ἢ ἠρέμα , πράττοι τι αἰσχρὸν , ἢ εἰ σφόδρα ἐπιθυμῶν . καὶ εἰ μὴ ὀργιζόμενος , τύπτοι : ἢ εἰ ὀργιζόμενος : τί γὰρ ἂν ἐποίει , ἐν πάθει ὤν , διὸ ὁ ἀκόλαστος χείρων τοῦ ἀκρατοῦς .

Omni autem homini deterior videretur , ſiquis nulla cupiditate incenſus , ſiue leniter cupiens , gerat aliquod turpe facinus , quàm ſi vehementer cupiens , &

ſi non

ſi non iratus verberat: quàm ſi iratus: quid enim feciſſet, ſi motus eum occupaſſet: quapropter intemperans deterior incontinente.

ADIVNGIT nemini dubium eſſe poſſe, quin deterior ſit is, qui non illectus, neque incenſus cupiditate, ſiue etiam leuiter cupiens, facit aliquid, quod turpe ſit, quam ſi inhoneſte quippiam gereret, raptus a vehementi cupiditate: declarat autem hoc ſimili, vt enim, inquit, qui non ira commotus verberat honeſtum virum, quam ſi id facit inflammatus, quid enim inquit, faceret, ſi acceſſerit perturbatio, poſtquam ſedato animo, & tranquillo non cauet incurioſus eſſe: quapropter inquit, intemperans homo peior incontinente: intemperās namque homo paratus ſemper eſt, promptuſq; ad peccandum: ſtatuitque ſecum, nullam occaſionem dimittendam eſſe potiundi voluptatem: incontinens tunc labitur, cum videt, ſe nactum facultatem percipiendae magnae voluptatis, cui acri deſiderio ratio aduerſari non poteſt, etſi fungitur officio ſuo in eo deterrendo a ſcelere.

Τῶν δὲ λεχθέντων, τὸ μὲν μαλακίας εἶδος μᾶλλον: ὁ δ' ἀκόλαστος: ἀντίκειται δὲ, τῷ μὲν ἀκρατεῖ, ὁ ἐγκρατής: τῷ δὲ μαλακῷ, ὁ καρτερικός: τὸ μὲν γὰρ καρτερεῖν ἐστὶν, ἐν τῷ ἀντέχειν: ἡ δὲ ἐγκράτεια, ἐν τῷ κρατεῖν: ἕτερον δὲ τὸ ἀντέχειν, καὶ κρατεῖν, ὥσπερ καὶ τὸ μὴ ἡττᾶσθαι τοῦ νικᾶν: διὸ καὶ αἱρετώτερον ἐγκράτεια καρτερίας ἐστίν.

Horum igitur, qui dicti ſunt, vnus quidem, mollitudinis ſpecies eſt: hic autem intemperans: opponitur autem incontinenti continens: molli autem tolerans doloris: tolerare enim manet in reſiſtendo: continentia autem in vincendo: aliud autem eſt reſiſtere, aliud vincere, veluti aliud non vinci, aliud vincere: Quapropter magis expetendum eſt continentia, quàm tolerantia.

OSTENDIT primum, duorum illorum; quos narrauit, vitium vnius referre magis mollitudinem, & aliquo modo ſpeciem ipſius eſſe: intelligit autem incontinentem, qui, niſi mollis aliquo modo tenerque foret, reſiſteret cupiditati, nec pateretur ſe vinci in eo certamine, cum praeſertim ſecum habeat rationem: alterius autem, eſſe plane intemperantem. Deinde ſignificat, oppoſitum eſſe, & aduerſari incontinenti homini continentem: molli autem, teneroque conſtantem, ac firmum, quod probat hoc pacto, exprimens inquam, in quo poſitum eſt, quod dicimus, conſtantem ſe praebere; manere enim ipſum dicit, munuſque ſuum obire in reſiſtendo, continentiam vero in vincendo: diuerſum autem eſſe, & longe aliud, dicit, reſiſtere & vincere, id quod ſimili probat, & re magis aperta, & plana, quemadmodum inquit, non ſuperari in proelio contentioneque omni aliud eſt ab eo, quod dicimus vincere ac ſuperare aduerſarios: quapropter inquit, melius eſt, magiſque expetendum continentia, quae victrix reſtat in ſua pugna, quam conſtantia, quae ſolum non patitur ſe ſuperari; non tamen palmam reportat ex eo certamine.

Ὁ δὲ ἐλλείπων πρὸς ἃ οἱ πολλοὶ καὶ ἀντιτείνουσι, καὶ δύνανται, οὗτος μαλακὸς, καὶ τρυφῶν: καὶ γὰρ ἡ τρυφὴ, μαλακία τίς ἐστιν: ὃς ἕλκει τὸ ἱμάτιον, ἵνα μὴ πονήσῃ τὴν ἀπὸ τοῦ αἴρειν λύπην: καὶ μιμούμενος τὸν κάμνοντα, οὐκ οἴεται ἄθλιος εἶναι, ἀθλίῳ ὅμοιος ὤν: ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ περὶ ἐγκράτειαν, καὶ ἀκρασίαν: οὐ γὰρ εἴ τις ἰσχυρῶν, καὶ ὑπερβαλλουσῶν ἡδονῶν ἡττᾶται, ἢ λυπῶν, θαυμαστὸν, ἀλλὰ καὶ συγγνωμονικὸν, εἰ ἀντιτείνων: ὥσπερ ὁ Θεοδέκτου Φιλοκτήτης ὑπὸ τοῦ ἔχεως πεπληγμένος, ἢ ὁ Καρκίνου ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων.

Qui autem par non eſt iis tolerandis, contra quae ſe multi fortes praebēt, ac valent ipſis reſiſtere, hic mollis eſt, & tener: teneritas enim eſt mollitudo quaedā: qui trahit pallium, ne laborem aliquem in eo extollendo capiat, & cum referat, imiteturque aegrotantem, non putat ſe miſerum eſſe, miſero ſimilis cū ſit: ſimiliter

autem ſe res habet & circa continentiam, & incontinentiam: non enim, ſi quiſpiam à validis, & praeſtantibus voluptatibus ſuperatur, ſiue doloribus, admirandum eſt: ſed potius ignoſcendum ei eſt, ſi reſiſtens: veluti Theodectis Philoctetes à vipera morſus, vel Carcini in Alope Cercyon.

DESCRIBIT diligẽter: ponitque nobis ante oculos eum, qui merito poſſit appellari mollis: itidemque illum, qui ſit verus incontinens, dignuſque qui hoc nomine vocetur: inquit igitur: Is, qui ferre non poteſt res aduerſas, & labores, contra quos ſe multi mortales armant, & tolerant illos ipſos, hic profecto erit mollis, ac delicatus homo. Probat autem hoc verum eſſe definitione deliciarum, cui culpae affinem illum eſſe dixerat: ſpeciem enim quandam eſſe inquit mollitudinis, & teneri admodum animi, atque effeminati, delicias. Qui ſint autem mores, atque inſtituta delicati hominis indicat; ſunt autem illa aperta, & obuerſantur etiam nobis ante oculos. M. quoque Cicero ſatis accommodate pinxit talem hominem in II. quaeſtione Tuſculana, cum prius declaraſſet, qui ſit fortis & tolerans doloris; eius verba, ſupra a nobis hoc ipſo in libro poſita ſunt. Tranſit autem modo ad alterum, quod ſupra itidem attigerat, oſtendendum: eodem enim pacto ſe rem habere inquit in continentia, atque in incontinentia; neque enim mirari nos oportere ait, ſiquis labefactatur, vinciturque a vehementioribus voluptatibus: eodemque pacto, ſiquis reſiſtere non poteſt acerrimis doloribus; contra potius dignum eum eſſe inquit, cui ignoſcatur, ſi conatus hoc facere, in experiendo ſuperatus eſt ab illis, ac proſtratus. Exemplis autem, quales ſint dolores, quos intelligit, declarat, ſumptis e fabulis priſcorum tragicorum. Theodectis, & Carcini; quorum prior induxerat Philoctetem in fabula morſum a ſerpente, miſerabiliter lamentari; notum autem eſt M. Ciceronem duobus locis mẽtionem facere horum cruciatuum, citatis ipſius verbis, a Latino tragico acceptis. Alterum exemplum eſt e Carcini fabula, cuius index erat Alope; in qua fabula, pater ipſius Cercyon inductus erat, iniuriam ipſi inlatam deflens; cui etiam dolori ille valde indulſit. Tragoediae huius Alopeſque meminit Ariſtophanes in ἱππεῦσι: cum commemoraret virgines, quae vitiatae forent a Dijs: inquit enim, καὶ τὰς ἀλώπεκας, καὶ τὰς σμίλακας; ſed etiam Demoſthenes in oratione, qua laudauit eos, qui pro patria in Marathonio proelio interfecti fuerant.

Καὶ ὥσπερ οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα, ἀθρόον ἐκκαγχάζουσιν, οἷον συνέπεσε Ξενοφάντῳ: ἀλλ' εἴ τις πρὸς ἃς οἱ πολλοὶ δύνανται ἀντέχειν, τούτων ἡττᾶται, καὶ μὴ δύναται ἀντιτείνειν: μὴ διὰ φύσιν τοῦ γένους, ἢ διὰ νόσον, οἷον ἐν τοῖς σκυθῶν βασιλεῦσιν ἡ μαλακία διὰ τὸ γένος, καὶ ὡς θῆλυ πρὸς τὸ ἄῤῥεν διέστηκε.

Et quemadmodum qui tenere riſum nituntur, ſimul omnẽ effundunt: quale contigit Xenophanto: ſed ſiquis, quibus multi valent reſiſtere, ab ijs ſubigitur, nec valet ijs reſiſtere, non propter naturam generis, aut morbum, quemadmodum in regibus Scytharum mollitudo eſt propter genus: & quemadmodum femina à mare diſtat.

SVSPICARI poſſumus ex ijs, quae modo tradit auctor & Philoctetem, & Cercyonem conatos fuiſſe frenare dolorem, vt viros fortes, quod cum praeſtare non potuiſſent, effuſe poſtea lamentatos eſſe: cur enim aliter nunc e cruciatibus tranſiret ſubito in riſum, ac iocum? idem enim videtur ſignificare, in hac re vſu venire, quod aliquãdo contingit in dictis, ac ridiculis, vt qui riſum tenere conati ſint, victi voluptate facetiarum illarum, cachinnum ſubito effuderint, id quod Xenophanto cuidam cõtigiſſe narrat. Quis fuerit Xenophantus hic, mihi compertum non eſt: nam quod ad verbum pertinet, quo auctor vſus eſt, effuſum & immoderatum riſum ſignificare volens, qui ab ipſo ſubito expreſſus eſt, arbitror, ipſum in ſermonem noſtrum tranſiſſe, eſſeque ipſum, quod vulgo dicimus ſgangaſciare; nam nõ nulla etiam verba, quae in ore ſunt omnis populi, & oſtendunt aliquid apposite; probaui e Graeco fluxiſſe: contra autem inquit. Si quis vincitur, rapiturque ab ijs voluptatibus, quibus magna pars hominum obſtat; neque valet contra tendere, non tamen quia natura ſuae gentis affinis ſit illi culpae, ac moribus, ſiue propter morbum corporis, imbecillitatemque, hic ſcilicet mollis, ac tener erit. Exemplum ponere volens eorum, qui mollitia labo-

laborant profecta a gēte, dixit tales eſſe reges Scytharum, eademque de cauſa muliebre genus, ſi cooferatur cum virili, & ipſum etiam eodem pacto tenerum, molleque eſſe: collatae enim mulieres cum viris, tales profecto ſunt: meminit etiā ſane Athenaeus de Perſarum regum mollitia, atque effeminato admodum animo in xij. libro. Non video autem, cur, ſtatim, vt aliquid nō omnino nobis compertum eſt coofirmatūque teſtimonio multorum, damnare oporteat communem lectionem; id quod a Lambioo hic factum eſt; qui putat pro γενῶν emendandum eſſe περσῶν: praeſertim cum ab optimo auctore id traditum ſit, in cunctis certe exemplaribus Ariſtotelis, quorum ego numerum magnum aſpexi, ita profecto ſcriptum ſit. Cum etiam Turcarum reges molliter viuere, conſtans fama eſt, tamen populi ipſi verſentur in continuis paene militaribus laboribus.

Δοκεῖ δὲ καὶ ὁ παιδιώδης, ἀκόλαστος εἶναι: ἔστι δὲ μαλακός: ἡ γὰρ παιδιὰ, ἄνεσίς ἐστιν: εἴπερ ἀνάπαυσις: τῶν δὲ πρὸς ταύτην ὑπερβαλλόντων ὁ παιδιώδης ἐστί.

Videtur autem & iocoſus homo intemperans eſſe: eſt autem mollis: iocus enim remiſſio eſt animi: ſiquidem igitur eſt requies: iocoſus autem vnus eſt eorum, qui modum in hoc ſuperant.

Admonet, eum, qui putaret iocoſum facetumque virum eſſe iotemperantem, peccare: qualiſque ille haberi debeat, docet: in numero enim mollium, teoerorumque hominum ipſum poocodum eſſe iudicat, cum ſit luſio, remiſſio quaedam aoimi, quod inde apparere inquit, quia eſt requies quaedam, capianturque mortales facetijs, & reficiant ita animum a moleſtijs grauibusque curis; quod teſtatus eſt etiam M. Cicero, cum refelleret id, quod ei a M. Antonio obiectum fuerat, dixerat autem ipſum in caſtris Pompeianis, iocis operam dediſſe: inquit enim. „Erant quidem illa caſtra plena curae; verumtamen homines, quamuis in turbidis rebus ſint, tamen, ſi modo homines ſuot, interdum animis relaxantur.

Ἀκρασίας δὲ, τὸ μὲν, προπέτεια: τὸ δὲ, ἀσθένεια: οἱ μὲν γὰρ βουλευσάμενοι, οὐκ ἐμμένουσιν οἷς ἐβουλεύσαντο διὰ τὸ πάθος: οἱ δὲ, διὰ τὸ μὴ βουλεύσασθαι, ἄγονται ὑπὸ τοῦ πάθους: ἔνιοι γὰρ ὥσπερ προγαργαλίσαντες, οὐ γαργαλίζονται, οὕτω καὶ προαισθανόμενοι, καὶ προϊδόντες, καὶ προεγείραντες ἑαυτοὺς, καὶ τὸν λογισμὸν, οὐχ ἡττῶνται ὑπὸ τοῦ πάθους: οὔτ' ἂν ἡδὺ ᾖ, οὔτ' ἂν λυπηρόν.

Incontinentiae autem hoc quidem genus, temeritas eſt: alterum autem, imbecillitas: hi namque poſtquam deliberarunt, non manent in ijs, quae deliberarunt ob animi motum: hi vero, quia non deliberarunt, trahuntur, rapiunturque à motu: non nulli enim, veluti ij, qui ſe ipſi antea titillarunt, non titillantur: ſic & cum praeſenſerunt, & cum prouiderunt, & ſe excitarunt, ac rationem, non vincuntur à motu: ſiue iucundum fuerit, ſiue triſte, ac doloris plenum.

Tradit extare duo genera incontioentiae, cum ſint gemini fontes, ortuſquē ipſius: vnū enim genus eſt temeritas: alterum vero imbecillitas, declarat autem, quod nimis breuiter dixit: inueoiri enim quoſdam narrat, qui cum diligenter cogitarint, ſtatuèrioque non eſſe obtemperandum turpibus voluptatibus, non tamen permanet in eo, quod rectum eſſe cognorunt; deliniti, victique illecebris voluptatis: alios vero, qui, quia curam nullam ſuſceperunt de ea re, nec conſultarunt ſecum, an facere oporteat, abducuotur, trahunturq; ſubito aſpectu illius rei, quae commouit animos ipſorum. Oſtendit autem, vſus ſimili, quomodo fiat, vt quidam reſiſtant voluptatibus, nec patiantur ſe vinci ab illis: idem enim cootingere ipſis ait, quod vſu venit illis, qui ne poſtea perfricentur., prouidentes id ſibi parari, antea ipſimet ſemetipſos perfricant, atque ita fruſtrantur conſilium eorum: ita igitur hi praeſentientes ſibi pugnandum eſſe cum voluptatibus, conteotioneque hac promiſſa, ſeque excitatis, & quaſi armatis: rationeque experrefacta, ſi forte ſopita fuiſſet, non patiuntur ſe vinci, ac proſterni ab eo motu, qui inuaſit ipſos, ſiue fuerit illud, quod obiectum eſt iucundum, & quod prae ſe fert voluptatem, ſiue triſte, & quod dolorem inure-

re valeat. Quid autem ſit γαργαλίζειν, docet Ariſtoteles in III libro de partibus animalium, vnde intelligitur, quod apud auctorem eſt, quid valeat προγαργαλίζειν, quod qui efficiunt in ſemet ipſis, impedire volunt alienum γαργαλισμόν: valere namque ipſum riſum quendam inde ortum, conſtat.

Μάλιστα δ' οἱ ὀξεῖς, καὶ μελαγχολικοὶ, τὴν προπετῆ ἀκρασίαν εἰσὶν ἀκρατεῖς: οἱ μὲν γὰρ, διὰ τὴν ταχυτῆτα: οἱ δὲ, διὰ τὴν σφοδρότητα, οὐκ ἀναμένουσι τὸν λόγον, διὰ τὸ ἀκολουθητικοὶ εἶναι τῇ φαντασίᾳ.

Maxime autem acuti, & ad atrā bilem procliues, genere illo incontinentiae praecipiti, incontinentes ſunt: hi namque ob celeritatem: hi vero ob vehementiam, rationem non expectant: quia facti ſunt ad perſequendam viſionem.

Ostendit, qui potiſſimum ſint illi, qui in priore illo genere incontinentiae, quae ſubita, praecepſque eſt, labuntur ac peccant: traditque illos eſſe acris ingenij viros, & procliues ad atram bilem, quique abundent in ea. Reddit autem ſtatim rationem eius, quod dixit: inquit enim, priores, ob velocitatem, qua vtuntur ſuis in rebus, non conſulere rationem, neque expectare iudicium ipſius: alteros autem, quia ſunt vehementes, & quod cupiunt, valde cupiunt, non expectare, & ipſos, quid ſuadeat ratio: conuenit enim ambobus in hoc, vt temeritas ipſis fraudi ſit, quare inquit, morem habent, ſequi ſemper, quod viſum ipſis ſubito fuerit, phantaſiaque tamquam hortatur.

Ἔστι δὲ, ὁ μὲν ἀκόλαστος, ὥσπερ ἐλέχθη, οὐ μεταμελητικός: ἐμμένει γὰρ τῇ προαιρέσει: ὁ δ' ἀκρατὴς, μεταμελητικὸς πᾶς: διὸ οὐχ ὥσπερ ἠπορήσαμεν, οὕτω καὶ ἔχει, ἀλλ' ὁ μὲν, ἀνίατος: ὁ δὲ, ἰατός.

Eſt autem intemperans, vt iam traditum eſt, minime eiuſmodi vt eum facile paeniteat ſuorum factorum: permanet enim in eo, quod ſemel probauit: incontinens autem procliuis ad paenitendum omnis. Quapropter non ita ſe res habet, quemadmodum ſupra dubitantes diximus, ſed hic quidem inſanabilis: hic vero, ſanabilis.

Cum oſtendiſſet, extare duo genera incontinentiae, quod diſcrimen inter ipſas, vnde initium duceret, indicauit, nunc quibus rebus inter ſe diſcrepent intēperans, & incontinens declarat, quod etſi prius attigerat, tamen modo plenius efficit: pluribus enim argumentis vtitur in his diſtinguendis: initio autem repetit, quod prius docuerat, non paenitere intemperantē hominem flagitij, quod admiſit, nec fateri vmquam ſe peccaſſe: ſtatuit enim ſecum, nullam facultatem ſibi omittendam eſſe potiundae cuiuſlibet voluptatis, manetque in eodem propoſito ac voluntate: contra autem incontinentem inquit, omnem paenitere, poſt expletam libidinem. Poſſe autem hinc intelligi teſtatur, non ita ſe rem habere, vt prius videri potuit ſenſiſſe, cum ſcrupulum aperuit, qui in hac re foret, ſed longe aliter, ac contra, cum alter horum curari, emendarique poſſit: alter vero nullo pacto corrigi.

Ἔοικε γὰρ ἡ μὲν μοχθηρία, τῶν νοσημάτων, οἷον ὑδέρῳ, καὶ φθίσει: ἡ δ' ἀκρασία, τοῖς ἐπιληπτικοῖς: ἡ μὲν γὰρ, συνεχής: ἡ δὲ, οὐ συνεχὴς, πονηρία.

Videtur autē prauitas è numero morborum ſimilis eſſe morbo inter cutim, & tabi: incontinentia autem comitiali morbo laborantibus: vna namq; harum, continua eſt: altera autem, minime continua; improbitas inquam.

Confirmat, quod dixit, ſimilibus, quorum vis magna eſt ad lucem rebus adferēdam; ſumit autem ipſa a morbis noſtri corporis, quorum morborum natura contraria inter ſe eſt: inquit igitur, culpam animi, & quaſi vitium, quale eſt intemperantia, ſimilem videri eſſe aquae inter cutim & tabi, quos morbos nos quoque Graecis verbis, quae accepimus

pimus a medicis, appellamus; ambo enim hi, poſtquam ſemel in quempiam irrepſerunt, ſine intermiſſione vlla ipſum oppreſſum tenent: incontinentiam vero morbo, comitiali vocato a Latinis; nam Graeci pluribus nominibus ipſum oſtenderunt. Appoſite vero ſe vſum hac collatione declarat, dicens haec quidem, intemperantia videlicet, numquam ceſſat, perpetuaque eſt: altera vero per interualla temporis nos vexat, incontinetia inquam, quam continentem non eſſe ait, quia cito eum vacuum a ſe relinquit, quem inuaſit, vt comitialis morbus, quem oppreſſit: ſunt igitur ſimiles hi morbi culpis animi, quia vt ipſae aegrotationes animi ſunt, ita hi corporis: diſcrepant autem ea ratione, qua ſignificatú eſt;

Καὶ ὅλως δὲ ἕτερον τὸ γένος, ἀκρασίας, καὶ κακίας: ἡ μὲν γὰρ κακία λανθάνει: ἡ δὲ ἀκρασία, οὐ λανθάνει.

Et demum aliud genus eſt incontinentiae, ac vitij: vitium enim clam eſt: incontinentia autem non latet.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quo ait, perſpicitur diuerſum plane culpae genus eſſe incontinentiam atque intemperantiam, quam vitij nomine appellat, cum profecto vitium ipſa ſit, quod non contingit incontinentiae: ſeparat igitur ipſas, tradens vitium, ideſt intemperantiam fallere eum, qui affinis eſt illi vitio: mortales namque praui, & qui eo habitu animi ſunt, non intelligunt ſe prauos eſſe: neque tam male ſentiunt de ſemetipſis: incontinentibus clam non eſt, ſe labi & peccare: ratio enim, quae ſtuduit eos reuocare, ab ardore appetitionum, hoc ipſis monſtrauit, etſi victi ſpecie rerum iucundarum, non patiuntur ſe perſuaderi.

Αὐτῶν δὲ τούτων βελτίους οἱ ἐκστατικοί: ἢ οἱ τὸν λόγον ἔχοντες μέν: μὴ ἐμμένοντες δέ: ὑπ' ἐλάττονος γὰρ πάθους ἡττῶνται, καὶ οὐκ ἀπροβούλευτοι, ὥσπερ ἅτεροι: ὅμοιος γὰρ ὁ ἀκρατής ἐστι τοῖς ταχὺ μεθυσκομένοις, καὶ ὑπὸ ὀλίγου οἴνου, καὶ ἐλάττονος, ἢ ὡς οἱ πολλοί.

Horum autem ipſorum meliores ſunt ij, qui facile migrant e ſententia, quam qui ratione inſtructi, in ipſa non perſiſtunt: à minore enim affectu ſuperantur, & non minime prius vſi conſilio, & deliberatione, veluti alij; ſimilis enim eſt incontinens ijs, qui celeriter ebrij fiunt, & ab exiguo vino, & pauciore quàm multi.

CVM docuiſſet intemperantem diſcrepare ab incontinente, deterioremque illo eſſe; confert nunc inter ſe duas ſpecies incontinentiae, quas modo extare ſignificauit: affirmatque horum ipſorum, qui diuerſa ſemina in ſe habent huius culpae, meliores eſſe, faciliuſque ſe purgare poſſe, quos vocat ἐκστατικὰς idest qui praecipites ſunt in corporis voluptate, & nullam paene in partem rationem aſcultant, ſed tamquam e poteſtate exierunt, quam qui a ratione vacui adhuc non ſunt, non tamen ipſi parent, cuius ſuae ſententiae cauſam adfert, nec vnam tantum; primum enim dicit, eos, quos vocauit infirmos, a minore motu animi vinci abripique, quam alteri faciant, deinde omnia expertos, deliberationeque habita, peccaſſe, id quod alteri non praeſtiterant, qui inermes, & imparati ſuperantur. Simili etiam vſus eſt ad rem illuſtrandam; aitque, incontinentem ſimilem eſſe hominibus, qui celeriter ebrij fiunt, paucoque vino abſorpto, & minore multo, quàm ceteri: neque enim omnes eadem viui menſura, copiaque parua temptat.

Ὅτι μὲν οὖν κακία ἡ ἀκρασία οὐκ ἔστι, φανερόν: ἀλλά πῃ ἴσως: τὸ μὲν γὰρ, παρὰ προαίρεσιν: τὸ δὲ, κατὰ τὴν προαίρεσίν ἐστιν: οὐ μὴν ἀλλ' ὅμοιόν γε κατὰ τὰς πράξεις, ὥσπερ τὸ Δημοδόκου εἰς Μιλησίους: Μιλήσιοι γὰρ, ἀξύνετοι μὲν οὐκ εἰσί: δρῶσι δὲ, οἷάπερ οἱ ἀξύνετοι: καὶ οἱ ἀκρατεῖς, ἄδικοι μὲν οὐκ εἰσίν: ἀδικοῦσι δέ.

Non eſſe igitur incontinentiam vitium, apertum eſt, ſed aliquo modo forTaſſe: hoc namque praeter electionem eſt: hoc autem electione inſtructum: ve-

veruntamen

„ *rumtamen ſimile eſt, ſi ſpectes facta, veluti Demodoci vox in Mileſios: Mile-*
„ *ſij namque non ſunt illi quidem hebetes homines: ſed tamen ea faciunt, quae*
„ *hebetes, & tardi: eodem pacto incontinentes, iniuſti quidem non ſunt, ſed in-*
iuſte ſe gerunt,

Ostendit ſe effeciſſe, quod conatus eſt, declaraſſeque, incontinentiam non eſſe vitium, nam in hac materia, ſtudioque capiendae voluptatis cuiuſlibet, vitium eſt intemperantia; ſed tamen inquit, quamuis liberemus eam graui hoc crimine, non tamen penitus ipſam inde ſeiungimus: fortaſſe enim addit, aliqua parte eadem exiſtimari poteſt: primum autem aperit differentiam, deinde ſimilitudinem tantam, vt vix diſtingui ab ipſa, aliaque eſſe intelligi poſſit: Intemperantia igitur eſt cum delectu; electioneque: ſtatuit enim intemperans, omnem voluptatem eſſe perſequendam: ſine delectu autem incontinens ſe totum dat ſnis illis voluptatibus decerpendis, verumtamen ait, ſiquis, relicto initio huius flagitij, attendat exitum, euentumque harum labnm animi, videbit ipſum ſimilem admodum eſſe: qnare admonet, Demodoci vocem, acutam ac lepidam in Mileſios, quadrare huc, valdeq; accommodatam eſſe toti huic rei declarandae: dixit enim ille, ipſos non ſane inſipientes, ſtolidoſque eſſe, verumtamen ſe gerere ſuis in rebus, vt inſipientes.

Ἐπεὶ δ' ὁ μὲν, τοιοῦτός ἐστιν, οἷος μὴ διὰ τὸ πεπεῖσθαι διώκειν τὰς καθ' ὑπερβολὴν, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, σωματικὰς ἡδονάς: ὁ δὲ πέπεισται, διὰ τὸ τοιοῦτος εἶναι, οἷος διώκειν αὐτάς: ἐκεῖνος μὲν οὖν, εὐμετάπειστος: ὁ δ', οὔ: ἡ γὰρ ἀρετὴ, καὶ μοχθηρία τὴν ἀρχὴν: ἡ μὲν, φθείρει: ἡ δὲ, σώζει: ἐν δὲ ταῖς πράξεσι τὸ οὗ ἕνεκα, ἀρχή: ὥσπερ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς αἱ ὑποθέσεις, οὔτε δὴ ἐκεῖ ὁ λόγος διδασκαλικὸς τῶν ἀρχῶν: οὔτε ἐνταῦθα, ἀλλ' ἀρετὴ, ἢ φυσικὴ, ἢ ἐθιστὴ, τοῦ ὀρθοδοξεῖν περὶ τὴν ἀρχήν: σώφρων μὲν οὖν, ὁ τοιοῦτος: ἀκόλαστος δὲ, ὁ ἐναντίος.

Quia autem alter quidē horum talis eſt, qualis, non quia perſuaſus eſt, perſequatur corporis voluptates immodice, quae ſunt praeter rectam rationem: hic autē perſuaſus eſt, quia talis eſt, vt perſequatur ipſas: ille igitur facile aliter perſuadetur: hic autem, minime: virtus enim, & prauitas principium; vna quidē harum corrumpit: haec autem conſeruat: in actionibus autem id, cuius cauſa res fit, principium eſt: veluti in mathematicis ſuppoſitiones: nam neque illic ratio eſt, quae doctrinam tradat de principijs: neque hic, ſed virtus ſiue naturalis, ſiue more parta, recte exiſtimandi de principio: temperans igitur, qui talis eſt: intemperans autem, huic contrarius.

Infirmat, quod ſupra dixerat, & tamquam ratione concluſerat, docens id verum nullo modo eſſe; contrariumque ipſius credi a nobis debere, & certa ratione comprobatum: facit autem hoc, poſitis nobis ante oculos, expreſſiſque ambobus, ideſt incontinente homine, atque intemperante: hoc enim principium eſt, & quaſi firmamentum argumenti, vnde vtitur particula ἐπεὶ, quam, explicatis his, ſequetur redditio; vt dixi igitur, fingit ambos hos, inquit enim. Quia vnus horum, incontinens inquam, talis eſt, atque huius naturae, vt ſectetur corporis voluptates, contra quam iubeat recta ratio: idque faciat, non quia perſuaſus eſt, curaque vlla poſita in eo inde abſterrendo: alter autem ideſt temperans perſuaſus eſt, quia talis eſt, atque ingenij eius, vt valeat perſequi ipſas. Hucuſque autem ſunt ea, quae vt certa ponit, ſeqnitur nunc redditio, & quod inde naſcitur: ait enim, ille igitur facile in contrarium perſuadebitur, is vero minime: probat hoc dicens, virtutem ac prauitatem, quae ſunt contrariae res, habituſque animi oppoſiti, contraria in nobis efficere, ac moliri, cum ipſarum vna, virtus inquam, principium tueatur, incolumeque ſeruet, altera autem ipſum perdat atque interimat. Cum vero de principio locutus eſſet, videretq; longe aliter ipſum capi, diuerſis in rebus ac ſtudijs; admonere hoc ipſum etiam voluit, nequis error hic naſceretur, ſiquis forte neſciret hoc, putaretque falſo, eandem ſemper rationem ipſius eſſe: inquit igitur, in rebus agendis, finem & cuius cauſa, in id efficiendum incumbi-

cumbi-

cumbimus, principium eſſe; ſtatutū enim in animo habemus, quid moliri velimus, priuſquam ordiamur aliquid, idque ipſum initium eſt; quemadmodum in ſtudijs, oppoſito modo, vocatur principium: definitiones namque & cetera, quae ponimus, illic principium ſunt, & quaeſtionum, & percepitionum, quae inde aptae ſunt; quare addit, neq; in illis rebus extat ratio, doctrinaque vlla, quae id tradat: munus enim hoc eſt alius ſcientiae: neque etiam in his, ſed virrus hoc docet, ſiue a natura profecta, ſiue vſu, & conſuetudine parta: monſtrat enim haec, quae ſint verae opiniones de principio; quare inquit, concludens; temperans igitur hic erit, huiuſcemodique omnis, qui veras opiniones, ſententiaſque in animo habebit; intemperans autem, qui huic contrarius eſt. Vete autem admonet Lambinus maculoſum fuiſſe hunc locum in libro, qui apud nos olim excuſus fuit, qnod tamen tunc commiſſum non fuit vitio exemplaris; in quo recte hoc quoque legitur, ſed culpa impreſſorum, qui negligenter tranſierunt, id quod corrigere debebant: quod adſcripſi integritatis eius codicis tuendae cauſa.

Ἔστι δέ τις διὰ πάθος ἐκστατικὸς παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον: ὃν, ὥστε μὲν μὴ πράττειν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, κρατεῖ τὸ πάθος: ὥστε δ᾽ εἶναι τοιοῦτον, οἷον πεπεῖσθαι διώκειν ἀνέδην δεῖν τὰς τοιαύτας ἡδονάς, οὐ κρατεῖ: οὗτός ἐστιν ὁ ἀκρατὴς, βελτίων τοῦ ἀκολάστου: οὐδὲ φαῦλος ἁπλῶς: σώζεται γὰρ τὸ βέλτιστον, ἡ ἀρχή: ἄλλος δ᾽ ἐναντίος ὁ ἐμμενετικὸς, καὶ οὐκ ἐκστατικὸς διά γε τὸ πάθος: φανερὸν δὴ ἐκ τούτων, ὅτι ἡ μὲν, σπουδαία ἕξις: ἡ δὲ, φαύλη.

Eſt autem quidam, qui propter motum turbidum, facile exit e poteſtate contra rectam rationem, quem, ita vt non agat ex praeceptis recte rationis, vincit motus: vt autem talis ſit, vt perſuaſus ſit, perſequi oportere copioſe huiuſce modi voluptates, non vincit: hic eſt incontinens, melior profecto intemperante: neque ſimpliciter malus: conſeruatur enim in eo, quod optimum eſt, principium inquam: alius autem qui perſiſtit, & non patitur ſe depelli ob motum: perſpicuum igitur ex his eſt, hunc quidem habitum probum eſſe, alterum autem malum.

Non idem efficiunt affectus in pectoribus diſſimilium mortalium, qnod proficiſcitur a vi, magnitudineque motuum illorum, ſiue ab imbecillitate perſonarum, quas inuaſerunt: vnde infirmiores facile vinenntur: robuſtiores autem reſiſtunt, nec patiuntur ſe labeſactari, & a ratione depelli. Tradit igitur, hoc ſignificare volens, extare quempiam, qui ob turbidum motum animi, & quod incenſus ſit ſpecie alicuius rei iucundae, non vereatur ſane peccare, & facere contra rectam rationem, cui tamen ita dominetur perrurbatio illa, vt faciat contra rectam, veráq; rationem, victus motu illo, non tamen vt talis redditus ſit, itaque deprauatus, vt perſuaſus ſit, ſtatueritque ſecum, oportere ſequi effuſe, petulanterq; huiuſcemodi volnptates: neque enim tantam vim habuit motus ille, vt hoc praeſtiterit, peniruſq; illum corrupetit; hic igitur eſt, inquit, incontinēs, qui ſane, vt adiungit, eſt melior, integriorq; intemperante homine, neq; omnino malns, cuius ſuae ſententiae cauſam affert: ait enim, conſeruari adhuc in eo, quod optimum eſt, ideſt principium, quo ſaluo, non omnino de ipſo deſperandum eſt: ſignificat etiam inueniri alium penitus ipſi aduerſantem: eſt autem is, qui permanet, obdnratque in propoſito illo probo non potiundae turpis voluptatis: neque inde migrat, exitque ob motum prauum, ſed conſtantem ſe praebet, impetuſque volupta is inhoneſtae ſpernit: qnare teſtatnr, hunc habitum animi ſtudioſum, probumq; eſſe; illum vero, incontinentis inqnam, malum; neque dubitari de hoc poſſe. Intelligitur autem ex his verbis, quae notio ſit viſq; vocis ἐκστατικὸς, qua ſupra vſus eſt, ac modo quoque eandem vſurpauit: perſpicitur autem e contraria ἐμμενετικός: vt enim ἐμμενετικὸς eſt, qui permanet in praeceptis verae rationis, ita ἐκστατικὸς, qui inde abit, ac migrat.

Πότερον οὖν ἐγκρατής ἐστιν ὁ ὁποιῳοῦν λόγῳ καὶ ὁποιᾳοῦν προαιρέσει ἐμμένων: ἢ ὁ τῇ ὀρθῇ: καὶ ἀκρατὴς δὲ ὁ ὁποιᾳοῦν μὴ ἐμμένων προαιρέσει: καὶ ὁποιῳοῦν λόγῳ, ἢ ὁ τῷ μὴ ψευδεῖ λόγῳ καὶ τῇ προαιρέσει, τῇ μὴ ὀρθῇ, ὥσπερ ἠπορήθη πρότερον.

Vtrum igitur continens eſt, qui in qualibet ratione, & in qualibet electione

perma-

permanet, ſiue qui in recta: & incontinens is, qui in qualibet electione non permanet, & qualibet ratione, ſiue qui in falſa ratione, & electione non recta, quemadmodum prius a nobis de hoc quaeſitum eſt.

INCVMBIT modo auctor in nodum illum ſoluendum, quem monſtrarat: ac ſollicitare poſſe aliquos oſtenderat; vtrum ſcilicet appellandus ſit continens, qui ſine diſcrimine vllo permanet, perduratque in qualibet ratione, & qualibet voluntate propoſitoque, ſiue dignus ſit, qui hoc nomine vocetur, is tantum, qui e recta non patitur ſe pelli, atque exturbari; contraque de incontinente, vt aperte narrat, de quo commemorat, a ſe prius quaeſitum eſſe: docet igitur nunc, quomodo hic ſcrupulus euellatur, atque vtramque ſententiam defendi poſſe, affirmat, verumtamẽ non proprie, & eodem pacto acceptam, ſed aliter, atque aliter ſumptam, cum ex accidenti, & improprie non male dicatur continens, qui perſiſtit in qualibet ratione, quam ſemel amarit; per ſe autem ſolus ille, qui in ratione vera, rectaque deliberatione perſeuerat, quod in contrarium etiam contrario modo cadit; vt indicat: ſi namque continens foret, qui in qualibet permanet, ſequeretur inde incommodum illud, quod ſupra hic expoſuit, & in II. etiam eorum librorum, quorum index eſt, μεγάλα ἠθικά: illic enim quoque de hoc quaeſitum eſt.

Ἢ κατὰ συμβεβηκὸς ὁ ὁποιᾳοῦν· καθ' αὑτὸ δὲ ὁ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ καὶ τῇ ὀρθῇ προαιρέσει· ὁ μὲν, ἐμμένει· ὁ δὲ, οὐκ ἐμμένει· εἰ γάρ τις τοδὶ διὰ τοδὶ αἱρεῖται, ἢ διώκει, καθ' αὑτὸ μὲν, τοῦτο διώκει καὶ αἱρεῖται· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὸ πρότερον· ἁπλῶς δὲ λέγομεν τὸ καθ' αὑτό· ὥστε, ἔστι μὲν ὡς ὁποιᾳοῦν δόξῃ· ὁ μὲν, ἐμμένει· ὁ δὲ, ἐξίσταται· ἁπλῶς δὲ, ὁ τῇ ἀληθεῖ.

An ex accidenti qui in qualibet: per ſe autem qui in ratione vera, & recta electione: hic quidem permanet: hic vero non permanet: ſi enim aliquis hoc propter hoc ſumit, aut ſequitur: per ſe quidem hoc ſequitur, ac ſumit: ex accidenti autem prius illud: ſimpliciter autem dicimus, quod per ſe: quapropter contingit quidem quomodo in qualibet opinione: hic quidem, permanet: hic vero, inde migrat: ſimpliciter autem, qui in vera.

EXPONERE hic quoque voluit; quid ſit id, quod vocauit, ex accidenti ſumere ſibi aliquid faciendum, ſiue ſequi illud, atque ait. Siquis enim hoc expetit propter hoc, datque operã illi quaerendo eodem conſilio; per ſe quidem poſterius hoc expetit, ac ſumit: ex accidenti autem, prius illud; exempli gratia, qui Alexandriam nauigat, vt mercaturis faciendis rẽ quaerat, per ſe quidem rem, pecuniamque quaeret; ex accidenti autem vitam exponit periculis maris: putat enim illam rationem valde accommodatam eſſe patrimonio augendo; docet quoque quid ſit id, quo vſus eſt per ſe, atque inquit, illud idem eſſe, quod ſimpliciter aliquid velle, & non quia auxilio ſit ad aliud conſequendum, ſtatimque concludit rationem ipſam.

Εἰσὶ δὲ τινὲς οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ· εἰσὶ δ', οὓς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας, οἷον δύσπειστοι, καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι· οἳ ὅμοιον μέν τι ἔχουσι τῷ ἐγκρατεῖ· οἷον ὁ ἄσωτος, τῷ ἐλευθερίῳ· καὶ ὁ θρασὺς, τῷ θαῤῥαλέῳ.

Sunt autem quidam, qui facti ſunt ad permanendum ſua in opinione: ſunt autem, quos vocant durae ceruicis homines: veluti qui aegre perſuaderi poſſunt: & non facile in aliam ſententiam traduci: qui ſimilitudinem quandam in ſe habent cum continente viro: & qualem prodigus cum liberali, & audax cum eo, qui ſibi fidit.

OSTENDIT inueniri quoſdam, qui morem habent obſtinate manere in ſententia, quos

falſo

falſo putaret aliquis vnos, atque eoſdem eſſe cum continentibus; voluit igitur errorem eorum, qui ita ſentirent, coarguere; quare diſtinguit ipſos; primumque monſtrat, quale genus hoc mortalium ſit; aitque hos eſſe, quos Graeci vocant ἰσχυρογνώμονας: nos vulgo durae ceruicis homines ipſos appellamus; interpretatur autem primum, qui ſint illi, quos ſui illo nomine oſtendunt, traditque ipſos eſſe, quibus aegre, vixque poteſt aliquid perſuaderi, quique non poſſunt ex vna in aliam ſententiam traduci: concedit autem hos ſimilitudinis aliquid in ſe habere cum continenti, veluti qui patrimonium perdit, cum liberali; & audax, cum magni animi viro, ac forti.

Εἰσὶ δ' ἕτεροι κατὰ πολλά: ὁ μὲν γὰρ, διὰ πάθος, καὶ ἐπιθυμίαν οὐ μεταβάλλει, ὁ ἐγκρατής: ἐπεὶ εὔπειστος ὅταν τύχῃ, ἔσται ὁ ἐγκρατής: ὁ δὲ, οὐχ ὑπὸ λόγου: ἐπεὶ ἐπιθυμίας γε λαμβάνουσι, καὶ ἄγονται πολλοὶ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν.

Sunt autem multis in rebus diſſimiles: vnus enim horum, ob motum, & cupiditatem non mutatur, continens ſcilicet: nam facilis perſuaſu eſt, vbi contigerit, continens erit: hic vero non a ratione; quia cupiditates ad ſe trahunt, & ducuntur multi a voluptatibus.

STATIM declarat hos diuerſos eſſe multis modis, & nullo pacto eoſdem haberi debere: quibus autem rebus inter ſe diſcrepent, ſignificat: primum igitur inquit, alter horum non mutat ſententiam, victus motu animi, & cupiditate, quae ipſum ad ſe trahat, qui eſt continens: nam vſu venire ipſi inquit, continenti, vt patiatur ſe perſuaderi aliquando, ſine culpa tamen affirmat: alter vero non rationem ſecutus, variat animum, diſceditque a ſemet ipſo; contingere autem hoc multis, quod inquit, vt corripiantur cupiditatibus, aperiantque ipſis aditum ad ſe, aganturque ab iiſdem, planum eſſe putat atque exploratum.

Εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες οἱ ἰδιογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς, καὶ οἱ ἄγροικοι: οἱ μὲν ἰδιογνώμονες, δι' ἡδονὴν, καὶ λύπην: χαίρουσι γὰρ νικῶντες, ἐὰν μὴ μεταπείθωνται, καὶ λυποῦνται, ἂν ἄκυρα τὰ αὐτῶν ᾖ, ὥσπερ ψηφίσματα: ὥστε μᾶλλον τῷ ἀκρατεῖ ἐοίκασιν ἢ τῷ ἐγκρατεῖ.

Sunt autem durae ceruicis, qui ſuam ſententiam valde amant, & imperiti homines, & agreſtes: quorum qui ſuam ſententiam valde amant, ob voluptatem, & dolorem tales ſunt: laetantur enim, cum vincunt, aliter ſentire de rebus non coacti, & dolent, ſi infirma fuerint ipſorum tamquam decreta. Quapropter magis ſimiles ſunt incontinenti, quàm continenti.

INDICAT, qui ſint illi, quos ἰσχυρογνώμονας vocauit: traditque eos eſſe, qui valde amant ſuas ſententias: & praeterea, qui ſunt imperiti rerum, & quaſi agreſtes homines. Qua de cauſa primi horum ſint tales, firmasque eſſe velint, ac ratas ſuas opiniones, exponit: dicit enim a voluptate, atque dolore ipſos informari, reddique magnos amatores ſuarum opinionum: gaudere autem eos ſignificat, ſi vicerint, nec paſſi fuerint ex opinionibus illis ſuis ſe extrudi: contraque dolent, ſi ipſae, tamquam ſi forent plebiſcita, decretaque publica, irritae fuerint; quare inquit, magis ſimiles ſunt incontinenti homini, quam continenti, quod ita accipi debere puto: vt enim incontinentes non parent rationi, optimumque ipſius conſilium ſpernunt, ita genus hoc hominum non cedit verioribus ſententiis, atque argumentis.

Εἰσὶ δέ τινες, οἳ τοῖς δόξασιν οὐκ ἐμμένουσιν, οὐ δι' ἀκρασίαν: οἷον ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ τοῦ Σοφοκλέους ὁ Νεοπτόλεμος: καίτοι δι' ἡδονὴν οὐκ ἐνέμεινεν, ἀλλὰ καλήν: τὸ γὰρ ἀληθεύειν αὐτῷ καλὸν ἦν: ἐπείσθη δ' ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ψεύδεσθαι: οὐ γὰρ πᾶς ὁ δι' ἡδονήν τι πράττων ἐστὶν ἀκόλαστος, οὔτε φαῦλος, οὔτε ἀκρατής, ἀλλ' ὁ δι' αἰσχράν.

Sunt autem quidam, qui non permanent in iis, quae ſibi viſa fuerint; non

propter incontinentiam: veluti in Philoctete Sophoclis Neoptolemus, & tamen propter voluptatem non permanſit, ſed honeſtam: nam verum proferre erat eī honeſtum: perſuaſus autem fuerat ab Vlyſſe, vt mentiretur: non enim omnis, qui voluptate impulſus aliquid agit, eſt intemperans, neque prauus, neque incontinens: ſed ille, qui turpi.

NARRAT ioueniri alios quoſdam, qui non permanent in opioionibus, ſenteotijſq; quae ſemel ipſis viſae ac probatae fuerioţ nec tamen merito poſſunt inſimulari, vt incootinentes: repudiata enim peiore ſententia, meliorem ſequuntur: contra autem ſe gerere incontinentes, apertum eſt. Exemplo autem, in illuſtri loco poſito, declarat, quod docet, Neoptolemi inquam Sophoclei, etſi conuenit illi cum incootinente, vt ipſe quoque voluptatem ſecutus in eo fuerit, quod tamen refellit noſter auctor, oſteodens, aliud fuiſſe genus voluptatis, quod mouit Achillis filiom, & non hoc, quod abducit a vero vocato incontinenti; vt enim illa turpis eſt, ita haec honeſta: diguitatem namque in ſe habet; putauit enim generoſus iuuenis eijcere a perſona ſua vanitatem, ac mendacium, cui incubuerat, perſuaſus ob publicam vtilitatem ab Vlyſſe: non eſſe autem affinem vitio, aut culpae vllo omnem hominem, qui gerit aliquid voluptate captus, ſed tantum eum, qui, turpi voluptate inflammatus, fecit id, quod flagitium in ſe cootinet.

Ἐπεὶ δ' ἔστι τὶς, καὶ τοιοῦτος, οἷος ἧττον ἢ δεῖ τοῖς σωματικοῖς χαίρειν, καὶ οὐκ ἐμμένων τῷ λόγῳ, ὁ τοιοῦτος, τούτου καὶ τοῦ ἀκρατοῦς μέσος, ὁ ἐγκρατής: ὁ μὲν γὰρ ἀκρατὴς, οὐκ ἐμμένει τῷ λόγῳ, διὰ τὸ μᾶλλόν τι: οὗτος δὲ, διὰ τὸ ἧττόν τι: ὁ δ' ἐγκρατὴς ἐμμένει, καὶ οὐδὲ δι' ἕτερον μεταβάλλει: δεῖ δὲ, εἴπερ ἡ ἐγκράτεια σπουδαῖον, ἀμφοτέρας τὰς ἐναντίας ἕξεις φαύλας εἶναι, ὥσπερ καὶ φαίνονται, ἀλλὰ διὰ τὸ τὴν ἑτέραν ἐν ὀλίγοις, καὶ ὀλιγάκις εἶναι φανερὰν: ὥσπερ ἡ σωφροσύνη τῇ ἀκολασίᾳ δοκεῖ ἐναντίον εἶναι μόνον, οὕτω καὶ ἡ ἐγκράτεια, τῇ ἀκρασίᾳ.

Quia autem eſt quidam etiam huiuſcemodi, vt minus quàm oportet, corporum voluptatibus delectetur, & non maneat in ratione, talis homo, inter hunc, & incontinentem medius eſt, continens: incontinens enim non permanet in ratione, quia magis aliquid cupit: hic autem, quia minus quippiam: continens autem permanet: & non ob aliud mutatur: opus eſt autem, ſi quidem continentia ſtudioſum eſt, ambo contrarij habitus praui ſint, veluti ſane apparent: verum quia alter ipſorum in paucis, & raro perſpicitur, veluti temperantia intemperantiae videtur contrarium tantum eſſe: ita & continentia incontinentiae.

DAT operam nunc, vt oſtendat, continentiam in medio duorum, adoerſantium ſibi magnopere, animi habituom collocatam eſſe, quare poſſe aliquo modo vocari virtutem: duorum autem horum habituum alter notus omnibus, perſpectuſque erat, quod alteri non contingebat: fallebat enim multos, quare oportuit primum docere hunc extare. Orditur igitur ab hoc, initio poſita particula, qua vtitur ad probaodum aliquid, rebus aut ſatis notis, aut quae noo exqoiſita argumenta requirunt: inquit enim. Quia extat quidam etiam homo talis, qui mious ſcilicet laetetur, quàm deceat, corporis voluptatibus, & ſane inquit, huiuſcemodi omnis diſcedit a ratione, quae vult, vt huiuſcemodi voluptates decerpantur, nec culpae aliquid in ipſis capieodis admitti teſtatur. Sequitur (quae eſt redditio illius ἐπεὶ ideſt quia) interiectus eſt inter hunc, quem modo ootauit, & incontinentem, quidam, qui mediam ſedem tenet, continens homo: medium autem eſſe illum declarat, expoſitis motibus, atque inſtitutis extremorum, qui repugnant ſibi; ait enim incontineos eſt, qui non paret rationi, quia magis qoiddam facit; hic vero, quia minus quiddam facit, quid ſignificare aotem velit, hac conciſa oratione, patet: addit enim, continens autem manet, neque mutatur in alterutrum horum extremorum: oportet igitur inquit, ſi cootinentia eſt quiddam ſtudioſum, laudemque in ſe habet; ambos contrarios ipſi habitus malos

los eſſe, ac maculae affines, quemadmodum ſane eſſe perſpiciuntur: verum inquit, quia alter horum habituum in paucis reperitur, atque iofrequens eſt, etſi eſt, apertus non eſt, neque apparet; eodem pacto, quo temperantia ſolum videtur aduerſari intemperantiae, quia extremum alterum rarum eſt, & in paucis reperitur, ita continentia ſola putatur, quamnis falſo, repugnare intemperantiae, quia obſcurus eſt habitus, qui alienus eſt a corporis voluptatibus, abhoretque ab illis.

Ἐπεὶ δὲ καθ' ὁμοιότητα πολλὰ λέγεται, καὶ ἡ ἐγκράτεια ἡ τοῦ σώφρονος καθ' ὁμοιότητα ἠκολούθηκεν: ὅ, τε γὰρ ἐγκρατὴς οἷος μηδὲν παρὰ τὸν λόγον, διὰ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ποιεῖν, καὶ ὁ σώφρων: ἀλλ' ὁ μὲν, ἔχων: ὁ δ', οὐκ ἔχων φαύλας ἐπιθυμίας: καὶ ὁ μὲν, τοιοῦτος, οἷος μὴ ἥδεσθαι παρὰ τὸν λόγον: ὁ δ', οἷος ἥδεσθαι: ἀλλὰ μὴ ἄγεσθαι: ὅμοιοι δὲ, καὶ ὁ ἀκρατὴς, καὶ ὁ ἀκόλαστος: ἕτεροι μὲν ὄντες: ἀμφότεροι δὲ τὰ σωματικὰ ἡδέα διώκουσιν: ἀλλ' ὁ μὲν, καὶ οἰόμενος δεῖν: ὁ δ', οὐκ οἰόμενος.

Quia autem per ſimilitudinem multa dicuntur, continentia illa quoque temperantis, a ſimilitudine quapiam profecta eſt: continens enim eiuſmodi eſt, vt nihil aduerſante ratione propter corporis voluptates efficiat: eodem pacto, & temperans: verumtamen ita, vt hic quidem habeat: hic autem non habeat prauas cupiditates: & vt hic quidem talis ſit, vt delectari non valeat praeter rationem: hic autem, vt valeat delectari, non tamen vt ducatur ab illis: ſimiles autem ſunt & incontinens, & intemperans, qui ſane diuerſi inter ſe ſunt; ambo autem corporis iucunditates ſectantur: verumtamen vnus eorum exiſtimans, oportere: alter vero, non exiſtimans.

Videbat exquiſitus ſcriptor: & conſuetudinis etiam ſermonis bene peritus, multa dici per ſimilitudinem quandam, & quae proprie ita vocari non poſſent; qoare vtitur animaduerſiooe hac, tamquam fundameoto eius, quod probare volebat: docetque id etiam vſu venire in hac re; cum habitus animi temperantis viri appellari poſſit cootinentia illo modo: ptimum igitur indicat ſimilitudinem, poſtea differentiam; inquit enim, cootinens namq; vim eam, & poteſtatem in ſe habet, vt valeat nihil efficere ac moliri praeter rationem, vt potiatur corporis voluptatibus, qnod exiſtit etiam in temperante; ſimiles igitur in hoc ſunt ambo: ſtatim autem dat operam, vt diſtinguat ipſos, quod facit hoc pacto; ait eoim: verum alter horum ardet cupiditate harum rerum; alter vero vacuus eſt a ſiti improbarum voluptatum. Amplius ait, alter horum ita factus inſtructuſquè eſt, vt voluptate affici non valeat, repugnante ratione: alter vero vim eam, & poteſtatem io ſe habet, vt valeat guſtarè illas, ſed tamen non agi, & raptari ab ipſis. Poſt diuiſos hos & diſtinctos, addit, ſimiles etiam inter ſe eſſe contrarios ſuperioribus, ideſt, incootinentem, & iotemperaotem; qui tamen diuerſi ſunt, vt declarat, poſita ante oculos & ſimilitudine eorum, & differentia: alter enim ipſorum arbitratur id facere oppottere: alter vero minime.

Οὐδ' ἅμα φρόνιμον, καὶ ἀκρατῆ ἐνδέχεται εἶναι τὸν αὐτόν: ἅμα γὰρ φρόνιμος, καὶ σπουδαῖος τὸ ἦθος δέδεικται ὤν.

Neque res patitur, vt idem ſimul prudens, & incontinens ſit: ſimul enim prudens, & ſtudioſus moribus declaratus eſt extare.

Non patitur beneuolus doctor, decipi atque errare, ſiqui forte putarent, vnùm atque eundem penitus eſſe prudentem hominem & incootiocotem: ſtatim enim hoc praeciſe negat, etſi infra argumentis id probat: fatetur tamen verum eſſe, vt aliquis ſimul prudens ſit, ac vir probus, qood a ſe prius declaratum affirmat, ac ratione confitmatum: nihil enim vetat, quin mores boni cooiungantur cum prudentia, quin potius ipſa ſine honeſtate vitae non manet, cum moderetur motibus animorum, & ſit tamquam norma quaedam omnis prudentia.

Ἔτι οὐ τῷ εἰδέναι μόνον φρόνιμος, ἀλλὰ καὶ τῷ πρακτικός: ὁ δ᾽ ἀκρατὴς, οὐ πρακτικός: τὸν δὲ δεινὸν οὐδὲν κωλύει ἀκρατῆ εἶναι: διὸ καὶ δοκοῦσιν ἐνίοτε φρόνιμοι εἶναί τινες: ἀκρατεῖς δὲ, διὰ τὸ τὴν δεινότητα διαφέρειν τῆς φρονήσεως τὸν εἰρημένον τρόπον ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις: καὶ κατὰ μὲν τὸν λόγον ἐγγὺς εἶναι: διαφέρειν δὲ κατὰ τὴν προαίρεσιν.

Praeterea non inde ſolum conſtat prudens, quod ſciat, ſed quod rebus agendis aptus ſit: incontinens autem non eſt aptus rebus agendis: ſolertem autem nihil prohibet incontinentem eſſe: quapropter videntur aliquando prudentes non nulli eſſe: incontinentes autem, quia ſolertia diſcrepat a prudentia, modo expoſito in primis ſermonibus: & quia ratione quidem propinquae ſunt: differunt autem inter ſe electione.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem probat: oſtendit enim praeter intelligentiam, requiri etiam vt prudens paratus ſit ad agendum: contra autem minime factus eſt incontinens ad peragenda ea, quae antequam animo commotus eſſet, admonente ratione, cognoſcebat vera eſſe, & oportere fieri. Cum ſeparaſſet hos; adiunxit fieri poſſe, vt qui par eſt, valdeque ſimilis prudenti, vocatus a Graecis δεινὸς, ab interpretibus, aſtutus, quod non placet, ſiue habilis, eſt autem acer, ac vehemens in rebus agendis, ad exitumque perducendis, idem ſit incontinens, quod cum affirmaſſet, tamquam cumulum nobis praebere voluit, hinc fieri, proficiſcique, vt non nulli prudentes viri eſſe aliquando videantur, qui ſunt incontinentes, quod diſcrepat habitus hic, appellatus δεινότης, ea ratione ſolum, qua ſupra a nobis ſignificatum eſt ſuo loco, ideſt in VI. horum librorum: ceteris autem rebus pares ipſi inter ſe ſunt, cum ſint ratione vicini ac propinqui, diſcrepent autem fine, & delectu rerum, qui prudentiae ſemper eſt honeſtus, rectuſque: alterius huius quilibet.

Οὐδὲ δὴ ὡς ὁ εἰδὼς, καὶ θεωρῶν, ἀλλ᾽ ὡς ὁ καθεύδων, ἢ οἰνωμένος: καὶ ἑκὼν μὲν: τρόπον γάρ τινα εἰδὼς, καὶ ὃ ποιεῖ, καὶ οὗ ἕνεκα: πονηρὸς δ᾽, οὔ: ἡ γὰρ προαίρεσις, ἐπιεικής: ὥσθ᾽ ἡμιπόνηρος, καὶ οὐκ ἄδικος: οὐ γὰρ ἐπίβουλος: ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν, οὐκ ἐμμενετικὸς: οἷς ἂν βουλεύσηται: ὁ δὲ μελαγχολικὸς, οὐδὲ βουλευτικὸς ὅλως.

Neque iam vt intelligens, & contemplans, ſed vt dormiens, vel vino oppreſſus: & ſponte quidem: aliquo enim modo intelligens, & quod facit, & cuius cauſa facit: prauus autem minime: electio enim proba eſt: quapropter ſemiprauus, & non iniuſtus: neque enim inſidioſus eſt: vnus enim ipſorum non perſtat plerumque in ijs, quae deliberarit: qui autem in atram bilem procliuis eſt, penitus non ſolet deliberare.

REPETIT quaeſtionem ſupra explicatam: accurateq; iterum de ipſa diſſerit, cum multum faciat ad naturam incontinentis hominis cognoſcendam; illa autem eſt: vtrum improbe faciat, intelligens quid agat, ſiue contra ſe contaminet propter inſcitiam eorum flagitiorum, vt cum voluerit, ipſum ſcientem admittere culpas illas, quoquomodo ſciens dici poſſit: inquit igitur nunc, cum concedat, eum ſcientem efficere ac moliri, non capi debere ita ſcienté eſſe, vt eſt, qui plane intelligit, ac tunc ipſum contemplatur, totoq; animo conuerſus eſt in eam cogitationem, verum vt qui dormit, ſiue vigilans, vino oppreſſus eſt, & temulentus factus: eundemq; adiungit, exiſtimari debere, ſponte ſua facere, quippe cũ aliquo modo ſciens agat, & quae gerit, & cuius rei cauſa, in ea incumbit, liberat autem ipſum ſcelere ac graui delicto: neq; vult vocari poſſe merito paruum, cum electio eius, & quod facere ſtatuerit, aequum, moderatumq; ſit; cum tamen talem hominem integrum eſſe, vacuumq; penitus a culpa dicere non poſſit; concedit, eum dimidia ſui parte prauum eſſe, non tamen totũ. Addit etiam eum iniuſtum virum vocari non poſſe, atque id, quia inſidiator non eſt, neque dolo vtitur: cum ſint autem duo genera incontinentiae, duoque fontes, origineſque huius culpae, quarum vna eſt, quod non tuetur, ſeruatque, quod ſuaſit ratio: altera vero, quod propter vehementem cupiditatem, qua inflammatus eſt, non conſulit rationem, qui abducitur his a recto, labiturque, non poteſt iure bono iniuſtus appellari.

Καὶ ἔοικε δὴ ὁ ἀκρατὴς πόλει, ἣ ψηφίζεται μὲν ἅπαντα τὰ δέοντα, καὶ νόμους ἔχει σπουδαίους· χρῆται δ' οὐδέν, ὥσπερ Ἀναξανδρίδης ἔσκωψεν. Ἡ πόλις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει· ὁ δὲ πονηρός, χρωμένῃ μὲν τοῖς νόμοις· πονηροῖς δὲ χρωμένῃ.

Et ſimilis vtique eſt incontinens ciuitati, quae cuncta quidem ſciſcit, quae opus eſt, & leges habet vtiles ciuitati: non vtitur autem ipſis, veluti Anaxandrides lepide quendam inſimulauit. Hoc ciuitas voluit, quae leges ſuas nihil curat: prauus autem ſimilis eſt vtenti quidem legibus, malis autem vtenti.

Vt rem magis declararet, apertiuſque oſtenderet, quid interſit inter incontinentem hominem, & prauum, vitioque affinem, vſus eſt ſimili, valde accommodato ad rem illuſtrandã: ait enim, Incontinentem hominem ſimilem eſſe ciuitati, quae ciuitas ſciſcit quaedã, quae vtilia ſunt reipublicae; quaeque tempus poſtulat, cum legibus bonis vtatur, nullis tamen eorum vtitur, neque efficit ea, quae leges iubent, quemadmodum commemorat, Anaxandridem comicum illuſiſſe Athenienſibus, vt opinor, in fabula quadam ſua, aſperxiſſeque conuicio; ponit autem ſenarium ipſius, cuius ſententia plana eſt; contra autem ait, prauum virum ſimilem eſſe ciuitati illi, quae paret tamen legibus: inutilibus autem, ac malis. Poetae huius multis locis meminit Athenaeus; morem vero fuiſſe veterum illorum comicorum, non libere ſolum accuſare ciuitatem, ſed petulanter ipſi maledicere, notum eſt.

Ἔστι δ' ἀκρασία, καὶ ἐγκράτεια περὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τῶν πολλῶν ἕξεως· ὁ μὲν γὰρ ἐμμένει, μᾶλλον· ὁ δ' ἧττον, τῆς τῶν πλείστων δυνάμεως· εὐιατοτέρα δὲ τῶν ἀκρασιῶν, ἣν οἱ μελαγχολικοὶ ἀκρατεύονται, τῶν βουλευσαμένων μέν, μὴ ἐμμενόντων δέ· καὶ οἱ δι' ἐθισμοῦ ἀκρατεῖς, τῶν φυσικῶν· ῥᾷον γὰρ ἔθος μετακινῆσαι φύσεως· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ ἔθος χαλεπόν, ὅτι τῇ φύσει ἔοικεν, ὥσπερ καὶ Εὔηνος λέγει. Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι φίλε. καὶ δὴ ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι· τί μὲν οὖν ἐστὶ ἐγκράτεια καὶ τί ἀκρασία, καὶ καρτερία, καὶ μαλακία, καὶ πῶς ἔχουσιν αἱ ἕξεις αὗται πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται.

Verſatur autem incontinentia, & continentia circa id, quod ſuperat multorum hominum habitum: hic enim permanet magis: hic vero minus, quam ferat vis & poteſtas plurimorum: ex omnibus autem incontinentijs minore labore curatur ea, qua qui atra bile premuntur, peccant, quam eorum, qui deliberarunt quidem, non permanſerunt autem: & qui conſuetudine quadam ſe incontinenter gerunt, quam qui natura in ipſam proni ſunt: facilius enim eſt conſuetudinem mutare, quam naturam: hanc enim ob cauſam, conſuetudinem quoque arduum eſt, quia ſimilis eſt naturae: quemadmodum Euenus teſtatur. Aio diuturnam meditationem eſſe amice, & iam Hanc hominibus, cum ad extremum venit, fieri naturam. Quid igitur ſit continentia, & quid incontinentia, & tolerantia, & mollities, & quomodo ſe habent hae inter ſe, traditum eſt.

In extremo huius praeceptionis admonet non nulla, quae pertinere videbantur ad pleniorem doctrinam duarum harum, contrariarum inter ſe, diſpoſitionum. Primum igitur docet: ſunt enim numero tria, in quo conueniat ipſis, & inquit, continentiam, atque incontinentiam verſari circa id, quod ſuperat, ac vincit habitum animi plurimorum hominum; quod quomodo contingat, exponit, dicens, alteram harum, continentiam inquam, manere magis in eo, quod rectum eſſe iudicat, & oportere ſeruari, quam faciat vis ac facultas maioris partis mortalium: alteram autem minus: reperiuntur enim multi homines, qui facilius ſe abſtinent a turpibus voluptatibus, quam faciant incontinentes; Alterum eſt, quod tradit minore negotio poſſe ſanari incontinentiam, qua laborant ij, qui feruntur praecipites ad potiundas voluptates corporis ob atram bilem, impellentem vehementer ipſos ad eas perfruendas, quam ij, qui deliberarunt ſecum prius, ipſas eſſe declinandas, non tamen perdurarunt in eo conſilio. Tertium eſt, niſi exiſtimandum ſit, hoc

eſſe partem ſecundi, illos, qui ſunt incontinentes more, malaque conſuetudine, facilius itidem poſſe curari, quàm qui natura proni ſunt ad incontinentiam, cuius ſuae ſententiae cauſam adfert, hoc pacto: dicit enim, ob hoc arduum eſſe conſuetudinem mouere, abigereque a ſe, quia mos eſt ſimilis naturae, quod Eueni poëtae teſtimonio confirmat, qui hoc affirmarat duobus ſuis hexametris carminibus, quae citat. Vtitur poſt haec, vt ſolet, quaſi peroratione, commemoratque, quid praeſtiterit vicino hoc ſuperiore loco: ſtatimque aggreditur aliam materiam, quam ſe omittere non debuiſſe confirmat.

Περὶ δὲ ἡδονῆς, καὶ λύπης θεωρῆσαι τοῦ τὴν πολιτικὴν φιλοσοφοῦντος: οὗτος γὰρ τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων, πρὸς ὃ βλέποντες, ἕκαστον, τὸ μὲν, κακὸν: τὸ δ', ἀγαθὸν ἁπλῶς λέγομεν.

De voluptate autem, & dolore contemplari eſt eius, qui ciuilem diſciplinam ſubtiliter conſiderat: hic enim finis architectus eſt: ad quem finem reſpicientes nos, vnumquodque hoc quidem malum, hoc autem bonum ſimpliciter dicimus.

CVM de virtutibus ac vitijs ſtudioſe praecepiſſet, & his, quae morum ſunt, & his, quae rationis: poſteaque de alijs diſpoſitionibus, quae ſimilitudinem quandam in ſe continent verarum, propriarumqne virtutum; ſed aut ſuperant vim earum bonitate, ac laude, aut ita inquinatae ſunt, perditaeque, vt magis referre videantur naturam, ingeniumque beluarum, quàm animantinm, quae participes ſint rationis, in quibus explicandis, cum accurate quaeſitnm eſſet de continentia, & incontinentia, vt virtute, vitioqne, quod inſtar eſt temperantiae, atque intemperantiae, quarum & ipſarum materia ſunt voluptas, & dolor, & virtutum, & vitiorum, quae propriae ſunt morum: nunc exiſtimauit, oportere ſedulo ſe de ipſis diſputare, perſonamque, quam ſuſcepit, hoc requirere; antequam tamen incipiat de his diſſerere, oſtendere voluit, ſe omittere non poſſe, quin hoc praeſtet, quod fecit etiam initio duorum conſequentium librorum, in quibus de amicitia copioſe loquitur: potuiſſet enim fortaſſe ſuſpicari aliquis, non eſſe accommodatam huic ſcriptioni diſputationem de voluptate, quod fecit, vt prius id refelleret, conueniteque perſonae id ſuae oſtenderet. Idem igitur hic, vt opinor facit: tribusque argumentis vtiur ad hoc conſtituendum aptis, quorum primum eſt, qnod ait. Officium eius eſſe de voluptate ac dolore videre, qui ſuſceperit hanc curam, profeſſusque ſit diſciplinam ciuilem ſe traditurum, cum ſit hic architectus qnidam, conditorque eius, finis, ad quem finem, nos cuncta referentes, directis ſemper oculis in ipſum, dicimns ipſa ſiue bona, ſiue mala; vtimnrque ipſo tamquam norma quadam certa, quae nos errrare non ſinat.

Ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτῶν: τήν τε γὰρ ἀρετὴν, καὶ τὴν κακίαν τὴν ἠθικὴν, περὶ λύπας, καὶ ἡδονὰς, ἔθεμεν.

Adhuc autem vnum eſt eorum, quae neceſſario intueri debemus: virtutem enim, ac vitium, quae morum ſunt, circa dolores & voluptates collocauimus.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo confirmat idem, vel potius ſine culpa ſe hoc omittere non potuiſſe declarat, cum ſit vnum eorum, quae neceſſaria ſunt ad plenam intelligentiam, praeceptionemque eorum, quae docentur his libris, cum traditum ſit, & tamquam certum, ſolidumqne poſitum: virtutem omnem morum; eodemque pacto vitium eiuſdem generis, verſari circa voluptates, ac dolores, qnod, quemadmodum hic ſuo loco commemorat, ita etiam in VII. libro anſcultationis naturalis: dixit enim illic quoque, omnem moralem virtutem verſari circa voluptates, & dolores corporis, in quem locum Simplicius haec adnotauit, aſſuefieri voluptate affici ac dolore, non temere, verum ob ea, quae decent, ac rectum eſt, & quantum, & qualem, moralem virtutem parere.

Καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οἱ πλεῖστοι μεθ' ἡδονῆς εἶναι φασί: διὸ καὶ τὸν μακάριον ὠνομάκασιν ἀπὸ τοῦ χαίρειν.

Et vitam beatam plurimi cum voluptate eſſe aiunt: quapropter virum beatum a gaudio nominarunt.

TERTIVM

Tertium hoc argumentum eſt, quo itidem oſtendit, ſe in voluptatem, doloremque explicandum incumbere debuiſſe, cum bona & magna pars eorum, qui praeceperunt aliquid de vita beata, cum voluptate ipſam innexam eſſe, copulatamque voluerint, quorum auctoritati adiungit rationem nominis alterius, quo Graeci appellant beatum hominem: non ſolum enim ipſum vocant εὐδαίμονα, verum etiam μακάριον, quod nomen ipſe putat conformatum eſſe a verbo χαίρειν, quod valet gaudere, & voluptate affici; cuius ſententiae fuit etiam Homerus, qui in externis bonis noluit eſſe poſitam vitam beatam, neque copia ipſorum, cum cecinit, ὡς οὔ τι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω. quod eſt vbertas horum bonorum non me beatum efficit; vt accepit etiam Plutarchus in libello, quo inſtruxit adoleſcentes ad fructus magnos ſine vlla labe, ac detrimento, capiendos e lectione poetarum; dixit enim hoc feciſſe, vt Homerum ſuperiore verſu, ita etiam plane aperteque Menandrum, cum in fabula quadam induxit quempiam ita loquentem, ἔχω δὲ πολλὰ ἀγαθά, καὶ πλούσιος καλοῦμαι ὑπὸ πάντων: μακάριος δ' οὐχ ὑπ' οὐδενός, fatetur enim ille, ſe amplum patrimonium habere; vocariq; a cunctis mortalibus locupletem: beatum vero a nemine: verſus autem ſuperior Homericus acceptus eſt e IIII. libro Odyſſeae, illic editus a Menelao.

Τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ, οὐδεμία ἡδονὴ εἶναι ἀγαθὸν, οὔτε καθ' αὑτὸ, οὔτε κατὰ συμβεβηκός: οὐ γὰρ εἶναι τὸ αὐτὸ ἀγαθὸν, καὶ ἡδονήν: τοῖς δ' ἔνιαι μὲν, εἶναι: αἱ δὲ πολλαὶ, φαῦλαι: ἔτι δὲ τούτων τρίτον, εἰ καὶ πᾶσαι ἀγαθὸν, ὅμως μὴ ἐνδέχεσθαι εἶναι τὸ ἄριστον ἡδονήν.

His igitur videtur nulla voluptas eſſe bonum, neque per ſe, neque per accidens: non enim idem eſſe bonum, ac voluptatem: his vero quaedam bonae quidem: multae autem malae: adhuc autem tertium horum: etſi cunctae bonum forent, tamen non vſu venire poteſt, vt voluptas ſit optimum.

Cum conſtituerit officium ſuum, ſeque, oſtenderit, debuiſſe diſſerere de voluptate ac dolore, vt mos ipſius eſt, exponit ſententias, quae de ipſa fuerint, ſuperiorum: ſunt autem illae tres; quarum prima eſt, quod commemorat, viſum eſſe non nullis, nullam voluptatem eſſe bonum, neque per ſe, & ſua vi, neque ex accidenti, vt vſu veniat aliquando eam aliquid boni parere; id quod illi probabant hoc argumento: aiebant enim vnum, atque idem nullo pacto eſſe bonum, ac voluptatem, verum quod neceſſario futurum erat, ſi earum prius illud fuiſſet. Narrat poſt hoc extitiſſe alios, quibus viſum ſit, quaſdam voluptates bonum eſſe: multas vero ipſarum, malas, & deterioris notae: vnde nihil boni vmquam proficiſceretur, ob vilem, & indignam viro ipſarum naturam: hi vero, cum diuiſerint ipſas, eruditius locuti de voluptate ſunt: moremque doctorum hominum de obſcuris rebus praecipientium, ſecuti fuere. Amplius autem inquit, extat tertium quoddam, quod contra ipſos adferri poteſt; non quaerere eos modo, ſit ne bonum voluptas, ſiue non ſit, neque ſollicitos de hoc eſſe, ſed ſcire cupere, an voluptas ſit optimum omnium, tamen non fieri poſſe, vt voluptas ſit optimum omnium: aliud enim eſt, participem eſſe alicuius rei, aliud illam ipſam rem eſſe abſolutam, & quae ad ſummum peruenerit.

Ὅλως μὲν οὖν οὐκ ἀγαθὸν, ὅτι πᾶσα ἡδονὴ γένεσίς ἐστιν εἰς φύσιν αἰσθητή: οὐδεμία δὲ γένεσις συγγενὴς τοῖς τέλεσιν, οἷον οὐδεμία οἰκοδόμησις οἰκίᾳ.

Omnino igitur non eſſe bonum, quia omnis voluptas eſt generatio in naturam ſenſilis: nulla autem generatio eſt eiuſdem generis, cuius ſunt fines: veluti nulla aedificatio eſt domus.

Exponit nunc argumenta, quibus confirmabatur prima illa opinio, quae voluptatem penitus ſpoliabat bonitate; valet igitur, aiebant, ad oſtendendum, nullam voluptatem eſſe bonum, definitio voluptatis, quae in ore eſt omnium, illa autem eſt, cuius etiam meminit in I. libro de arte dicendi, voluptatem eſſe generationem in naturam, quae cum ſenſu fit. Addebant huic alteram propoſitionem, quare concludebant vi ambarum, quod probandum ipſis erat; ea autem eſt, nullam generationem alicuius rei eſſe eiuſdem generis, cuius eſt finis, cum finis igitur bonum ſit, ſequitur initium, ortumque ipſius non eſſe bonum: ſimili autem hoc firmabant, declarabantque, verum eſſe: opera enim, aiebant, quae

ponitur

ponitur in domo aedificanda, non eſt domus, quae domus finis fuit illius operae, ſtudijq; quod poſuit faber, in eo opere moliendo, domoque aedificanda.

Ἔτι ὁ σώφρων φεύγει τὰς ἡδονάς: ἔτι ὁ φρόνιμος τὸ ἄλυπον διώκει, οὐ τὸ ἡδύ: ἔτι ἐμπόδιον τῷ φρονεῖν, αἱ ἡδοναί: καὶ ὅσω μᾶλλον χαίρει, μᾶλλον: οἷον τὴν τῶν ἀφροδισίων: οὐδένα γὰρ ἂν δύνασθαι νοῆσαι τι ἐν αὐτῇ: ἔτι τέχνη οὐδεμία ἡδονῆς: καίτοι πᾶν ἀγαθὸν, τέχνης ἔργον: ἔτι τὰ παιδία, καὶ τὰ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς.

Praeterea homo temperans fugit voluptates. Adhuc prudens, quod ſine dolore eſt, perſequitur, non quod iucundum eſt. Adhuc voluptates impedimento ſunt prudentiae muneribus: & quanto magis aliquis gaudet, tanto magis: veluti voluptatem, quae capitur e rebus venereis: nemo enim cogitare aliquid poteſt, dum ipſa fruitur. Adhuc voluptatis nulla eſt ars: atqui bonum omne videtur artis opus eſſe: Adhuc pueri, & beluae voluptates perſequuntur.

SEQVVNTVR primam, iam expoſitam rationem, quinque aliae, quae idem confirmant, rationes: breuiter nunc tactae vel indicatae potius, & vt apertae, & vt quae infra refellentur: harum prima eſt. Homo temperans fugit voluptates, quod non faceret, ſi voluptas bonum foret: ſecunda. Vir prudens ſectatur indolentiam, non iucunditatem, quod faceret, ſi voluptas bonum eſſet: neque enim, cum ſit prudens, fallere hoc ipſum poſſet: tertium argumentum. Impedimento ſunt voluptates muneribus prudentiae, & quanto maiores illae, vehementioresque fuerint, tanto magis optimis conſilijs, actionibuſque honeſtis aduerſantur: hoc enim valet, & quanto magis aliquis gaudet, potiturque eis, tanto magis impediunt: veluti, aiebant: exemplo enim valde noto, & ſatis percepto, hoc confirmabant: voluptas, quae capitur e Venere: nemo enim, dum fruitur ipſa, valet verſare mente quicquam, cogitareque: quartum. Nulla ars eſt, aiebant, quae moliatur, fabricetque voluptates, cum omne bonum videatur eſſe artis alicuius opus; quintum. Pueri, & beluae ſequuntur voluptates, non viri, qui in ſe habeant aliquid grauitatis.

Τοῦ δὲ μὴ πάσας σπουδαίας, ὅτι εἰσὶ καὶ αἰσχραί, καὶ ὀνειδιζόμεναι, καὶ ὅτι βλαβεραί: νοσώδη γὰρ ἔνια τῶν ἡδέων.

Argumento autem eſt, non eſſe cunctas voluptates probas, quod ſunt, & turpes, & quae obyciuntur ijs, qui in ipſis volutantur, & quae damnum adportant: morbos enim gignunt non nullae res iucundae.

VERE dictum eſſe aiebant, non eſſe cunctas voluptates probas, honeſtaſque, quod e numero ipſarum ſunt quaedam turpes, & quae obijci ſolent his, qui non veriti ſint illis potiundis ſe tradere: niſi enim hoc exploratum ipſis foret, non auderent homines contra tantum conſenſum amantium ipſas illas vituperare. Praeterea aiebant, quia repetiuntur, quae noceant, quomodo autem hoc fieret, oſtendebant: aiebant enim, Non nullas res iucundas, & quae ſuauitatis plenae ſunt, gignere morbos, id quod ita apertum erat, vt non putarent, confirmare id oportere.

Ὅτι δ' οὐκ ἄριστον ἡ ἡδονή, ὅτι οὐ τέλος, ἀλλὰ γένεσις: τὰ μὲν οὖν λεγόμενα σχεδὸν ταῦτ' ἐστίν.

Non eſſe autem optimum omnium voluptatem ſignificat, quod finis non eſt, ſed generatio: quae igitur dicuntur, ſunt ferme haec.

SIGNIFICABANT etiam, non eſſe optimum voluptatem, quia voluptas non eſt finis: finem vero illud eſſe, quod praeſtet ij omnibus, quae ipſi antecedunt, ac ſeruiunt, & nedum finis ſit, extremumque, quo ferimur, eſt potius ortus, & initium quoddam, quam finis rationem habeat; poſt quod teſtatur, quae feruntur de voluptate, iudiciaque hominum,

aum, qui de ipſa quaeſiuerunt, eſſe ea, quae tradita ſunt, in quae tamen accuratius conſideranda, & vt res poſtulabit, penitus explodenda toto animo nunc incumbet.

Ὅτι δ' οὐ συμβαίνει διὰ ταῦτα μὴ εἶναι ἀγαθὸν, μηδὲ τὸ ἄριστον, ἐκ τῶνδε δῆλον: πρῶτον μὲν, ἐπεὶ τὸ ἀγαθὸν διχῶς: τὸ μὲν γὰρ, ἁπλῶς: τὸ δὲ, τινὶ, καὶ αἱ φύσεις, καὶ αἱ ἕξεις ἀκολουθήσουσιν: ὥστε καὶ αἱ κινήσεις, καὶ αἱ γενέσεις ἀκολουθήσουσι: καὶ αἱ φαῦλαι δοκοῦσαι, ἁπλῶς φαῦλαι: τινὶ δ', οὔ: ἀλλ' αἱρεταὶ τῷδε: ἔνιαι δὲ, οὐδὲ τῷδε, ἀλλὰ ποτὲ καὶ ὀλίγον χρόνον: αἱρεταὶ δ', οὔ: αἱ δὲ, οὐδὲ ἡδοναὶ, ἀλλὰ φαίνονται: ὅσαι μετὰ λύπης, καὶ ἰατρείας ἕνεκεν: οἷον αἱ τῶν καμνόντων.

Non effici autem vi horum argumentorum, vt voluptas non ſit bonum, neque etiam optimum, ex his perſpicuum eſt: primum quidem, quia bonum duobus modis dicitur: hoc enim, ſimpliciter: alterum vero, cuipiam: atque naturae, & habitus comitabuntur. Quapropter motus, & generationes comitabuntur: & quae malae videntur, ſimpliciter malae: cuipiam autem homini non malae, ſed expetendae huic: quaedam autem neque huic, ſed aliquando, & paruo tempore: expetendae autem nullo pacto: hae vero ne voluptates quidem, ſed videntur, quae cũ dolore ſunt, & medendi cauſa adhibentur, quales ſunt aegrotantiũ.

Incipit perſcrutari ſententias modo expoſitas, de voluptate: primamque ipſarum primum aggreditur, contra quam dicit, non effici, neque concludi per ea, quae ſumpta ſunt in ipſa, allataque, quin poſſit voluptas bonum eſſe atque optimum etiam omnium bonorum, quod planum, apertumque futurum eſſe pollicetur, vi eorum, quae afferet. Orditur autem a diuiſione boni, cui comitari affirmat diuiſionem naturarum hominum, & habituum, & quemadmodum bonum duobus modis dicitur, ita etiam dicantur, & naturae ipſae, & habitus. Boni igitur duo genera eſſe inquit, quorum vnum per ſe, ſuaque vi bonum ſit; alterum vero ex accidenti; quare addit, & naturae & habitus comitabuntur: quapropter & motus, & generationes comitabuntur huic diſtinctioni, & ipſarum, quae malae, vitioque affines eſſe videntur, partim ſimpliciter, abſoluteque tales ſunt, partim, non malae, verum accommodatae, expetendaeque huic homini. Adiungit reperiri quoque alias eiuſdem generis, quae ſcilicet ſimpliciter bonae non ſunt, ſed aliter diſtinguantur, vt nemini etiam omni tempore expetendae ſint, ſed certis tantum quibuſdam temporibus, in ijs etiam non diuturnae, ſed quae breues ſint, minime autem ſint expetendae. Inueniri etiam aliud genus ipſatum inqvit, quae etſi vocentur voluptates, nõ tamen dignae ſunt hoc nomine, ſed tantum vmbram quandam ipſatum, & ſpeciem habent, quae vero hae ſint indicat: illae inquam, quae iunctae ſunt cum dolore, & paena, quales ſunt, quae pellendi a nobis morbi cauſa adhibentur, veluti inquit, aegrotantinm voluptates.

Ἔτι ἐπεὶ τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ μὲν, ἐνέργεια: τὸ δ', ἕξις: κατὰ συμβεβηκὸς αἱ καθιστᾶσαι εἰς τὴν φυσικὴν ἕξιν, ἡδεῖαί εἰσιν: ἔστι δ' ἡ ἐνέργεια ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ὑπολοίπου ἕξεως, καὶ φύσεως: ἐπεὶ καὶ ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας εἰσὶν ἡδοναί: οἷον αἱ τοῦ θεωρεῖν ἐνέργειαι, τῆς φύσεως οὐκ ἐνδεούσης.

Adhuc quia boni, hoc quidem, eſt muneris: functio: hoc autem, habitus: ex accidenti, quae conſtituunt in habitum naturalem, iucundae ſunt: eſt autem functio in cupiditatibus habitus eius, cuius veſtigium reſtat & naturae, quia etiam ſine dolore, & cupiditate ſunt voluptates: veluti functiones contemplandi, cum natura non egeat aliqua re.

Alterum hoc argumentum eſt, quo idem probat, cuius fundamentum eſt, id qnod iam demonſtratum fuit, diuiſio inquam boni, qua declarat res non nullas bonas vocari, quia ſunt functiones quales illae, quae proficiſcuntur a virtute, vt actio fortitudinis, temperantiae,

rantiae, liberalitatis, ceterarumque itidem virtutum: alias vero, quia ſunt habitus, qui pariunt ipſas. Vtitur autem hac diuiſione tamquam ſolo ac crepidine, quae ſuſtineret, quod adiungendum erat; quare non rationibus id confirmauit, vt ſolet facere, cum initio ponit ἐπεὶ, cuius redditio vicina eſt, ſtatimque ſequitur, voluptates illas, quae conſtituunt in naturalem, integrumque habitum, qui habitus amiſſus erat, ex accidenti iucundas eſſe, & non per ſe, in quo autem maneat, intelligaturque eſſe actio haec atque functio, declarat, ſignificatque, exerceri ipſam in cupiditatibus explendis, inſtaurandiſque habitus eius, in quo veſtigium reſtabat habitus pleni, ac naturae, quae cauſa eſt inquit, vt non ſit haec perfecta voluptas: quam anſam accuſandi voluptatem nacti ſunt, qui eam improbarent: nam extare etiam ait voluptates non nullas, quae ſine dolore ac cupiditate, ſuauitatis multum pariant, quales ſunt functiones rerum contemplandarum, in quibus obeundis natura manca, debiliſque non eſt, vt oporteat ipſam reficere atque inſtaurare. Haec videtur eſſe ſententia alterius lectionis: duobus enim modis locus hic legitur, magnopere inter ſe diſcrepantibus; quod ad ſententiam pertinet. D. Thomas hanc ipſam lectionem ſequitur, alterius autem mentionem nullam facit, quae pro ὑπολοίπου, habet ὑπολείπου, etſi ipſa quoque in multis antiquis exemplaribus inuenitur: nam vnum ſpectaui, cuius fidem olim cum in alijs valde probaſſem, in hoc tamen auctoritatem eius ſecutus non fui, in quo cum intus ſit ὑπολοίπου, in margine tamen eius, adnotatum eſt γρ. ὑπολείπου: inueni quoque doctos viros, quibus ſententia haec non diſpliceret. In alijs quoque multis magniſque difficultatibus, quas habet cura haec, ſtudiumque declarandi antiquos Latinos aut Graecos ſcriptores, eſt etiam haec, non parua ſane, nec quae facile ſuperari poſſit: intelligo autem, quae naſcitur a varietate ſcipturae, cuius rei teſtimonium eſſe volui duos hos vicinos ſibi locos: quemadmodum enim ſuperior duobus modis legitur, ita hic tribus: ſunt enim libri in quibus legatur συνέστηκε, ſunt etiam, in quibus συνδέδεκε, vidi etiam in quo ſcriptum foret συνηγῶς εἶναι, quarum lectionum, quae vera ſit alijs iudicandum relinquo.

Σημεῖον δ' ὅτι οὐ τῷ αὐτῷ ἡδεῖ χαίρουσιν, ἀναπληρουμένης τε τῆς φύσεως, καὶ καθεστηκυίας: ἀλλὰ καθεστηκυίας μὲν, τοῖς ἁπλῶς ἡδέσιν: ἀναπληρουμένης δὲ, καὶ τοῖς ἐναντίοις: καὶ γὰρ ὀξέσι, καὶ πικροῖς χαίρουσιν: ὧν οὐδὲν οὔτε φύσει ἡδὺ, οὔθ' ἁπλῶς ἡδύ: ὥστ' οὐδ' αἱ ἡδοναί: ὡς γὰρ τὰ ἡδέα πρὸς ἄλληλα συνέστηκεν, οὕτω καὶ αἱ ἡδοναὶ, αἱ ἀπὸ τούτων.

Signum huius rei eſt, quod nō eadem re iucunda gaudent, cum expletur adhuc natura, & cum iam cōſtituta eſt: ſed conſtituta quidē rebus ſimpliciter iucundis: cum expletur autem etiam contrarijs: etenim acidis, & amaris gaudent, quorum nullum eſt neque natura, neq; ſimpliciter iucundum: quapropter neque voluptates: quemadmodum enim ea, quae iucunda ſunt, inter ſe conſtant, ita & voluptates, quae inde proficiſcuntur.

ARGVMENTATVR a ſigno; eoque quod ab hominibus fit probare volens, actionem, quae incumbit in explendam naturam, non eſſe voluptatem: neque parere puram, veramque ſuauitatem. Notam igitur huius rei eſſe ait, quod homines non gaudent ijsdem rebus, cum natura expletur, atque id, quod amiſſum eſt, admouetur: & cum conſtituta eſt, atque integra, nulla ſui parte imminuta ac contaminata, docet, rem ita ſe habere, vt dixit, cum perſpiciatur integra natura, & bene conſtituta, mortales obectari cibis, qui ſimpliciter iucundi, ſuaueſque ſunt; cum vero imminuta, reſtituitur, non tantum his ſuauibus ſcilicet, verum etiam contrarijs, ſi forte meliorum ſuauiorumque non ſit copia, aperit ipſe, quos intelligat: videmus enim inquit ipſos ſumere res acidas, & amaras, quae & ipſae, etſi palato gratae non ſunt, tamen famem, ſitimque pellunt, quod ſignificauit etiam ipſe adiungens, quarum rerum nulla neque natura, ſuaque vi, neque ſimpliciter ſuauis; ſed contigit, vt ſumerentur, quia, quo tunc eget natura, adportant, corporique praebent; etſi gratae ſua vi, acceptaeq; non ſunt. Sequitur apud auctorem, quod requirebatur ad concludendum, id quod monſtratum eſt, vſu venire in cibis, & ijs, quibus veſcimur, idem etiam ſeruari, locumque habere in voluptatibus ipſis, cum, quam rationem habent inter ſe res efficientes voluptates, talem habent voluptates, quae inde naſcuntur: vt quaedam ipſarum ſcilicet ſint per ſe bonae, quaedam vero non ſua ui, ſed ex accidenti. Declarat, quod hic traditur ab auctore, id quod narratur a M. Cicerone in V. Tuſculana his verbis. Da-

tius in fuga, cum aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius: ſequitur alterum illic exemplū huius eiuſdē rei de Ptolemaeo rege.

Ἔτι οὐκ ἀνάγκη ἕτερόν τι εἶναι βέλτιον τῆς ἡδονῆς, ὥσπερ τινές φασι, τὸ τέλος τῆς γενέσεως: οὐ γὰρ γενέσεις εἰσίν: οὐδὲ μετὰ γενέσεως πᾶσαι, ἀλλ' ἐνέργειαι, καὶ τέλος: οὐδὲ γινομένων συμβαίνουσιν, ἀλλὰ χρωμένων: καὶ τέλος οὐ πασῶν ἕτερόν τι, ἀλλὰ τῶν εἰς τὴν τελείωσιν ἀγομένων τῆς φύσεως.

Adhuc neceſſe non eſt aliud quippiam eſſe melius voluptate, vt non nulli aiunt, finem inquam generationis: non enim generationes ſunt: neque cum generatione cunctae, ſed functiones, & finis: neque cum gignuntur res quaepiam, contingunt, ſed cum vtimur nos ipſis: & finis non omnium aliud quippiam, ſed earum, quae ad perfectionem naturae perducuntur.

Vt commemorauit ſupra in ſententijs exponendis de voluptate, erant, qui dixerant, ſi foret etiam omnis voluptas bonum, non tamen inde ſequi, vt voluptas vlla ſit ſummum bonum. refellit igitur argumentum, quo illic vtebantur ad declarandum, non eſſe genus vllum voluptatis, quod optimum vere appellari poſſit, cum omnis voluptas ſit generatio: ait igitur, neceſſe non eſt eo nomine, vt aliud quippiam ſit melius, praeſtantiusque voluptate cuiuſmodi illi dicebant eſſe extremum, finemque illius generationis, atque id, quia voluptates generationes non ſunt, vt illi falſo putabant; neq; cunctae profectae a generatione: ſunt enim functiones, & res contraria penitus generationi, ideſt finis. Addit etiam, eidem opinioni redarguendae accommodatum, eaſdem non peruenire ad nos, exortis aliquibus rebus, ſed vtentibus nobis, gerentibuſque quaſdam res, vnde illae manant. Tertium etiam quiddam adiungit, quod & ipſum ad opinionem illam explodendam valet: ait enim finem omnium non eſſe diuerſum, ſed earum tantum, videlicet actionum, quae ductae a principio origineque ſua, perducuntur ad perfectionem naturae, quae manca erat ac defecerat.

Διὸ καὶ οὐ καλῶς ἔχει τὸ, αἰσθητὴν γένεσιν φάναι εἶναι τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ μᾶλλον λεκτέον, ἐνέργειαν τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως: ἀντὶ δὲ τοῦ, αἰσθητὴν, ἀνεμπόδιστον: δοκεῖ δὲ γένεσίς τις εἶναι, ὅτι κυρίως ἀγαθόν: τὴν γὰρ ἐνέργειαν, γένεσιν οἴονται εἶναι: ἔστι δ' ἕτερον.

Quare non belle ſe habet dicere, ſenſilem eſſe generationem voluptatem, ſed potius dicendum eſt, functionem eſſe habitus eius, qui ſit ſecundum naturam, & pro ſenſilem, quae ſine impedimento ſit: putatur autem generatio eſſe, quia eſt bonum proprie: functionem enim, generationem eſſe arbitrantur: eſt autem aliud.

Hoc corollarium eſt: cum enim iam probaſſet, quod propoſuerat, admonere etiam voluit, peccare illos, qui cenſerent voluptatem eſſe generationem ſenſilem, & in quo peccarēt, oſtendere; duo enim errata ipſorum monſtrat, quae, dat operam etiam, vt emendet ac corrigat: inquit enim, eos non generationem, definiendo ipſam, dicere debuiſſe, ſed potius actionem, functionemve habitus, qui natura conſtaret, & pro voce ſenſilem, quam adponere ſuetat ad generationem, dicere actionem illam liberam, ſolutamque eſſe omni re, quae impedire ipſam, turbareque poſſet. Rectum etiam eſſe exiſtimauit, indicare fontem huius erroris, & quae res ipſos in fraudem traxiſſet docere: nam inquit. Videtur enim, falſoque putatur eſſe generatio, quia eſt proprie bonum: actionem enim illi arbitrantur eſſe generationem, in quo falluntur, cum ſit aliud.

Τὸ δ' εἶναι φαύλας, ὅτι νοσώδη ἔνια ἡδέα, τὸ αὐτὸ, καὶ ὅτι ὑγιεινὰ ἔνια φαῦλα πρὸς χρηματισμόν: ταύτῃ οὖν φαῦλα ἄμφω, ἀλλ' οὐ φαῦλα κατά γε τοῦτο: ἐπεὶ καὶ τὸ θεωρεῖν ποτὲ βλάπτει πρὸς ὑγίειαν.

Eſſe autem malas, quia non nullae res iucundae gignunt morbos, idem etiam in hoc locum habet, non nullas res ſalubres malas eſſe ad pecuniam cogendam: hac igitur ratione ambo mala ſunt, ſed non mala ad hoc ſunt: quia videre animo res obſcuras obeſt aliquando valetudini.

CONFVTAT ſententiam eorum, qui probare volebant, non omnem voluptatem eſſe bonam; oſtendentes quaſdam res iucundas gignere morbos, corporique detrimenti non parum adferre: docet igitur hoc inane eſſe, nec eam vim habere, quam falſo putabant, ipſam habere, quamuis negari non poſſit, quin id, quo vtebantur ad confirmandam ſuam opinionem, verum ſit, inueniri ſcilicet res non nullas ſuaues, refertaſque voluptate, quae nocent: ſimili autem vtitur, ad hoc confirmandum, atque ait, hoc adferre, perinde eſſe ac dicere quaſdam res ſalubres eſſe malas, quia obſunt rei familiari, ſtudioque augendi patrimonij: magni enim parantur quaedam medicamenta: concedit igitur & res illas iucundas, & has ſalubres hoc nomine appellari malas: nam quin efficiant, quod dictum eſt, nemo negaret: verumtamen malae inquit, abſolute appellari non poſſunt, qua ratione & iucundae ſunt & ſalubres: quia aliquando etiam contemplatio veritatis mala diceretur, cum adferat detrimenti non nihil valetudini.

Ἐμποδίζει δὲ οὔτε φρονήσει, οὔθ' ἕξει οὐδεμιᾷ ἡ ἀφ' ἑκάστης ἡδονὴ, ἀλλὰ αἱ ἀλλότριαι: ἐπεὶ αἱ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν, καὶ μανθάνειν, μᾶλλον ποιήσουσι θεωρεῖν, καὶ μανθάνειν.

Nihil autem impedimenti adfert, neque prudentiae, neque alij vlli habitui voluptas, quae a ſingulis exoritur, ſed alienae: nam quae oriuntur a contemplando, & diſcendo, efficient, vt magis contemplari, & diſcere valeat.

QVI aduerſabantur voluptati, in alijs ad opinionem ſuam confirmandam aiebant, nullam voluptatem eſſe bonam, atque id, quia impedimento eſſet prudentiae, nec ſineret, eam fungi muneribus ſuis. Reſpondet igitur hoc verum non eſſe: nam neque prudentiae, neque vlli alij habitui morae quippiam ac moleſtiae gignit voluptas, quae inde proficiſcitur, propria & germana: alienas enim eſſe affirmat, quae hoc efficiunt, quod confirmat vi illius, quod videmus vſu venire in contemplatione, & cognitionem rerum maximarum: voluptates enim, quae inde percipiuntur, nullam labem apportant, nec quicquam detrimenti patiunt contemplationi ipſi, ac perceptioni optimarum rerum, immo potius augent ipſas, ac meliores, acutioreſque reddunt ad munus illud ſuum obeundum, atque omni ex parte perficiendum.

Τὸ δὲ τέχνης μὴ εἶναι ἔργον μηδεμίαν ἡδονὴν, εὐλόγως συμβέβηκεν: οὔτε γὰρ ἄλλης ἐνεργείας οὐδεμιᾶς τέχνη ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως: καίτοι καὶ ἡ μυρεψικὴ τέχνη, καὶ ἡ ὀψοποιητικὴ δοκεῖ ἡδονῆς εἶναι.

Quod aiunt autem non eſſe artis opus nullam voluptatem, ratione euenit: neque enim vllius alius functionis ars eſt, ſed facultatis: quamquam & vnguentariorum ars & coquorum videtur voluptatis eſſe.

QVOD etiam excogitatum eſt, inquit, ad honore ſpoliandam voluptatem, potius valet ad eius dignitatem augendam: id autem eſt, quod aiebant, voluptatem nullam opus eſſe alicuius artis, cum res eximiae ac praeſtantes ſtudio, & opera, alicuius artis efficiantur. Reſpondet igitur, conſentaneum hoc eſſe, & merito fieri: neque enim alius vllius functionis extare artem: ſed munera, & functiones proficiſci a poteſtate, ac facultate illarum rerum gerendarum: artes enim nos erudiunt tantum, efficiuntque habiles ad ea obeunda. Cum autem conceſſiſſet, quod ſtatim repudiare poterat, atque inficiari, poſtea illud ipſum negat, falſumque eſſe docet, cum & vnguentarij, & coqui ſuas artes habeant, quibus inſtruantur ad voluptates efficiendas: illae namque artes ſunt, & ita ſane appellantur, etſi

non

non probantur probis & moderatis viris: Vocatur autem a magiſtris dicendi argumentum hoc κατ' ἔνστασιν, καὶ παράστασιν: cuius vim, & rationem omnem exponit diligenter Hermogenes, praecipiens de ſtatibus cauſarum cap. περὶ στοχασμοῦ: ipſumq; exemplis etiam, cuiuſmodi ſit, declarat. Neq; tamen id in vſu tantú oratorum eſt; verumetiam philoſophorú: quemadmodú enim eo vtitur hoc in loco Ariſtoteles, ita etiam in extremo categoriae de ſubſtantia, vbi primú, contra aduerſarium, qui obiecerat. Non ſolum ſubſtantiam, vnam & eandem numero, cótraria ſuſcipere, ſed etiam orationem, & opinionem: vtitur ἀντιπαράστασιν, poſtea que, vehementius ipſum vrgens, contra eum expedit ἔνστασιν, non aliter, atque hic facit; quo loco ad extremum itidem vtitur inſtantia: eripitq; ipſi, quod aliquo modo conceſſerat. Docetauté magiſter ille dicendi, licere ab vtraq; initium ſumere, in quo oſtendit ſeruiendum eſſe naturae rei, ac cauſae; Qui orditur ab inſtantia (ita, enim vocata eſt, a recentioribus, quae appellatur a Graecis ἔνστασις) pugnat violentius cum aduerſario: qui a παράστασιν, mitiorem primo ſe contra illum praebet: poſtquam tamen cum ipſo egit obſcure, aduerſatur ei aperte, ſtatuq; cauſae depellere ipſum conatur. Haec quoq; ab Ammonio ſignificantur in loco, quem ſupra indicaui, explicando, ſed cum explanata non ſit, (quod ſciam) haec concertatio a Latinis; ab Argyropylo certe tacta non fuit, non inutile, vt arbitror, erit, exemplum Hermogenis vertere. Vocatus in iudiciú fuerat puer, quod ornatui corporis plurimum indulgeret, quaſi quaeſtum inde facturus: dictumq; ab accuſatore, id maribus non licere, quae eſt ἔνστασις, cui reſpondet reus; Licere id legibus, tunc accuſator confert ſe ad παράστασιν, atq; ait, Non tamen tanto ſtudio, neq; iſtum ob finem. Ammonius autem hoc pacto, & vim argumenti, & nomina, quo appellatae ſunt partes ipſius, declarat. Ἀντιπαράστασιν enim eſſe inquit, accipere iniectum telum dicereq;, ſi id etiam verú eſſet, non tamen ipſum, eam vim habere, vt frangat id, quod dictum fuerat. Ἔνστασιν vero ſtatim ſe opponere acriter.

Τὸ δὲ, τὸν σώφρονα φεύγειν, καὶ τὸν φρόνιμον διώκειν τὸν ἄλυπον βίον, καὶ τὸ τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκειν, τῷ αὐτῷ λύεται πάντα: ἐπεὶ γὰρ εἴρηται, πῶς ἀγαθαὶ ἁπλῶς, καὶ πῶς οὐκ ἀγαθαὶ πᾶσαι αἱ ἡδοναὶ, τὰς τοιαύτας τὰ παιδία, καὶ τὰ θηρία διώκει, καὶ τὴν τούτων ἀλυπίαν ὁ φρόνιμος, τὰς μετ' ἐπιθυμίας καὶ λύπης, καὶ τὰς σωματικάς: τοιαῦται γὰρ αὗται: καὶ τὰς τούτων ὑπερβολὰς, καθ' ἃς ὁ ἀκόλαστος, ἀκόλαστος. διὸ ὁ σώφρων φεύγει ταύτας: ἐπεὶ εἰσὶν ἡδοναὶ καὶ σώφρονος.

Quod itidem aiunt, temperantem fugere voluptates, & prudentem perſequi vitam vacuam a dolore, & pueros, & beluas perſequi, eodem argumento omnia diſſoluuntur: quia enim dictum eſt, quo pacto bonae ſimpliciter, & quo pacto non bonae cunctae voluptates, huiuſcemodi pueri, & beluae perſequuntur, & vacuitatem harum vir prudens, has inquam, quae iunctae ſunt cum cupiditate, & dolore, & corporeas: huiuſcemodi ſunt hae: & harum exuperantias, per quas intemperans, dictus intemperans. quare temperans fugit has: quia ſunt voluptates etiam temperantis.

FRANGIT paruo labore tria, quae allata erant, ad voluptatem labefactandam: illa autem paucis commemorat, ſtatimq; affirmat, quod dixi, vno & eodem argumento cuncta infirmari: id autem eſt, diſtinctio voluptatum, cum de quibuſdam ipſarum id vere dicatur: de alijs autem non nullis falſo: inquit igitur. Quia dictum ſupra eſt, quo pacto ſimpliciter bonae ſunt: & quo pacto itidem non bonae cunctae voluptates, ſequitur redditio, quae eſt, huiuſcemodi voluptates; ideſt poſterius ipſarum genus, pueri & beluae ſectantur, ideſt, corporis, & quae ardorem nó paruum in ſe habent, & dolorem, ſi potiri ipſis nequiuerint: earundemq; vir prudés vacuitatem doloris amat: eodemq; pacto declinat ac vitat nimium ipſarum, & vbertatem, quam nimiam copiam perſequédo homo intemperans talis euaſit, quae cauſa eſt inquit, vt homo temperans, ne ſe inquinet, fugiat has: nam non deſunt etiam voluptates, quas ſine culpa, ac macula vlla decerperet poſſit talis vir, ac temperans.

Ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ ἡ λύπη κακὸν, ὁμολογεῖται, καὶ φευκτόν: ἡ μὲν γὰρ, ἁπλῶς κακόν: ἡ δὲ, τῷ πῇ, ἐμποδιστική: τῷ δὲ φευκτῷ τὸ ἐναντίον, ᾗ φευκτόν τι, καὶ κακὸν, ἀγαθόν: ἀνάγκη οὖν τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν τι εἶναι.

Atqui dolorem eſſe malum, ac rem fugiendam, conſentiunt omnes: hic quidem ſimpliciter malus eſt: hic vero, quod aliquo modo, cum impediendi vim habeat: quod autem rei fugiendae contrarium eſt, qua fugienda illa eſt, ac mala, bonum eſt: neceſſe igitur, voluptatem bonum quoddam eſſe.

Cvm expoſuiſſet ſententias ſuperiorum de voluptate, ac dolore, earundemque & confirmationes, & diſſolutiones oſtendiſſet, nunc incumbit in hoc, vt probet voluptatem eſſe bonum, ſi non omnem, quasdam tamen ipſarum: orditur autem monſtrare hoc a contrario: inquit igitur. Quin etiam, dolorem eſſe malum, & fugiendum, conſentiunt omnes mortales, & tamen conſtat inter omnes, merito numerari debere ipſum in rebus malis, non tamen eodem pacto ipſum talem eſſe, & moleſtum, odioſumque declarat: cum quoddam ipſius genus ſua ui, ſimpliciterque malum ſit: aliud autem aliter, & aliquo modo, quod aduerſetur bono, nec ſinat eum ad nos penetrare, qua ratione & ipſum, non ſine cauſa, malum exiſtimandum ſit. Addit autem, ad concludendum neceſſarium, id quod aduerſatur rei fugiendae, oppoſitumque ipſi eſt, ſi ſumatur vt tale, & qua ratione ipſi aduerſatur, ac repugnat, non aliter, ac fortuito, bonum eſſe; vnde perſpicitur, vt ſignificat, voluptatem eſſe vnam rerum bonarum.

ὡς γὰρ Σπεύσιππος ἔλυεν, οὐ συμβαίνει ἡ λύσις: ὥσπερ τὸ μεῖζον τῷ ἐλάττονι, καὶ τῷ ἴσῳ, ἐναντίον: οὐ γὰρ ἂν φαίη ὅπερ κακόν τι εἶναι τὴν ἡδονήν.

Ut enim Speuſippus ſoluebat, non exitum habet ſolutio: veluti maius minori, & aequali, contrarium eſt: non enim diceret vere malum eſſe quoddam voluptatem.

Cvm ratione concluſiſſet id, quod volebat, vt qui ſciret doctum virum, & quem Plato tamquã heredẽ ſuae diſciplinae reliquerat, aliter de hoc ſenſiſſe, opinionem ipſius refellit, aitque. Nam quomodo diſſoluere hunc nodũ conatus eſt Speuſippus, non procedit neq; exitum habet: aiebat autem ille; voluptatem, & dolorem duo mala eſſe, contraria inter ſe, atq; e regione poſita: bonum autem eſſe; quod vtriuſque medium foret; ſimilique ad hoc conſtituendũ vtebatur, idemq; in hoc vſu venire dicebat, quod in maiore: ipſum enim minori, & aequali oppoſitum eſſe. Affirmat igitur, hoc verum non eſſe Ariſtoteles, dicens, neminem facile inuentum iri, qui aiat voluptatem eſſe plenum, integrumque malum: &, vt ipſe loquitur, ὅπερ κακόν idest κυρίως: valere autem hoc ὅπερ, veteres illi Graeci interpretes auctoris teſtantur. Quod vero iudicium fuerit Speuſippi de his rebus, ſignificauit etiam A.
» Gellius cap. VII. libri VIII. haec autem verba ipſius ſunt. Speuſippus, vetuſque omnis
» Accademia, voluptatem, & dolorem, duo mala eſſe dicunt, oppoſita inter ſe: bonum au-
» tem eſſe, quod vtriuſque medium foret.

Ἄριστον δ' οὐδὲν κωλύει ἡδονήν τινα εἶναι, εἰ ἔνιαι φαῦλαι ἡδοναί, ὥσπερ καὶ ἐπιστήμην τινά, ἐνίων φαύλων οὐσῶν.

Nihil prohibet autem, quin voluptas aliqua ſit ſummum bonum: etſi non nullae voluptates malae ſunt, veluti ſcientiam aliquam, non nullis malis exiſtentibus.

Cvm probaſſet, voluptatem eſſe bonum, adiungit modo nihil prohibere, quin voluptas aliqua optimum ſit: etſi non nullae extant, quae plane malae ſunt, & vitio affines, vt obſcenae, ac viles: confirmat hoc ſimili, idemque in hac re contingere inquit, quod vſu venit in artibus ac doctrinis, quarum vna aliqua optima eſſe poteſt, etſi non nullae ipſarum malae, tenueſque ſunt.

Ἴσως δὲ καὶ ἀναγκαῖον, εἴπερ ἑκάστης ἕξεώς εἰσιν ἐνέργειαι ἀνεμπόδιστοι, εἴθ' ἡ πασῶν ἐνέργειά ἐστιν εὐδαιμονία: εἴτε ἡ τινὸς αὐτῶν, ἂν ᾖ ἀνεμπόδιστος, αἱρετωτάτην εἶναι: τοῦτο

ἂ ἔστιν ἡδονή. ὥστ᾽ εἴη ἄν τις ἡδονὴ τὸ ἄριστον, τῶν πολλῶν ἡδονῶν φαύλων οὐσῶν, εἰ ἔτυχεν, ἁπλῶς.

Fortaſſe autem etiam neceſſarium, ſiquidem vniuſcuiuſque habitus ſunt functiones vacuae ab impedimento, ſiue cunctarum functio ſit vita beata: ſiue alicuius ipſarum, ſi fuerit ſine vllo impedimento, quae ſit maxime expetenda: hoc autem eſt voluptas. Quapropter eſſet vtique aliqua voluptas optimum, multis voluptatibus malis exiſtentibus, ſi ita contigit, ſimpliciter. 1

ADIVNGIT ei, qood dixerat de perfectione ipſios, ſummoqoe loco noo ſolom id quod dixit, vſu veoire, verum fortaſſe etiam id neceſſarium eſſe, cum ſingulorum habituum ſint quidam vacui ab impedimento, ac mora omni, ſiue habituum horum ſimul omnium actio eſt beatitudo, ſiue, vnius cuiuſpiam ipſorum, qui praeſtet ceteris, cum ſit maxime expetenda, quae profecto actio nihil aliud eſt, quam voluptas. Concludit antem, cum ſe putet comprobaſſe, quod volebat dicens; qoapropter eſſe poterit qnaedam voluptas, optimum, quamois multae, ſi forte inquit hoc cootingat, ſiot malae, atque abiectae.

Καὶ διὰ τοῦτο πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν οἴονται βίον εἶναι· καὶ ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν εὐλόγως· οὐδεμία γὰρ ἐνέργεια τέλειος, ἐμποδιζομένη· ἡ δ᾽ εὐδαιμονία, τῶν τελείων.

Et hanc ob cauſam cuncti vitam beatā iucundam eſſe arbitrantur, & adnectunt voluptatem ad beatitudinem non ſine ratione: nulla enim functio muneris alicuius perfecta eſt, ſi impeditur: beatitudo autem vna eſt rerum perfectarum.

QVIA noo videat hoc eſſe corollarium? cum enim oſteodiſſet, extare voluptatem quandam, quae iure dici poſſit optimum qniddam eſſe, hinc natum eſſe inquit, vt cuncti mortales arbitrentur, omnem vitam beatam iucuodam eſſe, atque adnectunt volnptatem ad beatitudinem. Plures autem extitiſſe, qoi finem bonorum non ſimplicem ponerent, ſed concretum e duabus rebus, ſatis notum eſt; quod M. etiam Cicero in II. libro de finibus commemorauit, cuius haec verba ſunt hoc exponeotis. Calipho adiuoxit ad honeſtatem voluptatem, Diodorus ad eandem honeſtatem adiunxit vacuitatem doloris: laudat autem hos noſter, qni expertem voluptatis noluerunt eſſe vitam beatam; recteq; ſenſiſſe affirmat: inquit enim ratione hoc confirmaos: nulla eoim actio perfecta eſſe poteſt, coi impedimeoti aliqoid allatum ſit: beatitudo autem eſt vnum eorum, quae perfecta, abſolutaque ſunt.

Διὸ προσδεῖται ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώματι ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐκτὸς, καὶ τῆς τύχης, ὅπως μὴ ἐμποδίζηται ταῦτα.

Quapropter eget beatus vir bonis corporis, & bonis externis, necnon fortuna propitia: ne haec impediantur.

HOC quoque corollarium eſt quod planius perſpicitur, quam ſoperius illud, manare ex eo, quod proxime dictum fuerat, ac ſpeciē corollarij magis retinet, ait enim. Quapropter eget adhuc vir beatus, praeter actiooem, proficiſcentem a virtute, ac vacuam ab omni moleſtia, bonis corporia, & ijs quoq;, quae extra hominem ipſum poſita ſunt; quae autem ipſa ſint, apertum eſt. Addit etiam, requiri tertium quoddam, quod & ipſum magni momenti ſit ad tuendam vitam beatam, ideſt fortunam benenolam, & tamquam ventos ſecondos rerum ſuarum, oe temptetor, labefactetorque vita illa, referta tot tamque magois bonis: impedimentiq; inde non parum accipiat. Eſt autem haec ſententia illa, quae magnos aduerſarios habuit; totamque familiam, poſt ipſum, exortam, grauem inimicam, & quae acerrime cootra eam pugnarit.

Οἱ δὲ, τὸν τροχιζόμενον, καὶ τὸν δυστυχίαις μεγάλαις περιπίπτοντα, εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ᾖ ἀγαθὸς, ἢ ἑκόντες, ἢ ἄκοντες, οὐδὲν λέγουσι.

Qui autem aiunt, eum, qui in rota torqueatur, & in magnas calamitates inciderit, beatum eſſe, ſi fuerit vir probus, ſiue ſponte ſua, ſiue inuiti, nihil dicunt.

FALLVNTVR magnopere, qui putant, haec Ariſtotelem dixiſſe contra Stoicos, qui aetate Ariſtotelis non dum erant: peccarunt igitur inſcitia temporum: ſemina ſane extabant earum opinionum, quas poſtea amplexati ſunt illi, e rota e varijs, diſſentientibusque inter ſe diſputationibus Socratis, vnde plures familiae philoſophorum natae ſunt, ſed hoc relicto, quod explnratum eſt, inquit auctor. Qui autem aiunt, eum, qui in rotam agitur, ac torquetur vehementer, grauibuſq; alijs caſibus oppreſſus eſt, beatum eſſe, ſi vir probus ſit; ſiue ſponte ſua id dicant, & quod verum hoc putent, ſiue coacti id fateri, nihil dicunt; quorum extremorum verborum vis haec eſt, vt tradat, eos non dignos eſſe, quibus reſpondeatur, cũ tam abſurdam ſententiam ameot: ipſamque probare alijs conentur: hoc enim valet, nihil ens dicere, vt in vltimo quoq; horum librorum locutus eſt: eſt enim elegans ſermo, Atticuſq;, nec in conſuetudine ſolum doctorum virorum, ſed etiam multorum hominum, vt
„ conijcere licet ex loco hoc Terentij. Nihil dicis Parmeno; exiſtimari enim debet hoc ipſum Latinum ex Graeco poëta Menandro expreſſiſſe. Simplicius quoque, in praedicamentis, περὶ ὁμωνύμων, longe a principio, interpretatur hunc morem loquendi accurate, inquit enim, ſuos Graecos, cum vident quempiam, verba ſanè facientem, inania autem dicentem, & quae nullo modo intelligi, probarique poſſint, ita loqui conſueſſe; affirmareque, eum nihil dicere. Intelligere autem Ariſtotelem, cum τροχιζόμενον inquit, genus illud tormenti, ſiue potius ſupplicij, cuius & vſus, & nomen reſtitit in Gallia, cum animaduertitur legibus in nefarios & conſceleratos homines, perſpicuum eſt. Saepe autem miratus ſum, quod M. Cicero dixit in V. Tuſculana de Theophraſto, quum ait, vexari eum ſolitum, quod in libro, quem ſcripſit de vita beata, voluerit eum, qui torqueatur, qui crucie-
„ tur, beatum eſſe non poſſe: addatque haec verba. In eo etiam putatur dicere, in rotam (ideſt
„ genus quoddã tormenti apud Graecos) beatam vitam non aſcendere: nõ vſquam id quidẽ
„ dicit omnino, ſed quae dicit, idem valet, quaſi non aperte hoc dicat ipſo hoc in loco doctor ipſius, nomenq; Graecum rotae ponat: plane igitur hinc cognoſcitur, M. Tullium non valde verſatũ fuiſſe in lectione horum de moribus librorum: neq; enim oportuiſſet purgare Theophraſtũ, quod iudiciũ, auctoritatemq; ſui doctoris, & in ſententijs ipſis, & in verbis ſecutus eſſet. Idẽ etiam fecit Cicero in particula, quae reſtat libri IIII. Academicarũ quaeſtionũ: ioſimulat enim illic quoq; Theophraſtum: narratq; ipſum ſpoliaſſe virtutem ſuo decore: imbecillamq; reddidiſſe; cũ negarit in ea ſola poſitum eſſe beate viuere: quis enim neſcit, ita quoque de ipſa exiſtimaſſe Ariſtotelem: non erat igitur ipſe eo nomine accuſandus.

Διὰ δὲ τὸ προσδεῖσθαι τῆς τύχης, δοκεῖ τισι ταὐτὸν εἶναι ἡ εὐτυχία τῇ εὐδαιμονίᾳ, οὐκ οὖσα· ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ὑπερβάλλουσα, ἐμπόδιός ἐστι· καὶ ἴσως οὐκέτι εὐτυχίαν καλεῖν δίκαιον· πρὸς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ὁ ὅρος αὐτῆς.

Quia autem eget fortuna, videtur quibuſdã idem eſſe felicitas, quod beatitudo, quae nullo modo eadem eſt: quia & ipſa cum immodica eſt, impedimento eſt, & fortaſſe nõ amplius ipſam felicitatem appellare decet: ad beatitudinem enim terminus ipſius refertur.

VVLT ſane non carere vitam beatam bonis, quorum bonorum domina eſt fortuna; dilargiturque ipſa, quibus ei placet: non tamen putat vnam, eandemque eſſe felicitatem, & beatitudinem: felicitatem enim vnco εὐτυχίαν, vt veteres illi Latini capiebant hoc nomen: veritus igitur Ariſtoteles, ne aliqui in hoc errarent, vt ſane multitudo ipſa faciebat, admonuit hoc, ortumq; huius errati indicauit, ac diſtinxit ipſa: inquit igitur hoc nullo modo verum eſſe, quia vbertas horum bonorum nimiaq; copia, ne dum iuuet, impedit potius, & ita denique, vt amplius non debeat felicitas appellari, quod probat, oſtendens terminum horum fortunae bonorum, ac menſuram referri debere ad vitam beatam: quapropter cum violat ipſam, impeditque copia illa eorum, nomen amittit: nec amplius appellari debet felicitas, nec proſperitas.

Καὶ τὸ διώκειν δ' ἅπαντα καὶ θηρία, καὶ ἀνθρώπους τὴν ἡδονὴν, σημεῖόν τι
„ τοῦ εἶναί πως ἄριστον αὐτήν. Φήμη δ' οὔτι γε πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα λαοὶ
„ Πολλοὶ φημίζουσι.

Et perſequi autem cuncta, & beluas, & homines voluptatem, ſignum quoddam eſt, quod ipſa ſit optimum. Fama vtique non penitus interit, quam populi multi ediderint.

QVI criminabantur voluptatem in alijs multis, ſupra expoſitis ab auctore, dicebant, pueros, & beſtias ſequi voluptatem, non graues & ſapientes viros: ipſe autem nunc inquit contrarium efficere volens, cuncta & beluas, & homines ipſos perſequi ſummo ſtudio voluptates, quod indicium eſt bonitatis ipſarum: neque enim aliter & expertes rationis animantes, & participes conſenſuras inter ſe fuiſſe: confirmat autem hoc celebri, ac valde probata ſententia Heſiodi, qui dixerat, non eſſe omnino inanem & contemnendam famam, quam multi mortales edunt. Nos quoque vulgo dicimus, quod idem valet, vocem populi, multitudiniſque, Dei ipſius vocem eſſe.

Ἀλλ' ἐπεὶ οὐχ ἡ αὐτὴ, οὔτε φύσις, οὔθ' ἕξις ἡ ἀρίστη, οὔτ' ἔστιν, οὔτε δοκεῖ: οὐδ' ἡδονὴν διώκουσι τὴν αὐτὴν πάντες: ἡδονὴν μέντοι πάντες.

Sed quia non eadem, neque natura, neque habitus optimus eſt, neque videtur: neque etiam voluptatem perſequuntur eandem omnes: voluptatem certe omnes.

CVM videret autem repugnare aliquo modo ſuo iudicio, quod vſu veniebat: varias, & diuerſas voluptates populos ſectari; docet hoc non impedire, ortu monſtrato, cauſaque huius varietatis: proficiſci enim inde hoc affirmat, quod non eadem natura: habituſque optimus neq; eſt omnium mortalium, neque videtur eſſe: alia enim natura eſt optimi pueri, alia ſenis, alia feminae, alia maris, quae diſſimilitudo naſcitur a moribus, & inſtitutis vitae longe alijs: ſatis autem eſſe affirmat ad id, quod tradidit conſtituendum, quod cunctae animantes ſequuntur voluptatem, quaecunque voluptas illa ſit.

Ἴσως δὲ καὶ διώκουσιν, οὐχ ἣν οἴονται, οὐδ' ἣν ἂν φαῖεν, ἀλλὰ τὴν αὐτήν: πάντα γὰρ φύσει ἔχει τι θεῖον: ἀλλ' εἰλήφασι γε τὴν τοῦ ὀνόματος κληρονομίαν αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ, διὰ τὸ πλειστάκις τε παραβάλλειν εἰς αὐτὰς, καὶ πάντας μετέχειν αὐτῶν, διὰ τὸ μόνας οὖν γνωρίμους εἶναι, ταύτας μόνας οἴονται εἶναι.

Fortaſſe autem & perſequuntur, non quam putant, neque quam affirmarent, ſed eandem: cunctae namque res habent natura quiddam diuinum: ſed creuerunt nominis hereditatem corporis voluptates, quia plerumque homines ſe adplicant ad ipſas, atque omnes participes ſunt ipſarum: quia igitur ipſae ſolae notae ſunt, has ſolas putant eſſe.

CVM conceſſiſſet homines non eandem omnes voluptatem ſequi, ſed alios alias, ac valde inter ſe ſaepe remotas: nunc tamquam mutat ſententiam, & reuocat, quod dimiſerat: inquit enim, niſi fallor: Fortaſſe autem ſequuntur voluptatem, pronique ad eam adipiſcendam ſunt, non ſane quam amant, putantque ſe perſequi, neque quam, ſi quaeſitum id ex ipſis foret, ſe ſequi dicerent, verumtamen eandem cuncti. Quomodo autem hoc cõtingat, quod admirabile eſt, aperit; cuncta enim inquit habent in ſe diuinum quippiam, cuius adipiſcendi deſiderio inflammata ſunt, etſi voluptatis nomine non appellantur, verum inquit, adeptae ſunt hoc nomen, & tãquam creuerunt hereditatem ipſius (ita enim loquitur quoque auctor μεταφορικῶς) corporis voluptates, quia ſaepe homines incurrunt in ipſas, omneſque mortales participes ipſarum ſunt, & quia hae ſolae ſunt notae omnibus, has ſolas eſſe rentur, ceterae ſaepe fallunt.

Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι εἰ μὴ ἡδονὴ ἀγαθὸν, καὶ ἡ ἐνέργεια, οὐκ ἔσται ζῆν ἡδέως τὸν σπουδαῖον: τίνος γὰρ ἕνεκα δέοι ἂν αὐτῆς, εἴπερ μὴ ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ λυπηρῶς ἐνδέχεται ζῆν: οὔτε κακὸν γὰρ, οὔτ' ἀγαθὸν ἡ λύπη, εἴπερ μηδ' ἡδονή: ὥστε διὰ τί ἂν φεύγοι: οὐδὲ δὴ ἡδίων ὁ βίος ὁ τοῦ σπουδαίου, εἰ μὴ καὶ αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ.

Perſpicuum autem eſt, quod, niſi voluptas bonum ſit, & functio muneris ipſius, non licebit beate viuere beatum virum: cuius enim cauſa opus foret ipſa, ſiquidem non bonum, verumetiam cum dolore contingit: vt viuat, neque malum enim, neque bonum, dolor, ſiquidem neque voluptas. Quapropter cur vtique fugiat. Neque iam iucundior vita ſtudioſi, niſi etiam functiones ipſius.

NON poſſe praeterea dubitari oſtendit, quin voluptas bonum ſit, actioque ipſius, ac functio itidem bona: ſi namque hoc non foret, ſpoliaretur vir beatus ſuauitate omni: nec liceret ipſi iucunde viuere, quod abſurdum eſt, nec probari vllo pacto poteſt: cur enim aliter inquit, adiungi ad ipſum deberet, niſi hoc efficeret, voluptas, quae ſeiungi ab eo non poſſe ſemper dicta eſt, vſuque veniret, vt ille cum dolore vitam traduceret. Oſtendit etiam neceſſario futurum eſſe, vt duo inde incommoda naſcantur, & ſtultae admodum ſententiae, quarum prior eſt, quod dolor non eſſet, neque bonum, neque malum, ſi eadem foret natura voluptatis, quare inquit, cur fugiendus eſſet beato viro: altera autem, quod vita probi viri, & cumulati omni virtute, iucundior qualibet non eſſet, niſi actiones ipſius, functionesque iucundae forent, & ſuauitate conditae, ac contingeret aliquando, vt ipſa iuncta eſſet cum dolore, quod abſurdum eſt: hoc igitur declarat, voluptatem eſſe bonum, cum ornet vitam beatam, adportetque illi id, ſine quo tueri perſonam eam non poſſet.

Περὶ δὲ δὴ τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ἐπισκεπτέον τοῖς λέγουσιν, ὅτι ἔνιαί γε ἡδοναὶ αἱρεταὶ σφόδρα: οἷον αἱ καλαί, ἀλλ' οὐχ αἱ σωματικαί, καὶ περὶ ἃς ὁ ἀκόλαστος: διὰ τί οὖν αἱ ἐναντίαι λῦπαι, μοχθηραί: κακῷ γὰρ ἀγαθὸν ἐναντίον.

De corporis autem voluptatibus conſiderandum eſt ijs, qui dicunt, voluptates quaſdam expetendas eſſe valde; ceu honeſtas, non autem corporis, & circa quas verſatur intemperans: cur igitur contrarij dolores: praui, malo enim bonum contrarium.

PROBAVIT modo, quandam voluptatem eſſe bonum, cum prius communiter multa de voluptatibus diſſeruiſſet, nunc ſcrupulum quendam monſtrat, quem niſi euelliſſet, futurum fuit, vt aliquos perturbaret, cum a ratione quadam, non inani, proficiſcatur: hoc igitur efficere ſtudens, inquit. De corporis voluptatibus cogitandum eſt ijs, qui aiunt, quaſdam voluptates valde expetendas eſſe, cuiuſmodi ſunt, vt aiebant, voluptates honeſtae; nullo autem pacto quae corporis ſunt, in quibuſque volutatur homo intemperans, tamquam in ſuo campo; quomodo igitur contingit, vt dolores, qui aduerſantur his voluptatibus, contrarijque affines ipſis ſunt, praui ſint, culpaeque: malo enim inquit, bonum repugnat, non malum. Cum ita oſtenderit, quod moleſtum eſt, incumbet nunc in hunc nodum diſſoluendum, duplici niſu vtens, hoc pacto.

Ἢ οὕτως ἀγαθαὶ αἱ ἀναγκαῖαι, ὅτι καὶ τὸ μὴ κακὸν, ἀγαθόν ἐστιν.

An ita bonae, quae neceſſariae ſunt, quia etiam, quod non eſt malū, bonum eſt.

AN inquit hoc pacto, e numero voluptatum corporis illae, quae neceſſariae ſunt, oriunturque a rebus, quibus carere non poſſumus, ſi vitam tueri volumus, bonae appellantur, quia quod malum non eſt, rationem boni habet: ſimpliciter enim ipſae neque bonae, neque malae ſunt, mediamque ſedem inter has tenent: haec prior ratio eſt, qua refellit, quod obiectum fuit: ſequitur altera, quae eſt haec.

Ἢ μέχρι του ἀγαθαί: τῶν μὲν γὰρ ἕξεων, καὶ κινήσεων, ὅσων μή ἐστι τοῦ βελτίονος ὑπερβολή: οὐδὲ τῆς ἡδονῆς: ὅσων δ' ἔστι, καὶ τῆς ἡδονῆς ἔστι: τῶν δὲ σωματικῶν ἀγαθῶν ἔστιν ὑπερβολή: καὶ ὁ φαῦλος, τῷ διώκειν τὴν ὑπερβολήν ἐστιν: ἀλλ' οὐ τὰς ἀναγκαίας: πάντες γὰρ χαίρουσί πως, καὶ ὄψοις, καὶ οἴνοις, καὶ ἀφροδισίοις, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ: ἐναντίως δὲ ἐπὶ

τῆς

τῆς λύπης· οὐ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν φεύγει, ἀλλ' ὅλως· οὐ γάρ ἐστι τῇ ὑπερβολῇ λύπη ἐναντία, ἀλλ' ἢ τῷ διώκοντι τὴν ὑπερβολήν.

An vſquequo bonae ſunt: habituum enim, & motuum, quorum non extat melioris exuperantia, neque etiam voluptatis: quorum autem extat, & voluptatis extat. Corporis autem bonorum extat exuperantia, & malus homo eſt, quia perſequitur exuperantiam: ſed non neceſſarias: cuncti enim homines gaudent aliquo modo, & epulis, & vino, & Venere, verum non vt oportet: contra ſe res habet in dolore: non enim exuperantiam fugit, ſed penitus: non enim exuperantiae dolor contrarius eſt, praeterquam perſequenti exuperantiã.

AN inquit, hae quoque voluptates, ſi modice vſurpentur, & vſque ad certum quendam terminum, bonae vocari poſſunt; id quod conſtituit hoc pacto: habituum enim & motuum illorum, quorumcunque non extat nimium, neque exuperantia melioris partis, neque etiam voluptatis, quae inde naſcitur, erit nimium: illorum vero motuum, quorum eſt, exuperantia ſcilicet, & nimium, voluptatis etiam erit nimium, & copia nocebit: accommodat autem hic animaduerſionem hanc, atque ait: bonorum autem corporis exuperantia, & nimis magna copia extat, & qui notatur, vt imptobus, ex illis notatur, inſimulaturque, non quia quadam menſura ipſorum contentus ſit, ideſt iuſta, ſed quia nimium ſectatur; nam reprehendi non poſſe, qui capit ipſotum tantum, quantum ſatis eſt declarat hoc, inquit, quod cuncti mortales gaudent aliquo modo, & dapibus, & vinis, & Venere, verum qui ex ipſis accuſantur, quia non ſe in his gerunt, vt rectum eſt; mediocritate namque contenti eſſe deberent, & ſumere tantum voluptatum illarum, quantum ſatis eſt ad explenda deſideria naturae. Cum Ariſtoteles enumeret in his rebus, quae delectant omnes mortales, & ſuauitate eos perfundunt, ſi modus in ipſis potiundis adhibetur, Venerem, non video, quo modo hoc negari poſſit: aliter enim facere, vim eſt adferre naturae: nam ſemper ipſum in his libris voluiſſe, Venerem neceſſariam eſſe, modice, temperanterque vſurpatam, notum eſt: prodeſt enim bonae corporis conſtitutioni; ſed cum antea a me de hoc diſputatum ſit, verbum amplius non addam, vt fecerunt interptetes non nulli, qui quod ſemel, iterumque dixerunt, inculcant huc, omnem occaſionem nacti, certam ſuam quandam, non malam ſane, neque vllam in partem reprehendendam, rationem, vt arbitror, ſecuti: ſed aliud eſt, philoſophum, quem in manibus habent, fideliter interpretari, aliud moribus, inſtitutisque noſtrae pietatis, ac diſciplinae ſeruire, quod non reprehendo. Contrario autem modo ſe rem habere inquit, in dolore, ac moleſtia; neque enim is accuſatur, vitioque affinis eſt, qui vitat maximum corporis dolorem; ignoſcitur enim his potius, qui pares his tolerandis non ſunt, ſed paruos etiam ferre, ac perpeti non poſſunt: ideoque ab ipſis abhorrent: non igitur immodicus dolor immodicae voluptati contrarius eſt, ſed puſillus etiam, minutuſque, qui ſuperuenit illi, qui ſequitur immodicam voluptatem, moleſtus ipſi, odioſuſque eſt.

Ἐπεὶ δ' οὐ μόνον δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ ψεύδους· τοῦτο γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὴν πίστιν· ὅταν γὰρ εὔλογον φανῇ, τὸ διὰ τί φαίνεται ἀληθὲς, οὐκ ὂν ἀληθὲς, πιστεύειν ποιεῖ τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον, ὥστε λεκτέον διὰ τί φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ αἱρετώτεραι.

Quia autem non ſolum oportet verum dicere, verum etiam cauſam falſae opinionis: hoc enim ad fidem faciendam prodeſt: quando enim conſentaneum viſum fuerit, cur ſpeciem veri habet, quod verum non eſt: facit, vt magis credatur vero: Quapropter dicendum eſt, cur videntur corporis voluptates magis expetendae.

VNDE manarit haec opinio, plane falſa indicat, vt voluptates corporis magis, qnàm voluptates animi, puraeque expetendae ſint: quae tamen ſententia inuaſerit animos multitudinis; ſimulque quod ſit officium eius, qui artem aliquam, ac diſciplinam tradit, vel potius

tius, hoc explanato, vtitur ipſo tamquam fundamento, ad extruenda, conſtituendaque ea, quae docenda ipſi ſunt: inquit igitur. Quia decet, accuratum ſcilicet doctorem, non ſolum dicere, quod verum eſt, verum etiam cauſam ortumque vanarum opinionum oſtendere. Antequam autem, qui fons ſit erroris, aperiat, fructum, qui capitur ex hac diligentia, oſtendit; eſſe autem magnum quidem illum oſtendit; quod multum facit ad fidem, auctoritatemque praeceptis adiungendam: quando enim inquit, conſentaneum probabileque viſum fuerit, & non ſine cauſa in errorem multos traxiſſe, quod ſpeciem veri habet, etſi verum non eſt, facit, praeſtatque, vt magis credatur contrario eius, expoſito. Cum igitur res ita ſe prorſus habeat, exquiſitaque ratio de hoc requirat, incumbemus in hanc curam, & vnde naſcitur hic error monſtrabimus.

Πρῶτον μὲν οὖν δὴ ὅτι ἐκκρούει τὴν λύπην· καὶ διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῆς λύπης, ὡς οὔσης ἰατρείας, τὴν ἡδονὴν διώκουσι τὴν ὑπερβάλλουσαν, καὶ ὅλως τὴν σωματικήν: σφοδραὶ δὲ γίνονται αἱ ἰατρεῖαι; διὸ καὶ διώκονται διὰ τὸ παρὰ τὸ ἐναντίον φαίνεσθαι.

Primum igitur quia extrudit dolorem, & propter doloris nimis magnam vim, tamquam haec medicina, curatioque ſit, voluptatem perſequuntur, modum omnem tranſeuntem, demumque corporis: acres autem ſunt medendi rationes: vnde etiam, qui eas perſequuntur, multos nanciſcuntur, quia iuxta contrarium apparent.

DECLARAT, vnde gignatur, vt corporis voluptates magis expetantur, cum tamen ratio vellet, vt quae animi ſunt, cum meliores ſint, magis perſequendae forent; argumentis autem vtitur ad conſuetudinem hanc malam, erroremque conuincendum: primum autem tradit hoc fieri, quia voluptas talis extrudit e corpore dolorem: vnde mortales inquit, qui triſtes ſunt, premunturq; acerrimo dolore, confugiunt huc, quia putant hoc eſſe leuamen, medicamentumque ſui doloris, ſequunturque voluptatem vehementem, & quae videatur maiorem vim habere ad eijciendam ex animo aegritudinem moleſtiamque illam: demumque, alijs poſthabitis, totos ſe tradunt ad eam perſequendam, quae corpore capitur: Docet autem oportere vehementes medicinas eſſe vehementium dolorum: verbo enim tranſlato ab arte medicorum vſus eſt, in ſolacio huius mali oſtendendo, vt fecit apud Terentium Chremes, cum ſe Simoni purgaret, inquit enim. Eius labore, atque eius dolore gnato vt
" medicarer tuo, atque iterum infra: Non omnino autem ſtulte hoc facere ipſos teſtatur, qui
" ad exturbandum ex animo dolorem, voluptate corporis vtantur, ac voluptate denique ipſa; quia contraria prope ſe collocata magis vim ſuam, poteſtatemque aperiunt, & qualia ſint, ſignificant, quae ſententia vera eſt, & ſaepe repetita. Videtur etiam reſpexiſſe ad peruulgatam, probatamque vocem, cum praeter rem ipſam, verbum etiam vſurpet, quo illa exponebatur id eſt ἐκκρούειν, M. Cicero tamen in ea exprimenda: alio vſus eſt valde & ipſo accommodato rei ante oculos ponendae: ait enim, clauo clauum eijci, cum ἐκκρούειν extrudere proprie valeat.

Καὶ οὐ σπουδαῖον δὴ δοκεῖ ἡ ἡδονὴ διὰ δύο ταῦτα, ὥσπερ εἴρηται: ὅτι αἱ μὲν, φαύλης φύσεώς εἰσι πράξεις, ἢ ἐκ γενετῆς, ὥσπερ θηρίου: ἢ δι᾽ ἔθος, οἷον αἱ τῶν φαύλων ἀνθρώπων: αἱ δ᾽ ἰατρεῖαι, ὅτι ἐνδεοῦς, καὶ ἔχειν βέλτιον ἢ γίνεσθαι: αἱ δὲ, συμβαίνουσι τελεουμένων, κατὰ συμβεβηκὸς οὖν σπουδαῖαι.

Et non bonum igitur eſſe videtur voluptas propter haec duo, vt dictum eſt: quia hae quidem, praui ingenij ſunt actiones, ſiue a primo ortu, ceu beluae; ſiue conſuetudine, ceu improborum hominum: hae vero ſunt curationes medelaeque eius, quod illic deſideratur, habereque ſe melius eſt, quam gigni: hae autem vſu veniunt cum perficiuntur: ex accidenti igitur bonae ſunt.

CAVSAS nunc adfert, cur voluptas improbetur, neque conuenire probo & ſtudioſo viro putetur, quod prius ſe teſtatum eſſe commemorat: duas autem illas eſſe tradit, quod vnae illa-

illarum ſunt facta prauorum hominum, ac nequam, alterae antem ſunt medicamenta, & quaſi inſtaurationes quaedam eius, quod defecit, & mancum, debileque factum eſt. Quae ſint priores illae, ſignificat; duplexque genus ipſarum facit: quidam enim mortales ſtatim a primo ortu, naturaque praui ſunt; alij autem ob morem malum, conſuetudinemque rerum vitioſarum deprauati ſunt; quales eſſe inquit voluptates turpium hominum; alterius generis culpam indicare inquit, quod cum amiſerint aliquid ſuae integritatis, praeſtat eſſe iam, quam fieri, veluti ſano corpore eſſe, quam ſtudio medicorum valetudinem amiſſam recuperare; quaſdam antem ait exoriri illo ipſo tempore, cum perficiuntur, quae profecto & ipſae plenae, abſolutaeque non ſunt, neque laudari poſſunt, cum ex accidenti iucundae ſint, & in conſtitutionem ſuam redigantur.

Ἔτι διώκονται, διὰ τὸ σφοδραὶ εἶναι, ὑπὸ τῶν ἄλλαις μὴ δυναμένων χαίρειν: αὐτοὶ γοῦν αὑτοῖς δίψας τινὰς παρασκευάζουσιν: ὅταν μὲν οὖν ἀβλαβεῖς, ἀνεπιτίμητον: ὅταν δὲ βλαβεράς, φαῦλον: οὔτε γὰρ ἔχουσιν ἕτερα, ἐφ' οἷς χαίρουσι.

Praeterea quaeruntur, quia acres ſunt, ab ijs, qui nequeunt alijs gaudere: ipſi igitur ſibi ipſis ſitim quandam fabricant: quando igitur hae innoxiae fuerint, ſtudium ipſorum reprehendi non poteſt: quando autem nocent, malum id eſt: neque enim tenent alia, ob quae delectentur.

ALIVD hoc argumentum eſt, quo cauſam adfert, cur praetermiſſis, vel neglectis potius animi voluptatibus, puriſque, homines ſe totos dent perſequendis corporis voluptatibus: inquit igitur, hoc eos facere, quia illae ſunt acres, ac vehementes, perfunduntque ipſos ſubita iucunditate, qui ſane, ſi vellent etiam non poſſent laetari alijs, liquidis inquam, ſinceriſque oblectationibus, neque inſtructi, paratique ſunt ad eas deguſtandas. Perſpici hoc inde ſignificat, quia hoc genus hominum, quos inſimulat; adhibita cura & artificio, ſitis quaſdam ſibi comparant rationes, vt iucundius bibant: nam naturalem ſitim ad ſe penetrare non ſinunt: hoc autem facere ipſos oſtendit, quia ſunt expertes aliarum voluptatum, nec fructum vllum inde capiunt, purarum inquam, & quae non ſunt mixtae cum dolore.

Τό, τε μηδέτερον πολλοῖς λυπηρὸν, διὰ τὴν φύσιν: ἀεὶ γὰρ πονεῖ τὸ ζῷον, ὥσπερ καὶ οἱ φυσικοὶ λόγοι μαρτυροῦσι: τὸ ὁρᾶν, τὸ ἀκούειν, φάσκοντες εἶναι λυπηρὸν, ἀλλ' ἤδη συνήθεις ἐσμὲν, ὥς φασιν.

Neutrum autem horum multis triſte, moleſtumque eſt, ob naturam: ſemper enim in dolore eſt animal, vt naturales rationes teſtantur: videre, audire, affirmantes eſſe cum dolore, verum iam aſſueti ſumus, vt aiunt.

INTELLIGENS antem, obijci poſſe ab aliquo, ſi veras, liquidaſque voluptates capere nequeunt, debuiſſe ipſos aequo animo his carere, tamquam purgat illos; oſtendens paucos inueniri mortales, qui ſine voluptate viuere poſſint, & non, ſiue has, ſiue illas ament, ac ſtudioſe ſequantur, id quod a natura proficiſci docet; vitioque ipſius fieri, cum ſemper animal dolorem aliquem ſentiat, & tamquam aegrotet. Teſtari vero hoc ait rationes naturales doctorum virorum, quae docent, & cernere, & audire non ſine dolore in nobis gigni, quod ſi non ſentimus: hoc enim aduerſari videbatur, fieri id dicunt ob conſuetudinem, quae cunctis in rebus, quibus aſſueti ſimus, aſpergit aliquid amoris, aut ſane non ſinit, nos inde accipere dolorem, aut paenam. Videndum autem diligenter, quid valeant verba illa, quae ſuo loco non ſtudui declarare; intelligo autem quod dixit, voluptates arte comparatas, ſi nihil noceant, nec detrimentoſae ſint, non poſſe reprehendi: contra autem, cum obſint, eſſe declinandas a ſeque abigendas: videbatur enim tantum ſtudium poſitum in pariendis corporis voluptatibus, culpa non carere. Idem etiam, vt opinor, valet, quod inquit in VIII. libro de republica, de arte muſica diſſerens, cunctas res iucundas, quae nihil incommodi afferunt, non ſolum congruere fini, iuuareque ipſum atque ornare, verum etiam facere ad requietem, ceſſationemque laborum. Ambobus igitur his locis videtur multum tribuere corporis voluptatibus, cum in poſteriore etiam hoc, etſi de

cantu,

eantu, ſonoque vocum loquitur, tamen omnem rem ſucundam intelligit, cum ita loquatur, ἴσα γὰρ ἀβλαβῆ τῶν ἡδέων: emendat autem hoc, ſignificans hoc voluptatum genus, quod alioqui foret valde accuſandum, reprehendi non poſſe, ſi damni nihil adferat, neque illis, qui toti dediti ipſis ſunt, neque alijs, quod arduum magnopere, ac difficile: obſunt namque plerumque illis, qui ipſas auide ſectantur, morboſque graues gignunt, ac ſaepe etiam ceteris remotis a ſe, quibus iniuriam faciunt, ac maculae multum inurunt, cum cubile ipſorum ineant, aut filias conſtuprant; demum loquitur de illis, qui cum corpore laborant, perditi homines, nequeunt reſiſtere dolori, nec vitam tueri ſine his remedijs malis.

Ὁμοίως δ᾽ ἐν μὲν τῇ νεότητι διὰ τὴν αὔξησιν, ὥσπερ οἱ οἰνωμένοι διάκεινται, καὶ ἡδὺ ἡ νεότης.

Similiter autem ſe res habet in adoleſcentia quidem ob incrementum, tamquam qui ebrioſi ſunt, & iucundum quiddam iuuentus eſt.

VTITVR ſimilibus ad ſententiam ſuam confirmandam, docendumque eos, qui proni ſunt ad corporis voluptates, non poſſe viuere ſine illis: quare non ſpernunt genus vllum ipſarum: primumque idem vſu venire docet adoleſcentibus: deinde ijs, qui atra bile laborant; cauſaſque adfert ſtimuli, impellentis cunctos hos ad corporis voluptates vndique haoriendas, tamquam ad remedium ſui doloris: ſperant enim ita ſe poſſe, ſi non omnino extinguere, ſaltem lenire ardorem illum ſuum, qui non ſinit ipſos quieſcere, continenterque ipſos pungit atque vrit. Primi illi, ad quos declarandos vtitur tamquam exemplis, feruntur toto pectore ad genus hoc ipſum voluptatis, vt loquitur, διὰ φύσιν, ideſt natura, & ingenio A
ipſos impellente: ſecundi, adoleſcentes inquam, idem faciunt διὰ τὴν αὔξησιν, ideſt quia creſcunt, & augeſcunt, quare ipſorum quoque corpus commotum eſt, & turbulentum; ſunt enim inquit, veluti temulenti: idemque efficit in ipſis vigor, tumorque aetatis, quod ebrijs vinum.

Οἱ δὲ μελαγχολικοὶ τὴν φύσιν, ἀεὶ δέονται ἰατρείας: καὶ γὰρ τὸ σῶμα δακνόμενον διατελεῖ διὰ τὴν κρᾶσιν, καὶ ἀεὶ ἐν ὀρέξει σφοδρᾷ εἰσίν: ἐξελαύνει δὲ ἡδονὴ λύπην, ἥ τε ἐναντία, καὶ ἡ τυχοῦσα, ἐὰν ᾖ ἰσχυρά: καὶ διὰ ταῦτα ἀκόλαστοι, καὶ φαῦλοι γίνονται.

Qui autem natura proni ſunt ad atram bilem, ſemper egent curatione: corpus enim ipſorum perpetuo morſum ſentit ob temperamentum illud: ſemperque in appetitione vehementi ſunt: eijcit autem voluptas dolorem, & contraria, & quaelibet alia, ſi fuerit valida: & hiſce cauſis efficiuntur intemperantes, & improbi.

TERTIVM genus eſſe narrat melancholicos, quos cum mordeat ater ille humor, vnde appellantur, ac ſine intermiſſione vexet, egent medicamento διὰ τὴν κρᾶσιν: ſic enim appellat [
humorem illum atrum, quo tenentur, vt non ſemel fecit in problemate illo diuino, ac pleno elegantis, exquiſitaeque doctrinae, vt opinor, quia totum corpus temperatum eſt cum ipſo, nec pars ipſius vlla vacua ab eo eſt: ſemper igitur hos inquit in acri, vehementique appetitione verſari; quem dolorem, ardoremque animorum eijcere e corpore ipſorum ait, contrariam ipſi aegritudini voluptatem, & quamlibet etiam aliam, dummodo ſit valida, ac robuſta. Admonet in extremo huius partis hanc cauſam eſſe, conatum inquam ſtudiumque ardens exturbandi a ſe hunc dolorem, cur melancholici intemperantes ſint, atque improbi homines.

Αἱ δ᾽ ἄνευ λύπης, οὐκ ἔχουσιν ὑπερβολήν: αὗται δὲ αἱ τῶν φύσει ἡδέων, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός: λέγω δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἡδέα, τὰ ἰατρεύοντα: ὅτι γὰρ συμβαίνει ἰατρεύεσθαι τοῦ ὑπομένοντος ὑγιοῦς πράττοντός τι, διὰ τοῦτο ἡδὺ δοκεῖ εἶναι: φύσει δ᾽ ἡδέα, ἃ ποιεῖ πρᾶξιν τῆς τοιᾶσδε φύσεως.

Quae autem ſine dolore ſunt, non habent exuperantiam: hae vero ſunt re-

rum,

rum, quae e rebus natura iucundis, & non ex accidenti, ſunt. Voco autem ex accidenti iucunda, quae medentur: quod enim vſu venit, vt aliquis curetur, cũ id, quod manet incolume, gerit aliquid, ob hoc iucundum videtur eſſe: natura autem iucunda, quae efficiunt actionem huiuſcemodi naturae.

NON redit nunc ad explicãdam veritatem ſuperioris quaeſtionis, valde remotae, quae ſatis aperta eſſet, vt interpres falſo putauit: verum cum monſtraſſet modo in voluptatibus, quae non ſunt ſincerae ac purae, ſed iunctae cum dolore, inueniri nimium, atque exuperantiam, tradit contrarium genus ipſarum; ideſt, quae vacuae ſint a dolore, liberas eſſe hoc malo: nec poſſe ſumi ipſarum niminm, quae autem hae ſint, declarat; oſtẽditque, quas intelligat eſſe illas, quae capiuntnr e rebus, quae ſunt natura, vique ſua iucundae, & non ex accidenti. Quae etiam huiuſcemodi ſint, teſtatur: dicitque, ex accidenti iucundas eſſe, quae medentur dolori alicui: niſi enim extaret aegritudo, ac paena in eo, non ſuaues hae forent, nec voluptatis quicquam ſecum ferrent. Quomodo antem haec medicina ſint, aperit: dicitque naſci ipſam, cum, quod manet adhuc integrum, incolumeque in corpore, gerit aliquid, qua de cauſa contingit, vt illud iucundum eſſe videatur, quod ſcilicet verum non eſt: Patefacere etiam voluit, etſi paucis hoc indicauit, quae ſint natura iucnnda, eſſeque illa dixit, quae efficinnt, moliunturque aliquid, quod ſit proprium huiuſcemodi naturae, ideſt integrae, & non egentis medicina.

Οὐκ ἀεὶ δ' οὐθὲν ἡδὺ τὸ αὐτὸ, διὰ τὸ μὴ ἁπλῆν εἶν ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐνεῖναί τι καὶ ἕτερον, καθὸ φθαρτά: ὥστε ἄν τι θάτερον πράττῃ, τοῦτο τῇ ἑτέρας φύσει παρὰ φύσιν: ὅταν δ' ἰσάζῃ, οὔτε λυπηρὸν δοκεῖ, οὔθ' ἡδὺ τὸ πραττόμενον.

Nihil vero extare, quod idem ſemper nobis iucundum ſit, euenit, quia non eſt ſimplex natura noſtra, ſed ineſt in ea aliquid etiam diuerſum, vnde corpora noſtra morti expoſita ſunt: ita vt, ſi quid egerit altera pars, hoc ipſum alteri naturae praeter naturam ſit: quando autem exaequata res fuerit, tunc neque triſte, quod geritur, neque iucundum eſt.

CVM videret, non ſine cauſa quaerere poſſe aliquem, cur homines in hoc tam inconſtantes, varijque ſint: nullaque extet tam ſuauis, iucundaque res, quae perpetuo nos delectet, cauſam adferre huius rei voluit: & vnde id naſcatur, oſtendere: inquit igitur id fieri, quia natura noſtra, idque, ex quo conſtamus, ſimplex non eſt, ſed exiſtit in ipſa quiddam diſcors, diſſimileque alteri, vnde exiſtit interitus noſter, fitque, vt perpetuo in vita manere non poſſimus: conſtare autem nos ex animo, & corpore intelligit rebus contrarijs inter ſe, quippe cum altera parte immortales ſimus, altera vero caduci, ac fragiles: contingere autem hinc inquit, & vſu venire, vt quod altera harum partium gerit, id aduerſetur alteri parti, repugnetque naturae ipſius: cum vero eodem tenore quippiam ſe habebit ad ambas partes, ipſum hoc neque iucundum, neque moleſtum erit alterutri parti. In ode etiam quadam ſua Pindarus, quod hic tamquam certum, & exploratum poſuit philoſophus, verum eſſe cecinit de ſatietate, quam pariunt ſuauiſſimae etiam res crebro repetitae, faſtidij quoque non parum gignere affirmans mel etiam, & iucundos flores Veneris.

Ἐπεὶ, εἴ του ἡ φύσις ἁπλῆ εἴη, ἀεὶ ἡ αὐτὴ πρᾶξις ἡδίστη ἔσται: διὸ ὁ θεὸς ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν: οὐ γὰρ μόνον κινήσεώς ἐστιν ἐνέργεια, ἀλλὰ καὶ ἀκινησίας, καὶ ἡδονὴ μᾶλλον ἐν ἠρεμίᾳ ἐστὶν ἢ ἐν κινήσει: μεταβολὴ δὲ πάντων γλυκύτατον κατὰ τὸν ποιητὴν, διὰ πονηρίαν τινά: ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος εὐμετάβολος, ὁ πονηρὸς: καὶ ἡ φύσις, ἡ δεομένη μεταβολῆς: οὐ γὰρ ἁπλῆ, οὐδ' ἐπιεικής. Περὶ μὲν οὖν ἐγκρατείας, καὶ ἀκρασίας, καὶ περὶ ἡδονῆς, καὶ λύπης εἴρηται: καὶ τί ἕκαστον: καὶ πῶς τὰ μὲν, ἀγαθὰ αὐτῶν ἐστι: τὰ δὲ, κακά: λοιπὸν δὲ καὶ περὶ φιλίας ἐροῦμεν.

Quia ſi cuius natura ſimplex eſſet, ſemper eadem actio iucundiſſima erit:

quapro-

quapropter Deus ſemper vna, & ſimplici voluptate laetatur: non enim ſolum motus functio eſt, ſed etiam immobilitatis: ac voluptas magis in quiete eſt,
„ *quam in motu: mutatio autem omnium rerum dulciſſima eſt, vt cenſuit poeta, propter vitium quoddam: veluti enim homo malus facile conſilium mutat, ita & natura, quae eget mutatione: non enim ſimplex eſt, neq; proba. De continentia igitur, atque incontinentia, & de voluptate, & dolore, dictum eſt, & quid vnumquodque horum ſit, & quomodo haec quidem, bona ipſorum ſunt: haec autem, mala. Quod reliquum eſt, de amicitia dicemus.*

CONFIRMAT quod dixit, naſci a natura noſtra duplici, concretaque e dnabus, contrarijs inter ſe, rebus, vt idem factum ſemper nobis pleoiſſimum voluptatis non ſit, ſi forte adhuc io eo reſtat aliquid, quod omnioo oon diſpliceat, quam cauſam eſſe affirmat, vt Deus ſemper vna, eademque voluptate laetetur, quia natura ipſius ſimplex eſt, & libera, ſolutaque ab omni contrarietate. Cum videret autem aliquo modo aduerſari ſuae ſententiae, id quod ferebatur, voluptatem eſſe iucundum motum in ſenſu, & praeterea ſententiam valde probatam, ſapientis poetae, vtrique reſpondit; docuitqne neutrum eorum contra ſe facere; primum igitur ait, oon eſſe tantum motionis vſom, & tamquam actionem voluptatem, verum etiam ceſſationis, & immobilitatis: voluptatemque exiſtere potius in requiete, quam in motione: quod videtur etiam voluiſſe Epicurus, qui duo genera voluptatis eſſe cenſuit; quorum alterum maneret io motu: alterum vero io ſtabilitate dixit: permutationem eſſe rem dulciſſimam omoium, quod apud Euripidem in Oreſte ſoror fratri laboranti dixit, fieri ait, propter vitium, & condicionem malam eius, qui tunc aegrotabat, non eſſe autem per ſe permutationem laudabilem, oſtendit auctor ſimili: veluti enim inquit, homo malus, improbuſque inconſtans eſt, facilèqne ſenteotiam mutat, ita etiam oatura, quae permutatione eget, vitioſa eſt, neque enim inquit, ſimplex, integraque eſt, neque proba. Poſt haec qoaſi perorat, repetitque breui, quid fecerit magna parte huius libri: commemorat enim ſe diſſeruiſſe de continentia & incontinentia; itidemque de voluptate & dolore, docuiſſeq;, quid vnumquodq; horum ſit & quomodo quaedam ipſorum bona ſint, quaedam vero mala, & deterioris notae: qnae autem illa ſint, apparet. Indicat in extremo, quae materia futura ſit eius, quod reſtabit duorum ſcilicet, qui ſequentur hunc, librorum.

PETRI VICTORII COMMENTARII IN VIII. LIBRVM ARISTOTELIS De moribus ad Nicomachum.

ΜΕΤΑ' δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἕποιτ' ἂν διελθεῖν: ἔστι γὰρ ἀρετή τις, ἢ μετ' ἀρετῆς.

POST haec autem de amicitia ſequeretur percurrere: eſt enim virtus quaedam, ſiue cum virtute.

CVM diſſeruiſſet iam de virtutibus, ac vitijs, & ijs, quae morum ſunt, & ijs, quae rationis, partiſque eius animi noſtri, quae διάνοια vocatur, nec non de non nullis alijs, non plenis virtutibus, neque vitijs, magnopere inter ſe diſcrepantibus: atque etiam tetigiſſet quaſdam alias diſpoſitiones; quarum meliores ſuperant vim, & naturam virtutum, deteriores vero poteſtatem vitiorum, quare ſunt vehementer perſequendae, ſiue fugiendae, cum tantopere valeant ad vitam, ſiue beatam, ſiue miſeram efficiendam; nunc exiſtimauit, oportere ſe de amicitia praecipere, nec debere vllo pacto committere, quin tradat eam, & quomodo ſit accipienda, oſtendat; cuius ſui conſilij ſtatim rationem reddidit, affirmans ipſam, vnam virtutum eſſe, quod ſi verum eſt, peccaſſet vehementer, niſi eam explicaſſet: mirifice aptam ad vitam iuuandam, & perpoliendam: quod ſiquis aduerſetur, contendatque, virtutem non eſſe, id quod indicare etiam videtur; quia ſi proprie virtus foret, vna cum ceteris virtutibus eam explanaſſet, neque in hunc locum, tam remotum, reiecifſet, vult omnino ipſam cum virtute iunctam, nec rem vllo pacto ſeiunctam a virtute eſſe: quare hoc quoque declarat ſui muneris fuiſſe, de amicitia ſubtiliter quaerere; ita autẽ cenſet quaeſtionem hanc conuenire ſuo propoſito: adeoq; plenam rem eſſe multarum, magnarumque difficultatum, vt duos libros in ea euoluenda conſumpſerit.

Ἔτι δ' ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον: ἄνευ γὰρ φίλων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα: καὶ γὰρ πλουτοῦσι, καὶ ἀρχὰς, καὶ δυναστείας κεκτημένοις, δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶναι χρεία: τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας, ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας, ἣ γίγνεται μάλιστα, καὶ ἐπαινετωτάτη πρὸς φίλους; ἢ πῶς ἂν τηρηθείη, καὶ σώζοιτο ἄνευ φίλων; ὅσῳ γὰρ πλείων, τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. ἐν πενίᾳ τε, καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους. καὶ νέοις δὲ πρὸς τὸ ἀναμάρτητον, καὶ πρε-

σβυτέροις πρὸς θεραπείαν, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως δι' ἀσθένειαν, βοηθεῖ· τοῖς τ' ἐν ἀκμῇ, πρὸς τὰς καλὰς πράξεις· σύν τε δύ' ἐρχομένω· καὶ γὰρ νοῆσαι, καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι.

Adhuc autem quiddam maxime neceſſarium ad vitam: ſine amicis namque nemo eligeret viuere, habens reliqua cuncta bona: & diuitibus enim, & publicos honores, principatuſque poſſidentibus, videtur maxime opus eſſe amicis: quis enim fructus foret huiuſcemodi vbertatis, ſublata beneficentia: quae maxime exiſtit, ſummaque laude digna eſt, cum confertur in amicos? vel quomodo cuſtodiretur, & conſeruaretur ſine amicis? quanto enim maior eſt, tanto magis praeceps, & lubrica eſt: in paupertate autem, & in reliquis grauibus caſibus vnicum perfugium eſſe arbitrantur amicos: & adoloſcentibus autem ad arcendos ipſos a peccatis, & ſenibus prodeſt, vt colantur, habeantque, qui opitulentur ad abſoluenda, quae ipſi propter virium imbecillitatem conficere nequeunt: ijs autem, qui in aetatis viriditate ſunt, ad honeſta facta ſocius accommodatus eſt, Duo namque ſimul euntes: etenim excogitare, & agere cuncta facilius poſſunt.

SEQVITVR poſt primum argumentum, quo vſus eſt, alterum hoc, quo tradit, ipſam rem eſſe maxime neceſſariam vitae mortalium, quod probat tanquam omnium conſenſu, ac iudicio, dicens, nullam extare vitam ita vberem, adeoque refertam cunctis, quae cadunt in hominem bonis, quam aliquis amaret, contentuſque ea viueret, ſi careret amicis. Themiſtius, cum ſua quadam eleganti, eruditaque oratione, ſuaderet Graecis ſuis, vt incumberent in amicitiam: Initioque ipſius accuſaret ipſos, quod auſcultarent libenter Iliadem Homeri, & veteres hiſtoricos, bellaque quae geſſerunt, & cum barbaris; & inter ſe: auerſi autem forent a conſilijs eorum, qui hortarentur ad amicitiam colendam, commendans ipſam, vſus eſt hac ſententia philoſophi, nullo paene immutato verbo, tantum ipſi tribuit, adeoque verum exiſtimauit: inquit enim. ἄνευ δὲ φίλων οὐδεὶς ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθά. Probat autem Ariſtoteles, merito quempiam repudiaturum eſſe vitam, ſi vacua ab amicis foret, enumerans res, quae fortunatos homines reddunt, illae autem ſunt, diuitiae, imperia, poteſtates; hiſque potiſſimum opus eſſe amicis tradit, contra opiniones imperitorum: duobus autem argumentis vtitur, quorum prius ab honeſtate ductum eſt: quis enim inquit, fructus erit huius tantae copiae, atque prouentus bonorum, ſi facultas poſſeſſori ipſorum erepta fuerit beneficia conferendi in homines; quae benignitas, liberalitaſq; plerumque exercetur erga amicos; cumque hoc fit, tunc maxime omni laude digna eſt: alterum argumentum eſt, quo docet, ſtatus illos opimos cuſtodiri, conſeruarique non poſſe ſine amicis: neque oportere quempiam confidere amplitudini eorum bonorum: quanto maior enim aceruus eorum extiterit, tanto facilius, pronuſque euertitur, ac ruit. Addit etiam arbitrari cunctos mortales eos, qui premuntur paupertate, & aliquibus rebus aduerſis, nullum alium habere perfugium, ac portum ſuorum laborum, niſi amicos: hi namque, ſi veri amici ſunt, ac fungi officio volunt, leuabunt eorum miſerias. Sequitur, quod etiam valde commendat amicitiam, vtilem eandem eſſe & adoleſcentibus, ne peccent, atque ſibi temperent a flagitijs, & ſenibus, vt colantur, habeantque, qui comitate ſua, ac colloquijs praeſtent, vt facilius ferant incommoda grauis eius aetatis, quibus aliter non videtur medicina adhiberi poſſe: & praeterea vt habeant, ſi non dum penitus defecerunt, attinguntque adhuc partem aliquam reipublicae, qui viribus ſuis infirmitatem corporis eorum iuuent, ac, quae ſenes perficere non valent, abſoluant, ad exitumque perducant. Sed etiam amicos opportunos, accommodatoſque eſſe affirmat ijs, qui in media aetate conſtituti ſunt, vigentque, ad honeſta facta gerenda: vix enim praeclarum aliquod facinus adminiſtratur ſine ſocijs eius operis, ac comitibus; quod verum eſſe docet auctoritate Homeri, apud quem Diomedes, cum periculoſum facinus obiturus eſſet, noctuque mitteretur ad exploranda conſilia hoſtium, qui extra vrbem caſtra poſuerant, popoſcit ſocium illius itineris dicens: ſi duo vna profecti fuerint, e media etiam flamma ipſos incolumes exituros;

tos: philoſophus hoc ſapienter dictum eſſe oſtendere volens, inquit; nam ita & cogitare, quae opus erit, & efficere melius poterunt. Idem etiam vſus eſt eodem hoc teſtimonio in III. libro πολιτικῶν: ſed quis non probauit hanc ſententiam? Plato enim quoque ipſam laudauit, & Homeri haec verba citauit; & M. Cicero in epiſtola ad M. Varronem.

Φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννήσαντι, καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν ὀρνέοις, καὶ ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ζώων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα: καὶ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις. ὅθεν τοὺς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν. ἴδοι δ' ἄν τις, καὶ ἐν ταῖς πλάναις, ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ φίλον.

Naturaque ineſſe videtur ijs, qui genuerunt erga id, quod genitum eſt: & non ſolum in hominibus, verum etiam in auibus, & in plurimis animalibus, & ijs, quae ſunt eiuſdem generis inter ſe, & maxime hominibus. vnde humanos viros laudamus. Videre etiam poſſet aliquis in erroribus quoque, quam propinquus, accommodatuſque ſit omnis homo homini.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quo itidem conſtituit officium ſuum, probans, non debuiſſe ſe committere, quin de amicitia ſedulo quaereret, cum inſit, vi naturae ipſius, in eo, qui genuit liberos, procreauitque, erga illos, qui ab eo procreati ſunt, quod non hominis proprium eſt, ſed commune ipſi cum beluis: nam & aues diligunt pullos ſuos, & cunctae fere animantes amore proſequuntur ex ſe natos: nam & alunt illos & defendunt, cum periculo etiam ſuo non paruo contra animantes, quae ipſis inſidiantur: qui tamen amor terminum habet, ac finem: donec enim illi cibum & quo alantur, expedire ſibi nequeunt, non deſunt officio ſuo: poſtquam autem grandiores facti, huic rei efficiendae pares ſunt, relinquũt hoc curae ipſorum: perſpicitur etiam idem amor, etſi non tantus, neque tam certis indicijs, manere, in omnibus fere expertibus rationis animantibus, cum illae creuerint erga eas, quae ſunt eiuſdem generis: nam, & equi equos, & canes, canes amare videntur: hos enim intelligit, appellans ipſos ὁμοεθνεῖς, quaſi eiuſdem gentis, in quo animaduertendum eſt, ἔθνη appellari non ſolum gentes, nationeſque hominum, ſed etiam ferarum, & vt loquuntur poëtae, ſecla animantum: etſi autem amicitiam, amorem hunc, amationemue appellat, non eſſe tamen ipſam veram, plenamque amicitiam conſtat; abutitur enim hoc nomine. M. etiam Cicero in libello ſuo de amicitia, cum oſtendere vellet, ipſam a natura ortam, eodem pacto argumentatus eſt: viderique alicui poſſet hunc locum expreſiſſe, verba ipſius haec ſunt. Quod quidẽ quale ſit etiam in beſtijs quibuſdam animaduerti poteſt, quae ex ſe natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, vt facile earum ſenſus appareat. In quo animaduertendum eſt, non ſolum ipſum probare, quod vult, exemplo genitorum erga natos, verum etiam altera ex parte, ideſt natorum erga genitores ſuos, quemadmodum ſane prius legebatur, non tantum in quibuſdam excuſis libris, verum etiam in calamo exaratis: tamen olim, cum purgaui hoc opus, ſuſtuli verba haec καὶ τὸ γεννηθὲν τῷ γεννήσαντι: atque id ſecutus teſtimonium veteris tralationis, ac iudicium Argyropyli, docti viri, qui & ipſe ea omiſit. Cum autem tradat Ariſtoteles hoc non commune eſſe cunctarum beſtiarum, ſed plurimarum, videmus quoque idem notum fuiſſe Ciceroni, qui inquit, in beſtijs quibuſdam, qui tamen melius ſenſiſſet; ſi in maiore parte ipſarum, quod verius erat; dixiſſet: pauciores enim multo ſunt, quae deſerunt ex ſe procreatos. Adiungit autem, planius hoc intelligi, huiuſcemodi eſſe in hominibus, quorum facta plura teſtantur, hunc mutuum amorem: ipſum autem ſignificare ait, communem conſenſum mortalium, qui laudant humanos homines, pronoſque ad iuuandos con filijs ſuis, ac ſtudijs mortales: hi namque ſunt, quos φιλανθρώπους vocat, vnde etiam fertur, tanto plauſu acceptam fuiſſe ab vniuerſo theatro ſententiam illam Chremetis Terentiani, qui, cum quaſi accuſatus eſſet, quod aliena curaret, ſe purgans inquit. Homo ſum, humani nihil a me alienum puto. Sequitur apud auctorem, poſſe etiam videre, qui huic rei ſtuduerit, in itinerum erroribus, quam accommodatus ſit, & aliquo modo beneuolus, propinquuſque homo homini, & etiam amicus. Hoc autem quoque ſignificat ſententia alterius comici, quae legitur apud M. Ciceronem. Homo qui erranti comiti monſtrat viam.

Ἔοικε δὲ καὶ τὰς πόλεις συνέχειν ἡ φιλία καὶ οἱ νομοθέται μᾶλλον περὶ αὐτὴν σπουδάζειν, ἢ τὴν δικαιοσύνην: ἡ γὰρ ὁμόνοια ὅμοιόν τι τῇ φιλίᾳ ἔοικεν εἶναι: ταύτης δὲ μά-

λιστα ἐφίενται· καὶ τὴν στάσιν, ἐχθρὰν οὖσαν, μάλιστα ἐξελαύνουσι.

Videtur autem & ciuitates amicitia continere, & qui ferunt leges, plus ſtudij adhibere circa ipſam, quam circa iuſtitiam: concordia enim ſimile quiddam videtur amicitiae: hanc autem maxime amant: & ſeditionem, quae ipſi inimica eſt, maxime eijciunt e ciuitate.

QVARTVM hoc argumentum eſt, quod valet ad idem oſtendendum: inquit enim, videri etiam, nec ſine cauſa exiſtimari poſſe, amicitiam continere ciuitates, ſtatumq; earum, ac cõmunionem tueri: hoc enim profecto valet συνέχειν tanquam ſine hac frangantur, & paruo negotio diſſipentur, cui ſententiae ſuae confirmandae adiungit, Qui ſcribunt leges populis, dantque operam, vt inſtituant multitudinem aliquam: diuque illa maneat concors; maius ſtudium ponere in amicitiam eo inſerendam, quam iuſtitiam ipſam, quae videbatur proprium munus ipſorum eſſe: quare, cum videret, hoc aduerſari ſententiae non paucorum hominum, confirmat accurate iudicium ſuum, ſumitq; ad hoc probandum, videri concordiam ſimile quiddam eſſe amicitiae, quo conceſſo, manifeſto tenetur, verum eſſe, quod dixit, cum planum ſit, qui ſuſcipiunt curam illam ſcribendarum legum, propoſitam ſemper habere ante oculos concordiam: aduerſariamque ipſius in gentem, ſeditionem eijcere, atque exturbare e ciuitate ſummo ſtudio: commendari autem valde concordiam, & de fructu, qui magnus capitur ex ea, praeclare dici a Salluſtio, notum eſt.

Καὶ φίλων μὲν ὄντων, οὐδὲν δεῖ δικαιοσύνης· δίκαιοι δὲ ὄντες, προσδέονται φιλίας· καὶ τῶν δικαίων τὸ μάλιστα φιλικὸν εἶναι δοκεῖ.

Et cum ciues amici inter ſe ſunt, nihil opus eſt iuſtitia: iuſti autem exiſtentes, egent praeterea amicitia: & ex omni genere iuris id, quod praeſtat ceteris, videtur eſſe, quod iungit amicos.

QVINTO hoc argumento idem declarat, quod huiuſcemodi eſt; id quod magis requiritur ad tuendas, conſeruandaſque ciuitates, & ſine quo minus commode illic viuitur, eſt anteponendum ei, quo facilius, minoreque cum damno carent; quare reſp. illa, in qua ciues amici inter ſe ſunt, non eget vllam in partem iuſtitia: neque enim amici iniuriam faciunt amicis: illis namque improbis factis remedium adhibet iuſtitia: reſiſtitque quantum poteſt, ne huiuſcemodi aliquid fiat: contra autem, ſi iuſtitia illic colitur, ſeque abſtinent, qui viuunt in ea, ab omni genere iniuriarum, tamen merito illic expetitur amicitia, egentque praeter eam eximiam virtutem voluptate, & fructibus, qui capiuntur ex amicis: non parua enim incommoda, & mala cadunt in homines, quibus incommodis medentur amici, praeter iucunditatem, quam adferunt praeſentia ſua & colloquijs amicis. Narrat Plutarchus in Ageſilai vita, quam ſcripſit, ipſum verbis ſemper ſolitum mirifice celebrare iuſtitiam, & ſi facta quaedam eius non reſponderent illi orationi, dicereque eum, iuſtitiam antiſtare ceteris virtutibus, in quo etiam aiebat, fortitudinem nullum fructum ferre poſſe, vbi non coleretur iuſtitia, ſi vero iuſti cuncti forent, nihil opus futurum eſſe fortitudine, quemadmodum locutus eſt Ariſtoteles de iuſtitia ipſa atque amicitia. Addit etiam, ſiue nouum hoc argumentum eſt, vt puto, ſiue pars aliquo modo ſuperioris, cum ſint plura iuſti genera, quae cuſtodiri debent, nec poſſunt ſine magna culpa violari, in primis genus illud iuris, quod amicos continet, tale habendum eſſe, maximeque iuſtum exiſtimandum: vnde cum dirimi non poſſit ſine ſcelere, perſpicitur hinc dignitas perſonarum, & quantopere requiratur haec coniunctio animorum.

Οὐ μόνον δ᾽ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ καλόν· τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν· ἥ τε πολυφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἕν τι εἶναι· ἔτι καὶ ἔνιοι τοὺς αὐτοὺς οἴονται ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους.

Non ſolum autem neceſſarium quiddam eſt amicitia; verum etiam honeſtum: ſtudioſos enim amicorum laudamus: multitudoque amicorum putatur

vna

vna quaedam eſſe rerum honeſtarum. Amplius quidam arbitrantur eoſdem eſſe bonos viros & amicos.

CVM oſtenderit, bene inſtitutae ciuitati, & in qua iucunde viuatur, neceſſariam eſſe amicitiam; ſignificat nunc, ipſam non ſolum neceſſariam illic eſſe, verum etiam honeſtam, & dignitatis, ſplendoriſq; plenam: quod inde plane intelligitur, quod commendamus, ſummiſque laudibus ferimus eos, qui valde ſtudioſi ſunt amicorum, ex animoque ſeruiunt vtilitatibus eorum: hi autem iuncto verbo a Graecis φιλόφιλοι vocantur, quod verbum arbitror exprimere voluiſſe Terentium, cum inquit. Nemo eſt magis amicus amico. Praeterea inquit, quod idem declarat. Habere multos amicos, putatur eſſe vnum quodpiam eorum bonorum, quae honeſta ſunt, & plurimam in ſe dignitatem, ſpeciemque habent, & tamen poſt auctorem noſtrum inuenti ſunt, qui ipſam accuſatent, quia quemadmodum ſplendoris aliquid ſecum fert ac ſuauitatis, ita plena eſt ſolicitudinis, ac moleſtiatum. Ad extremum autem addidit, extare non nullos, qui eoſdem arbitrantur eſſe probos viros, & amicos, tanquam probi homines nequeant eſſe, qui non diligunt ceteros mortales: in primiſque eos, quos dignos amicitia ſua eſſe iudicarint; non nominant autem, qui potiſſimum fuerint, qui ita cenſuerint.

Διαμφισβητεῖται δὲ περὶ αὐτῆς οὐκ ὀλίγα: οἱ μὲν γὰρ, ὁμοιότητά τινα τιθέασιν αὐτὴν, καὶ τοὺς ὁμοίους, φίλους: ὅθεν τὸν ὅμοιόν φασιν ὡς τὸν ὅμοιον, καὶ κολοιὸν ποτὶ κολοιόν, καὶ ὅσα τοιαῦτα: οἱ δ' ἐξ ἐναντίας, κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιούτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι.

De ipſa autem multae controuerſiae exoriuntur: hi namque ſimilitudinem quandam eſſe volunt: & ſimiles, amicos eſſe: vnde ſimile aiunt ad ſimile, & graculum, ad graculum: & quaecunque alia huiuſcemodi; hi autem contra, figulos huiuſcemodi omnes aiunt, eſſe inter ſe.

CVM oſtendiſſet iam, quam magnum bonum ſit amicitia, ſuaſque partes fuiſſe declaraſſet, accurate praecipere de ipſa; non paucas controuerſias nunc, magnopereque inter ſe diſcrepantes ſententias extare de ea dicit inter doctos viros: cum aliqui ipſorum velint, amicitiam eſſe ſimilitudinem quandam; cunctoſque, qui pares inter ſe, ſimileſque ſunt, mutuo amore flagrare, vnde multae peruagatae voces, prouerbiaque fluxerunt. Plato pluribus in locis tetigit hanc opinionem, vt in Gorgia: fecit enim in eo ſermone ita Socratem loqui, dicereque, videri ſibi ſingulos homines ſingulis hominibus amicos eſſe, quam maxime fieri poteſt, qui tales inter ſe fuerint, quales & poëtae ipſi, & ſapientes viri ſignificant, intelligere autem ipſum, cum poëtas dicit, Homerum, qui verſu quodam ſuo inquit. Semper Deum ſimilem perducere ad ſimilem: planum eſt, nec non in ſermone de amicitia, in quo non ſemel meminit huius ſententiae, & in VIII. quoque libro de legibus. Addit etiam Ariſtoteles huic opinioni confirmandae, prouerbium, quo ferebatur: monedulam ad monedulam ſe conferre: huiuſcemodique alia in ore omnium eſſe inquit, quae idem oſtendunt. In VII. quoque de moribus ad Eudemum, quo loco eandem quaeſtionem tangit, ſuperiori illi adiungit alterum hoc. Cognouit fur furem, & lupus lupum. Tradit autem nunc, extare alios e regione poſitos, qui a ſuperioribus valde diſſentiant, affirmentque huiuſcemodi omnes, qui pares, ſimileſque ſunt, inuidia, & odio flagrare inter ſe; cuius opinionis cum fuerit Heſiodus: ille namque exemplo multorum opificum hoc probauit, & aliorum etiam eiuſdem fortunae, condicioniſque mortalium, initio ducto a figulis, qui cum κεραμεῖς Graeco ſermone vocentur, inuidos, inimicoſque homines intelligens, vocauit eos, κεραμεῖς.

Καὶ περὶ αὐτῶν τούτων, ἀνώτερον ἐπιζητοῦσι, καὶ φυσικώτερον. Εὐριπίδης μὲν φάσκων. Ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν. Ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν: καὶ Ἡράκλειτος τὸ ἀντίξουν συμφέρον: καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν: καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι: ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις, ἄλλοι τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς: τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι.

Atque de ipſis altius quaerunt, & magis ex natura. Euripides quidem di-

,, *cens. Amare quidem imbrem tellurem arefactam. Amare autem caelum*
,, *plenum imbris cadere in terram: & Heraclitus, repugnans conducere: & e contra-*
,, *rijs ſonis pulcherrimam harmoniam: & vi litis naſci omnia: ex aduerſo autem*
his, alij non nulli, & Empedocles. Simile ſimilis deſiderio flagrare.

QVI fuerint illi, qui ab his diſcreparint, oſtendit: ipſos autem, initio ſuae ſententiae ex altiore loco ducto, & qui magis conueniret diſputationibus de rerum natura, ita ſenſiſſe de hoc quoque oſtendit: primum autem Euripidem appellat, cuius plores verſus pooit, nec tamen non ſtuduit breuius ſententiā eios explicare: pro voo eoim, & dimidiato verſu poëtae, vnum tantum verbum vſurpauit, quod impleret ſententiam, idest ξηρανθεῖσαν: apud eum enim erat, Ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον, Ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ. Leguntur autem hi verſus apud Athenaeum in xiij. libro, celebraturqne illis vis magna, & poteſtas Veoeris; ſeotentia ipſorum eſt, quam breuiter, & ſine vllo ornatu exponam. Expetere tellurem exarefactam, pluuiam: caelumqne imbris plenom teneri deſiderio in terram cadendi. Poſt tragicum, citat teſtem eiuſdem ſeotentiae Heraclitum Epheſium, qui aiebat, contrarium repugnaoſque prodeſſe, atque e diuerſis ſooribus naſci pulcherrimum concentum, cunctaq; demum gigni ex contentione, ac pugna. Omnem autem hanc quaeſtionem de lite, & harmonia, quae naſcitur e contrarijs ſonis, tangit Plutarchus in vita Alcibiadis oon louge ab initio, loco ſane oon alieno ab eo, queio hic in manibus habemus: indicat enim Lacedaemone non ſine cauſa Ephoros oppoſitos fuiſſe regibus: aliter enim ait, & ſine aliquibus diſſenſiooibus non facile rempublicam conſeroari poſſe, qoae cauſa fuit, vt, cum rex ille, contra conſuetudinem maiorum, cunctos ordines, priuatoſq; eiues ſibi comitate beneficijſqoe in ipſos collatis, conciliaret, Ephori ipſum multauerint, cuius conſilij ſui hanc cauſam attulerunt; quod communes ciues, ſuos, proprioſque faceret. Aduerſari autem his, & tamquam oppoſitos eſſe alios non nullos, dicit Ariſtoteles, quorum vnum oominat, Empedoclem, qui doctiſſimis verſibns naturam rerum explanauit: illom enim tradit, exiſtimaſſe, ſimile ſibi expetere ſimile: ita autem hic in hac ſententia obfirmatus erat, adeoque amorem huiuſcemodi omnem a ſimilitudine ortum ducere exiſtimabat, vt, cum monſtrata ipſi canis foret, qnae ſemper in eodem fracto dolio quieſceret, quaeſitaque ex eo cauſa eſſet huius moris, reſpondit, obſcure tamen, ſimilitudinem hoc efficere. Potaſſet fortaſſe aliquis, cum ſupra auctor opinionem hanc de poteſtate magna ſimilitudiois confirmaſſet, potuiſſe ipſnm ſuperſedere nouis argumentis, quibns idem probaret, verum, vt opinor cum id ita ſe habere oſtendiſſet vocibus poëtarum, & prouerbijs: infraque phyſicum Heraclitū de hoc idem ſenſiſſe demonſtraſſet, voluit eiuſdē ſtudij virum, magnaeque itidem grauitatis, cum ipſo committere.

Τὰ μὲν οὖν φυσικὰ τῶν ἀπορημάτων, παραφείσθω: οὐ γὰρ οἰκεῖα τῆς παρούσης σκέψεως: ὅσα δ' ἐστὶν ἀνθρωπικὰ, καὶ ἀνήκει εἰς τὰ ἤθη, καὶ τὰ πάθη, ταῦτ' ἐπισκεψώμεθα: οἷον πότερον ἐν πᾶσι γίγνεται ἡ φιλία, ἢ οὐχ οἷόν τε μοχθηροὺς ὄντας, φίλους εἶναι: καὶ πότερον ἓν εἶδος τῆς φιλίας ἐστὶν, ἢ πλείω: οἱ μὲν γὰρ ἓν οἰόμενοι, ὅτι ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον, οὐχ ἱκανῷ πεπιστεύκασι σημείῳ: δέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον, καὶ τὰ ἕτερα τῷ εἴδει: εἴρηται δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἔμπροσθεν.

E numero igitur quaeſtionum illae, quae naturales ſunt, dimittantur: non enim ſuae, & propriae ſunt huius praeſentis animaduerſionis: quae autem peculiares hominū ſunt, & ad mores, motusq́ animi referuntur, haec cōſideremus: veluti, vtrū in omnibus exiſtit amicitia, an fieri non poteſt, vt qui improbi ſunt, amici inter ſe ſint: & vtrum ſit vna ſpecies amicitiae, an plura: qui enim vnam putant, quia magis, & minus recipit, non ſatis firmo ad fidem faciendam ſigno crediderunt: recipiunt enim magis, & minus ea quoque, quae ſunt ſpecie inter ſe diuerſa: dictum autem eſt de ipſis antea.

CVM videret auctor ſe e ſuis finibus exiſſe, & in alienum qoaſi campum irrupiſſe, quam-

uis

nis exiguo temporis ſpatio in eo manſerit, tamen aliquo modo ſe purgat: dicitque abijcien das ſibi eſſe has quaeſtiones, vt alienas, & ad ſuas propriaſque huius ſtudij reuertendum: neque enim ſolet Ariſtoteles permiſcere materias: trahereque argumenta ad aliquid conſtituendum e diuerſa, contrariaque aliquo modo doctrina, & cum aliquid huiuſcemodi facit, breui id, temperanterque facit: inquit igitur ſe, poſthabitis illis, incubiturum eſſe in quaeſtiones, quae vitae hominum propriae ſunt: faciuntque ad mores, & motus animorum, ſeduloque de ipſis diſputaturum: attingit autem ſtatim non nullas ipſarum, veluti inquit: vtrum in cunctis hominibus locum habet amicitia, ſiue contra, fieri nullo pacto poteſt, vt improbi mortales, amici inter ſe ſint: & vtrum vnũ tãtum ſit genus amicitiae, ſiue plures ipſius ſpecies inueniantur. Cum autem non dubitaret ipſe, quin plures forent amicitiae ſpecies: videretque, extitiſſe quoſdam, qui aliter de hoc ſenſiſſent, ſtatim diſſerit contra illos: oſtenditque argumentum, quo ipſi freti, id aſſeuerabant, non tantum vitium habere, vt hoc conſtituat: erat autem illud, amicitiam recipere in ſe magis ac minus, augerique, ac minui: quare merito vocat ipſum ſignum, vt quod poſterius eſſet, ac nullo modo cauſa, ſed a cauſa profectum: affirmat enim extare alias res, quae recipiant & ipſae magis, ac minus, & tamen ſunt ſpecie inter ſe diſcrepantes. Adiungit autem ſe de hoc antea diſſeruiſſe; non tamen locus apparet, vbi hoc praeſtiterit: in his ipſis certe de moribus libris nihil huiuſcemodi attigit.

Τάχα δ' ἂν γένοιτο φανερὸν περὶ αὐτῶν, γνωρισθέντος τοῦ φιλητοῦ: δοκεῖ γὰρ οὐ πᾶν φιλεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ φιλητόν: τοῦτο δ' εἶναι ἀγαθὸν, ἢ ἡδὺ, ἢ χρήσιμον: δόξειε δ' ἂν χρήσιμον εἶναι, δι' οὗ γίνεται ἀγαθόν τι, ἢ ἡδονή: ὥστε φιλητὰ ἂν εἴη τἀγαθόν τε καὶ τὸ ἡδὺ, ὡς τέλη.

Fortaſſe autem planum fieri poterit de his, ſi cognitum fuerit id, quod dignum eſt, vt ametur: videtur enim non omne amari, ſed quod amabile: hoc autem videtur eſſe bonum, vel iucundum, vel vtile: videri poſſet autem vtile eſſe illud, vi cuius gignitur bonum aliquod, vel voluptas. Quapropter amabile eſſet bonum, ac voluptas, vt fines.

Cvm indicaſſet ſcrupulos quoque non paruos exoriri, ſiquis de amicitia quaerat, vt requirit ratio haec, & diſciplina, inquit, poſſe fortaſſe ipſos euelli, cognito, & explorato amabili, & vt Terentius ipſum vocauit, digno, quod ametur: Graeci φιλητὸν vocant: neque enim omnem rem talem eſſe affirmat, ſed tantum certas quaſdam, quae alliciunt ad ſe animos hominum, & vehementer expetuntur, cuiuſmodi ſunt illae, quae amabiles appellantur. Amabile igitur eſſe inquit, omne illud, quod bonum eſt, ſiue iucundum, ſiue vtile, ideſt, quod fructum aliquem ferat, & proſit ad quippiam, quod conducat, adminiſtrandum aut obtinendum: hoc enim oſtendere videntur, quae ſtatim adiunxit, explicans vim huius nominis, videri enim poſſe inquit, vtile eſſe id, ope cuius efficitur aliquod bonum, ſiue voluptas, quare inquit, amabilia erunt: vim enim priorum duorum, poteſtatemque magis aperire voluit, bonum, & iucundum, vt fines: tertium namque iam ſignificarat, non eſſe finem, ſed ſeruire alicui fini, & tamquam inſtrumentum eſſe, cuiuſmodi ſunt diuitiae.

Πότερον οὖν τἀγαθὸν φιλοῦσιν, ἢ τὸ αὑτοῖς ἀγαθόν: διαφωνεῖ γὰρ ἐνίοτε ταῦτα: ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὸ ἡδὺ αὐτό: δοκεῖ δὲ καὶ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν, φιλεῖν ἕκαστος: καὶ εἶναι ἁπλῶς μὲν τἀγαθὸν, φιλητόν: ἑκάστῳ δὲ, τὸ ἑκάστῳ: φιλεῖ δὲ ἕκαστος, οὐ τὸ ὂν αὑτῷ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον: διοίσει δ' οὐδέν: ἔσται γὰρ τὸ φιλητὸν φαινόμενον.

Vtrum igitur verum bonũ diligunt, ſiue quod ſibi ipſis bonũ eſt: diſſident enim aliquando haec inter ſe: ſimili modo autem, & circa iucundum: videtur autem, & quod ſibi bonum eſt, diligere vnuſquiſque, & eſſe ſimpliciter quidem bonum, amabile; vnicuique autem id, quod vnicuique: diligit autem vnuſquiſque non id, quod ipſi bonum eſt, ſed quod bonum apparet: intererit autem nihil: erit namque amabile apparens.

Tangit nunc auctor, quod non ſine cauſa quempiam ſollicitaret, atque id diſcutit: eſt autem hoc, vtrum mortales bonum ipſum, vereque tale diligunt, ac ſectantur, ſiue quod ipſis illis tale eſt, cum interdum videant, haec inter ſe diſcrepare: non paucoſque reperiri, qui ſequantur, amentque, relictis veris bonis, quae magis obeſſe, quam prodeſſe valeant: quaeſtionem autem hanc, non ſolum de bono, verum etiam de iucundo exoriri adiungit; ſpretis enim puris voluptatibus, pulrimi toto pectore ſectantur adumbratas, & falſas; diſſoluens igitur hunc nodum, inquit. Videri ſingulos mortales diligere, quod ipſis bonum eſt, atque eſſe ſimpliciter quidem bonum ipſum, vereque tale, amabile: ſingulis autem hominibus, quod ſingulis ipſis amabile eſt. Subtilius autem animo verſans hoc, addit, fortaſſe verum non eſſe, quod modo dictum eſt, cum ſinguli diligant, non quod ipſis bonum eſt, ſed quod ſpeciem tantum eius rei haber, ſimulatumque bonum eſt: nihil tamen hoc referre inquit, ad propoſitum ſuum, nec variare ſententiam: reſtabat enim fucatum quoddam, ſimulatumque amabile, vt verum, ac ſincerum. Non eſt autem dubium, quin Ariſtoteles, vt aperiat, quod inuolutum eſt, in hoc nomine amicitiae, definiatque eam, indaget genus ipſius, a quo ordiendum eſt, cum tamen ipſum non appellet: tangat autem non nulla, quae ſi attendantur, videntur id monſtrare. Putarunt interpretes quidam, id quod exiſtimarunt, erui ex ijs, quae iam dixerat, ipſum eſſe εὔνοιαν, ideſt beneuolentiam: ipſe vero arbitror, quod proprius accedit ad verba, quibus vſus eſt, congruitque ſententiae, ipſum eſſe φίλησιν, ideſt amationem: neque enim vocem vllam ante vſurpauit, quae ſimilitudinis quicquam cum εὐνοίᾳ haberet, vt factum eſt in mea. Praeterea cum infra diſtinguat amationes, ſeparetque hanc ipſam a ceteris: neque enim omnis amatio eſt amicitia: particula addita Graeco nomini vocauit, quae propria eſt huius rei ἀντιφίλησιν, ideſt mutuam amationem, reſpondentemque ex altera parte priori φιλήσει, & quae initium amicitiae eſt, infra tamen, vt opinor, quia vſitatius eſt, magiſque populare hoc nomen εὔνοιαν, quam φιλήσεως, pro hoc φίλησις, ſumpſit εὔνοιαν.

Τριῶν δ' ὄντων δι' ἃ φιλοῦσιν, ἐν μὲν τῇ τῶν ἀψύχων φιλήσει, οὐ λέγεται φιλία: οὐ γάρ ἐστιν ἀντιφίλησις, οὐδὲ βούλησις ἐκείνων ἀγαθοῦ: γελοῖον γὰρ ἴσως τῷ οἴνῳ βούλεσθαι τἀγαθά: ἀλλ' εἴπερ, σώζεσθαι βούλεται αὐτόν, ἵνα αὐτὸς ἔχῃ: τῷ δὲ φίλῳ φασὶ δεῖν βούλεσθαι τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα.

Cum autem ſint tria, ob quae adipiſcenda homines diligunt, in rerum inanimarum amatione non dicitur amicitia: non enim eſt in ipſis redamatio, neque voluntas boni ipſorum: ridiculum enim fortaſſe eſſet, velle vino quae bona ipſi ſint; quod tamen ſiquis facit, conſeruari vult eum, vt ipſe habeat: amico autem aiunt, oportere bona velle illius cauſa.

Cum tria eſſe oſtenderit, propter quae obtinenda homines impelluntur ad diligendum aliquid, docet, quando contingit, vt ipſi diligant quippiam inanime, veluti anulum, veſtem, tabulam pictam, aedificium, in hac rerum harum amatione non manere amicitiam, cuius ſuae ſententiae ſtatim cauſam adfert: non enim inquit, exiſtit illic redamatio, neque praeterea in eo ipſo, qui diligit, voluntas, ſtudiumque iuuandi illius, quod ita diligit, bonique aliquid ipſi adferendi: ſtultum enim foret, inquit, ac ridiculum, (exemplo illuſtri vtens), velle vino, quae bona ipſi ſunt, quod, ſiquis ait, huiuſcemodi aliquid facit, vult ipſum, ſtudetque ſaluum eſſe, vt ipſe ſuauitate eius perfruatur: contra autem addit, amico aiunt, oportere velle, quae vera bona illi ſunt ipſius iuuandi, ornandique cauſa, non ſpe vtilitatis alicuius, inde capiendae. Qui vinum amat, vt ad exemplum reuertamur, ſuam, propriamque voluptatem in eo amore ſpectat; indeque proficiſcitur voluntas, ſtudiumque illius conſeruandi, qui finis eſt valde remotus, & alienus ab officio veri amici: qui namq; fictus, ſimulatuſque amicus foret, demumque quempiam hoc animo amaret, ex eo fructus, ſuauitateſque aliquas caperet, quemadmodum capiuntur e vino, epuliſque ſuauioribus ab aliquo, qui has voluptates perſequatur; quod factum ſuum improbum defendẽs, ſignificauit aliquando Ariſtippus ille Cyrenaicus: cum enim familiaris quidam accuſaret apud eum Laida, quam perdite amabat, affirmans, illam eum minime diligere, reſpondit, ſcire ſe vinum, quoque, & piſcem, ſe non diligere, nihil tamen hoc impedire, quin rebus illis libenter vtatur; afferantque ipſae ſibi plurimum voluptatis.

Τοὺς δὲ βουλομένους οὕτω τἀγαθὰ, εὔνους λέγουσιν: ἂν μὴ ταὐτὸ καὶ παρ' ἐκείνου γίγνηται: εὔνοιαν γὰρ ἐν ἀντιπεπονθόσι φιλίαν εἶναι.

Eos autem, qui volunt cuipiam hoc pacto bona euenire, beneuolos vocant: niſi idem, & ab ipſo fiat: beneuolentiam enim in ijs, qui eodem animo inter ſe praediti ſint, amicitiam eſſe.

ADDIT Ariſtoteles, qui hoc praeſtent, quod narrauit, non dum dignos eſſe, qui amici vocentur, niſi idem animus in ipſis, voluntaſque exiſtat, ſed appellari beneuolos; vnde non defuerunt, qui, vt commemorat, putarint, amicitiam eſſe beneuolentiam in ijs; qui eodem animo praediti inter ſe ſunt, atque ita definierint. De diſcrimine, quod verſatur inter beneuolentiam, & amicitiam, diſſeruit quoque Plutarchus ſubtiliter primo capite IIII. libri συμποσιακῶν, cum vocem Polybij laudaret, qua ſuaſerat Scipioni Africano, illi inferiori, cuius familiaris erat, ne, cum domo prodijſſet, ante diſcederet e foro, quam ſibi opera ſua, ſtudioque aliquo reddidiſſet quempiam amicum; intelligens autem doctus vir, ac rerum peritus, non poſſe hoc confici tam breui ſpatio temporis, teſtatur quomodo ceperit amicum: longe inquam aliter, ac faciant, qui de amicitia exquiſite praecipiunt, quos tamen ipſe inquit, loqui tunc de ipſa, vt ſententiae illi ſuae ſeruiant, amare, & ſophiſtice; verba enim ipſius exprimere volui, intelligentes illum, qui nullo caſu varietur, firmuſque ac ſtabilis ſit, ſed veluti conſuetudo capit id nomen, vitaeque communi aptum eſt, & quemadmodum Dicaearchus capiebat, qui tamen ambos etiam ipſos diſtinxit, vt auctor noſter facit: aiebatque, oportere, cunctos ſibi beneuolos facere: amicos autem probos viros, ſed ne longior ſim, finem faciam, loco, quem indicaui, valde huic ornando accommodato.

Ἢ προσθετέον τὸ, μὴ λανθάνουσαν: πολλοὶ γάρ εἰσιν εὖνοι, οἷς οὐχ ἑωράκασιν: ὑπολαμβάνουσι δὲ ἐπιεικεῖς εἶναι, ἢ χρησίμους: τοῦτο δὲ ταὐτὸ, κἂν ἐκείνων τις πάθοι πρὸς τοῦτον: εὖνοι μὲν οὖν οὗτοι φαίνονται ἀλλήλοις: φίλους δὲ πῶς ἄν τις εἴποι, λανθάνοντας ὡς ἔχουσιν ἑαυτοῖς: δεῖ ἄρα εὐνοεῖν ἀλλήλοις, καὶ βούλεσθαι τἀγαθὰ, μὴ λανθάνοντας, δι' ἕν τι τῶν εἰρημένων.

An adiungendum eſt, non latentem: multi namque beneuoli ſunt his, quos numquam viderunt: arbitrantur autem eſſe viros probos, ſiue ſibi vtiles eſſe poſſe: hoc idem autem, etſi illorum aliquis affectus ſit erga hunc: beneuoli igitur ij perſpiciuntur eſſe inter ſe: amicos autem quomodo aliquis ipſos diceret, cum fallat ipſos, vt ſunt inter ſe affecti. Opus eſt igitur, vt beneuolentia iuncti hi ſint inter ſe, ac velle ſibi bona; id quod ipſos non fallat, atque id propter vnum quodpiam eorum, quae dicta ſunt.

HANC ipſorum definitionem plenam non eſſe auctor arbitratur: exiſtimatque addendum eſſe, minime abditam, neque incognitam, cuius ſuae ſententiae ſtatim rationem reddit: multi enim, inquit, inueniuntur, qui beneuoli ſint illis, quos numquam viderunt: arbitrantur autem, eos eſſe probos viros; commodique aliquid, atque emolumenti ſibi adferre poſſe, cuius itidem animi eorum quiſpiam forte erga ſe ſit: beneuoli igitur ait, hi erunt inter ſe: vterque enim cupit boni plurimum alteri; amicos vero quomodo aliquos vocaret, cum fallat ipſos, quo animo praediti inter ſe ſint: oportere igitur inquit, vt merito amici appellentur, ipſos beneuolos inter ſe eſſe, mutuoque ſibi bene velle, quae mutua voluntas nullo modo ipſos fallat: orta autem ſit ab vno quopiam eorum bonorum, quae iam expoſita ſunt, ideſt ab opinione, quam habent de dignitate eorum, ſiue quia putent eos, aut iucundos homines eſſe, aut induſtrios, gignendiſque vtilitatibus aptos.

Διαφέρει δὲ ταῦτα ἀλλήλων εἴδει: καὶ αἱ φιλήσεις ἄρα, καὶ αἱ φιλίαι: τρία γὰρ ἔστιν εἴδη τῆς φιλίας, ἰσάριθμα τοῖς φιλητοῖς. καθ' ἕκαστον γὰρ ἔστιν ἀντιφίλησις, οὐ λανθάνουσα: οἱ δὲ φιλοῦντες ἀλλήλους, βούλονται τἀγαθὰ ἀλλήλοις ταύτῃ, ᾗ φιλοῦσιν.

Diſcre-

Diſcrepant autem haec inter ſe ſpecie, & amationes igitur, & amicitiae: tres enim ſunt ſpecies amicitiae, aequales numero rebus dignis, quae amentur: in ſingulis enim exiſtit redamatio non occulta: qui autem mutuo ſe diligunt, volunt quae bona ſunt ſibi ipſis ea de cauſa, qua diligunt.

DISCREPARE haec tria, quae vocant nos ad amandum, dicit, inter ſe ſpecie: cum enim idem genus ipſorum ſit, diſtinguuntur illa diſcriminibus quibuſdam, quae variant eorum naturam: quare dicit, & amationes, & amicitias eodem pacto diſtinctas eſſe; cum ſint tres ſpecies amicitiae, quae adaequantur numero rebus amabilibus, allicientibuſque ad ſe animos noſtros; in ſingulis enim illis tradit, eſſe mutuam amationem, quae prima differentia fuit amicitiae, & eam quidem minime obſcuram, & quae minime fallat. Adiungit autem eos, qui ſe mutuo diligunt velle bona ſibi ipſis eo nomine, quo ſe diligunt; qui namque quempiam diligit ob honeſtatem, amat illum vt probum virum, non quia ſperet, eum ſibi voluptati futurum. qui vero ob voluptatem, & quia exiſtimat, eum iucundum eſſe, vt talem, cum amore proſequitur, eadem ratio eſt tertij, qui amat & beneuolentia iungitur cum eo, quem putat eſſe idoneum vtilitatibus ſibi pariendis.

Οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες ἀλλήλους, οὐ καθ' αὑτοὺς φιλοῦσιν, ἀλλ' ᾗ γίγνεταί τι αὐτοῖς παρ' ἀλλήλων ἀγαθόν: ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δι' ἡδονήν: οὐ γὰρ τῷ ποιούς τινας εἶναι, ἀγαπῶσι τοὺς εὐτραπέλους, ἀλλ' ὅτι ἡδεῖς αὐτοῖς: οἵ τε δὴ διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν στέργουσι: καὶ οἱ δι' ἡδονήν, διὰ τὸ αὐτοῖς ἡδύ, καὶ οὐχ ᾗ ὁ φιλούμενός ἐστιν, ἀλλ' ᾗ ὁ χρήσιμος, ἢ ἡδύς, κατὰ συμβεβηκός τε δὴ αἱ φιλίαι αὗταί εἰσιν: οὐ γὰρ ᾗ ἐστὶν, ὅς ποτέ ἐστιν ὁ φιλούμενος, ταύτῃ φιλεῖται, ἀλλ' ᾗ πορίζουσιν, οἱ μὲν, ἀγαθόν τι: οἱ δ', ἡδονήν.

Qui autem propter fructum, vtilitatemque ſe mutuo diligunt, ij non propter ſe diligunt, ſed qua exiſtit boni aliquid alteri ab altero: eodem autem pacto, & qui propter voluptatem: non enim quod quales ſint, amant facetos, & iocoſos. ſed quod iucundi ipſis ſunt: & qui propter vtilitatem diligunt, propter bonum, quod perueniat ad ipſos, amant: & qui propter voluptatem, propter iucunditatem, & non qua dignus eſt, qui ametur, ſed qua vtilis eſt, ſiue iucundus: ex accidenti igitur hae amicitiae ſunt: non enim qua eſt, quicumque ille eſt, qui diligitur, hac diligitur, ſed qua praebent, hi quidem boni aliquid: hi autem, voluptatem.

CVM tres amicitiae ſpecies eſſe oſtendiſſet, admonet, praeter primam, quae honeſtatem ſibi propoſitam habet, reliquas duas non eſſe veras, perfectaſque amicitias; quod noſſe neceſſarium erat: valetque multum ad plenam, exquiſitamque huius rei doctrinam tradendam; inquit igitur, qui diligunt aliquos ob vtilitatem, fructumque inde capiendum: eodemque pacto diliguntur ab illis, non propter ſe ſemetipſos diligere, ſed qua ratione peruenit ad ipſos ex hoc amore aliquid praemij, atque emolumenti: quod etiam eodem modo ſe habet in illis, quos voluptas inuitat, trahitque ad hunc mutuum amorem colẽdum. Explanat autem hoc, huiuſcemodique eſſe declarat: cum enim quidam, huius voluptatis cupidi, caros habeant, amentque facetos, ac iocoſos homines, non diligunt ipſos, vt tales, id eſt qui lepidum ingenium habeant, poſſintque ridiculis ſuis oblectare, ſed quia illis ipſis iucundi ſunt. Similiter inquit (voluit enim quod ſupra dixerat magis explicare) qui diligunt quoſpiam propter vtilitatem, amant illos, quia ſtudio, & induſtria ſua emolumenti aliquid ſibi adferunt, quod itidem vſu venit in his, qui propter voluptatem; & non qua ratione, qui diligitur ab ipſis, dignus eſt, vt diligatur, ſiue ille induſtrius eſt, inſtructuſque ad rem quaerendam, aut voluptatem gignendam: concludit autem ex accidenti eſſe amicitias has: quod quomodo verum ſit, declarat; quaſi monſtrare voluerit, quare res ex accidenti merito appellentur: non enim inquit, qua ratione eſt, quicumque ille ſit, qui diligitur, hic diligitur, ſed qua adportant hi quidem boni aliquid, atque emolumenti: hi vero voluptatis, oblectationiſque.

Eudiá-

Εὐδιάλυτοι δὴ αἱ τοιαῦταί εἰσι, μὴ διαμενόντων αὐτῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ μηκέτι ἡδεῖς, ἢ χρήσιμοι ὦσι, παύονται φιλοῦντες· τὸ δὲ χρήσιμον οὐ διαμένει, ἀλλὰ ἄλλοτε γίγνεται ἄλλο· ἀπολυθέντος οὖν δι᾽ ὃ φίλοι ἦσαν, διαλύεται καὶ ἡ φιλία, ὡς οὔσης τῆς φιλίας πρὸς ἐκεῖνα.

Facile igitur huiuſcemodi amicitiae dirimuntur, cum ipſi non permaneant ſimiles: ſi namq; amplius iucundi, vel vtiles non fuerint, deſinunt amare: vtile autem non permanet, ſed aliud alijs temporibus fit: diſſoluto igitur illo, quod amicitiam conflauerat, diſſoluitur quoque amicitia, tamquam amicitia foret erga illa.

PERSPICI iam inquit, atque intelligi ex ijs, quae expoſita ſunt, leui momento frangi, labefactarique has amicitias, cum, qui amore ita inter ſe iuncti ſunt, non diu permaneant ijdem, ſed mutentur, ac varientur: ſi namque inquit, vt prius erant, amplius iucundi non fuerint illis, ſiue vtiles ac fructuoſi, deſinunt ſtatim, qui prius amabant, eos diligere. Adiungit autem, id quod fructum fert, crebro variari, nec vnum eorum eſſe, quae maneant ſemper, aut longo ſaltem temporis interuallo durent, ſed; variatis temporibus ac locis, immutari; cum igitur diſſolutum fuerit atque deletum, quod animos eorum iunxerat, ac conglutinarat, diſſoluitur, ac diſſipatur amicitia: illa namque erant, quae diligebantur, caraq; habebantur, non homines ipſi, qui ea ſtudio, atque opera ſua pariebant.

Μάλιστα δὲ ἐν τοῖς πρεσβύταις ἡ τοιαύτη φιλία δοκεῖ γίνεσθαι· οὐ γὰρ τὸ ἡδὺ οἱ τηλικοῦτοι διώκουσιν, ἀλλὰ τὸ ὠφέλιμον· καὶ τῶν ἐν ἀκμῇ, καὶ νέων, ὅσοι τὸ συμφέρον διώκουσιν· οὐ πάνυ δ᾽ οἱ τοιοῦτοι· οὐδὲ συζῶσι μετ᾽ ἀλλήλων· ἐνίοτε γὰρ οὐδ᾽ εἰσὶν ἡδεῖς· οὐδὲ δὴ προσδέονται τῆς τοιαύτης ὁμιλίας, ἐὰν μὴ ὠφέλιμοι ὦσιν· ἐπὶ τοσοῦτον γάρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ᾽ ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ· εἰς ταύτας δὲ καὶ τὴν ξενικὴν τιθέασιν.

Maxime autem in ſenibus huiuſcemodi amicitia exiſtere videtur: nec enim tales, quod iucundum eſt, ſequuntur, ſed quod vtile: eodemq; pacto, eorum, qui in viriditate ſunt, & adoleſcentium cuncti illi, qui ſequuntur, quod conducit: non valde autem, neque natura tales: neque vna viuunt inter ſe: quandoq; enim ne iucundi quidem ſunt: quare neque praeterea egent huiuſcemodi conſuetudine, niſi illi vtiles ſibi fuerint; tantum enim ſunt iucundi, quantum ſperant, ſe aliquod bonum inde conſecuturos: in his autem hoſpitalem quoq; ponunt.

INDICAT ſedem & tamquam domicilium huius amicitiae, quae vtilitatem propoſitam habet, ipſamque ſtudioſe ſectatur: illa autem eſt ſenectus, quae vt alijs non paruis vitijs expoſita eſt, ita quoque hac culpa laborat; inquit igitur, grauem hanc aetatem minime ſequi voluptatem, & quod iucunditatis aliquid adferat, ſed tantum quod conducat: extare tamen veſtigia quaedam huius morbi ſignificat in media, firmaque aetate, & in adoleſcentia ipſa, cum reperiantur non nulli horum cupidi pecuniae; etſi non multi, hi ſunt igitur, qui alieni ſunt ab amicitia, neque vna viuunt cum ceteris eiuſdem aetatis, frequentantve greges aequalium. Addit autem, inueniri aliquando non nullos ipſorum, qui ſunt penitus expertes omnis ſuauitatis, neque probant vllam in partem, amantque conſuetudinem ceterorum eiuſdem aetatis, niſi forte nacti ſint quoſpiam eiuſdem ingenij, & qui vtilitatis aliquid praebere valeant: tunc enim voluptatis tantum in ſe continent, quantum fructus atque emolumenti ſe ſperant inde hauſturos: non enim natura & mores gignunt voluptatem illam, ſed ſpes lucri. Adiungit etiam, extare quoſdam, tamquam ipſe cum illis de hoc eodem pacto non ſentiat, de amicitia praecipientes, qui exiſtiment huius generis eſſe amicitiam, qua iuncti ſunt inter ſe hoſpites, quaeque ab ipſis vocata eſt: nec tamen dubitari poteſt, quin haec honeſtior ſit: neque enim ſectatur lucrum, ortuſque eius ab auaritia ducitur, ſed commoda vitae amat, in vſuque eſt nobilium, ac locupletum virorum. Cum ſupra autem ſenes appellarit, intelligit, quales plerumque illi ſunt attentiores,

tiores ad rem, & ingenio duri; nam eius aetatis quoque reperiuntur quidam humaniores, & qui comitatis non parum in ſe habent. Non eſſe autem ſenes ad amicitiam colendam idoneos, declarat prouerbium etiam hoc, quod tradit, non oportere beneficia conferre vllo tempore in ſenem; cum non ſuſcipiant curam vllam compenſandi commoda accepta, ſed ingrati ſint, atque immemores beneficiorum propter imbecillitatem ...

Ἡ δὲ τῶν νέων φιλία, δι' ἡδονὴν εἶναι δοκεῖ· κατὰ πάθος γὰρ οὗτοι ζῶσι, καὶ μάλιστα διώκουσι τὸ ἡδὺ αὑτοῖς, καὶ τὸ παρόν· τῆς ἡλικίας δὲ μεταπιπτούσης, καὶ τὰ ἡδέα γίνεται ἕτερα. διὸ ταχέως γίγνονται φίλοι, καὶ παύονται· ἅμα γὰρ τῷ ἡδεῖ ἡ φιλία μεταπίπτει· τῆς δὲ τοιαύτης ἡδονῆς, ταχεῖα ἡ μεταβολή.

Amicitia autem adoleſcentium, voluptatis cauſa conflata videtur: hi namque parent in vita motionibus animi, & maxime ſequuntur id, quod iucundum ipſis eſt, atque id quidem eius generis, quod praeſens adeſt: cum autem aetas cadit, & ea, quae iucunda ſunt, alia fiunt, quapropter celeriter amici efficiuntur, & eſſe deſinunt: vna enim cum iucunditate amicitia cadit: huiuſcemodi autem voluptatis velox eſt permutatio.

QVOD tamquam ſolum, ac fundamentum habeat adoleſcentium amicitia, ſignificat: & quae res maxime impellat ipſos, vt ſe mutuo diligant, libenterque cum his viuant, qui iucundi ſint ipſis: vt enim aetate oppoſiti ſunt ſenibus, ita etiam in hoc diſſimiles ſunt iiſdem: illi namque declinant voluptates: hi vero ſectantur eas auide: omnibus enim ſuis rebus ſe ad motus turbidos animorum conferunt, parentque ipſis; in primis autem quod iucundum eſt, expetunt, atque illud ipſum, cum praeſens adeſt, atque illo ipſo tempore oblectat: nam iucundam quoque eſſe memoriam praeteritorum laborum, cum inde euaſeris; ſententia docti, & ſapientis tragici poëtae demonſtratum eſt. Sequitur autem cadente aetate, quae prius iucunda erant, amplius iucunda non eſſe, ſed mutari, quae cauſa eſt, inquit, vt hi facile, breuiq; ſpatio temporis & amici fiant, & deſinant eſſe amici: hoc enim quoq; addere voluit ei, quod primo tradebat, ne nimis miraremur tam ſubitam voluntatum commutationē: variato enim, immutatoq; iucundo, mittatur ſtatim amicitia, longeque alia fit: huiuſcemodi autem voluptatis celere mutationem, atq; interitum eſſe affirmat: nam extare quoq; voluptates ſolidas, & quae diu maneāt, apertum eſſe, quales ſunt purae, atq; ſincerae.

Καὶ ἐρωτικοὶ δὲ οἱ νέοι· κατὰ πάθος γὰρ καὶ δι' ἡδονὴν τὸ πολὺ τῆς ἐρωτικῆς· διὸ φιλοῦσι, καὶ ταχέως παύονται· πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας μεταπίπτοντες· συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν οὗτοι βούλονται· γίνεται γὰρ αὐτοῖς τὸ κατὰ φιλίαν οὕτως.

Et propenſi vtique ad amorem ſunt adoleſcentes: ſeruiunt enim motionibus, & magna pars amatoriae amicitiae propoſitam habet voluptatem: quapropter amant, & celeriter amare deſinunt: ſaepe eadem die mutato animo: ſimul autem totum diem conſumere, & vna viuere hi volunt: comparatur enim ipſis quod ad amicitiam pertinet hoc pacto.

PROCLIVES ad teneros & molles amores adoleſcentes dicit eſſe; cuius indolis, moriſque ipſorum cauſam eſſe inquit, quod bona, & magna pars amicitiae illius, quae ab amore hoc, *ἐρωτικὴ* vocata eſt, in poteſtate eſt motuum animi turbidorum, & nihil conſilio gerit, delectuque rerum vtilium habito: ſed voluptatem ſectatur: etſi autem obtemperare ipſam motibus his iam dixerat, tamen oſtendere voluit, cui potiſſimum motui, cum & ira, & metus perturbationes ſint, non ſolum amor; quapropter inquit, diligunt, & celeriter extinguitur haec flamma. Egregie autem hoc expreſſit Horatius, cum in epiſtola, quam ſcripſit de arte poetarum de moribus iuuenum praecipiens, inquit. & amata relinquere pernix. ſaepe inquit, eadem die mutata. Simul autem totos dies terere, & vna viuere hos affirmat, vigente ſcilicet adhuc amicitia, atque hoc, quia putant ita ſe implere munus amicitiae; in quo minime falluntur: ex conſuetudine enim, & aſpectu deliciarum ſuarum ſummam

decerpunt

decerpunt voluptatē amantes. Admonere placet, qđ Graecus interpres teſtatur, duobus modis legi hoc τὸ πολὺ τῆς ἐρωτικῆς, ita inquam, vt excuſi libri nunc habent, vt pattius hic caſus muliebtis geoeris referatur ad amicitiam, quae vocata ſit ἐρωτικὰ, quemadmodum ſupra aliam appellauit ἐρωτικὴν, uec non dandi caſu, numeri multitudinis, ac virili genere, vt aptum hoc ſit a ſuperiore voce ἐρωτικοί, qua ſignificauit deditos amori huic laſciuo, ac delicato, vt dixerit, magnam partem vitae ab his, qui amplexantur hunc amorem, coosumi periurbationibus, & facile abduci a ratione, conſilijsque rectis.

Τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία, καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων· οὗτοι γὰρ τἀγαθὰ ὁμοίως ἀλλήλοις βούλονται, ᾗ ἀγαθοί· ἀγαθοὶ δ' εἰσὶ καθ' αὑτούς· οἱ δὲ βουλόμενοι τἀγαθὰ τοῖς φίλοις ἐκείνων ἕνεκα, μάλιστα φίλοι· δι' αὑτοὺς γὰρ οὕτως ἔχουσι, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός.

Perfecta autem eſt amicitia proborum virorum, & qui virtute ſimiles inter ſe ſint: hi namq; bona ſimiliter ſibi mutuo volunt, qua parte boni ſunt: boni autem ſunt per ſe: qui autem bona volunt amicis, illorum cauſa, maxime ſunt amici: per ſe enim ita ſe habent, & non ex accidenti.

C v m iam oſtendiſſet, cuiuſmodi ſint amicitiae inchoatae: atque imperfectae: illa inquam, quae propoſitum habet emolumentum, ac lucrum, & ea, quae iucundum, ac voluptatem; ad eam, quae reſtabat, abſolutam atque integram explicandam ſe confert: eſſe igitur hanc inquit, qua copulati ſuut ioter ſe animi proborum virorum: quique pares ſunt, ac ſimiles virtute: nam ſuperiores etiam ſimiles ſibi ipſis, verum hi io rebus vtilibus, hi autem in rebus iucundis: hos oamque dicit, quae bona ſuut, ſibi ipſis aſſimiliter velle, quod non vſu venit in illis, cum amicorum alter ſaepe velit mercedem, ac fructum: alter vero honorem, & obſequium; probi autem ſe diligant, qua ratione probi ſunt: tales vero ſunt per ſe, cum in ſe poſitam virtutem, ac probitatem habeaut, non remotam, & externam; qui autem inquit, volunt bona amicis, illorum ipſorum ornandorum gratia, io primis ſunt digui, qui vocentur amici, cuius ſuae ſenteotiae rationem reddit, dicens: per ſemetipſos enim ita facti ſunt, & hoc animo praediti, non ex accidenti, & quia aliquid in ſe habeant minime proprium, quod alliciat ad ſe amandum.

Διαμένει οὖν ἡ τούτων φιλία, ἕως ἂν ἀγαθοὶ ὦσιν· ἡ δ' ἀρετὴ μόνιμον. καὶ ἔστιν ἑκάτερος ἁπλῶς ἀγαθὸς, καὶ τῷ φίλῳ· οἱ γὰρ ἀγαθοὶ, καὶ ἁπλῶς ἀγαθοὶ, καὶ ἀλλήλοις ὠφέλιμοι.

Manet igitur amicitia horum, donec probi fuerint: virtus autem eſt quiddam ſtabile: atque eſt vterque ſimpliciter bonus, & amico: boni enim, & ſimpliciter boni, & ſibi mutuo vtiles.

V a l d e firmam ac ſtabilem virorum proborum amicitiam eſſe dicit, manereque, donec in vita, moribuſque ijſdem permanſerint, cum fundamentum ſolidum habeat, & quod non facile coocuti, nec labefactari poſſit; illud autem eſt virtus, quae aegre extinguitur: patefacit etiam aliud, quod idem comprobat: vtrumque enim ipſorum ſimpliciter, ſuaque vi bonum eſſe inquit, & bonum etiam amico; hanc eoim naturam eſſe affirmat bonorum virorum, vt ſimpliciter boni ſint; ſibique mutuo vtiles ac fructuoſi: quare id commodi, quod capitur ex amicitia vtili, in hac quoque ipſa exiſtit, vt docuit.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς· οἱ ἀγαθοὶ γὰρ καὶ ἁπλῶς ἡδεῖς, καὶ ἀλλήλοις· ἑκάστῳ γὰρ καθ' ἡδονήν εἰσιν αἱ οἰκεῖαι πράξεις, καὶ αἱ τοιαῦται· τῶν ἀγαθῶν δὲ, τοιαῦται, ἢ ὅμοιαι.

Simili modo, & iucundi: boni enim, & ſimpliciter iucundi, & inter ſe: ſingulis enim hominibus voluptati ſunt ſuae, & propriae actiones, & tales: bonorum autem virorum eaedem, vel ſimiles.

C v m ſit etiam amicitiae genus tertium; quod ſectatur voluptatem, docet incluſum eſſe in

viſceribus huius amicitiae bonorum illud quoque bonum, quod proprium illius videtur, nec aliunde poſſe decerpi falſo putaretur, cum qui ſimpliciter boni ſint, non ſolum boni ſint, verum etiam iucundi ſui generis hominibus, quōd verum eſſe confirmat, dicens, ſingulis mortalibus voluptatem parere ſua, propriaque ipſorum facta, nec non talia, aſſimiliaque illis, quae in alijs viderint: bonorum autem virorum huiuſcemodi facta eſſe inquit, aut ſaltem paria, ſimiliaque.

Ἡ τοιαύτη δὲ φιλία μόνιμος εὐλόγως ἐστί· συνάπτει γὰρ ἐν αὐτῇ πάνθ᾽, ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν· πᾶσα γὰρ φιλία δι᾽ ἀγαθόν ἐστιν, ἢ δι᾽ ἡδονήν, ἢ ἁπλῶς, ἢ τῷ φιλοῦντι, καὶ καθ᾽ ὁμοιότητά τινα· ταύτῃ δὲ πάντα ὑπάρχει τὰ εἰρημένα καθ᾽ αὑτό· ταύτῃ γὰρ ὅμοια καὶ τὰ λοιπά· τό, τε ἁπλῶς ἀγαθόν, καὶ ἡδὺ ἁπλῶς ἐστί· μάλιστα δὴ ταῦτα φιλητά· καὶ τὸ φιλεῖν δὲ καὶ ἡ φιλία ἐν τούτοις μάλιστα, καὶ ἀρίστη.

Huiuſcemodi autem amicitia ſtabilis merito eſt: copulantur enim in ea cuncta, quaecunque opus eſt amicis ineſſe: omnis enim amicitia propter bonum eſt, vel propter voluptatem, ſiue ſimpliciter, ſiue illi, qui amat, & per ſimilitudinem quampiam: huic autem cuncta inſunt, quae dicta ſunt, per ſe: huic enim ſimilia & reliqua: & ſimpliciter bonum, & iucundum ſimpliciter eſt: maxime autem haec amabilia ſunt: & amare autem & amicitia in his maxime, & ea optima.

CONCLVDIT huiuſcemodi amicitiam ſtabilem merito eſſe, firmaſque admodum radices habere, cum in ea inueniantur, coniunctaque ſint cuncta, quae requiruntur in amoris copula, nec videntur poſſe inde abeſſe, id quod vere a ſe de ipſa praedicari declarat, expoſitis finibus cunctarum amicitiarum, quae dictae ſunt extare. Omnis enim inquit, amicitia propoſitum habet bonum, ſiue voluptatem, atque ea ſimpliciter talia, ſiue illi, qui captus eſt, delectaturque illis rebus, praeterea ſimilitudine quadam conſtare illam dicit; quae cuncta in hac ipſa amicitia bonorum inſunt, atque ita quidem per ſe: huic enim ſimiles ſunt, & ceterae, inquit. Adiungit autem ſimpliciter bonum, ſimpliciter quoque iucundum eſſe; & haec in primis eſſe ea inquit, quae digna ſunt, vt diligantur, eodemque pacto & diligere ipſum, & amicitia in rebus his praecipue manet: & perfectum profecto genus amicitiae. Indicat autem Graecus interpres duas lectiones ſua aetate circumferri ſolitas ſuperioris loci; quarum poſteriorem, quae hodie recepta eſt, & quam ſequitur vetus tralatio & Argyropylus ita declarat, ταύτῃ ideſt huic amicitiae ſimiles ſunt reliquae ſpecies amicitiae, prior autem haec eſt, ταύτῃ γὰρ ὅμοια καὶ τὰ λοιπά, quam accipit, vt ταύτῃ valeat διὰ ταύτην, intelligique vult, quia boni ſunt, & propter reliqua, quia ſimiles ſunt, iucundique ſimiliter atque vtiles.

Σπανίας δ᾽ εἰκὸς τὰς τοιαύτας εἶναι· ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι.

Raras autem veriſimile eſt eſſe tales amicitias: pauci enim tales.

TRADIT raras, & infrequentes huiuſcemodi amicitias eſſe, neque aliter exiſtimari de ipſis poſſe: hoc enim quoque admonere ei placuit, cuius rei plures cauſas attulit: primam autem a materia ipſa duxit: paucos enim huiuſcemodi mortales inueniri affirmat, qui numeros omnes bonitatis in ſe habeant; nam M. etiam Cicero ita de his locutus eſt. » Rarum genus, & quidem omnia praeclara rara. » Animadnertendum autem eſt, non omnino dicere auctorem, paucas admodum huiuſcemodi amicitias inueniri, ſed veriſimile hoc eſſe: vbi namque mortales probiores ſunt, magiſque virtutem colunt, ac vera gaudia ſectantur, non dum malis moribus inſtitutiſque deprauati, frequentiores ſunt.

Ἔτι δὲ προσδεῖται χρόνου, καὶ συνηθείας· κατὰ τὴν παροιμίαν γάρ, οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους, πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι.

Adhuc autem eget tempore, & conſuetudine: vt enim prouerbium admonet,

net, nō licet ſe mutuo cognoſcere, prius quā dicti modij ſalis ſimul conſumpti ſint.

PRAETERSA dicit, egere ipſam tēpore, nec tempore tātum, ſed etiam conſuetudine lōga, & familiaritate: niſi enim crebro ſimul verſarētur, tēporis loginquitas nihil prodeſſet. Hoc, quod poſterius poſuit, confirmat peruulgata voce ac celebri, qua fertur, modios multos ſalis ſimul edendos eſſe, antequam tuto poſſit aliquis, quempiam vocare amicum. In libro de moribus ad Eudemum, quo praecepit de amicitia, hanc bonorum amicitiam, quam hic appellat primam, in multis non inueniri inquit: atque id, quia arduum eſt, multorum periculum facere: oporteret enim cum ſingulis illis vna viuere: meminit illic quoque prouerbij, cuius hic, de medimno ſalis, neque tamen tetigit paucitatem proborum virorum, quo argumento hic primo vſus eſt. Nam M. quoque Ciceronem ipſo vſum, notum eſt, quin etiam tranſijt in noſtrum patrium ſermonem, & huic rei ſignificandae valde accommodatum eſt.

Οὐδ᾽ ἀποδέξασθαι δὴ πρὸ τοῦ, οὐδ᾽ εἶναι φίλους, πρὶν ἑκάτερος ἑκατέρῳ φανῇ φιλητὸς, καὶ πιστευθῇ: οἱ δὲ ταχέως τὰ φιλικὰ πρὸς ἀλλήλους ποιοῦντες, βούλονται μὲν φίλοι εἶναι: οὐκ εἰσὶ δὲ, εἰ μὴ καὶ φιλητοὶ, καὶ τοῦτ᾽ ἴσασι: βούλησις μὲν γὰρ ταχεῖα γίνεται φιλίας: φιλία δ᾽, οὔ.

Neque antea in amicitiam recipere oportet, neque amicos parandos, priuſquam vterque vtrique perſpectus fuerit, eſſe amicitia dignus: fideſq; ipſi haberi, crediq; poſſit: qui vero cito muneribus proprijs amicorum inter ſe funguntur, volunt quidem amici eſſe: non ſunt autem, niſi qui amentur digni ſint, atque hoc nouerint: voluntas igitur velox: amicitia autem nullo pacto.

NEQVIS error in hac re, quae tanti ponderis eſt, exoriatur, admonet, vt cautè hoc adminiſtretur, neq; facile primis ſignis amicitiae iam conflatae credatur, non prius igitur vult, recipi quempiam in amicitiam, neque putare, duos aliquos eſſe inter ſe certos, veroſque amicos, quam vterque ipſorum vtrique viſus fuerit dignus eſſe, qui ametur, ipſiq; non temere credatur: aperit autem, quod facile falleret, vt facilius ille, tamquam ſcopulus quidā vitetur: inueniri enim quoſpiam dicit, qui celeriter prompteq; gerant, quae videntur expectari debere ab amicis, accommodataq; ſunt ad amicitiam colendam, nec patiantur deſiderari a ſe huiuſcemodi omne officium, qui tamen adhuc amici non ſunt exiſtimandi, ſed tantum putandi cupidi amicitiae coeundae: neceſſe namque prius eſſe putat, vt ſpectentur, an ſint amicitia digni, atque hoc certo teneatur: illo autem pacto adiungit, fieri voluntatem celerem, ſtudiumque quoddam amicitiae: amicitiam autem nullo pacto. In libro de moribus ad Eudemum, quo loco idem praecipit. aperit magis fontem huius erroris, ſimilique vtitur ad id declarandum: quare locum illum huc transferam: inquit enim. Qui prompti ſunt, paratique ad amicitiam coeundam, cuncta, propria amicitiae, munera obeuntes, putātur non velle amici eſſe, ſed eſſe amici: hoc autem, veluti in ceteris rebus, contingit quoq; in amicitia: non enim ſi valere aliqui volunt, iam valent; quapropter neque, ſi amici eſſe volunt, iam amici ſunt, vocat autem, vt hic facit, illic quoque φιλικὰ, officia quaedam, ac facta, quae apta ſunt ad animos hominum ſibi conciliandos, amicitiamque paulatim gignendam.

Αὕτη μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν χρόνον, καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ, τελεία ἐστί: καὶ πάντα ταῦτα γίνεται, καὶ ὅμοια ἑκατέρῳ παρ᾽ ἑκατέρου: ὅπερ δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρχειν.

Haec igitur & tempore, & reliquis perfecta eſt: & cuncta haec fiunt, & ſimilia vtriq; erga vtrumq;, quod quidem opus eſt amicis ineſſe.

PRAEDICAT nunc, fertque in caelum amicitiam, quam docuit, breuiter collectis ipſius ſummis bonis: haec igitur inquit, amicitia ſcilicet proborum virorum, & tempore ipſo abſoluta eſt: longum enim tempus poſitum eſt in ingenio, moribuſque amicorum explorandis, & reliquis omnibus videndis, quae requiruntur in vera perfectaque amicitia: ne-

que conſtat ex accidenti, ſed per ſe; cunctaque in ea exiſtunt, quae requiruntur in omni genere amicitiae: ſolum praeterea ipſius, crepidoque firmiſſima eſt: illud autem eſt virtus; praeterea ſimilis eſt, parque in his, qui iuncti ſunt ita inter ſe: neque enim exiſtit aliquid in alterutris, quod merito in alteris deſideretur: haec autem omnium rerum ſimilitudo & parit primum, & tuetur mutuam beneuolentiam.

Ἡ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ, ὁμοίωμα ταύτης ἔχει· καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ, ἡδεῖς ἀλλήλοις. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ διὰ τὸ χρήσιμον· καὶ γὰρ τοιοῦτοι ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί.

Quae autem iucunditate conſtat, imaginem huius habet: etenim probi viri iucundi inter ſe ſunt: ſimili autem modo & qui ob vtilitatem amicitia iuncti inter ſe ſunt: etenim tales mutuo ſunt boni.

Exposita, & laudata prima, veraque amicitia, diſſerit de duobus reliquis ipſius generibus; primum autem de iucunda, deinde de vtili: oſtenditque quid ſimilitudinis illae habeant cum ſuperiore, quam virtus iunxit, ac probitas ſingularis; poſtea monſtrabit, quibus in rebus hae diſcrepent ab ea: hanc igitur, quae ſpectat voluptatem, ſimulacrum quoddam, effigiemque illius in ſe habere inquit: probi enim quoque viri iucundi ſunt amicis, cum dediti ſunt ijſdem ſtudijs, rectis ſcilicet, atque honeſtis, vnde emergit plurimum ſincerae voluptatis; eodem autem pacto inquit, & qui, quod conducit ſectantur: probi enim quoque viri conſueuerunt prodeſſe ſui ſimilibus, nec ceſſant ipſis commodi ſemper aliquid atque emolumenti adferre.

2 Μάλιστα δὲ καὶ ἐν τούτοις αἱ φιλίαι διαμένουσιν, ὅταν τὸ ἴσον γίγνηται παρ' ἀλλήλων, οἷον ἡδονή· καὶ μὴ μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ· οἷον τοῖς εὐτραπέλοις, καὶ μὴ ὡς ἐραστῇ καὶ ἐρωμένῳ· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἥδονται οὗτοι· ἀλλ' ὁ μὲν, ὁρῶν ἐκεῖνον· ὁ δὲ θεραπευόμενος ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ· ληγούσης δὲ τῆς ὥρας, ἐνίοτε καὶ ἡ φιλία λήγει· τῷ μὲν γὰρ, οὐκ ἔστιν ἡ ὄψις ἡδεῖα· τῷ δὲ οὐ γίνεται ἡ θεραπεία· πολλοὶ δ' αὖ διαμένουσιν, ἐὰν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἤθη στέρξωσιν, ὁμοήθεις ὄντες· οἱ δὲ μὴ τὸ ἡδὺ, ἀντικαταλλαττόμενοι, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ εἰσὶν ἧττον φίλοι, καὶ διαμένουσι.

Maxime autem & in his amicitiae permanent, quando aequale factum fuerit ab ambobus, ceu voluptas: & non ſolum ſic, ſed etiam ab eodem profectum: veluti facetis, & non vt amatori, & puero qui ametur: neque enim hi ijſdem rebus delectantur, verum hic quidem, cernens illum, alter vero amatoris obſequio delectatus: deſinente autem flore illo aetatis, aliquando etiam amicitia deſinit: vni enim eorum aſpectus deſinit eſſe iucundus: alteri autem cultus, & obſequium praeſto non adeſt: multi autem rurſus permanent, ſi ex conſuetudine illa mores amarint, quorum mores ſimiles inter ſe fuerint. Illi autem qui ſuauitatem non permutant in rebus amatorijs, ſed fructum, & minus amici ſunt, & minus permanent.

Cum planum ſit amicitias has non eſſe ſtabiles, docet, quomodo poſſit ipſis firmitatis aliquid, roboriſque acquiri; hoc autem fieri inquit, producique ipſas in longum diem, quando par pro pari redditum, tributumq; vtrinque fuerit; veluti voluptas, nec ſolum hoc inquit, ſed eiuſdem generis voluptas, & quae ortum eundem habeat exempli cauſa inquit, vt facetis hominibus, ac iocoſis; qui plerumque vt lepidi ſunt, voceſque riſui mouendo accommodatas, edunt, ita quoque ridiculis delectantur; Poſt hoc ponit exemplum voluptatis, quae aliunde manat, longeque alium fontem habet, qualis eſt amatorum, & puerorum, quos amant: neque enim hi capiuntur ijſdem rebus, ſed diſſimilibus, vt oſtendit; amator namque forma eius, quem amat, captus eſt: deliciae vero ipſius obſequijs amatorum delectantur; vbi autem deſinit flos ille aetatis, ſpecieſque corporis interit. Nolo autem omittere, quin admoneam, locum hunc non eodem pacto legi in antiquis libris:

ſunt

ſunt enim, in quibus ſcriptum eſt, ὁρῶν ἐκεῖνον, ſunt etiam in quibus legitur ἐρῶν ἐκεῖνον: quae lectio valde hic accommodata eſt, vt conueniat ipſi cum voce tradente τὸ ὁρᾶν γίνεσθαι ἐν τῷ ἔρωτι: ita quoque perſpicitur, veterem tralationem ſuo in exemplari ſcriptum habuiſſe, quare modo eam vt veriorem ſecutus ſum. Aliquando inquit, ſimul definit, extinguiturq; amicitia: principium enim cauſaque amoris eius deletur, cuius rei, etſi illud ſatis apertum erat, rationem reddidit; aliquando autem inquit, & non plerumque, ornare hunc amorem volens, qui in vſu magno Graecorum erat, doctorum etiam, & ſapientium virorum, a quibus caſte pudiceque colebatur: nam ſermones Platonis plenos eſſe huius amoris norunt omnes: ita vt Dicaearchus, quod memoriae prodidit M. Cicero, ipſum accuſarit, qui amori auctoritatem tribuerit; ſed Stoici etiam, triſtis in primis, & ſeuera natio ipſum probabant, ſapientemque illum ipſum, quem fingebant, omni virtute cumulatum, amaturum eſſe aiebant, & amorem ipſum, conatum amicitiae faciendae ex pulchritudinis ſpecie definiebant, quod fecit etiam, vt libenter ſententiae ipſorum meminerim, cum conueniat ipſis cum hoc noſtro In hoc amore celebrando, quem pudicum, & ab omni ſcelere vacuum ipſos eſſe voluiſſe, exiſtimandum eſt. Quod autem Ariſtoteles inquit ληγούσης ἐνίοτε τῆς ὥρας, notum eſt, Terentianam Bacchidem de hoc cum Antiphila queſtam eſſe his verbis, de amatoribus meretricum loquentem. Quippe forma impulſi noſtra, Nos amatores colunt: haec vbi immutata eſt, Illi ſuum animum alio conferunt; in eodem autem ſermone expreſſit idem iunctum nomen ὁμοήθεις, quo hic vtitur philoſophus, id quod etiam a ſententia ipſa alienum non eſt; ait enim, cuius mos maxime eſt conſimilis noſtrum; vt Cicero in libello de amicitia qui inquit. Si aliquem nacti ſumus, cuius cum moribus, & natura congruamus. Sequitur igitur apud auctorem, quod aptum eſt a ſuperiore ſententia; multi autem contra permanent in eadem beneuolentia, ſi contigerit, vt vi conſuetudinis illius longae, exploratis moribus, ingenioque eodem ſe dilexerint, in longiorem,urioremque amorem tranſierint. Adiungit autem, cum teneris his amoribus pro voluptate, non redditur voluptas, nec compenſatur res eodem munere, ſed mercede, illos putari debere minus amicos eſſe, & donec etiam colunt talem illum amorem, & minore temporis ſpatio perdurare.

Οἱ δὲ, διὰ τὸ χρήσιμον οὕτω φίλοι, ἅμα τῷ συμφέροντι διαλύονται: οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι, ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς.

Qui autem propoſita ſibi vtilitate ſunt amici; fracta vtilitate illa, & ipſi diſſoluuntur: neq; enim inter ſe amici vmquam fuerunt, ſed vtilitatē amabant.

PAVCIS tradit, quae ad tertium genus amicitiae, totum verſum ad quaeſtum, faciunt: affirmat enim, ipſum diſſolui, frangique ſtatim, fracto quaeſtu vtilique communi, nec reſtare ſcintillam vllam eius: neque enim fuit tempus vllum, quo ſe mutuo dilexerint, ſed communem quaeſtum: remque, cui quaerendae toto animo ambo dediti erant, amabant.

Δι᾽ ἡδονὴν μὲν οὖν, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ φαύλους ἐνδέχεται φίλους ἀλλήλοις εἶναι, καὶ ἐπιεικεῖς φαύλοις, καὶ μηδέτερον ὁποιῳοῦν: δι᾽ αὑτοὺς δὲ δῆλον ὅτι μόνους τοὺς ἀγαθούς: οἱ γὰρ κακοὶ, οὐ χαίρουσιν ἑαυτοῖς, εἰ μή τις ὠφέλεια γίγνοιτο.

Ob voluptatem igitur, & ob vtilitatem malos contingit inter ſe amicos eſſe, & probos malis & neutrum vtrilibet: propter ſe autem, planum eſt, ſolos bonos: improbi namque laetitiam non capiunt ex ſemet ipſis, niſi vtilitas aliqua interceſſerit.

COLLIGIT primum fieri poſſe, quod iam monſtrarat, vt in amicitiae genere illo, quod ſequitur voluptatem, necnon in altero, cuius finis eſt vtilitas, improbi homines amicitiam coeant cum probis, ac moderatis viris, & probi itidem cum improbis, & vt medius aliquis inter ipſos, neque omnino improbus, neque probus, cum alterutro illorum, ideſt cum probo, & improbo: qui vero per ſe amici ſunt, & non propoſita ſibi ſpe iucunditatis, aut emolumenti, quod nunc addere illis ac probare inſtituit, non poſſe eſſe niſi probos, & honeſtos viros: viri enim inquit, mali, & affines ſceleri non laetantur conſuetudine etiam ſui

 ſimilium,

ſimilium, niſi aliquid inde commodi, fructuſque capiant; diſplicet enim ob turpitudinem ipſius flagitium etiam ac ſcelus in alio viſum, contaminatis eadem culpa, etſi multi, deliniti dulcedine, quae inde ducitur, ſibi ab illis non temperant. In libro autem de moribus ad Eudemum, quo praecipit de amicitia, plenius diſſerit de hoc, pluribuſque argumentis confirmare conatur, & ſane quaeſtio eſt difficilis: iniuſti enim, ac ſaeui principes ciuitatum videntur egere opera prauorum hominum; non proborum, & moderatorum virorum: vnde fertur Dionyſius ille Siculus dixiſſe, cum familiares ipſius quidam geſſiſſent, quod ei magnopere diſpliceret. Animaduertiſſem in vos, niſi prauis mortalibus egeret tyrannis, ſine ſtudio quorum non poſſet diutius ſalua, & incolumis eſſe.

Καὶ μόνη δὲ ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία, ἀδιάβλητός ἐστιν: οὐ γὰρ ῥᾴδιον οὐδενὶ πιστεῦσαι περὶ τοῦ ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑπ' αὐτῶν δεδοκιμασμένου: καὶ τὸ πιστεύειν ἐν τούτοις, καὶ τὸ μηδέποτ' ἂν ἀδικῆσαι, καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τῇ ὡς ἀληθῶς φιλίᾳ ἀξιοῦται.

Sola autem amicitia bonorum, criminibus in ipſam inferendis, affinis non eſt: non enim facile eſt alicui credere de illo, qui multo tempore ab illis probatus fuerit: credere autem ſibi mutuo eſt in his, & opinio, quod numquam aliquid iniuſte contra ſe hi facturi ſint, & quaecunque alia in amicitia vere vocata requiruntur.

DOCVIT Argyropylus, veteres horum librorum interpretes hic erraſſe, nec uidiſſe, quid valeret ἀδιάβλητος, cuius tamen nominis notio valde obſcura non eſt. Significat enim amicitiam, qua innexi ſunt inter ſe probi viri, ſolutam, vacuamque eſſe hoc graui malo, nec poſſe labefactari criminationibus maleuolorum hominum: nec locum in ea habere prauas voces peſſimorum mortalium, qui fictis criminibus ipſam frangere, ac diſſipare conentur. M. Cicero ſuo in libello de amicitia cum inferre crimina dixit, διαβάλλειν expreſſit, & repellere criminationes dixiſſe, non audire, neque moueri his prauis officijs quod proprium in hac re putat eſſe proborum amicorum: primum igitur eſt quod inquit. Addendum eodem eſt, ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat, oblatis; & paulo poſt. Deinde non ſolum ab aliquo allatas criminationes repellere, ſed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum: quae cuncta hic adnotaſſe non alienum puto, cum, praeter veram, & puram ſuperioris vocis declarationem, contineat in ſe praecepta accommodata amicitiae tuendae; ſed ad noſtrum redeamus, qui probare, quod vno verbo ſignificauit, volens, inquit. Non enim facile eſt vlli credere contra eum, qui longo ſpatio temporis probatus fuerit, & numquam vlli culpae affinis cognitus, deinde omne genus iniuriae remotum inde eſſe; nec venire poſſe in mentem cuipiam eorum, qui hac amicitia iuncti inter ſe ſunt, vt vlla in re laedat amicum, ceteraque omnia, quae in amicitia, quae vere vocatur hoc nomine, exiſtant.

Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἑταιρείαις οὐδὲν κωλύει γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα. ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγουσι φίλους, καὶ τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον, ὥσπερ αἱ πόλεις: δοκοῦσι γὰρ αἱ συμμαχίαι ταῖς πόλεσι γίνεσθαι ἕνεκα τοῦ συμφέροντος: καὶ τοὺς δι' ἡδονὴν ἀλλήλους στέργοντας, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἴσως μὲν δεῖ λέγειν, καὶ ἡμᾶς φίλους τοὺς τοιούτους.

In alijs autem ſodalitatibus nihil prohibet naſci huiuſcemodi: quia enim homines vocant amicos, & eos, qui ob vtilitatem; veluti ciuitates (videntur enim ſocietates in bellis conflari a ciuitatibus propter vtilitatem) & illos, qui ob voluptatem ſe mutuo diligunt, veluti pueri: fortaſſe etiam oportet dicere nos amicos huiuſcemodi.

OSTENDIT nunc in alijs familiaritatibus nihil prohibere, quin exoriantur haec mala: quae cauſa fortaſſe fuit, vt vocaret potius ipſas ἑταιρείας idest ſodalitates, quam ſuo, & proprio Graeco nomine, quo appellantur non ſolum integrae, perfectaeque amicitiae: verum etiam reliqua duo ipſarum genera: Vnde autem hic error, & quaſi confuſio quaedam

oratio.

orationis naſcatur, ſignificat: conſuetudinem enim ſequi ſe teſtatur, cum vulgo homines appellent amicos illos, vnde capiunt vtilitatis aliquid: nec non eos quoque, qui ſe mutuo diligunt ob voluptatem, quam hauriant e ſemetipſis, comitateque illa, cuius iucunditatis in primis auidos eſſe inquit pueros, ſequique illam libenter, quare ſe arbitrari dicit, non peccaturum, ſi conſuetudinem ſecutus fuerit; neque enim penitus ipſam deſpicere oportet, verſamur enim cum multis in vita, quare non poſſumus ſemper aliter atque ipſi loqui: cum ſupra vero, de vtili amicitia loquens dixerit, non ſolū priuatos homines, ſed ciuitates etiam, & gentes hoc ſeruare: nā ſocietates, & foedera propoſitum habent id, quod cōducit: ſatis planum eſt memoria vetere, & ratione rerum gerendarum, hoc huiuſmodi eſſe.

Εἴδη δὲ τῆς φιλίας πλείω· καὶ πρώτως μὲν καὶ κυρίως τὴν τῶν ἀγαθῶν, ᾗ ἀγαθοί: τὰς δὲ λοιπὰς καθ' ὁμοιότητα: ᾗ γὰρ ἀγαθόν τι, καὶ ὅμοιόν τι, ταύτῃ φίλοι: καὶ γὰρ τὸ ἡδὺ, ἀγαθόν τι τοῖς φιληδέσιν.

Species autem amicitiae plures, & primo quidem & proprie eam, quae bonorum eſt, qua boni ſunt: reliquas autem propter ſimilitudinem: qua enim bonum aliquid, & ſimile aliquid, hac amici ſunt: etenim iucundum bonum quoddam eſt cupidis rei iucundae.

VT omnino minime decet fugere morem loquendi caeterorū, ita committere nō debemus, vt veritatem ipſam neſciamus: Inquit igitur, ignorare nos minime oportere, plures ſpecies exſtare amicitiae, quarum omnium primam, & quae proprie vocatur amicitia, eſſe affirmat eam, qua iuncti ſunt inter ſe animi proborum virorum: & quia illi diligi poſſent, non vt tales, ſed alia quapiam commendatione ingenij, exempli cauſa, vt boni oratores, vel magni poëtae accipi debere hos dicit, qua ratione probi ſunt: reliquas autē tradit vocari amicitias ob ſimilitudinem quandam, quam cum hac abſoluta habent: qua ratione enim inquit, bonū aliquod, ac ſimile itidem aliquod in ſe continent, eadem illa ſunt amici inter ſe, quod magis explanat, docens, quod iucundum eſt ac ſuauitatis aliquid adferre poteſt, idē vim, ac poſtatem boni habere, non ſane cunctis hominibus, illis tamen, qui cupidi ſunt rei iucundae, ſectanturque voluptatem, incenſi deſiderio magno ipſius.

Οὐ πάνυ δὲ αὗται συνάπτουσιν: οὐδὲ γίνονται οἱ αὐτοὶ φίλοι διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ ἡδύ: οὐ γὰρ πάνυ συνδυάζεται τὰ κατὰ συμβεβηκός.

Non valde autem hae copulantur: neque fiunt ijdem amici inter ſe propter vtilitatem, & iucunditatē: non valde enim copulantur ea, quae ex accidenti fiunt.

ADFERT quiddam, quod & ipſum indicat ignobilitatem duarum amicitiarum: docetque diſcrepare in hoc ipſas a prima, veraque amicitia: non ſolum enim inquit, amicitiam, quae ſequitur vtilitatem, & illam, quae voluptatem, facile coniungi, & in ijſdem mortalibus eodem tempore inueniri; cuius rei cauſam hanc adfert; quia, quae fortuito temereque fiunt, & vt loquitur, ex accidenti, raro copulantur; illa vero, qua iuncti ſunt animi bonorum inter ſe, vacua ab his duabus rebus numquam eſt, vt ſaepe declarauit, quare ſuperſedit nunc id probare: probi namque viri vtiles quoque ſunt, & iucundi ſibi ſimilibus hominibus, ſi amore, ac beneuolentia iuncti cum ipſis fuerint.

Εἰς ταῦτα δὲ τὰ εἴδη τῆς φιλίας νενεμημένης, οἱ μὲν φαῦλοι ἔσονται φίλοι, δι' ἡδονὴν, ἢ τὸ χρήσιμον, ταύτῃ ὅμοιοι ὄντες: οἱ δ' ἀγαθοὶ, δι' αὑτοὺς φίλοι: ᾗ γὰρ ἀγαθοί: οὗτοι μὲν οὖν ἁπλῶς φίλοι: ἐκεῖνοι δὲ, κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ τῷ ὡμοιῶσθαι τούτοις.

Cum autem in has ſpecies amicitia diſtributa ſit, improbi homines erunt amici inter ſe propter voluptatem, & vtilitatem, hac re ſimiles exiſtentes: probi autem propter ſe amici: qua enim probi ſunt: hi quidem ſimpliciter amici, illi autem ex accidenti, & quia ſimiles ſunt his.

ADIVN-

A ADIVNGIT aliud, quod & ipſum diſtinguit ac ſeparat has amicitias, ductum a ſuperiore diſputatione: cum enim inquit, diuiſa ſit amicitia in has ſpecies, in eam, qua nequam homines, & non commendati virtute vlla, amici inter ſe ſunt ob ſtudium, quo flagrant ambo perſequendae voluptatis, aut vtilitatis: in hoc enim tantum ſimiles inter ſe ſunt: contra autem probi viri per ſemet ipſos amici ſunt: qua ratione namque probi ſunt; vnde addit, concludens totam hanc rem: hi igitur, ideſt probi viri ſimpliciter, & ſine vlla appendice amici ſunt; illi vero ex accidenti, & quia contigit, eos eſſe iucundos, ſiue vtiles amicis & ſimiles in hoc probis, & honeſtis viris.

Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν, οἱ μὲν, καθ᾽ ἕξιν: οἱ δὲ, κατ᾽ ἐνέργειαν ἀγαθοὶ λέγονται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας: οἱ μὲν γὰρ συζῶντες, χαίρουσιν ἀλλήλοις, καὶ πορίζουσι τἀγαθά: οἱ δὲ καθεύδοντες, ἢ κεχωρισμένοι τοῖς τόποις, οὐκ ἐνεργοῦσι μὲν, οὕτω δ᾽ ἔχουσιν, ὥστ᾽ ἐνεργεῖν φιλικῶς: οἱ γὰρ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν: ἐὰν δὲ
,, χρόνιος ἡ ἀπουσία γίνηται, καὶ τῆς φιλίας δοκεῖ λήθην ποιεῖν: ὅθεν εἴρηται: πολλὰς δὴ
,, φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν.

Quemadmodum autem in virtutibus, quidam, per habitum: quidam per functionem alicuius muneris boni dicuntur, ſic in amicitia; qui enim vna viuunt, gaudent ſemetipſis, & praebent aliquid boni: qui autem dormiunt, ſiue locis ſeiuncti ſunt, ſanè non funguntur munere aliquo amicitiae, ita tamen facti ſunt, vt ſe geſturi ſint amicè: loci namque non interimunt amicitiam ſimpliciter, ſed vſum: ſi autem diuturna fuerit diſtantia, amicitiae quoque
,, *videtur obliuionem gignere: vnde dictum eſt. Non ſalutare amicum, fregit*
,, *multas amicitias.*

CVM amicitiam definiſſet, ac diuiſiſſet ipſam ſuas in ſpecies, ſimulque docuiſſet, primam, ac veram amicitiam eſſe eam, qua iuncti ſunt animi proborum virorum inter ſe, pergit magis ipſam explicare, atque, vt hoc facilius faciat, vtitur ſimili: oſtendit enim idem in ipſa vſu venire, quod vſu venit in virtutibus ipſis; quarum virtutum amicitia imago quaedam, ſimulachrumque eſt: neque enim de ipſa, vt de virtute loquitur; dixiſſet enim, quemadmodum in ceteris virtutibus; inquit igitur, vt fit in virtutibus, in quibus quidam habitu temperantes, aut fortes ſunt, ſiue alia quapiam virtute praediti: alij vero actu; ſic in amicitia ipſa; non nulli enim inquit, hoc probans, vna viuentes, gaudent conſuetudine illa, nec ceſſant, cum res poſtulat, prodeſſe amicis, iuuareque ipſos conſilijs aut factis: qui autem addit, dormiunt, ſiue ſeiuncti ſunt magnis interuallis locorum, nihil ſane huiuſcemodi gerunt, ita tamen animo affecti, paratique ſunt, vt omni officio, proprio amicorum fungi poſſint, ſi impedimentum illud tollatur: locorum enim diſtantia, addidit, non diſſoluit, frangitque penitus amicitiam, ſed vſum tantum, muneraque ipſius interrumpit. A Neque tamen negat, quin ſi diuturna illa fuerit abſentia, inde proficiſcatur obliuio amicitiae, mutuaque illa beneuolentia funditus extinguatur in pectoribus eorum: in quibus antea vigebat: id quod confirmare oſtendit ſententiam peruulgatam, quae eſt; non ſalutare amicos neque alloqui, cum occurrunt, interitum fuiſſe multarum amicitiarum. Extat alterum Graecum prouerbium, quod idem ſignificat, quo fertur, amicos in valde remotis locis aetatem degentes, non eſſe amicos, praeſidio tamen epiſtolarum aliquid remedij adhibetur huic graui malo: poſſunt enim memoriam colere, & renouare veterem amorem hoc pacto, & auxilij etiam aliquid ſibi in rebus ſuis aduerſis adferre: ſed tamen haec leuia ſolacia ſunt prae fructibus, ac ſuauitatibus, quae capiuntur e praeſentibus amicis, cotidieque multis modis augentibus amorem illum ſuum.

Οὐ φαίνονται δ᾽ οὐδ᾽ οἱ πρεσβῦται: οὐδ᾽ οἱ στρυφνοὶ, φιλικοὶ εἶναι: βραχὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς: οὐδεὶς δὲ δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ, οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ: μάλιστα γὰρ ἡ φύσις φαίνεται, τὸ μὲν λυπηρὸν φεύγειν: ἐφίεσθαι δὲ τοῦ ἡδέος.

Perſpiciuntur autem, neque ſenes, neque acerbi homines facti eſſe ad ami-

citiam:

citiam: breue namque in ipſis eſt, quod voluptatem gignat: nemo autem poteſt diem totum conterere cum triſti viro: neque cum eo, qui iucundus non ſit: maxime enim perſpicitur natura facit, quod facit dolorem: ardere autem deſiderio rei iucundae.

INDICAT, qui non ſint ad amicitiam colendam idonei; quod autem ad aetates pertinet, excludit inde ſenes; quod vero ad ingenium, & naturam, triſtes homines & nimis ſeueros, &, vt arbitror, paene acerbos: hoc enim valere hic puto στρυφνούς. Adferre vero volens cauſam huius rei, parum in ipſis inueniri tradit voluptatis; neminem autem poſſe dicit totos dies conſumere cum triſti viro, & qui dolorem inurat, omni ratione ſua, ac factis, vt non tantum cum hoc, verum etiam cum eo, qui iucundus non ſit: cuius rei cauſam eſſe inquit, quia natura perſpicitur maxime fugere quidquid eſt moleſtũ, nec moleſtũ ſolũ, ſed etiã inſuaue, atque appetere iucundum, & aſperſum aliqua ſuauitate. Studuit Plato in Dione Syracuſano, quem valde diligebat, corrigere, atque emendare hanc indolem: videbat enim hoc impedimento magno eſſe rebus gerendis; accuſabat igitur ipſum, aiebatque, nimis triſtem ſeueritatem, & quaſi contumaciam depellere a ſe familiares omnes & tamquam ſolitudinem quandam inducere teſtabatur. Praecepit etiam hoc ſuo in libello de amicitia M.
„ Cicero, egregie enim inquit. Accedat huc ſuauitas quaedam oportet ſermonum, atque
„ morum haud quaquam mediocre condimentum amicitiae: triſtitia autem, & in omni re
„ ſeueritas abſit: habet illa quidem grauitatem, ſed amicitia remiſſior eſſe debet, & liberior,
„ & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemque procliuior.

Οἱ δ' ἀποδεχόμενοι ἀλλήλους, μὴ συζῶντες δέ, εὔνοις ἐοίκασι μᾶλλον, ἢ φίλοις: οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων, ὡς τὸ συζῆν: ὠφελείας μὲν γὰρ οἱ ἐνδεεῖς ὀρέγονται: συνημερεύειν δὲ καὶ οἱ μακάριοι: μονώταις μὲν γὰρ εἶναι τούτοις ἥκιστα προσήκει: συνδιάγειν δὲ μετ' ἀλλήλων οὐκ ἔστι, μὴ ἡδεῖς ὄντας: μηδὲ χαίροντας τοῖς αὐτοῖς, ὅπερ ἡ ἑταιρικὴ δοκεῖ ἔχειν.

Hi vero, qui ſe mutuo recipiunt in amicitiam, non vna autem viuunt, beneuolis magis, quam amicis ſimiles ſunt: nihil enim tam proprium amicorum eſt, quam vna viuere: adminiculi enim egentes deſiderio tenentur: vna autem viuere beati expetunt: ſolos quidem viuere, & tamquam in deſerto loco, hos minime decet: vna autem cum aliquibus aetatem degere conceſſum non eſt illis, qui iucundi non ſunt, neque gaudent iiſdem rebus: quod amicitia ſodalium habere videtur.

CVM extet genus quoddam hominum, qui facile recipiant aliquos in amicitiam, nec tamen vna cum ipſis, quorum vitam, moreſque probarint, viuunt; eodemque pacto ipſi illis grati, acceptique ſunt, dicit hos Ariſtoteles ſimiles magis eſſe beneuolis, quam amicis, cum careant illo, quod in primis expetit amicitia: nihil enim tam proprium eſſe inquit amicorum, quam vna viuere, quod verum eſſe probat, conferens amicos cum tenuibus hominibus, & oppreſſis aliquo malo: hos enim inquit, egere benignitate locupletium, atque opulentorum: qui ipſos leuent illis incommodis, quibus premebantur: honeſtos autẽ viros ac beatos, conuictum ſibi ſimilium requirere; minime enim decere inquit: nec partem vllam dignitatis habere, hos, refertos tot, tamquam varijs bonis ſolos reſtare, & quaſi deſertos, quibus tamen neceſſario hoc contingeret, niſi comes, iucundique amicis forent, delectarenturque iiſdem ſtudijs, ac rebus, quod praecipue bonum continere in ſe affirmat, amicitiam, conſpirationemque animorum, qua iuncti ſunt inter ſe ſodales, ita autem voco, quos Graeci appellant ἑταίρους; quod nomen non tantum conuenit adoleſcentibus capientibus voluptatem ex iiſdem rebus, ac ſtudijs, ſed viris, & grauibus perſonis: nam & Theophraſtus, & Eudemus, & Theodectes dicebantur ἑταῖροι eſſe principis ſuae familiae, & Platonis etiam familiares ipſius.

Μάλιστα μὲν οὖν ἐστι φιλία ἡ τῶν ἀγαθῶν, καθάπερ πολλάκις εἴρηται: δοκεῖ γὰρ φιλητὸν μὲν καὶ αἱρετὸν τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν ἢ ἡδύ: ἑκάστῳ δέ, τὸ αὑτῷ τοιοῦτον: ὁ

δ' ἀγα-

δ' ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ δι' ἄμφω ταῦτα.

Maxime igitur amicitia eſt, qua boni inter ſe coniuncti ſunt, veluti ſaepe a nobis dictum eſt: videtur enim amabile eſſe, & expetendum, quod ſimpliciter bonum eſt, ſiue iucundum: vnicuique autem homini, id quod ipſi bonum eſt: probus autem vir probo viro propter ambo haec amabilis eſt.

REPETIT quod, vt ipſemet teſtatur, ſaepe iam antea dixerat, propter nobilitatem ſententiae, & quia ſibi videbatur magis id comprobaſſe: hoc autem eſt. maxime, veriſſimeque amicitiam eſſe illam, qua iuncti ſunt inter ſe probi viri: ita autem argumentatur. Videtur eſſe amabile, & dignum quod ametur, atque idem expetendum, id quod ſimpliciter, per ſeque bonum eſt, aut iucundum: ſingulis autem hominibus id quod ipſis tale eſt, id eſt bonum aut iucundum: vir autem bonus bono viro ob ambo haec carus, acceptuſque eſt, id eſt & quia ſimpliciter bonũ eſt, & quia illi ipſi bonus, atq; accommodatus eſt propter ſimilitudinẽ morum, ac ſtudiorum omnium: quod igitur ita inſtructum eſt, vt ambo in ſe contineat, quae alliciunt ad amandum, illud antepouendum eſt ei, quod vnum tantum eorum in ſe habet.

Ἔοικε δ' ἡ μὲν φίλησις, πάθει: ἡ δὲ φιλία, ἕξει: ἡ γὰρ φίλησις, οὐχ ἧττον πρὸς τὰ ἄψυχά ἐστιν: ἀντιφιλοῦσι δὲ, μετὰ προαιρέσεως: ἡ δὲ προαίρεσις ἀφ' ἕξεως: καὶ τὰ ἀγαθὰ βούλονται τοῖς φιλουμένοις ἐκείνων ἕνεκα, οὐ κατὰ πάθος, ἀλλὰ καθ' ἕξιν.

Similis autem eſt amatio motui animi: amicitia autem habitui: amatio namque non minus erga res inanimes excitatur: redamant autem cum electione: electio autem ab habitu, & bona volunt ijs, qui ab ipſis diliguntur, illorum cauſa, non motu impulſi, ſed habitu.

DISTINGVIT modo amationem ab amicitia: vtiturque duobus argumentis ad has ſeiungendas, neque prorſus idem eſſe ſignificandas. Prius eorum hoc eſt, amatio ſimilis eſt motui animi, atque affectui: amicitia vero habitui; oſtendit hoc, quia exiſtit amatio erga illas res, quae ſunt inanimes, non ſecus atque erga animales: quis enim neſcit, mortales multos diligere anulum, torquem, veſtimentum, villam, agrum: redamant autem cum electione, ideſt ſuperiores res ceteraeque ipſis ſimiles, non poſſunt redamare: neque enim intelligunt ſe amari, quod neceſſe eſt, vſu venire in redamatione: adiungit autem, electionem oriri ab habitu. Poſterius argumentum eſt, amicos bona velle ijs, quos diligunt, vtilitatis eorum cauſa, non ſpe commodi alicuius inde auferendi, quae voluntas firmaque ſententia non ſubito in animis eorum excitatur, ſed ſequitur rationem ac conſilium: voluntas enim, quod appetit, appetit cum ratione.

Καὶ φιλοῦντες τὸν φίλον, τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν φιλοῦσιν: ὁ γὰρ ἀγαθὸς, φίλος γενόμενος, ἀγαθὸν γίνεται ᾧ φίλος: ἑκάτερος οὖν φιλεῖ τε τὸ αὐτῷ ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἴσον ἀνταποδίδωσι τῇ βουλήσει, καὶ τῷ ἡδεῖ: λέγεται γὰρ φιλότης, ἡ ἰσότης: μάλιστα δὴ τῇ τῶν ἀγαθῶν ταῦτα ὑπάρχει.

Et amantes amicum, quod ſibi bonum eſt, amant: vir enim probus amicus factus, bonum efficitur illi, cui amicus: vterque igitur amat, quod ſibi bonum eſt, & aequale reddit voluntate, & iucunditate: fertur enim amicitia aequalitas: maxime igitur amicitiae proborum virorum haec inſunt.

NON poteſt dubitari, quin amicus ſit diligendus, cunctaq; ipſi bona optanda praebendaq;, ob illius ipſius vtilitates, ſequitur tamen, vt ille, melior factus, cumulatiorque, augeat etiam bona eius, qui ipſum diligit: euenit igitur hoc pacto, vt bona ſua propriaque amplificet: id quod contingit non in altero ſolum eorum, verum etiam eadem de cauſa in altero;

vterque

vterque igitur, vt auctor ait, quod non putabat, neque propoſitum habebat, diligit quod ipſi bonum eſt, ac par pro pari reddit in amore, animo ſaltem, ac voluntate; id autem quem admodum ſeruatur in bonis tribuendis, ita iu rebus iucundis, atque omni ſuauitate, quod conſtituit peruagata voce, quae eſt, amicitia eſt aequalitas, ſed Graece hoc melius: ipſa autem vſus eſt in libro quoque, quem ſcripſit de amicitia ad Eudemum, ac duobus quidem vicinis inter ſe locis, nec non Plato quoque laudat ipſam magnopere in VI. libro de legibus: haec autem, quae dixit, maxime inueniri tradit in amicitia proborum virorum, propriaque ipſius eſſe.

Ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς, καὶ πρεσβυτικοῖς ἧττον γίνεται ἡ φιλία, ὅσῳ δυσκολώτεροί εἰσι, καὶ ἧττον ταῖς ὁμιλίαις χαίρουσι: ταῦτα γὰρ δοκεῖ μάλιστ' εἶναι φιλικὰ, καὶ ποιητικὰ φιλίας: διὸ νέοι μὲν γίνονται φίλοι ταχύ: πρεσβῦται δ', οὔ: οὐ γὰρ γίνονται φίλοι, οἷς ἂν μὴ χαίρωσιν: ὁμοίως δ', οὐδ' οἱ στρυφνοὶ ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι, εὖνοι μέν εἰσιν ἀλλήλοις: βούλονται γὰρ τἀγαθὰ, καὶ ἀπαντῶσιν εἰς τὰς χρείας: φίλοι δ', οὐ πάνυ εἰσὶ, διὰ τὸ μὴ συνημερεύειν, μηδὲ χαίρειν ἀλλήλοις: ἃ δὴ μάλιστα εἶναι δοκεῖ φιλικά.

In acerbis autem, & ſenilibus ingenij hominibus minus exoritur amicitia, quanto hi ſunt difficilioris naturae, ac minus congreſſibus gaudent: haec enim maxime videntur eſſe accommodata amicitiae, & efficientia ipſius: quapropter adoleſcentes quidem fiunt cito amici: ſenes autem minime: non enim fiunt amici ijs, quibus non gaudeant: ſimiliter autem neque acerbi, verum tales homines beneuoli quidem ſunt inter ſe: volunt enim quae bona ſunt, atque occurrunt, cum res poſtulat: amici autem non valde ſunt, quia multas horas diei non ſimul conſumunt, neque laetantur ſemet ipſis: quae profecto maxime videntur eſſe munera amicitiae.

PRAECIPIT nunc de amicitia, ipſamque magis declarat, ſpectatis ijs, qui ſunt materia ipſius, eaque facilius libentiuſque potiuntur; primum igitur oſtendit, qui ſunt ab ea alieni, parumque facti ad ipſam colendam, vitio quodam naturae, atque ingenij; ij vero ſunt, de quibus ſupra quoque diſſeruit, aliquo modo acerbi homines, & ſenilibus moribus praediti; planius enim nunc aperit, ſe magis mores attendere atque ingenium quorundam ſenum, quam aetatem, cum πρεσβυτικὰς ipſos vocet, non πρεσβύτας, vt prius fecerat: neque enim cuncti huius aetatis ſunt difficiles, ac triſtioris naturae; inueniuntur enim quoque humani, ac placidi, etſi pauciores illi quidem multo, qualis erat Micio ille Terentianus, cum Demea ipſius frater foret durus, atque aſper, quemadmodum etiam in I. libro locutus eſt, cum diceret, iuuenes non eſſe eos, quos requirit auditores haec diſciplina: ſignificauit enim, ſe non tam intelligere iuuenes quam vita, & moribus iuuenilibus: in his igitur inquit, minus exoriri amicitiam, ac tanto magis quanto difficiliores, moroſioreſque ſunt; minuſque gaudent colloquijs, ac congreſſibus: haec enim videri inquit eſſe maxime accommodata amicitiae fruendae, eidemque gignendae, quod tamquam ſigno quodam probat; dicit enim, inde profecto naſci, vt adoleſcentes cito ſe adplicent ad amicitiam quorumlibet: ſenes autem minime: neque enim amici fiunt eorum, quibus non laetantur; eodem autem pacto inquit, ſe res habet in his, qui natura acerbi ſunt, ac ſine modo triſtes: huiuſcemodi enim omnes adiungit, beneuoli ſibi ſimilibus ſunt: optant enim illis commoda, bonumque omne vellent eos obtinere: ipſique cum viderint eos egere, opitulantur, antequam etiam rogentur, anguſtijs eorum: amici autem non valde ſunt, quia vna non viuunt cum his, quos diligunt: neque laetitiae aliquid capiunt, voluptatiſque ex his, cum quibus beneuolentia iuncti ſunt.

Πολλοῖς δ' εἶναι φίλον κατὰ τὴν τελείαν φιλίαν, οὐκ ἐνδέχεται: ὥσπερ οὐδ' ἐρᾶν πολλῶν ἅμα: ἔοικε γὰρ ὑπερβολῇ: τὸ τοιοῦτο δὲ πρὸς ἕνα πέφυκε γίνεσθαι: πολλοὺς δὲ ἅμα τῷ αὐτῷ ἀρέσκειν σφόδρα, οὐ ῥᾴδιον: ἴσως δ', οὐδ' ἀγαθοὺς εἶναι.

Multis autem amicum eſſe in perfecta amicitia non contingit, velut i neque amore

amore multorum eodem tempore captum eſſe : ſimile namque hoc eſt exuperantiae : hoc ipſum autem erga vnum natura vult effici : multos vero ſimul eidem valde placere haud facile eſt: fortaſſe autem, neque bonum.

REM nunc attingit, de qua diu, multumque quaeſitum eſt: valde enim diuerſae ſententiae de hoc extiterunt, ideſt ; an opera nobis danda ſit, vt copiam magnam nobis amicorum comparemus ; capiaturque ex hoc plus aegritudinis, incommodique, quam voluptatis ac boni ; ipſe, de primo, perfectoque genere amicitiae loquens, negat hoc impetrari poſſe, id quod primum ſimili confirmat : idem enim vſu venire inquit, in teneris, ac delicatis amoribus ; neque enim fieri poſſe ait, vt quiſpiam multorum amore eodem tempore inflammatus ſit; cum amor ille ſit praeſtantia quaedam, atque exuperantia: huiuſcemodi autem omne, quod ad ſummum perductum eſt, cum vno ſolum exerceri poteſt : neque facile eſt, vt multi ſimul eidem valde placeant. Vſus eſt autem hoc exemplo ; quia in Graecia, vbi amores hi frequentabantur, nullum negotium erat hoc oculis prope intueri : declarauit etiam hoc Lucretius in amoribus, quibus maiorem impunitatem natura largita eſt. ſtultitiae namque condemnans amatores, qui in vnam ſolam effuderint amorem illum ſuũ, inquit. Nempe aliae quoque ſunt. Committere non debeo, quin admoneam, quod ſequitur, non eodem pacto in omnibus libris legi ἴσως δ' οὐδ' ἀγαθοὺς εἶναι: etſi enim in antiquioribus ita ſcriptum fere offendi, quam lectionem probauit Argyropylus : tamen vetus tralatio, mutato numero, ἀγαθὸν interpretatur : ſed Aſpaſius quoque eam recipere videtur, apud quem, euellendo ſcrupulo, vt putat, moleſto, haec verba ſunt : ἴσως γὰρ ἀγαθὸν εἶναι οὐ τὸ πολλοῖς, ἀλλ' ἀρκεῖν ἑνὶ ἢ δυσίν: cum igitur ſemper non ſine cauſa multum tribuerim veteri tralationi : nec contemnendam putarim auctoritatem Graeci interpretis, ſecutus olim ſum hanc lectionem: ita autem Aſpaſius accipit hanc vocem, tamquam ſi ipſa valeat accommodatum, atque vtile, quam eſſe notionem quoq; eius, dubitandum non eſt; ſententia alterius lectionis plana eſt, atque aperta ; vtinam tam vera foret, quam eſt facilis.

Δεῖ δὲ καὶ ἐμπειρίαν λαβεῖν καὶ ἐν συνηθείᾳ γενέσθαι, ὃ παγχάλεπον.

Opus eſt autem & periculum facere, & in conſuetudine verſatum eſſe, id quod funditus difficile eſt.

ADIVNGIT Ariſtoteles duo alia impedimenta, quae aduerſantur huic amicitiae multorum, quorum vnum eſt, oportere prius periculum facere eorum hominum, nec tutum eſſe aliter aditum ipſis patefacere ad amicitiam ſuam ; alterum autem familiariter cum ipſis viuere, quod moleſtiam plurimam, ac difficultatem in ſe continere affirmat ; ijs igitur omnibus de cauſis arbitratur, laborandũ nõ eſſe, vt huius generis multos tibi amicos pares.

Διὰ τὸ χρήσιμον δὲ καὶ τὸ ἡδὺ πολλοῖς ἀρέσκειν ἐνδέχεται· πολλοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ αἱ ὑπηρεσίαι.

Propter vtilitatem autem, ac iucunditatem, vt aliquis multis placeat, locum habet : multi namque tales reperiuntur, & breui ſpatio temporis huiuſcemodi vtiles miniſtros ſe praebent harum rerum.

QVOD in vera, perfectaque amicitia exitum non habere ſignificauit, id in reliquis duobus generibus, minus integris, procliue eſſe docet: ſiquis enim ſibi propoſuerit vtilitatem, aut voluptatem, cum affirmat non magno negotio inuenturum eſſe multos, quibus & ipſe placeat, & qui expleant finem illum ſuum, cum multi mortales, & qui vtiles alijs, & qui iucundi ſint, repetiantur. Addit etiam paruo admodum in temporis ſpatio, periculo ipſorum facto, intelligi, an fructum illi tibi ferre poſſint, ſiue voluptatem : apte autem vocauit, quod ab illis capitur, ὑπηρεσίας: ſeruiunt enim huiuſcemodi homines deſiderijs eorum, qui ad ſe illos vocarint, & tamquam adminiſtratores ipſis earum rerum ſunt. Qui contenderet ſupra, de quo diſputatum eſt, legi debere numero plurimum ἀγαθοὺς, arripere poſſet hoc quaſi argumentum quoddam : inquit enim paucos extare tales. Sed M. quoque Cicero cum de probis viris loqueretur, dixit, paucos eſſe tales, cuius haec verba ſunt, quae tamquam

quam ſententiam huius loci exprimunt. Sunt igitur firmi, & ſtabiles, & conſtantes eligendi, cuius generis eſt magna penuria; & iudicare difficile eſt, niſi expertum.

Τούτων δὲ μᾶλλον ἔοικε φιλία, ἡ διὰ τὴν ἡδονήν· ὅταν ταὐτὰ ὑπ᾽ ἀμφοῖν γίγνηται, καὶ χαίρωσιν ἀλλήλοις, ἢ τοῖς αὐτοῖς· οἷαι τῶν νέων εἰσὶν αἱ φιλίαι.

Harum autem magis ſimilis eſt verae amicitiae, quae iucundae rei cauſa conflata eſt, quando eadem ab ambobus praebita fuerint, & ſemet ipſis mutuo delectati fuerint, ſiue ambo iiſdem: quales ſunt amicitiae adoleſcentium.

CONFERT nunc inter ſe duo genera amicitiae, quorum vnum ſectatur fructum emolumentumque, alterum autem oblectationem, anteponitque poſterius hoc, magiſque ſimile eſſe dicit amicitiae, quae vere, proprieque hoc nomine appellatur: requiri autem in hoc condicionem, quae eſt; quod eadem gerantur ab vtriſque; amboque, qui ita iuncti inter ſe fuerint, gaudeant mutuo ſibi ipſis, aut iiſdem ſtudiis, artibuſque dediti ſint, quales inquit, ſunt amicitiae adoleſcentium: aetas enim par, ſimiliſque rapit eos ad communem amorem, ſed etiam capiuntur iiſdem rebus.

Μᾶλλον γὰρ ἐν ταύταις τὸ ἐλευθέριον· ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, ἀγοραίων.

Magis enim in his amicitiis apparet ingenua natura, ac liberalis: quae autem emolumentum propoſitum habet, hominum eſt forum rerum venalium colentium.

HOC igitur primum argumentum eſt, quo vtitur, oſtendens amicitiam, quae dedita eſt voluptati, magis ingenuam, magiſque libero homine dignam, quam quae vtilitatem ſequitur, cum ea propria ſit tenuium perſonarum, & quae forum uenalium rerum premunt, minuta lucra ſectantes.

Καὶ οἱ μακάριοι χρησίμων μὲν οὐδὲν δέονται, ἡδέων δέ· συζῆν μὲν γὰρ βούλονταί τισι· τὸ δὲ λυπηρὸν, ὀλίγον μὲν χρόνον φέρουσι· συνεχῶς δ᾽, οὐδεὶς ἂν ὑπομείναι, οὐδ᾽ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, εἰ λυπηρὸν αὐτῷ εἴη. διὸ τοὺς φίλους ἡδεῖς ζητοῦσι· δεῖ δ᾽ ἴσως καὶ ἀγαθοὺς, τοιούτους ὄντας καὶ ἔτι αὐτοῖς· οὕτω γὰρ αὐτοῖς ὑπάρξει ὅσα δεῖ τοῖς φίλοις.

Et beati, fortunatique viri non egent vllam in partem hominibus; qui vtiles ipſis ſint, ſed iucundis: vna enim viuere cum aliquibus volunt: moleſtum autem, & quod inurit dolorem, puſillum tempus ferunt: continenter autem nemo ferret, ne ipſum quidem bonum, ſi triſte, ac moleſtum ipſi foret. Quapropter amicos iucundos quaerunt: oportet autem fortaſſe & probos, qui tales ſunt, & praeterea ipſis: ita enim ipſis copia erit omnium, quae opus eſt amicis adeſſe.

SECVNDVM argumentum eſt, quod inquit, beatos non indigere amicis fructuoſis, ſed lepidis, ac iocoſis, cum gaudeant conuictu, nec ſoli, & tamquam deſtituti ab omnibus, manere velint: eoſdem autem dicit, quidquid moleſtum eſt, atq; inurit doloré, ne paruo quidem ſpatio temporis perpeſſuros: nam huiuſcemodi omne, qui continenter ferat, ideſt quod aegritudinis plenum ſit, neminem inuentum iri affirmat; quippe cum bonum etiam, ſi paenam, ac dolorem ſecum ferret, nemo toleraturus eſſet; quae cauſa eſt, vt hi homines iucundos amicos expetant, & qui oblectare animos ipſorum valeant: non enim intelligit omnes homines, vt quidam acceperunt, ita beatos: beatos autem, ipſos vocauit, non quia tales vere ſint, ſed quia falſo ſe eſſe putent. M. quoque Tullium multis locis ita
„ capere beatum ſatis certum eſt, vt in C. Verrem. Noſtrum enim vnuſquiſq;, qui tam bea-
„ ti, quam iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus; etiam in Bruto de Hortenſio.
„ Summum illud ſuum ſtudium remiſit, quo a puero fuerat incenſus, atque in omnium re-
„ rum abundantia voluit beatius, vt ipſe putabat, remiſſius certe viuere. Quod ſequitur vero apud Ariſtotelem. Decet autem fortaſſe & bonos, libere contra illos, & cum ſtomacho

quodam prolatum eſt: valet enim ad arguendum errorem illorum, qui ſeparatim iucundos amicos quaererent, cum, ſi ſapetent, nec tam molles, tenerique forent, poſſent ſimul omnibus his rebus potiri, cum boni viri ſint per ſe, naturaque, iucundi, & illis etiam ipſis futuri eſſent iucundi, quod ſi facerent inquit, obtinetent ſimul cuncta, quae poſtulari poſſent, expectarique in perſona amicorum.

Οἱ δ᾽ ἐν ταῖς ἐξουσίαις διῃρημένοις φαίνονται χρῆσθαι τοῖς φίλοις· ἄλλοι γὰρ αὐτοῖς εἰσι χρήσιμοι, καὶ ἕτεροι ἡδεῖς· ἄμφω δ᾽ οἱ αὐτοὶ, οὐ πάνυ.

Principes autem viri, & qui ſummam poteſtatem in ciuitate habent perſpiciuntur vti amicis diſtinctis: alij namque ipſis vtiles ſunt: alij vero iucundi: ambo autem ijdem, non valde.

APTA haec pars aliquo modo eſt e ſuperiore: increpat enim hic quoque opulentos homines, & qui ſummam poteſtatem in ciuitate quapiam, genteque habent: ipſos enim dicit, vti amicis diſtinctis, ita vt certos quoſdam habeant, qui vtiles ipſis ſint, poſſintque tueri & augere conſilijs ſuis & opera fortunas eorum amplas: alios autem non nullos, qui oblectare eoſdem valeant, quibus ambabus rebus raro inquit, eoſdem homines idoneos eſſe.

Οὔτε γὰρ ἡδεῖς μετ᾽ ἀρετῆς ζητοῦσιν, οὔτε χρησίμους εἰς τὰ καλά· ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐτραπέλους, τοῦ ἡδέος ἐφιέμενοι· τοὺς δὲ δεινοὺς πρᾶξαι τὸ ἐπιταχθέν· ταῦτα δ᾽ οὐ πάνυ γίνεται ἐν τῷ αὐτῷ.

Neque enim iucundos cum virtute quaerunt, neque vtiles ad res honeſtas: ſed facetos quidē, cum voluptatem appetunt: alios autem, qui ſint acres induſtrijq́; ad gerendum quodcumque imperatum fuerit: haec autem non valde in eodem reperiuntur.

HVIVS erroris eorum caput, originemque aperit: neque enim ait, ipſos quaerere amicos iucundos eius generis, qui virtutis vi delectent, neque vtiles ad honeſta facta; ſed cum tenentur deſiderio rei iucundae, vocant ad ſe facetos homines, qui ipſos oblectent: alio autem tempore induſtrios, & qui valde ad illud omne peragendum idonei ſint, quod mandatum ipſis fuerit, quibus etiam verbis ſignificat, principes illos non valde iuſtos eſſe, qui velint, quidquid imperarint, cuiuſmodi illud ſit, effici: haec igitur non valde coniungi affirmat, vt ijdem iocoſi homines ſint, atque acres in rebus gerendis.

Ἡδὺς δὲ καὶ χρήσιμος ἅμα εἴρηται, ὅτι σπουδαῖος· ἀλλ᾽ ὑπερέχοντι οὐ γίνεται ὁ τοιοῦτος φίλος, ἂν μὴ καὶ τῇ ἀρετῇ ὑπερέχηται· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἰσάζει, ἀνάλογον ὑπερεχόμενος· οὐ πάνυ δ᾽ εἰώθασι τοιοῦτοι γίνεσθαι.

Iucundum autem, & vtilem, ſimul dictum eſt, ſolum eſſe ſtudioſum, verum ſuperiori, & qui multum ipſi praeſtat, non fit huiuſcemodi aliquis amicus, niſi virtute ſuperetur: ſin autem hoc non contingit, non aequatur proportione ſuperatus: non valde autem ſolent huiuſcemodi inueniri.

VIR autem talis, qui vtrumque recte praeſtare poſſit, vt ſupra ſe oſtendiſſe teſtatur, eſt ſolus ſtudioſus, verum addit huiuſcemodi omnis non carus eſt, acceptusque principi, qui tantum ipſi antecellat opibus, ac poteſtate, niſi forte vincatur ille fortunatus homo, minorque multo virtute ſit: haec enim ſola vult poſſe ipſos adaequare, vt ita amici fiant, quod tamen aduerſatur, atque impedit, declarat: non facile enim inquit, inueniuntur, qui animi eius ſint, vt cum praeſtent opibus, arbitrentur, ſe poſſe vlla alia re ſuperari: ſoli enim huiuſcemodi ſunt boni principes ac moderati: ita certe videtur Argyropylus accepiſſe: ad animumque retuliſſe opulenti viri; qui delectatus magnopere fortuna illa ſua, parui ducit ani-

ſit animi dotes, cum potius D. Thomas tribuat hoc paucitati talium virorum, cum rari admodum tales ſint, vt quemadmodum magnitudine imperij vincunt priuatos homines, ita etiam ipſis antiſtent virtute & ſcientia optimorum, & ſane videtur hoc auctor ſignificare voluiſſe.

Εἰσὶ δ' οὖν αἱ εἰρημέναι φιλίαι ἐν ἰσότητι· τὰ γὰρ αὐτὰ γίνεται ἀπ' ἀμφοῖν, καὶ βούλονται ἀλλήλοις. ἢ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀντικαταλλάττονται, οἷον ἡδονὴν ἀντ' ὠφελείας· ὅτι δὲ καὶ ἧττόν εἰσιν αὗται αἱ φιλίαι, καὶ μένουσιν, εἴρηται.

Sunt igitur expoſitae amicitiae in aequalitate: eadē enim fiunt ab ambobus, ac volunt ſibi mutuo, ſiue aliud pro alio commutant, veluti voluptatem pro re vtili accepta: eſſe autem has minus dignas, quae amicitiae vocentur, & minus permanere, dictum eſt.

EXPLICATIS iam generibus amicitiae, quae conſtant aequalitate, cum videret, oportere ſe accurate agere de illis, in quibus altera pars maioris dignitatis eſt, atque opum; vnde καθ' ὑπεροχὴν ipſae vocantur, admonere quaedam voluit, quae in his reſtabant animaduertenda, de quibus modo praecipit ideſt deterioribus amicitijs; quare inquit, Amicitiae, quae adhuc traditae ſunt a nobis, in aequalitate quadam manent: eadem enim geruntur ab ambobus, qui iuncti hac beneuolentia inter ſe fuerint, voluntque, ac entrant eiuſdem generis ſibi mutuo bona, ſiue mutant, compenſantque illa, vt pro altero alterum reddant, veluti inquit, voluptatem oblectationemq; pro praemio, ac mercede, vt qui pecuniam acceperint, pro illa voluptatem adferant. Sed etiam dictum iam a ſe eſſe inquit, has minus dignas eſſe, quae appellentur amicitiae, & facilius etiam frangi atque extingui.

Δοκοῦσι δὲ καὶ δι' ὁμοιότητα, καὶ ἀνομοιότητα ταὐτοῦ εἶναί τε, καὶ οὐκ εἶναι φιλίαι· καθ' ὁμοιότητα γὰρ τῆς κατ' ἀρετὴν φαίνονται φιλίαι· ἡ μὲν γὰρ, τὸ ἡδὺ ἔχει· ἡ δὲ τὸ χρήσιμον· ταῦτα δὲ ὑπάρχει κἀκείνῃ· τῷ δὲ τὴν μὲν, ἀδιάβλητον εἶναι, καὶ μόνιμον· ταύτας δὲ, ταχέως μεταπίπτειν, ἄλλοις τε διαφέρειν πολλοῖς, οὐ φαίνονται φιλίαι δι' ἀνομοιότητα ἐκείνης.

Videntur autem, & propter ſimilitudinem, & propter diſſimilitudinem eiuſdem rei, eſſeque, & non eſſe amicitiae: propter ſimilitudinem enim eius, quae virtute conſtat, perſpiciuntur eſſe amicitiae: altera enim harum iucunditatem in ſe habet: altera vero, quod vſui eſſe poſſit: haec autem inſunt, & illi: eo vero, quod haec ipſarum ſoluta, liberaq; eſt a criminatione, & ſtabilis: hae vero celeriter cadunt, multiſq; alijs diſcrepant inter ſe, non perſpiciuntur eſſe amicitiae, propter diſſimilitudinem illius.

ADIVNGIT alterum, quod vitium ipſarum declarat: viderique ipſas poſſe dicit, propter ſimilitudinem, ac diſſimilitudinem eiuſdem rei, eſſeque, ac minime eſſe amicitias, quod quale ſit exponit: ob ſimilitudinem enim primae, veraeque, quae virtute conſtat, ſpeciem quandam in ſe continent amicitiae illius: altera enim harum voluptatem in ſe habet: altera vero vtilitatem, quae ambo illi quoque perfectae adhaerent: altera autem ex parte, quia prima ipſarum reſpuit, depellitque criminationes, ac firma ſtabiliſque eſt: hae vero celeriter labuntur ac cadunt, alijſque multis inter ſe diſcrepant, non videntur eſſe amicitiae propter diſſimilitudinem, quam illa habent: eorum vnum, quae non appellauit, id graue malum eſt, a quo vacuam, liberamque eſſe affirmauit primam amicitiam: credunt enim facile criminibus oblatis, atque id, quia non diligenter expertae ſunt mores amicorum illorum.

Ἕτερον δ' ἐστὶ φιλίας εἶδος, τὸ καθ' ὑπεροχήν· οἷον πατρὶ, πρὸς υἱὸν, καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον· ἀνδρί τε, πρὸς γυναῖκα, καὶ παντὶ ἄρχοντι, πρὸς ἀρχόμενον· δια-

φέρουσι δ' αὗται, καὶ ἀλλήλων· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γονεῦσι πρὸς τέκνα· καὶ ἄρχουσι πρὸς ἀρχομένους, ἀλλ' οὐδὲ πατρὶ πρὸς υἱόν, καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα· οὐδ' ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα· ἑτέρα γὰρ ἑκάστῳ τούτων ἀρετή, καὶ τὸ ἔργον· ἑτέρα δέ, καὶ δι' ἃ φιλοῦσιν· ἕτεραι οὖν καὶ αἱ φιλήσεις, καὶ αἱ φιλίαι.

Alia autem ſpecies eſt amicitiae, quae per excellentiam manet, veluti patri erga filium: demumq; ſeniori erga iuniorem: viroq; erga vxorem: & omni qui imperium habet, erga eum, qui imperio ipſius paret: differunt autem hae quoque inter ſe: non enim eadem parentibus erga filios: & imperium habentibus erga eos, qui parent: ſed neque patri erga filium, & filio erga patrem: neque viro erga vxorem, & vxori erga virum: alia namque vtrique horum virtus & officium: alia autem etiam propter quae diligunt: aliae igitur amationes, & amicitiae.

ALTERAM dicit eſſe ſpeciem amicitiae, in qua perſonae copulatae inter ſe hoc amore, pares aequaleſque non ſunt, ſed altera ipſarum melior eſt, atque honeſtior, quare vocatur καθ' ὑπεροχὴν, ideſt per praeſtantiam. Exemplis autem ſtatim oſtendit, qualis illa ſit, ceu inquit, amicitia patris erga filium, demumque ſenioris omnis erga iuniorem, virique itidem erga vxorem, & omnis hominis, qui imperium habet erga illum, qui ipſi paret. Non cunctas has, quas modo nominauit, penitus ſimiles inter ſe inquit, cum diſcrimina quaedam inter ipſas ſint, quae & ipſa ſignificat: non enim eadem eſt inquit, parentum erga liberos, & eorum, qui imperium habent erga illos, qui in ditione, poteſtateque ipſorum ſunt. Perſequitur autem reliquas, quas ſupra appellauit amicitias, quarum omnium diſſimilitudinum, ac differentiarum cauſam eſſe dicit, quia longe alia eſt ſingulorum horum virtus, atque officium: ac diuerſae quoque res ſunt, ob quas diligunt: quare diuerſae erunt amationes, atque amicitiae.

Ταὐτὰ μὲν δή, οὔτε γίγνεται ἑκατέρῳ παρὰ θατέρου, οὔτε δεῖ ζητεῖν· ὅταν δὲ γονεῦσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ, ἃ δεῖ τοῖς γεννήσασι· γονεῖς δὲ υἱέσιν, ἃ δεῖ τοῖς τέκνοις, μόνιμος ἡ τῶν τοιούτων, καὶ ἐπιεικὴς ἔσται φιλία.

Eadem igitur neque tribuuntur vtrique ab altero: neque decet poſtulare: quando autem parentibus filij tribuerint, quae oportet his, qui procreauerunt: parentes autem filijs, quae oportet filijs, ſtabilis & proba erit talium amicitia.

IN amicitijs his inaequalium perſonarum, morem non eſſe inquit, vt eadem prorſus officia, & nulla re diſcrepantia, ſeruentur ab vtralibet ipſarum parte erga alteram: affirmatque, qui hoc poſtularet, improbe id poſtulaturum, & non mediocriter peccaturum. Quomodo autem in ipſis querela nulla exoriatur, docet; exemploque vnius id declarat. Quotieſcunque enim inquit, parentibus liberi tribuerint, quae decet tribuere ijs, qui ipſos procreauerint, parenteſque itidem liberis, quae decent ex ſe natis, ſtabilis erit & recta horum amicitia. Clitipho Terentianus, cum putaret ſe iniurioſe tractari a patre, vt faciunt, qui vehementer commoto animo ſunt, eidem culpae affines omnes patres eſſe inquit; neque tamen id crimen eius generis erat, vt veram vllam notam inureret patri: nam merito accuſantur patres, qui non alunt, qui non veſtiunt, qui non inſtituunt liberos: haec enim officia ſunt parentum erga filios.

Ἀνάλογον δ' ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ' ὑπεροχὴν οὔσαις φιλίαις, καὶ τὴν φίλησιν δεῖ γίνεσθαι· οἷον τὸν ἀμείνω μᾶλλον φιλεῖσθαι ἢ φιλεῖν, καὶ τὸν ὠφελιμώτερον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὁμοίως· ὅταν γὰρ κατ' ἀξίαν ἡ φίλησις γίγνηται, τότε γίγνεταί πως ἰσότης· ὃ δὴ τῆς φιλίας εἶναι δοκεῖ.

Proportione autem in cunctis amicitijs, quae ſunt per excellentiam; ama-

tionem quoque opus eſt manere: ceu meliorem magis diligi, quàm diligere, & viliorem, & aliorum omnium eodem pacto vnumquemque: quando enim pro dignitate amatio reddita fuerit, tunc efficitur aliquo modo aequalitas, quod peculiare amicitiae videtur eſſe.

ADIVNGIT in his omnibus amicitijs, in quibus praeſtat alteri pars altera, proportione ſeruari debere amationem, ceu meliorem magis diligi, & obſeruari, quam diligere, & eodem pacto viliorem, & qui plus fructus, atque emolumenti adfert: & quemlibet demum talem; quando enim inquit, amatio extiterit, vt veritas, & ratio requirit, tunc gignitur, ſi non exquiſite, at aliquo ſaltem modo, aequalitas.

Οὐχ ὁμοίως δὲ τὸ ἴσον, ἔν τε τοῖς δικαίοις, καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ φαίνεται ἔχειν: ἔστι γὰρ ἐν μὲν τοῖς δικαίοις, ἴσον πρώτως, τὸ κατ' ἀξίαν: τὸ δὲ κατὰ ποσὸν, δευτέρως: ἐν δὲ τῇ φιλίᾳ, τὸ μὲν κατὰ ποσὸν, πρώτως: τὸ δὲ κατ' ἀξίαν, δευτέρως.

Non ſimiliter autem ſe habere aequale in rebus iuſtis, & in amicitia perſpicitur: eſt enim in rebus quidē iuſtis aequale primo, quod pro dignitate perſonarū adminiſtratur: quod autem pro quantitate, ſecundo loco: in amicitia autem quod pro quantitate, primo: quod vero pro dignitate, ſecundo loco.

TRADITVM eſt ſupra hoc ipſo in libro, accommodatas eſſe ad amicitiam colendam aequales perſonas, omnique in re pares; declaratum etiam multo antea fuerat, in V. horum librorum, in rebus iuſtis adminiſtrandis requiri aequalitatem, verum quia non eodem pacto ſemper capitur aequalitas: nunc enim attenditur numerus rerum, quae in eam contentionē veniunt, nunc vero dignitas perſonarum; hiſque animaduerſis, ac diligenter ponderatis, ſtatuitur de veritate ipſa, atq; eo, quod potiſſimum ſeruari debet: inquit nunc non eodem pacto, aequales ſe habere in rebus iuſtis adminiſtrandis, & in amicitia colenda, ſed contrario modo, & e regione poſito, cū in iuſtitia exercenda primum gradum bonitatis obtineat, quod ſequitur dignitatem, meritaque perſonarum: ſecundum autem, quod quantitatem illam inquam, quae numeris conſtat: In amicitia vero contra ſe rem habere teſtatur: quod enim quantitatem illam ante oculos habet, primum locum tenet, in quo vero exiſtit dignitas, praeſtantiaque, ſecundum.

Δῆλον δὲ, ἐὰν πολὺ διάστημα γίγνηται ἀρετῆς ἢ κακίας, ἢ εὐπορίας, ἤ τινος ἄλλου: οὐ γὰρ ἔτι φίλοι εἰσὶν, ἀλλ' οὐδ' ἀξιοῦσιν. ἐμφανέστατον δὲ τοῦτ' ἐπὶ τῶν θεῶν: πλεῖστον γὰρ οὗτοι πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχουσι: δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βασιλέων: οὐδὲ γὰρ τούτοις ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι οἱ πολὺ καταδεέστεροι: οὐδὲ τοῖς ἀρίστοις, ἢ σοφωτάτοις, οἱ μηδενὸς ἄξιοι.

Perſpicitur hoc, ſi magnum interuallum fuerit virtutis, aut vitij, aut vbertatis bonorum, aut alicuius alius: non enim amplius amici ſunt: ſed neque etiam dignum eſſe arbitrantur: apertiſſimum autem hoc eſt in Dijs: plurimum namque hi copia omnium bonorum praeſtant: planum etiam in regibus: neque enim his aequum eſſe cenſent ſe amicos eſſe viri multo inferiores: neque optimis, & ſapientiſſimis viris, nullius pretij homines.

APPARERE hoc, & plane cognoſci huiuſmodi eſſe inquit, ſi magnum extiterit interuallum virtutis aut vitij, aut copiae bonorum inter aliquos, aut poteſtatis, aut cuiuſpiam alius magni momenti rei, tunc enim minores amicorum nomen amitterent, nec tantum a tantopere ſuperioribus illis eodem loco non haberentur, ſed ne ipſi quidem hoc poſtularent, ſeque dignos non exiſtimant, qui hoc dignitatis pleno nomine vocentur. Vt veritatem autem huius animaduerſionis magis aperiret, putauit ſe oportere exemplis rem illuſtrare; vtitur autem tribus: maxime vero apertum, clarumque id eſſe inquit, in perſona

Deorum, collata cum mortalibus: plurimum enim hi copia omnium bonorum antecelluntur. Idem etiam planum futurum inquit, in regibus: neque enim his quoque, qui amici ſint, ſe putant priuati homines, & qui multo inferiores: tertium exemplum eſt, quod ait, nequiſſimos homines & imperitos rerum amicos eſſe, haberique non poſſe, optimis, & ſapientiſſimis viris.

Ἀκριβὴς μὲν οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις οὐκ ἔστιν ὁρισμός, ἕως τίνος οἱ φίλοι· πολλῶν γὰρ ἀφαιρουμένων, ἔτι μένει· πολὺ δὲ χωρισθέντος, οἷον τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔτι.

Certus igitur in talibus non eſt terminus, quouſq; amici manent: multis enim demptis, adhuc manet: cũ valde autem ſeiunctis fuerint, veluti a Deo, nõ amplius.

CVM magnam diſtantiam perſonarum, quae prius inter ſe familiaritate, ac beneuolentia iunctae fuerint, poſtea caſu aliquo natam dixerit, vim habere extinguendi amicitiam, videt peti poſſe ab aliquo, vt monſtretur ſibi terminus, vſquequo augeri poſſint fortunae alicuius, nec tamen naſcatur hoc malum, exitiumque amicitiae: dicit igitur extare terminum nullum, finemque certum in huiuſcemodi rebus, qui, niſi tranſcatur, amici adhuc vlli inter ſe poſſint eſſe: etſi namq; ipſorum alter derelictus ab altero fuerit, multis inde ſublatis, tamen manere adhuc amicitiam poſſe tradit, quemadmodum contra valde illo ſeiuncto, veluti a Deo homo, frangi eam, ac diſſipari.

Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, μή ποτ᾽ οὐ βούλονται οἱ φίλοι τοῖς φίλοις τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν. οἷον θεοὺς εἶν· οὐδὲ γὰρ ἔτι φίλοι ἔσονται αὐτοῖς· οὐδὲ δὴ ἀγαθά· οἱ γὰρ φίλοι τἀγαθά.

Unde exoritur quaeſtio, num amici velint amicis maxima omnium bonorum, ceu Deos eſſe: neque enim amplius amici ipſis erunt: quare neque bona: amici namque bona ſunt.

EX hac difficultate exoriri quaeſtionem obſcuram ſane, commemorat, & quae videtur aduerſari eis, quae iam ſtatuta ſint. An debeant amici optare amicis, quae ſunt maxima omnium bonorum, exempli cauſa inquit, Deos illos fieri: illuſtri enim exemplo vti voluit, attingereque maximam naturae diſtantiam; malum autem ſtatim oſtendit, quod inde in ipſos caderet: neque enim inquit, illi, tanto incremento facto, eſſe poſſent amplius ipſis amici, neque bona, & commoda eadem, quae prius inde expectarant; nam quin amici numerentur in bonis, dubitandum non eſt: hoc indicare videtur non oportere amicis tanta bona optare.

Εἰ δὴ καλῶς εἴρηται, ὅτι ὁ φίλος τῷ φίλῳ βούλεται τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα, μένειν ἂν δέοι, οἷός ποτέ ἐστιν ἐκεῖνος· ἀνθρώπῳ δὲ ὄντι, βουλήσεται τὰ μέγιστα εἶναι ἀγαθὰ, ἴσως δ᾽ οὐ πάντα· αὑτῷ γὰρ μάλισθ᾽ ἕκαστος βούλεται τἀγαθά.

Si iam recte dictum eſt, velle amicum, amico ſumma bona, illius cauſa, manere vtique oporteret, qualis aliquando ille erit: homini autem exiſtenti, volet maxima contingere bona, fortaſſe autem non omnia: ſibi enim maxime vult vnuſquiſque maxima eſſe bona.

ILLO, quod declaratum eſt, expoſito, in alteram partem diſputat, argumentoque vtitur, ducto a ſuperiore ſententia, quam veram putat; Si enim inquit, ſupra vere dictum eſt, amicum amico velle, quae bona illi ſunt, illius ipſius ornandi, meliorisque reddendi cauſa, non vt ipſe inde aliquid emolumenti decerpat, videretur manere, ſuoque loco ſtare, qualia qualis ille fuerit; idem etiam confirmat hoc pacto; volet praeterea illi bona, ſi tamen homo manſerit, & illa quidem maxima, ſed fortaſſe non cuncta: ſibi enim ipſi quilibet vult ſumma bona, non alij, atque ingenium hominum hoc eſt: Ita autem hoc verum eſt, aegreq; poſſe mortales reſiſtere naturae, quamuis aliquid verum eſſe ſentiant, vt vox haec vim prouerbij obtinuerit; cuius meminit etiã comicus. Omnes ſibi velle melius eſſe quam alteri.

Οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι διὰ φιλοτιμίαν βούλεσθαι φιλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ φιλεῖν· διὸ φιλό-

κόλα-

κόλακες οἱ πολλοί· ὑπερεχόμενος γὰρ φίλος ὁ κόλαξ: ἢ προσποιεῖται τοιοῦτος, καὶ μᾶλλον φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι· τὸ δὲ φιλεῖσθαι, ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τοῦ τιμᾶσθαι, οὗ δὴ οἱ πολλοὶ ἐφίενται.

Multi autem videntur ob cupiditatem honoris velle magis amari, quàm amare: quapropter multi caros habent aſſentatores: eſt enim aſſentator inferior amicus: An ſimulat homo talis, & magis amare, quàm amari: amari autem propinquum eſſe videtur ei, quod dicimus, honorari: cuius rei multi mortales incenſi deſiderio ſunt.

In amicitijs inaequalium perſonarum docuit eas, quae maioris dignitatis ſunt, magis diligi oportere, quam cogi ipſas diligere amicum: atque id merito fieri. Cum autem exploratum ſit, maiorem quoque partem mortalium, multitudinemque ipſam huius animi eſſe, vt ſtudeat magis diligi, quam diligere, aperit cauſam huius tanti ipſorum deſiderij: viderique inquit eos ob cupiditatem, honoris, qua flagrant, velle magis diligi, quam ipſi diligere amicos in animum inducant: indeque fieri inquit, vt multi homines aſſentatoribus gaudeant, ipſoſque mirifice caros habeant, atque id, quia aſſentator amicus eſt inferior, & qui libenter paritur ſe, in omni munere amicitiae obeundo, vinci ac ſuperari: quare cum optet ille, cui aſſentatur, ſe maiorem in eo eſſe, laetatur, ſe nactum id, quod volebat. In VII. autem libro de moribus ad Eudemum, quo loco perſpicuum eſſe dicit, cur magis quaerunt homines amicitiam, in qua altera pars antecellit alteri, quam eam, quae eſt inter pares: id autem in animis illorum fieri inquit, quia ſic ſimul exiſtit ipſis amari & praeſtantia; quae cauſa eſt inquit, vt aſſentator apud quoſdam in maiore honore ſit, quam amicus: facit enim, vt ambae hae res videantur ineſſe in eo, cui aſſentatur: & placere ſtudet: praecipue autem cupidos honoris eſſe tales: habere enim aliquos, qui ſe admirentur, proprium eſſe excellentiae ait. Idem igitur ambobus locis praecipit, niſi fortaſſe varietas haec eſt, vt conferat inter ſe amoré & honorem in priore loco: in poſteriore autem illo amorem & admirationem, quae ſane res parum inter ſe diſcrepant. Cum tamen intelligeret hoc, quod dixit, vanum eſſe, tamquam ſe corrigit, atque ait. An ſimulat ſe talem eſſe, magiſque velle diligere, quam curet ſe diligi; hoc autem, quod inculcatum huc fuerat, declarato, redit ad ſuperiorem ſententiam abſoluendam. Diligi vero aſſimile quiddam eſſe videtur, propinquumq; ei, quod eſt honorari, cuius rei multi auidi ſunt, honoremq; ipſum valde ſitiunt. Vt hic autem propinquum eſſe dicit, diligi illi, quod vocamus in honore haberi, ita ſupra, cum oſtenderet, vtilem eſſe amicitiam rebus publicis, cõtinereq; ciuitates, vſus eſt figura, quae appellatur μετάληψις ac pro amicitia cepit concordiam, ob vicinitatem itidem.

Οὐ δι' αὑτὸ δ' ἐοίκασιν αἱρεῖσθαι τὴν τιμήν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός: χαίρουσι γὰρ, οἱ μὲν πολλοὶ ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις τιμώμενοι διὰ τὴν ἐλπίδα: οἴονται γὰρ τεύξεσθαι παρ' αὐτῶν ἄν του δέωνται: ὡς δὴ σημείῳ τῆς εὐπαθείας χαίρουσι τῇ τιμῇ: οἱ δ' ὑπὸ τῶν ἐπιεικῶν, καὶ εἰδότων ὀρεγόμενοι τιμῆς, βεβαιῶσαι τὴν οἰκείαν δόξαν περὶ αὑτῶν ἐφίενται: χαίρουσι δὴ ὅτι εἰσὶν ἀγαθοί, πιστεύοντες τῇ τῶν λεγόντων κρίσει: τῷ φιλεῖσθαι δὲ καθ' αὑτὸ χαίρουσι.

Non propter ſe autem videntur expetere honorem, ſed ex accidenti: gaudent enim multi, cum vident ſe a principibus viris honorari ob ſpem: putant enim ſe conſecuturos eſſe ab ipſis, ſi quo eguerint: quare vt ſigno beneficentiae illorum erga ſe gaudent honore illo. Qui vero a probis viris, & peritis bonarum artium ſe honore affici cupiunt, confirmare propriam opinionem de ſemet ipſis appetunt: capiunt igitur laetitiam magnam credentes exiſtimationi de ſe factae.

De more adhuc, inſtitutoq; eorundem hominum loquitur, ideſt multitudinis ipſius: atq; inquit, ipſos non videri expetere honorem per ſe, ſed ex accidenti, quod, de grauibus honeſtiſq; viris editum, verum non foret: illi namq; per ſe honorem deſiderant. Probare vero, quod dixerat, Ariſtoteles volens inquit; laetantur enim pleriq; mortales, cum aſpiciunt, ſe in honore haberi a principibus viris; iiſque, qui in poteſtatibus collocati ſunt, ob ſpem quãdam: putant enim ſe adepturos eſſe ab ipſis bonum illud, quo indiguerint. Tamquam igitur ſigno aliquo vtentes; quod benigni erga ſe futuri ſint, gaudent honore illo. Cum autem alij reperiantur, qui & ipſi minime per ſe honorem ament; ij autem ſunt, qui a

moderatis & doctis viris hooorari cupiunt; inquit eos id facere, quia appetunt confirmare opinionem, quam habent de ſua aliqua virtute: hi igitur quoque delectantur honore illo, non per ſe, ſed ex accidenti, & tamquam nota, quod viri probi & ſtudioſi ſint, ſecuti iudicium, & quaſi teſtimonium illorum: Vt ſe honorari pleroſque ſignificauit, optare ex accidenti, ita nunc addit, homines diligi ſe cupere per ſe, eaque re gaudere.

Διὸ δόξειεν ἂν κρεῖττον εἶναι τοῦ τιμᾶσθαι, καὶ ἡ φιλία καθ' αὑτὴν αἱρετὴ εἶναι.

Quare videri poſſet melius eſſe, quàm honorari, & amicitia per ſe expetenda eſſe.

QVAPROPTER inquit videri poſſet melius, praeſtantiuſque eſſe, carum eſſe, quam honorari, amicitiamque eodem pacto per ſe expetendam eſſe. Eſt autem haec concluſio totius rationis: cuius ſolum ac fundamentum eſt, id quod per ſe eſt melius, optabilius eſſe; quam illud, quod eſt ex accidenti.

Δοκεῖ δ' ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι εἶναι: σημεῖον δ' αἱ μητέρες, τῷ φιλεῖν χαίρουσαι: ἔνιαι γὰρ διδόασι τὰ ἑαυτῶν τρέφεσθαι, καὶ φιλοῦσι μὲν εἰδυῖαι: ἀντιφιλεῖσθαι δ' οὐ ζητοῦσιν, ἐὰν ἀμφότερα μὴ ἐνδέχηται: ἀλλ' ἱκανὸν αὐταῖς ἔοικεν εἶναι, ἐὰν ὁρῶσιν εὖ πράττοντας, καὶ αὐταὶ φιλοῦσιν αὐτούς: κἂν ἐκεῖνοι μὴ δύνωνται τῇ μητρὶ, ἃ προσήκει, ἀπονέμειν διὰ τὴν ἄγνοιαν.

Videtur autem in amando potius manere amicitia, quàm in eo, vt aliquis ametur: cuius rei ſignum ſunt matres, quae gaudent amando: quaedam enim ipſarum dant filios ſuos alendos in aliam familiam, & diligunt quidem cognoſcentes illos: redamari autem non ſtudent, ſi ambo non contigerint, ſed ſatis eſſe ipſis videtur, ſi aſpexerint, eos bene rem gerere: atque ipſae diligunt illos, quamuis ipſi non potuerint matri, quae decet filios, tribuere, propter eorum ignorantiam.

CVM requirantur in amicitia haec ambo, ideſt, vt illic ſit, & qui diligat, & qui diligatur: nec aliter vllo pacto ipſa maneat, quod ſignificat ἀντιφίλησις, quam M. Cicero redamationem non libenter appellauit, vt nouata a ſe voce, nomen iunctum Graecorum exprimeret, confert inter ſe duo haec verba, quorum prius agendi vim habet: alterum patiendi, affirmatque, conſtare magis ipſam amore in amicum effuſo, quam ab illo in ſe accepto: probat autem quod dixit, ſigno, & quaſi nota quadam eius rei: inquit enim, inueniri matres, quae laetitia expleantur, amantes ſolum ex ſe natos, quod quomodo contingat, explanat: nonnullae enim inquit, dant filios ſuos in aliquam locupletem familiam alendos, quae domus, cum diu liberis operam dederit, numquam raioen potuerit poſiti hoc gaudio, diliguntque ipſos, ſcientes ex ſe procreatos, nec ſtudent ab illis mutuo amari, cum vtroque bono frui non poſſint: ita namque fraus omnis, doluſque pateficeret, ſed ſatis ipſis eſt, ſi aſpexerint eos nulla re egere, vel potius omni re vtili ad vitam abundare, & ſane ipſae diligunt eos, etſi illi nulla ratione valeant obire munera, quae decet filios erga matrem, ob ignorationem ſui generis, & quia neſciunt, eam matrem eſſe. Eodem autem hoc exemplo auctor viſus eſt in libro de moribus ad Eudemum, quo loco itidem docet, magis proprium eſſe amicitiae, diligere, quam diligi: cum enim illic quoque ſignum huius rei eſſe tradat, quod amicus optaret magis cognoſcere, quam cognoſci, ſi non contingeret ipſi, vt vtriuſque ſimul particeps fieri poſſet: inquit id apparere, huiuſcemodique eſſe facile intelligi in filijs ſuppoſitis: matreſque ipſas hoc contentas eſſe: plenius ſane rem hic exponit, verum tamen cum illic nomen poſuerit huius fallaciae, valet id multum ad rem declarandam, corruptum profecto id eſt in omnibus, quos viderim libris; pro ὑποβολιμαίων enim perperam ſcriptum in ipſis eſt ὑπερβολαῖς, cui lectioni locus nullo pacto eſt; coniecturam igitur ſequutus, locum emendaui. Terentianus quoque Danus cum Myſide ficte in hac re litigans, hoc ſignificat. Quem ne ego heri vidi ad vos adferri veſperi. O hominem audacem. Verum vidi Cantharam ſuffarcinatam.

Μᾶλλον

Μᾶλλον δὲ τῆς φιλίας οὔσης ἐν τῷ φιλεῖν, καὶ τῶν φιλοφίλων ἐπαινουμένων, φίλων ἀρετὴ τὸ φιλεῖν ἔοικεν: ὥστ' ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, οὗτοι μόνιμοι φίλοι: καὶ ἡ τούτων φιλία.

Cum autem amicitia magis conſtet in amando: cumq; laudentur, qui ſtudioſi amicorum ſunt, amicorum virtus videtur eſſe amare: quapropter illi, in quibus hoc pro dignitate fit, hi ſtabiles amici ſunt, & amicitia itidem horum.

DECLARAT, quae ſit virtus amicorum inter ſe, & in quo potiſſimum eniteat ipſorum officium, atque laus: duabuſque vtitur quaſi crepidinibus, huius, quod adſtruere vult, quae cum firmae ſint, locoque moueri non poſſint, ſequitur, vt quod apponitur, ſolidum, atque validum & ipſum ſit: inquit igitur, cum magis amicitia conſtet in amando, quod primum quaſi fundamentum eſt; eodemque pacto eum qui ſtudioſi vehementer ſunt amicorum, laudentur non parum, quod alterum fundamentum eſt, amicorum virtus, perfectioque videtur eſſe diligere: quaptopter, ait, in quibus hoc efficitur, vt res veritaſque poſtulat. hi firmi ſtabileſque amici ſunt, atque eorum amicitia eodem pacto ſtabilis eſt, nec labefactari facile poteſt.

Οὕτω δ' ἂν καὶ οἱ ἄνισοι μάλιστ' ἂν φίλοι: ἰσάζοιντο γὰρ ἄν: ἡ δὲ ἰσότης, καὶ ὁμοιότης, φιλότης.

Ita autem & inaequales maxime fierent amici: aequari enim poterunt: aequalitas autem & ſimilitudo eſt amicitia.

QVI diligerent amicos, non omniuo pares, vt ratio dignitaſque poſtulabat, ſtabiles amicos, diuturnoſque ita illos facturos modo ſignificarat, cui ſuae ſententiae addit nunc, eos etiam, qui inaequales ſunt hoc pacto, & tāquam remedio quodā huic rei adhibito, maxime amicos futuros: remedium autem eſt, ſi adaequentur officijs quibuſdam atque amore, vt qui inferior eſt, magis obſeruet, praeſtoque magis ſit honori augendo, vtilitatibuſque amicorum: hoc autem cum factum fuerit, aequalitaſque illic extiterit ac ſimilitudo, eodem tempore amicitiam illic natum iri affirmat.

Καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ὁμοιότης: μόνιμοι γὰρ ὄντες καθ' αὑτούς, καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ οὔτε δέονται φαύλων, οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα: ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ διακωλύουσι: τῶν ἀγαθῶν γὰρ, μήτ' αὐτοὺς ἁμαρτάνειν: μήτε τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν ὑπηρετεῖν.

Et maxime quidem ſimilitudo eorum, qui virtute ſimiles inter ſe ſunt: firmi enim, ſtabileſq; hi in ſemet ipſis, & inter ſe ſimiles manent: & neque egent rebus malis, neque miniſtros ſe praebent huiuſcemodi rerum, ſed vt ita dicam, vetant etiam huiuſcemodi praebere: proborum enim virorum officium eſt: neque ipſos labi, neque amicis permittere, vt huiuſcemodi aliquid ſuppeditent.

IN primis autem hoc efficere, parereque amicitiam firmam, ſimilitudinem honeſtae vitae, ac virtutis ipſius: cuius ſtabilitatis in amicitia cauſam eſſe vult, aperteque hoc tradit. quod cum ſtudioſi viri, & qui toto animo virtutem colunt, ſua omni in vita, ac per ſe ſtabiles ſint: neque immutentur, ſtabiles etiam erunt inter ſe, neque animum, voluntatemque variabunt. Addit autem ipſos non ſolere petere ab amicis aliquid, quod flagitio al cui aſſine ſit: neque etiam ſe praebere miniſtros, adiutoreſque ad vllam turpitudinem; quae res dirimunt ſaepe multas veteres amicitias: quare M. Cicero ſuo in libello hoc maxime tamquā ſcopulum aliquem amicitiae, vitandum putauit: admonuitque ſedulo pluribus locis, ne id committamus, cuius etiam haec verba ſunt, initio ſtatim eius diſputationis. Haec igitur
„ prima lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus, rogati. Apud

ſapien-

ſapientem etiam tragicum, in fabula a ſe vocata, idem hoc, purgans ſe patri, magnifice de ſe praedicauit Hippolytus his verbis. φίλοις τε χρῆσθαι, μὴ ἀδικεῖν, παρεμφυλάς, ἀλλ' οἷσιν αἰδὼς, μήτ' ἐπαγγέλλειν κακὰ, Μήτ' ἀνθυπουργεῖν αἰσχρὰ τοῖσι χρωμένοις. Sequitur autem apud noſtrum, morem potius eſſe verorum amicorum, vt aduerſentur amicis, huiuſcemodi aliquid animo verſantibus, deterreantque ipſos ab improbis factis, quod non ſtulte inde expectari poſſe ſignificat, cum proprium ſit proborum virorum, neque ipſos labi vlla in re, atque peccare; neque amicis, operam ſuam offerentibus ad aliquod flagitium, permittere, vt huiuſcemodi alicuius ſe praebeant miniſtros.

Οἱ δὲ μοχθηροὶ, τὸ μὲν βέβαιον οὐκ ἔχουσιν: οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες: ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον γίνονται φίλοι, χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ. οἱ χρήσιμοι δὲ, καὶ ἡδεῖς ἐπὶ πλεῖον διαμένουσιν: ἕως γὰρ ἂν πορίζωσιν ἡδονὰς, ἢ ὠφελείας ἀλλήλοις.

Praui autem homines firmitatem quidem non habent: neque enim ſibi ipſis permanent ſimiles: ad paruum autem ſpatium temporis amici inter ſe fiunt, gaudentes ſua prauitate. Vtiles autem, ac iucundi diutius permanent: donec enim attulerint voluptates, & emolumenta ſibi ipſis.

CVM viros probos oſtendiſſet, vt ſunt conſtantes in ſemetipſis, ſuiſque moribus, ita eandẽ conſtantiam tueri erga amicos; docet nũc, in contrarijs contrarium vſu venire: improboſque, cum coierunt amicitiam cum aliquibus, firmitatis in ipſa nihil habere, quippe cum ſibi ipſis etiam diſſimiles ſint: amici autem facti aliquibus, paruo temporis ſpatio manent in eadem voluntate atque amore; & tunc quidem laetantes, fructumque capientes e ſua prauitate: amici autem vtiles, amicique iucundi longiore ſpatio ſeruant ſuam illam amicitiam; manentque, donec manſerit iucunditas, quam ſectantur, atque vtilitas.

Ἐξ ἐναντίων δὲ, μάλιστα μὲν δοκεῖ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον γίνεσθαι φιλία: οἷον πένης πλουσίῳ: ἀμαθὴς εἰδότι: οὗ γὰρ τυγχάνει τις ἐνδεὴς ὤν, τούτου ἐφιέμενος, ἀντιδωρεῖται ἄλλο.

E contrarijs autem maxime videtur naſci, quae propoſitam habet vtilitatem amicitia, veluti pauper diuiti: indoctus docto: cuius enim quiſque inops fuerit, illud expetens, pro ipſo aliud muneratur.

CVM extiterint docti & clari viri, qui voluerint amicitiam conflari e contrarijs moribus & fortunis, auctor inquit, ſi vlla huiuſcemodi eſt, illam potiſſimum talem eſſe, cuius radix atque ortus eſt vtilitas, atque indigentia, veluti inquit, pauper homo ſe adplicat ad amicitiam locupletis: & indoctus ad eius, qui multa didicerit, quod vſu venire ceteris quoq; in rebus affirmat, cum mos ſit, vt quacunque re vnuſquiſque ſe egere cognoſcit, eius deſiderio incenſus, ſtudenſque explere ſemetipſum illo, quaſi bono quodam, remuneretur aliquid, quo abundet, quoque compenſare, quod accepit, valeat.

Ἐνταῦθα δ' ἄν τις ἕλκοι καὶ ἐραστὴν, καὶ ἐρώμενον, καὶ καλοὶ καὶ αἰσχροί: διὸ φαίνονται καὶ οἱ ἐρασταὶ γελοῖοι ἐνίοτε, ἀξιοῦντες φιλεῖσθαι ὡς φιλοῦσιν: ὁμοίως δὴ φιλητοὺς ὄντας, ἴσως ἀξιωτέον: μηδὲν δὲ τοιοῦτον ἔχοντας, γελοῖον.

Huc aliquis traheret, & amatorem, & qui amatur ab eo, & formoſum, & turpem. Quapropter perſpiciuntur eſſe amatores interdum ridiculi, poſtulantes a delicijs ſuis, vt amentur, quemadmodum ipſi eos amant. Si pariter namque digni forent, qui amarentur, fortaſſe merito hoc poſtulare poſſent: cum huiuſcemodi autem nihil habeant, ridicule loquuntur.

HOC expoſito, ad amorem illum, celebrem in Graecia, & ante oculos poſitum, reuertitur, cuius ſupra quoque mentionem fecerat, in quo, eſt imago quaedam amicitiae: dicitque huc

huc trahi poſſe amatorem & delicias ipſius, & formoſum ac deformem; quae ambo cadunt in illos, cum eorū alter pulcher ſit, alter vero, ſi non turpis, vacuus tamen a corporis ſpecie, in quo manet contrarietas ea. Declarat autem, quam ſtulte faciant amatores, qui rogent delicias ſuas, vt ſe ament, veluti a ſe illi amantur, vocemq; eam, ac poſtulatum riſu explodi debere affirmat; adiungit autem, ſi forent eodem pacto amabiles amatores, poſſe eos fortaſſe hoc non ſine cauſa ab illis requirere; verum cum huiuſcemodi nihil in ſe habeant, dignos prorſus eſſe, qui irrideantur, amabiles autem ſimiliter poſſe amatores eſſe inquit, non formam intelligens, ſed aliquid virtutis, aut doctrinae, quod compenſet aliquo modo ſpeciem illam corporis, floremque aetatis.

Ἴσως δὲ οὐδ᾽ ἐφίεται τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου καθ᾽ αὑτό, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός: ἡ δ᾽ ὄρεξις τοῦ μέσου ἐστί: τοῦτο γὰρ ἀγαθόν, οἷον τῷ ξηρῷ, οὐχ ὑγρῷ γενέσθαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ μέσον ἐλθεῖν: καὶ τῷ θερμῷ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁμοίως: ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω: καὶ γάρ ἐστιν ἀλλοτριώτερα.

Fortaſſe autem neque appetit contrarium id quod ſibi contrarium eſt per ſe, ſed ex accidenti: appetitio autem medij eſt: hoc enim bonum eſt, veluti ei quod aridum eſt, non fieri humido, ſed ad medium venire, & calido, & alijs eodem pacto: verum haec dimittantur: ſunt enim alieniora.

Cvm redierit aliquo modo ad quaeſtionem, quam initio huius libri poſuit, & eam quidem ſubdifficilem, cuiusque auctores fuerant docti viri, exemplis rerum naturalium ea confirmata (ferebatur autem illa contrarium flagrare deſiderio contrarij) nodum hunc modo diſſoluere conatur, atque inquit. Fortaſſe autem, ſiquis diligenter videat, ne amat quidem contrarium ſibi, aduerſumque atque contrarium per ſe, ſed ex accidenti; neque natura rerum patitur, vt hoc faciat, appeteret enim interitum ſui ipſius, a quo cuncta abhorrent, ſed appetit, quod medium eſt, atque interiectum inter ſe, atque contrarium: hoc enim bonum eſt ac prodeſt: vtitur autem iiſdem exemplis ad rem probandam, quibus tunc vſus fuit, breuioribus tamen, ſuppreſſo nomine poëtae, atque eius iuncta pedibus ſplendoriſq; plena oratione: arido enim inquit, bonum eſſe non humido factum eſſe, ſed ad id, medium quod eſt, peruenire; eodemque pacto calido non ad frigidum ceteriſque omnibus ſimilibus eodem pacto: ſed tamen addit, haec modo ſunt omittenda, vt quae aliena ſunt ab hac ſcriptione, & opere, in quo quaeritur de rebus bonis, ac malis, non de cauſis rerum naturalium, & quaeritur de ipſis non exquiſite, ductiſque aliunde argumentis, ſed ex materia propria ipſius.

Ἔοικε δέ, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, περὶ ταὐτὰ, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς εἶναι, ἥ τε φιλία, καὶ τὸ δίκαιον: ἐν ἁπάσῃ γὰρ κοινωνίᾳ δοκεῖ τι δίκαιον εἶναι, καὶ φιλία δέ: προσαγορεύουσι γοῦν ὡς φίλους τοὺς σύμπλους, καὶ τοὺς συστρατιώτας: ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις κοινωνίαις: καθ᾽ ὅσον δὲ κοινωνοῦσιν, ἐπὶ τοσοῦτόν ἐστι φιλία: καὶ γὰρ τὸ δίκαιον.

Videtur autem, quemadmodum initio dictum eſt, circa eadem, & in iiſdem manere & amicitia, & iuſtum: in omni enim communione videtur aliquid iuſtum eſſe, & amicitia: appellant igitur amicos eos, cum quibus eandem nauigationem ſuſcipiunt, & commilitones: ſimiliterq; eos, qui in iiſdem communionibus ſunt: quouſque autem communicant, eo vſque porrigitur amicitia: quippe cum idem vſu veniat in iuſto.

Proponit ſibi nunc oſtendere, circa eaſdem res, & in iiſdem perſonis manere amicitiam & iuſtitiam: ambaenamq; in cōmunione aliqua & ſocietate manent: hoc autem a ſe in principio huius libri ſignificatum eſſe teſtatur, quod fecit vbi inquit: ex omnibus, quae iuſta merito putantur, illud maxime tale eſſe, vincereq; cetera eius generis iuſta, quod inter amicos ſpectatur; quod igitur illic tetigit, id nunc explicare, vereque a ſe eo loco indicatum eſſe confirmat: hoc igitur repetens, ac probare incipiens, inquit. In omni namque communione

munione videtur aliquid iuſtum eſſe: eodemque pacto amicitia illic exiſtere, quod non falſo a ſe dici declarat, cum in multis hominum ſocietatibus hoc paſſim fieri certum ſit, conſuetudinem eſſe dicens, appellandi amicos eos, qui ſimul nauigant, nec non illos, qui ſimul in militiam proficiſcũtur: eodemq; pacto reliquos, qui verſantur in alijs huiuſcemodi communionibus, veluti qui vna iter aliquo pedibus faciunt; domoq; diſceſſerunt eodẽ animo, ac conſilio accedendi ad eandem vrbem terramue, quos συνοδοιπόρους, eodem pacto iuncto verbo Graeci vocant. Adiungit autem, quanto maior minorue fuerit haec communio, tanto maiorem minoremue futuram amicitiam, quae inde naſcitur, quia quantum ſe porrigit ſocietas, tantum fines ſuos propagat amicitia, eſtque ſiue laxior ſiue anguſtior. Aſpaſius, Graecus interpres, ita hunc locum accipit καθ' ὅσον δὲ κοινωνοῦσιν, ideſt quibus in artibus ſocietatẽ inter ſe coierunt, in his ipſis inter eos exiſtere amicitiam, exempli cauſa inquit, ſiquis forte fuerit eodem tempore miles, ac iudex, alter vero miles tantum, in quo cõmunicant, in illo ſolum erit inter eos amicitia.

Καὶ ἡ παροιμία, κοινὰ τὰ φίλων, ὀρθῶς: ἐν κοινωνίᾳ γὰρ ἡ φιλία: ἔστι δὲ ἀδελφοῖς μὲν καὶ ἑταίροις πάντα κοινά: τοῖς δὲ ἄλλοις, ἀφωρισμένα: καὶ τοῖς μὲν, πλείω: τοῖς δὲ ἐλάττω: καὶ γὰρ τῶν φιλιῶν, αἱ μὲν, μᾶλλον: αἱ δὲ, ἧττον.

Et prouerbium etiam quaſi hoc teſtatur, communia ſunt amicorum inter ſe omnia, recte dictum: in communione enim amicitia fundata eſt: ſunt autem fratribus & ſodalibus cuncta communia, alijs vero diſtincta, & certa ſingulis, & his quidem plura: his vero pauciora: namque amicitiarum etiam non nullae magis: aliae vero minus.

PERGIT auctor idem declarare rationibus alijs: primum autem prouerbio, quo traditur, fortunas amicorum debere eſſe communes, quod recte, vereque dictum eſſe affirmat, cum in communione exiſtat amicitia, neque vſu venire poſſit, vt illi, quibus in nulla re inter ſe conuenit, quique non ſunt ſocij, participeſque eiuſdem alicuius rei, ij vllo pacto ſocij appellentur. Explanare autem volens, vt opinor, quod ſupra dixerat, eoſdem quaſi fines habere communitatem omnem, atque amicitiam, inquit: fratribus, & ſodalibus cuncta eſſe inter ipſos communia, quod ſignificauit, politus ac valde peritus morum comicus, „ cum fecit Aeſchinum, amorem patris in ſe mirifice laudantem. Si frater, aut ſodalis eſſet. Grauioribus autem multo in perſonis Homerus, apud quem Achilles familiari ſuo, ac tamquam auctori factorum omnium, & conſiliorum Phaenici poteſtatem facit, vt diuidat ſecum, partiaturque cuncta ſua bona, regnum etiam, ac dignitatem: ſed cur non verba ipſa poëtae ponam profecta a generoſo pectore, ac pleno incredibilis benignitatis ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς. Vt autem fratribus, ac ſodalibus cuncta communia vult eſſe Ariſtoteles, ita ceteris definita, ac certa, & ijs quidem plura, his autem pauciora, amicitiae namque & ipſae non ſunt pares: hae namque minores, hae vero maiores.

Διαφέρει δὲ καὶ τὰ δίκαια: οὐ γὰρ ταυτὰ γονεῦσι πρὸς τέκνα, καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους: οὐδ' ἑταίροις, καὶ πολίταις: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων φιλιῶν: ἕτερα δὴ καὶ τὰ δίκαια πρὸς ἑκάστους τούτους.

Differunt autem & iuſta: non enim eadem ſunt parentibus erga liberos & fratribus inter ſe, neque ſodalibus, & ciuibus: ſimiliter autem ſe res habet in amicitijs: diuerſa igitur erunt & iuſta facta aduerſus hos ſingulos.

DIFFERRE autem quoque, variariq; inquit, iuſta inter ſe, id quod ſtatim exemplis confirmat: neque enim eadem ſunt iura parentum erga liberos, & fratrum inter ſe: neque etiam ſodalium erga ciues: eodem autem pacto ſe rem habere ait in ceteris amicitijs, quare ſequi etiam, vt diuerſa ſint iura erga ſingulos hos. Cum valde variatam lectionem hic inuenerim, debeo exponere, quid diſcriminis in ipſa exiſtat: primum autem Aldinum exemplar, in quo difficultas omnis eſt, ita habet, ἕτερα δὴ καὶ τὰ δίκαια, καὶ ἄδικα πρὸς ἑκάστους, nam; quin extremum horum verborum, hoc caſu, non dandi ſcribi debeat, non eſt dubitandum. Anti-

qui

qui plures, & ij quidem ſatis fideles libri habeut ἴσον ſine duabus vocibus, quae illic ſequebantur, quam lectionem expreſſir vetus tralatio, Arretinus, & Argyropylus iuterpretes vtraſque contrarias inter ſe voces: ego puto, quam olim probaui, veram ac fidelem ſcripturā eſſe, καὶ τὸ δίκαιον πρὸς, ſequutus, praeter alia argumenta, teſtimonium Aſpaſij, qui hoc aperte monſtrat: ille namque eum auctor infra vtatur argumentis ad id, quod oſtendere vult, confirmandum, quae argumenta continent in ſe iniuſta, improbaque facta, dicit eum a contrarijs rebus argumentatum eſſe, ſed finem iam couſtituendae lectioni imponamus.

Καὶ αὔξησιν λαμβάνει τῷ μᾶλλον πρὸς φίλους εἶν: οἷον χρήματα ἀποστερῆσαι ἑταῖρον, δεινότερον, ἢ πολίτην: καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῷ, ἢ ὀθνείῳ: καὶ πατάξαι πατέρα, ἢ ὁντινοῦν ἄλλον: αὔξεσθαι δὲ πέφυκεν ἅμα τῇ φιλίᾳ, καὶ τὸ δίκαιον, ὡς ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντα, καὶ ἐπ' ἴσον διήκοντα.

Et augeſcunt, cum magis ſiunt erga amicos: veluti ſodalem pecunia ſpoliare grauius eſt, quàm ciuem: & non opem ferre fratri, quàm externo homini: & cedere parentē, quàm quempiam alium: natura autē tulit vt creſcat, ſimul cū amicitia iuſtū quoque: vt quae in iiſdem rebus exiſtunt, & aequaliter quaſi ambulāt.

ILLA iuſta, & honeſta facta creſcere inquit, & amplificari, ita vt quae geſta ſint, & adminiſtrata erga perſonas caras, & beneuolentia coniunctas, ſint magis iuſta, & magis honeſta; id quod vſu venire quoque declarat, exemplis etiam in oppoſitis rebus, veluti inquit, ſpoliare pecunia parteque patrimouij ſodalem, familiaremque hominem, iniquius eſt, ac grauius, quam ciuem etiam, & non opitulari ſratri, quam alicui, qui ſit eiuſdem tantum nationis, ac gentis: eodemque pacto ait, caedere parentem, quam quemlibet; poſt quae coucludit factum iam eſſe, quod oportuit: demonſtratumque vna cum aucta amicitia caritateque augeri iuſtitiam, atque iuſtum omue factum.

Αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσαι μορίοις ἐοίκασι τῆς πολιτικῆς: συμπορεύονται γὰρ ἐπί τινι συμφέροντι, καὶ ποριζόμενοί τι τῶν εἰς τὸν βίον. καὶ ἡ πολιτικὴ δὲ κοινωνία τοῦ συμφέροντος χάριν, δοκεῖ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν, καὶ διαμένειν: τούτου γὰρ καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται, καὶ δίκαιον εἶν φασὶ, τὸ κοινῇ συμφέρον.

Omnes autem communiones partibus ciuilis facultatis ſimiles ſunt: vna enim ambulant, vt conſequantur aliquid, quod conducat, & comparent ſibi aliquid eorū, quae ad victum accōmodata ſunt: & ciuilis quoque facultas cōmunio videtur vtilitatis gratia, & initio inſtituta fuiſſe, & manere: hoc enim qui ſcribūt leges, propoſitū ante oculos habent, ac iuſtū eſſe aiūt, id quod publice prodeſt.

TRADIT nunc cōmuuiones omnes ac ſocietates priuatarum perſonarum, imagines quaſdem eſſe partium ciuilis facultatis, & illius, quod ſuſcepit vniuerſam ciuitatem inſtituendam, ac gubernandam: priuati enim inquit, coierunt, gregibuſque ſui generis hominum factis, ſimul quaſi ambulant: cōferuntq; ſe ad aliquod bonum communi animo procurandum, quaerenteſque quippiam, quod vtile poſſit eſſe vitae: eodemque pacto ait ciuilis, publicaque commuuio, vtilitatis cauſa videtur primo excogitata, atque inſtituta eſſe, eundemque ob finem manere: hoc euim quoque inquit, qui optimis legibus ciuitatem ornant, poſitum ante oculos habent: iuſtumque affirmant eſſe quod publice, & non parti alicui ſolum ciuitatis proſit.

Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κοινωνίαι κατὰ μέρη τοῦ συμφέροντος ἐφίενται: οἷον πλωτῆρες μὲν, τοῦ κατὰ τὸν πλοῦν πρὸς ἐργασίαν ἢ χρημάτων, ἤ τι τοιοῦτον: συστρατιῶται δὲ, τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον, εἴτε χρημάτων, εἴτε νίκης, ἢ πόλεως ὀρεγόμενοι: ὁμοίως δὲ καὶ φυλέται, καὶ δημόται.

Aliae igitur communiones ſuam quaeque vtilitatē expetunt, veluti nautae illam, quae ad pecuniae ſtudium pertinet, ſiue huiuſcemodi aliquid: qui vero ſimul in militiam proficiſcuntur eam, quae capitur ex bello, ſiue pecuniam,

Rr ſiue

ſiue victoriam, ſiue ciuitate donari cupiant: ſimiliter autem & tribules, & populares.

Qvid diſcriminis verſetur inter publicas, priuataſque communiones docet. Ceteras igitur omnes quaerere inquit, ſuas quaſdam, particulareſque vtilitates: nam conuenire ipſis cum publicis in hoc iam ſignificarat, vt & hae, & illae ſtudioſae ſint eius, quod conducit, adipiſcendi, exemplis autem confirmat verum eſſe, quod dixit, vtiturque inductione: veluti enim inquit, nautae ſectantur emolumentum, fructumque, qui capitur e nauigatione, cum e portu diſcedunt, & pecuniam cogunt incũbuntque in eum quaeſtum toto animo, ſiue aliud quippiam apperunt: qui autẽ ſimul ait, ad bellum proficiſcuntur, & ipſi captant praemium, quod capitur e bello, ſiue illud ſit merces ac ſtipendium, ſiue victoria, & qui ducitur inde, honos ac gloria, ſiue ciuitas: nam donabantur ciuitate aliquando mercede conducti milites, cum ſe fortiter geſſiſſent in bello: vnde fertur verſus ille Ennianus, ab Annibale pronuntiatus, cum copias ſuas hortaretur ad magno animo dimicandum. „ Hoſtem qui „ feriet, mihi erit Carthaginienſis. Eodẽ autẽ pacto inquit, ſe habent tribules, & populares.

Ἔνιαι δὲ τῶν κοινωνιῶν, δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίγνεσθαι θιασωτῶν καὶ ἐρανιστῶν: αὗται γὰρ θυσίας ἕνεκα, καὶ συνουσίας: πᾶσαι δ' αὗται ὑπὸ τὴν πολιτικὴν ἐοίκασιν εἶναι: οὐ γὰρ τοῦ παρόντος συμφέροντος ἡ πολιτικὴ ἐφίεται, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον, θυσίας τε ποιοῦντες, καὶ περὶ ταύτας συνόδους, τιμάς τε ἀπονέμοντες τοῖς θεοῖς, καὶ ἑαυτοῖς ἀναπαύσεις πορίζοντες μεθ' ἡδονῆς: αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι, φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδάς: οἷον ἀπαρχαί: μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς.

Non nullae autem communiones propter voluptatem conflatae perſpiciuntur, veluti eorum, qui greges, thiaſos vocatos colunt: quique collata pecunia vna epulantur: hae namque rei diuinae faciendae cauſa inſtitutae ſunt, atque vt vna viuant: cunctae vero hae ſub ciuili ſocietate conſtitutae ſunt: non enim praeſens emolumentum ciuilis communio reſpicit, ſed illud, quod ad omnem vitam refertur, & cum ciues hoſtias mactant, atque his temporibus conuentus agentes: Dijſq; honores tribuentes, ac ſibi ipſis requietes comparantes, comite voluptate: priſca enim ſacrificia & conuentus perſpiciuntur celebrari ſolita poſt fructus agrorum domũ cõportatos, more primitiarũ: maxime aũt his temporibus otio indulgebãt.

Narrat extare quoque communiones non nullas, quae animi cauſa, voluptatiſque inde capiendae inſtitutae ſunt, ac frequentantur, qualem eſſe ait, illam vocatorũ thiaſotarum, nec non alteram eorum, qui ſymbolis datis, certis diebus ſimul cenant. Thiaſum a Graecis vocatum fuiſſe gregem ſatyrorum, hominumque, qui ſacra liberi patris celebrarent, ſatis notum eſt, verſibus etiam Catulli ac Virgilij, neq; tamen nomen hoc ductum eſt a θιων, vt quidam falſo putarant, qui thyaſum peruerſe ſcribunt, etſi potiſſimum eo tempore, quo hoſtiae mactabantur, coibant: ſe autem vere dixiſſe ob iucunde viuendum, has eſſe inuentas, indicat, quia celebrantur, cum res diuina fit, & copia magna eſt epularum. Illi quoque, qui Graece ἐρανισταὶ vocabantur, conuentus illos celebrabant, coetuſque eundem ob finem, ideſt ob voluptatem decerpendam, quae e ſermonibus, conuictuq; capitur e grauibus quoque, & honeſtis viris; quod ſignificauit Cicero etiam in libello de ſenectute. Omnes autem Ariſtoteles inquit, has ſocietates videri: parere facultati regendae ciuitatis: in poteſtateque illius eſſe, neque enim inquit, ſpectat haec praeſentem fructum, & commodũ, quod eo tempore iuuat: ex hiſque conuentibus, ac coitionibus tunc capitur, ſed quod futuro omni tempore prodeſt: ideoque ſacra illa, dieſque feſtos inſtituerunt, qui legibus ciuitatem ornarunt, ac poſtea ciues colunt, in quibus conuentibus debitos honores Dijs immortalibus tribuunt, ſibiq; ipſis requietẽ gignũt a praeteritis laboribus, guſtãtes ſimul voluptatis aliquid; Declarare autẽ hoc, notãq; nõ malã eſſe ait, huius rei, quod priſca ſacra, & ludi, huiuſcemodique demum omnes conuentus inſtituti ſunt poſt fructus agrorum domum comportatos, quare ſunt tamquam primitiae, quibus mos eſt venerari Deos, ſeq; gratos oſtendere acceptorum inde beneficiorum: hoc autem potiſſimum tempus delectum eſſe huic

rei ſapienter, oſtendit, quia tunc maxime otioſis eſſe ipſis licebat, vt opus facerent in agris non requirentibus rebus ruſticis.

Πᾶσαι δ᾽ οὖν φαίνονται αἱ κοινωνίαι μόρια τῆς πολιτικῆς εἶναι· ἀκολουθήσουσι δὲ αἱ τοιαῦται φιλίαι, ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις.

Cunctae igitur communiones perſpiciuntur eſſe partes ciuilis communionis: comitabuntur autem huiuſcemodi amicitiae huiuſcemodi communionibus.

CONCLVDIT poſt longam quaſi digreſſionem, apparere cunctas communiones has priuatas, particulas eſſe amplae illius, & quae complectitur ipſas, publicae cõmunitatis, quae a regenda ciuitate appellatur politica: adiungitque fore prorſus, vt huiuſcemodi amicitiae, qualeſque illae ſunt, comitentur talibus ſocietatibus.

Πολιτείας δὲ ἐστὶν εἴδη τρία· ἴσαι δὲ καὶ παρεκβάσεις, οἷον φθοραὶ τούτων· εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πολιτεῖαι, βασιλεία τε, καὶ ἀριστοκρατία· τρίτη δ᾽ ἡ ἀπὸ τιμημάτων, ἣν τιμοκρατικὴν λέγειν οἰκεῖον φαίνεται· πολιτείαν δ᾽ αὐτὴν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι καλεῖν· τούτων δὲ βελτίστη μὲν, ἡ βασιλεία· χειρίστη δ᾽, ἡ τιμοκρατία.

Reipub. autem ſunt tres ſpecies, pareſq; ipſis labes, tamquam exitia ipſarum: ſunt autem reſpublicae, Regnum, Status optimorum ciuium: Tertius autem ſtatus, in quo cenſus attenduntur, quem timocraticum vocare, ſuum, ac proprium videtur: politiam autem plurimi appellare conſuerunt: harum rerump. autem optima, eſt regnum: peſſima vero, timocratia.

CVM oſtendiſſet modo priuatos conuentus, communioneſque omnes, partes eſſe ciuilis communionis: & vbi ſocietas aliqua eſt, illic etiam inueniri amicitiam; exiſtimat oportere tradere, quot ſunt ſpecies reip. communiſque ſocietatis: docereque, imagines quaſdam ipſarum inueniri in perfectis domibus, & cuiuſmodi etiam iuſtitia, amicitiaque in ipſis maneat: nam de iuſtitia, & amicitia illarum iam diſſeruerat. Inquit igitur, tres ſpecies extare reipublicae, pareſq; ipſis numero inueniri corruptelas, & quaſi exitia ipſarum. Quae ſint autem rectiones ciuitatis, quae merito vocentur reſpublicae, quomodoq; appellentur, ſignificat: primam igitur ipſarum eſſe affirmat, regnum, alteram, ſtatum optimorum virorum: tertiam, in qua attenduntur cenſus, a quibus ipſi nomen imponere, non alienum putat, vocariq; ipſam τιμοκρατικὴν iure bono; quia illic tamquam dominentur cenſus certae, ac definitae menſurae rei familiaris: hunc autem ſtatum ciuitatis tradit, maiorem partem eorum, qui haec curant, appellare remp. communi nomine omnium rerumpublicarum, quorum trium ſtatuum adiungit, optimum eſſe vocatum regnum, peſſimum autem timocratiam.

Παρέκβασις δὲ βασιλείας μὲν, τυραννίς· ἄμφω γὰρ μοναρχίαι, διαφέρουσι δὲ πλεῖστον· ὁ μὲν γὰρ τύραννος, τὸ ἑαυτῷ συμφέρον σκοπεῖ· ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τῶν ἀρχομένων· οὐ γάρ ἐστι βασιλεὺς, ὁ μὴ αὐτάρκης, καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων· ὁ δὲ τοιοῦτος οὐδενὸς προσδεῖται· τὰ ὠφέλιμα οὖν αὑτῷ μὲν οὐκ ἂν σκοποίη· τοῖς δὲ ἀρχομένοις· ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, κληρωτὸς ἄν τις εἴη βασιλεύς.

Labes autem regni eſt tyrannis: ambae namq; ſtatus ſunt vnius: diſtant autem inter ſe plurimũ: tyrannus enim ſuam vtilitatem propoſitam habet: rex vero eorum, in quos imperium habet: neq; enim rex eſt, cui res ſuae ſatis non ſunt, quiq; non antecellit omnibus bonis cunctis: huiuſcemodi autẽ omnis nulla praeterea re eget: quae ſibi igitur ipſi emolumẽto eſſe poſſint, nõ curabit, ſed ijs, in quos imperium habet: qui namque talis non foret, ſorte ductus quidam rex eſſet.

SEIVNGIT nunc, quas vocat παρεκβάσεις, a rebuſpublicis, indignas, quae nomine rerumpublicarum appellentur: labem autem ac corruptelam regni eſſe inquit tyrannidem: con-

ueniréque illis in hoc, quod ambo hi ſtatus reguntur ab vno: diſcrepant vero inter ſe pluſimum: tyrannus namque ante oculos habet ſuam, propriamque vtilitatem: rex vero eorum, in quos imperium habet. Intelligens autem Ariſtoteles inueniri non paucos, qui hos quoque vocent reges, & ſi vident ipſos toto animo verſos in ſuós fructus, atque emolumenta, inquit non poſſe merito vocari regem, qui ſuis bonis contentus non ſit: quiq; non praeſtet ceteris copia omnium bonorum: huiuſcemodi autem, omnis inquit, nullis praeterea rebus eget: quare ad ea quaerenda non conuertit animum, quae ſibi vtilitatis aliquid adportent, ſed ad ea, quae augeant commoda, bonaque illorum, quos regit, in quos iuuandos propenſus eſt, ac tota mente incumbit. Adiungit autem eum, qui talis non ſit, tamquam ſorte ductum quempiam eſſe vnum e multis, quorum nomina coniecta in vrnam ſint, & non verum regem, ac delectum, adhibita cura ac conſilio. Cum Lambinus meminerit variarum huius loci lectionum, ipſe quoq; teſtor, me in duobus antiquis libris ſcriptum modo inueniſſe: ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, κληρωτὸς ἄν τις εἴη ὁ βασιλεύς: in tertio autem quodam, ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος κληρωτὸς ἂν εἴη βασιλεύς.

Ἡ δὲ τυραννὶς ἐξ ἐναντίας ταύτῃ: τὸ γὰρ ἑαυτῷ ἀγαθὸν διώκει, καὶ φανερώτερον ἐπὶ ταύτης, ὅτι χειρίστη: κάκιστον δὲ τὸ ἐναντίον τῷ βελτίστῳ: μεταβαίνει δὲ ἐκ βασιλείας εἰς τυραννίδα: φαυλότης γάρ ἐστι μοναρχίας ἡ τυραννίς: ὁ δὲ μοχθηρὸς βασιλεὺς, τύραννος γίνεται.

Tyrannis e regione ſe huic habet: ſequitur enim quod ſibi bonum eſt, & apertius in hac perſpicitur, eſſe ipſam peſſimam: peſſimum enim eſt, quod aduerſatur optimo: migrat autem e regno in tyrannidem, corruptela enim ſtatus vnius, eſt tyrannis, prauus autem rex tyrannus efficitur.

VT autem virtutem regni oſtenderat, omnique bono cumulatam remp. eam eſſe ſignificarat, ita nunc vitium tyrannidis, deprauationemque aperit; ipſam igitur ait omnibus ſuis in factis ſe contrario pacto gerere; ſectatur enim ſuum, propriumque bonum tyrannus, planiuſque, atque apertius eſſe in hoc ſtatu inquit, eſſe eum deterrimum, cum peſſimum ſit, quod opponitus optimo: migrat autem, & quaſi e finibus regni tranſit in tyrannidem: eſt enim inquit vitium ac deprauatio imperij vnius, tyrannis; prauus autem rex, & qui exit e finibus ſuis, tyrannus efficitur.

Ἐξ ἀριστοκρατίας δὲ εἰς ὀλιγαρχίαν, κακίᾳ τῶν ἀρχόντων, οἳ νέμουσι τὰ τῆς πόλεως παρὰ τὴν ἀξίαν, καὶ πάντα ἢ τὰ πλεῖστα τῶν ἀγαθῶν ἑαυτοῖς, καὶ τὰς ἀρχὰς ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς, περὶ πλείστου ποιούμενοι τὸ πλουτεῖν: ὀλίγοι δὴ ἄρχουσι καὶ μοχθηροὶ ἀντὶ τῶν ἐπιεικεστάτων.

E ſtatu optimorum ciuium res tranſit in dominatum paucorum, vitio imperium illic habentium, qui diſtribuunt fortunas ciuitatis praeter dignitatem, & cuncta, vel plurima bona ſibi ipſis ſumunt, ac magiſtratus ſemper iiſdem mandant, plurimi facientes diuitias adiſpici: pauci igitur imperium illic, & ij praui, pro moderatiſſimis.

E ſtatu optimorum virorum, in dominatum paucorum tranſitum fieri inquit: corrumpique remp. illam culpa eorum, qui gubernaculum eius tenent, cum ipſi pſius deprauati ſint. peccant autem illi, ac longe alij fiunt, cum tribuant, aſſignentque honores publicos, atq; vtilitates contra id, quod decet, ac rectum eſt; & cuncta, aut ſaltem plurima bona ſibi ipſis ſeponunt; magiſtratuſque, atque imperia ſempes iiſdem tamquam dilargiantur, in honore magno pretioque habentes diuitias, non, vt oportebat, virtutem, ob commendationem cuius in eum locum, gradumque dignitatis aſcenderant; quare inquit, pauci illic imperant, vel potius dominantur, & ij quidem improbi pro optimis, qui eſſe debebant, ac moderatiſſimis.

Ἐκ δὲ τιμοκρατίας, εἰς δημοκρατίαν: σύνοροι γάρ εἰσιν αὗται: πλήθους γὰρ βούλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι πάντες οἱ ἐν τῷ τιμήματι, ἥκιστα δὲ μοχθη-

ρόν ἐστι

ρὸν δ' ἐστὶν ἡ δημοκρατία: ἐπὶ μικρὸν γὰρ παρεκβαίνει τὸ τῆς πολιτείας εἶδος. μεταβάλλουσι μὲν οὖν μάλιθ' οὕτως αἱ πολιτεῖαι: ἐλάχιστον γὰρ οὕτω καὶ ῥᾷστα μεταβαίνουσιν.

E ſtatu autem cenſuum, in popularem (finitimi namque hi ſunt) requiritur enim quoque multitudo: & pares omnes ſunt, qui peruenerunt in eam poteſtatem: minime autem prauus eſt ſtatus multitudinis: paruo enim interuallo migrat e forma politiae: mutantur igitur hoc pacto ſtatus ciuitatum: ita enim minimo interuallo, & facillime fit migratio ex vna in alteram.

E tertia republica, vocata timocratia, migrari inquit, in poteſtatem multitudinis, cum propinqui inter ſe, finitimique ſtatus hi ciuitatis ſint, in quibus autem rebus conueniat ipſis inter ſe, indicat: numerus enim non paruus eorum, qui participes ſint huius ſtatus, vt in ſtatu, quem regit multitudo, requiritur, etſi minuitur hic, aut creſcit, variatis, mutatiſque cenſibus & quaſi norma quadam eius reipublicae; perſpicuum enim eſt, quanto grandiores fuerint cenſus, tanto pauciores futuros participes ipſius, qui namque magis tenues, exileſque fortunas habent, inde eijciuntur. Adiungit autem, quod & ipſum valet ad vicinitatem horum ſtatuum oſtendendam, aequales omnes illic eſſe, qui peruenerunt ad eum cenſum. Admonet poſt haec, ſtatum multitudinis, etſi integer non eſt, minime prauum eſſe, cuius ſuae ſententiae, quae noua videri potuit auribus aliquorum, rationem reddit: paruo enim interuallo remotum eum eſſe, aſhrmat, a republica, vocata a quibuſdam, idest ſtatu, cuius participes tantum ſunt, qui ad menſuram illam patrimonij peruenerunt, cum & ipſe non valde probatus ſit, vt iam oſtendit. Significat ad extremum, ita vt docuit, mutari plerumque reſpublicas propter vicinitatem, ac tunc quidem facillime, nec valde apparere mutationem factam: non enim cuiuſlibet eſt, videre, quid diſcriminis ſit inter regem, ac tyrannum, & ſi maximum eſt: decipit enim multos, quod ambo hi reguntur ab vno mortali.

Ὁμοιώματα δ' αὐτῶν, καὶ οἷον παραδείγματα, λάβοι τις ἂν καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις: ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱεῖς κοινωνία, βασιλείας ἔχει σχῆμα: τῶν τέκνων γὰρ τῷ πατρὶ μέλει: ἐντεῦθεν δὲ καὶ Ὅμηρος, τὸν Δία, πατέρα προσαγορεύει: πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι.

Simulachra autem ipſarum & tamquam exemplaria, caperet, qui vellet in priuatis domibus: communitas enim patris in filios inſtar regni: curae namque ſunt patri liberi: hinc autem & Homerus, Iouem patrem appellat: patrium enim imperium debet eſſe regnum.

Vt magis explanet, ita ſe habere, quae praecepit de tribus formis rerumpublicarum, & deprauationibus earundem, vt docuit, intelligendarum, vtitur ſimilibus: nam ſimilia, atque exempla multum valere ad lucem rebus adferendam conſtat: ſimulq; vt erudiat nos, ac vim, poteſtatemque tradat eorum, quae habemus ante oculos: in quibus tractandis non pauci valde labuntur, ac peccant, inquit. Simulachra autẽ & tamquam exempla eorum, quae dixit ducere aliquem poſſe e priuatis domibus: ſtatimque eodem ordine ſeruato, inquit, communionem parentis erga liberos, continere in ſe, referreque formam, ac ſpeciem regni; curare enim parentem ex ſe natos, conſulereq; ipſis toto animo, vidiſſeque hoc teſtatur, Homerum, qui vocauit Iouem ipſum patrem, requiritque hoc iure bono a regno, vt patrium imperium exerceat in liberos.

Ἐν Πέρσαις δὲ ἡ τοῦ πατρὸς, τυραννική: χρῶνται γὰρ ὡς δούλοις τοῖς υἱέσι: τυραννικὴ δὲ καὶ ἡ δεσπότου πρὸς δούλους: τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου συμφέρον, ἐν αὐτῇ πράττεται: αὕτη μὲν οὖν ὀρθὴ φαίνεται: ἡ περσικὴ δὲ ἡμαρτημένη: τῶν διαφερόντων γὰρ, αἱ ἀρχαὶ διάφοροι.

Apud Perſas autem imperiũ patris eſt tyrannicũ: vtuntur enim filijs tãquã

mancipijs: tyrannicum etiam eſt imperium eri in ſeruos: vtilitas enim eri in ipſo attenditur: haec igitur poteſtas ita tractata, recta perſpicitur eſſe: Perſarum autem, culpae affine: eorum enim, qui differunt inter ſe, imperia quoque differre debent.

APVD Perſas autem, gentem ſeruituti natam: nec vlla in re imaginem veram libertatis retinentem, etſi tempus fuit, cum ipſi imperio totius Aſiae potiti ſint, inquit, parentis imperium, tyrannicum eſſe, vtique ipſos filijs, tamquam mancipijs; tyrannicum namque eſſe imperium quoque erorum in ſeruos, eum in ipſo nihil attendatur, niſi vtilitas eri, cunctaque illic gerantur, quae domino proſunt: hoc igitur imperium, erorum inquam, in ſeruos ita adminiſtratum, rectum eſſe dicit; ſerui namque iere parati ſunt, vt pars dominorum: Perſarum autem prauum, atque magno vitio affine, cum diſſimilium perſonarum, tantopereque inter ſe diſcrepantium, diuerſa imperia eſſe debeant.

Ἀνδρὸς δὲ καὶ γυναικὸς, ἀριστοκρατικὴ φαίνεται: κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει, καὶ περὶ ταῦτα ἃ δεῖ τὸν ἄνδρα: ὅσα δὲ γυναικὶ ἁρμόζει, ἐκείνῃ ἀποδίδωσιν: ἁπάντων δὲ κυριεύων ὁ ἀνὴρ, εἰς ὀλιγαρχίαν μεθίστησι: παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ αὐτὸ ποιεῖ, καὶ οὐχ ᾗ ἀμείνων.

Viri autem, & vxoris imperium par imperio optimatum perſpicitur eſſe: pro dignitate enim vir imperat, & in huiuſcemodi rebus, in quibus oportet virum imperare: quaecumque autem vxori conueniunt, illius curae relinquit: quod ſi dominus omnium eſſe vir vult, migrat in dominatum paucorum: praeter dignitatem enim hoc facit, & non qua parte melior eſt.

VIRI, atque vxoris imperium, imaginem eſſe inquit ſtatus optimatum: etſi enim vir regit aliquo modo vxorem, maiorque ipſius poteſtas & auctoritas eſt, in domo gubernanda, tamen facit hoc pro dignitate, atque hoc ſeruat in his rebus, quae iuris ipſius ſunt: quae vero propriae partes videntur eſſe vxoris, congruuntque mulicbri ingenio, illi relinquit: indicat igitur quomodo corrumpatur effigies haec domeſtica optimatum: contingereque hoc ait, vbi vir cuncta ſui iuris eſſe vult: tunc enim tranſit in dominationem paucorum: facit enim ille, quod praeter dignitatem eſt, diſceditque e ſuis finibus, atque in ijs rebus maior eſt, in quibus melior non eſt, neque vincit captum muliebrem.

Ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες, ἐπίκληροι οὖσαι: οὐ δὴ γίνονται κατ' ἀρετὴν αἱ ἀρχαὶ, ἀλλὰ διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν, καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις.

Aliquando autem vxores in domo imperant, quae relictae ſunt heredes paternorum bonorum; non igitur virtute tunc tribuuntur imperia, ſed vi diuitiarum, ac poteſtatis, vt vſu venit in dominationibus paucorum.

MONSTRAT praeterea interitum alium huius iuſti imperij, oppoſitum ſuperiori; quando culpa eſt in vxore: interdum enim inquit, contingere, vt in aliquibus domibus dominentur vxores, heredes paternorum bonorum, fretaeque copia illa rerum. Quin autem copia pecuniae, magnitudoque dotis ſuperbiam pariat, dubitandum non eſt, praeſertim in feminis, vnde poëta ille inquit; Intolerabilius nihil eſt; quam femina diues; animos etiam valde augere ſummam nobilitatem & clara facta maiorum, notum eſt, atque eiuſdem poëtae teſtimonio confirmatum: ſequitur apud auctorem, tunc imperia dari, publicoſque honores, non, vt verſus volebat, ex virtute, ſed commendatione diuitiarum, ac potentiae, atque opum, vt efficitur in dominationibus paucorum.

Τιμοκρατικῇ δ' ἔοικεν, ἡ τῶν ἀδελφῶν: ἴσοι γὰρ, πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι, διόπερ ἂν πολὺ ταῖς ἡλικίαις διαφέρωσιν, οὐκ ἔτι ἀδελφικὴ γίνεται ἡ φιλία.

Statui, qui conſtat cenſibus, communio fratrum ſimilis eſt: aequales namque ſunt; niſi quantum aetatibus inter ſe diſcrepant. Quapropter ſi multum aetatibus diſtent, non amplius fraterna illa amicitia eſt.

TERTIAE itidem reipublicae, illi inquam, in qua fixi ſunt termini, menſuraeque rei familiaris, ſimilem eſſe dicit, communionem fratrum inter ſe: pares enim ſunt fratres, poteſtatemque eandem, ac partem habent in bonis paternis, domoque adminiſtranda, niſi quod neceſſario diſcrepant aetate. Quapropter inquit, cum hoc contigerit, magnumque interuallum inter ipſos extiterit aetatis, frangitur aliquo modo ſimilitudo, atque aequalitas: grandior enim ipſorum ſuſcipit perſonam patris; nec fraternus amor inter ipſos amplius exiſtit.

Δημοκρατία δὲ μάλιστα μὲν ἐν ταῖς ἀδεσπότοις τῶν οἰκήσεων: ἐνταῦθα γὰρ πάντες ἐξ ἴσου: καὶ ἐν αἷς ἀσθενὴς ὁ ἄρχων, καὶ ἑκάστῳ ἐξουσία.

Status autem multitudinis eſt maxime in his domibus, in quibus non eſt erus: hic enim cuncti ex aequo ſe gerunt: itemq; in his, in quibus, qui imperium habet, imbecillus eſt, ſinguliſq; licet facere, quod libuerit.

NON aperit autem quomodo tranſitus fiat in labem propriam huius reipublicae: ſed tamen non magnum negotium eſt, hoc intelligere: quando enim fratres plures patui adhuc, & nullius conſilij, mortuo patre, diſcordare inter ſe coeperint; nec commune bonum reſpexerint, ſed quod libido fert, geſſerint, tunc exoritur illic imago quaedam ſtatus popularis, cuius, licentiae pleni, ſtatus, effigiem certam apparere affirmat in domibus, quae relictae ſunt ſine ero: ibi enim ſerui cuncta temere euertunt ac diſſipant, ſed etiam idem malum illic naſci, vbi paterfamilias eſt imbecilli conſilij, nec tueri perſonam ſuam poteſt, ſine nullis opibus, & auctoritate praeditus: illic enim cuncti poteſtatem aequaliter habent gerẽdi, quidquid libuerit. Domum familiamque ἀδέσποτον expreſſit Terentius, cum inquit; ita vt fit, domini vbi abſunt.

Καθ' ἑκάστην δὲ τῶν πολιτειῶν φιλία φαίνεται, ἐφ' ὅσον καὶ τὸ δίκαιον: βασιλεῖ μὲν πρὸς τοὺς βασιλευομένους ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας: εὖ γὰρ ποιεῖ τοὺς βασιλευομένους, εἴπερ ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἵν' εὖ πράττωσιν, ὥσπερ νομεὺς προβάτων: ὅθεν καὶ Ὅμηρος τὸν Ἀγαμέμνονα, ποιμένα λαῶν εἶπε.

In ſingulis autem rebuſp. amicitia perſpicitur proferri, in quantum ius ipſum ſe porrigit: regi quidem erga eos, qui reguntur ab ipſo, in praeſtantia beneficiorum exiſtit: boni enim aliquid ſemper in ipſos confert: ſiquidem cum bonus ſit, ſuſcipit curam de ipſis, vt bene rem gerant, veluti paſtor ouium: vnde & Homerus Agamemnonem, paſtorem populorum dixit.

CUM docuiſſet iam, cuiuſmodi ſunt communiones, quae in ſingulis exiſtunt generibus reipublicae, ſimileſque illis, quae reperiuntur in priuatis domibus, id quod multum facere videbatur ad oſtendendos gradus amicitiae, nunc incumbit in hanc curam, vt aperiat, quales amicitiae ſunt in his communionibus. Vt enim iam ſignificarat iuſtitia atque amicitia in ipſis manent: ſimulque quaſi progrediuntur, augeſcuntque ac minuuntur, ita vt, ſi communitas magis iuncta fuerit ac firmior, idem etiam contingat in amicitia ipſa; cum vero fuerit laxior atque infirmior communitas. idem etiam contingat in amicitia, quae illic exiſtit: modo igitur tradit, qualis amicitia eſt in communionibus probatis, ſtatibuſque ciuitatum, merito vocatis rebuſpublicis: poſtea autem in vitioſis, & deprauationibus earundem: inquit igitur primum in ſingulis rebuſpublicis amicitiam comitari iuſtitiae, quod eſt quaſi ſolum, ac fundamentum eius, quod conſtituere ipſum velle, indicatum eſt: incipit autem ab optima republica, regnoque, atque, regis beneficia erga eos, in quos poteſtatem illam ſuam exercet, quique ipſius fidei commiſſi ſunt, ad ſummum perueniſſe, nec maiora

vlla

vlla publice excogitari poſſe, cum toto animo incumbat in commoda, atque vtilitates eorum, quos regit:nam & probus eſt, & ita animatus erga ſuos; ſtudetque, vt ipſi bene rem gerant, fortunatiq; ſint, ſic paſtor facit erga oues, pecoraq; ſua: quae cauſa fuit, vt Homerus propter ſimilitudinem magnam officij ipſorum vocaret Agamemnonem, tranſlato verbo, paſtorem populorum.

Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πατρικὴ: διαφέρει δὲ τῷ μεγέθει τῶν εὐεργετημάτων: αἴτιος γὰρ τοῦ εἶναι, δοκοῦντος μεγίστου εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας, καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα ἀπονέμεται.

Huiuſcemodi autem eſt paterna amicitia: praeſtat enim magnitudine beneficiorum: cauſa enim eſt, quod eſt, quod videtur maximum omnium eſſe, & praeterea aluit, & inſtituit: & maioribus haec eadem tribuuntur.

Adivngit huiuſcemodi eſſe amicitiam quoque parentis erga filios, quippe quae praeſtet etiam huic magnitudine beneficiorum: cauſa namque pater eſt, vt filij ſint, luceque fruantur, quod maximum eſſe putatur ceterorum omnium beneficiorum, ac praeter quam quod procreauit, ipſos aluit, atque inſtituit. Eadem autem munera, quae obimus erga patres, a nobis tribui debent maioribus noſtris: niſi enim illi extitiſſent, nos, qui inde orti ſumus, in lucem non veniſſemus: illa tamen ſunt remotiora: neque attingunt ſubito nos, ſed per medios patres noſtros, qui interiecti ſunt inter nos, & illos, in nos cecidere.

Φύσει τε γὰρ ἀρχικὸν, πατὴρ υἱῶν: καὶ πρόγονοι ἐκγόνων, καὶ βασιλεὺς βασιλευομένων: ἐν ὑπεροχῇ δὲ αἱ φιλίαι αὗται: διὸ καὶ τιμῶνται οἱ γονεῖς: καὶ τὸ δίκαιον δὴ ἐν τούτοις, οὐ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ τὸ κατ᾽ ἀξίαν: οὕτω γὰρ αὖ καὶ ἡ φιλία.

Natura namque fit, vt imperium pater habeat in filios, & maiores in natos ex ipſis, & rex in illos, qui in regno ipſius ſunt: in excellentia vero quadam hae amicitiae manent: quae cauſa eſt, vt honos tribuatur genitoribus: iuſque itidem in his idem non eſt, ſed pro dignitate: ſic enim conſtat & amicitia.

Seqvitvr apud auctorem; imperium patris in filios natura conſtare; quemadmodum etiam maiorum, ideſt aui, ac ſuperiorum in poſteros; regiſque itidem in eos, qui reguntur ab ipſo; quare etiam inquit, amicitiae harum perſonarum eximiae ſunt ac praeſtantes, vincuntq; ceteras omnes; quapropter inquit, mos eſt honorem tribuere parentibus, meritoque id fit, & in his perſonis iuſti plurimum exiſtit, quod violari, non debet, non idē tamen omnino, ſed quod dignitatem perſonarum ſeruat: maioris enim exiſtimationis ſunt parentes, quam filij: idem etiā cuſtodiri debere in amicitia inquit, quae & ipſa dignitatem attendit. Quam iuſtum autē ſit imperium parētis in liberos, declarauit vox Laconis illius, ex quo cum quaereretur, quomodo poſſet aliquis tuto regnare ſine cuſtodibus corporis, reſpondit, ſi ita poteſtatē in eos, quibus imperat, exerceret, vt ſuam facit parens in liberos.

Καὶ ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ἡ αὐτὴ φιλία: καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ: κατ᾽ ἀρετὴν γὰρ καὶ τῷ ἀμείνονι πλέον ἀγαθοῦ, καὶ τὸ ἁρμόζον ἑκάστῳ: οὕτω δὲ καὶ τὸ δίκαιον.

Et viri autem erga vxorem eadem amicitia eſt, quae in ſtatu optimorum ciuium: e virtute enim res geritur ac meliori maius bonum, & quod cuique congruit, ſic enim & ius cuſtoditur.

Transit ad aliam communionem, quae reperitur in priuatis domibus, ideſt viri, & vxoris: ipſamque cum recte atque ordine adminiſtratur, affirmat, ſimilem eſſe alteri reipublicae, vel eandem potius cū ea eſſe, illi inquam ſimilem, quae eſt in manu, ac poteſtate optimorum virorum; cuius ſuae ſententiae cauſam eſſe oſtendit, quod cum virtute adminiſtratur, vt ſtatus ille ciuitatis, cuius clauum tenent optimi ac ſanctiſſimi viri: vnde etiam,

quod

quod hoc declarat, meliori parti, & perfectiori plus honoris, ac dignitatis tribuitur, atque illud ipſum, quod conuenit, quadratque vtrique perſonae, in eo cuſtoditur, quod ſemper cum fit, declarat illic etiam manere, locumque ſuum tueri iuſtitiam.

Ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν, τῇ ἑταιρικῇ ἔοικεν· ἴσοι γὰρ καὶ ἡλικιῶται· οἱ τοιοῦτοι δ' ὁμομαθεῖς, καὶ ὁμοήθεις ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ἔοικε δὴ ταύτῃ, καὶ ἡ κατὰ τὴν τιμοκρατικήν· ἴσοι γὰρ οἱ πολῖται βούλονται, καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι· ἐν μέρει δὴ τὸ ἄρχειν καὶ ἐξ ἴσου· οὕτω δὴ καὶ ἡ φιλία.

Fratrum autem amicitia ſodaliciae ſimilis eſt: pares enim & propinqui aetate ſunt: huiuſcemodi autem dediti ijſdem ſtudijs, atq; eorundem morum plerumque ſunt: ſimilis autem huic eſt, & amicitia, quae exiſtit in ſtatu ciuitatis, qui conſtat cenſibus: pares enim ciues debent eſſe, ac probi viri: ſingillatim igitur imperium peruenit ad ipſos & aequaliter, ſic igitur, & amicitia.

Commvnionem fratrum inter ſe ſimilem eſſe vult coniunctioni animorum, quae exiſtit in ſodalibus: illi namque pares ſunt, vt ait, atque aequales, ideſt einſdem aetatis, aut non valde diſtantis: propinqui enim ſunt numero annorum; vnde ſequi dicit, vt qui tales ſunt, ideſt einſdem, aut vicinae admodum aetatis, & ſimilibus ſtudijs dediti ſint, & ſimilibus itidem moribus praediti (in bona namque librorum parte ſic legitur) ſi non ſemper, ſaltem plerumque: commemorat enim Horatius Amphionem, ac Zethum, qui non ſolum fratres erant, ſed eodem etiam partu editi, diſſenſiſſe magnopere inter ſe ſtudijs, atque moribus. Tradit igitur communioni huic, conſenſuique animorum, quo iuncti ſunt inter ſe fratres, ſimilem eſſe rempublicam, in qua cum attendantur cenſus, inde ipſi nomen impoſitum ſit: in ea namque ciues pares inter ſe ſunt, ijdemque probi, ac moderati: ſi namque a virtute alieni forent, non huic reipubublicae, ſed oppoſitae ipſi, ideſt dominationi paucorum accommodati eſſent: cum pares autem dignitate ſint, narrat cunctos ad publicos honores peruenire, ſed non ſimul, verum mutatis vicibus, quod cum cuſtodiatur in imperio adipiſcendo, idem etiam fieri dicit in amicitia colenda.

Ἐν δὲ ταῖς παρεκβάσεσιν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἐπὶ μικρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ φιλία ἐστὶ καὶ ἥκιστα ἐν τῇ χειρίστῃ· ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν ἢ μικρὸν φιλίας· ἐν οἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι, καὶ ἀρχομένῳ, οὐδὲ φιλία· οὐδὲ γὰρ δίκαιον.

In labibus autem, veluti ius parum porrigitur, ſic & amicitia ſe habet, minime autem in peſſima: in tyrannide namque nihil, aut parum eſt amicitiae: in ijs namque, inter quos nihil commune eſt ei, qui imperat, atque illi, qui paret, neque amicitia manere poteſt: neque enim ius locum illic habet.

Cvm oſtendiſſet iam, quanta, qualiſque amicitia exiſtit in rebuſpublicis, ac domeſticis ſimilitudinibus ipſarum, venit nunc ad labes, deprauationeſque earundem, ac generatim de ipſis praedicat: eodem pacto, quo tenuis quaedam, atque exilis iuſtitia in his exiſtit, ita etiam puſillam amicitiam: minime autem ipſam manere, in ea, quae omnium deterrima eſt: in tyrannide namque veſtigium nullum ipſius manere, aut minutum admodum teſtatur; quod merito fieri docet: vbi enim nihil commune eſt inquit, ei, qui imperium habet, atque illi, qui paret, & quod ambo curent eodem animo, fructum aliquem inde expectantes, neque amicita locum illic habet, atque id, quia nulla pars iuris illic exiſtit.

Ἀλλὰ οἷον τεχνίτῃ πρὸς ὄργανον, καὶ ψυχῇ πρὸς σῶμα, καὶ δεσπότῃ πρὸς δοῦλον· ὠφελεῖται μὲν γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν χρωμένων, φιλία δ' οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα, οὐδὲ δίκαιον· ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δοῦλον, ᾗ δοῦλος· οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν· ὁ γὰρ δοῦλος, ἔμψυχον ὄργανον· τὸ δ' ὄργανον, ἄψυχος δοῦλος.

Sed res agitur veluti opifici erga inſtrumentum, & animae erga corpus, &

ero

ero erga ſeruum: iuuantur namque ab ijs, qui vtuntur ipſis: amicitia autem non exiſtit erga res inanimes: neque pars vlla iuris, quin etiam neque erga equum, & bouem, neque erga ſeruum, ſi ſumatur vt ſeruus: nihil enim commune inter ipſos eſt: ſeruus namque, inſtrumentum eſt animale: inſtrumentum autem, ſeruus inanimus.

SIMILIBVS vtitur ad hoc illuſtrandum, remque eodem pacto ſe habere oſtendit, quo pacto apud opificem aliquem, in arte ipſius tractanda, ſe habet opifex ipſe ad inſtrumentum aliquod eius artis, & animus ad corpus, eruſque ad ſeruum. Vidit quoque M. Cicero, ac non vno loco ſignificauit, tyrannos expertes eſſe amicitiae, nec poſſe eximium hoc bonum guſtare, vt in V. Tuſculana, quo loco de vita, & ſtudijs Dionyſij Syracuſani copioſe loqui-
„ tur, & etiam in libello de amicitia: ipſius enim haec verba ſunt. Quod ſi forte (vt fit ple-
„ rumque) ceciderint, tunc intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. Videbat autem Ariſtoteles, adferri poſſe ab aliquo contra ſuam ſententiam, non eſſe omnino verum, quod dixerat, opifices non amare ſua inſtrumenta, nec exiſtere amicitiam inter ipſos, & illa, quia planũ eſt, artifices cunctos perpolire inſtrumenta, & meliora ſuo ſtudio ipſa reddere, ſeruareq; demum illa, quod ſpecimen quoddam eſt amicitiae. Non inficiatur igitur, quin hoc verum ſit, conceditque iuuari aliquo modo inſtrumenta ab his, qui vtuntur ipſis, vt aptiora ſint ad fabricam, operaque ſua molienda, non tamen putari debere, cum rebus animi expertibus amicitiae partem vllam, aut iuſtitiae manere. addo etiam inquit, neque cum equo, aut boue, & ſi animantes hae ſunt, iuuenturque diligenter ab hominibus: ſtudium enim multum ponunt in ipſis alendis, vt vtantur opera eorum ſibi aptius ad munera ipſorum propria obeunda. Pergit autem auctor rem augere, adiungitque, idem etiam vſu venire, (quod magis aliquis miretur) in ſeruo, ſi tamen ille capitur qua ratione ſeruus eſt, atque hoc, quia commune nihil eſt ipſi cum ero neque extat, opus vllum quod communi animo gerant, & ambobus vtile, & vnde ipſe aliquid commodi capiat.

Ἧ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν, ᾗ δ' ἄνθρωπος: δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ, πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου, καὶ συνθήκης: καὶ φιλίας δὴ καθ' ὅσον ἄνθρωπος.

Qua igitur ſeruus eſt, non exiſtit amicitia erga ipſum: qua autem homo, exiſtit: videtur enim extare aliquod iuſtum omni homini erga omnem, qui valeat particeps eſſe legis, ac pacti: quapropter & amicitiae, quatenus homo eſt.

VT magis hoc aperiat, tamquam definit ſeruum, docetque ſeruum eſſe & ipſum inſtrumentum, ſed animale, vt contra inſtrumentum, ſeruum inanimem, quare ſi cogitatur, qua ratione ſeruus eſt, nulla pars amicitiae ipſi eſt cum ero: ſi vero, vt homo, eſſe poteſt, quod probat his verbis; videtur enim inquit, extare amicitiae partem quandam inter omnem hominem atque hominem, etſi illi plurimum inter ſe diſcrepant vitae condicione, ac fortunis, atque id, quia nullus homo eſt tam tenuis, & abiectus, qui cum opulento, & fortunato communicare valeat lege, ac pacto, conuentoque, quare inquit, ſequitur, vt amicitiae locum in ipſo ſeruo habeant, qua ratione ille homo eſt. Cum oſtenderit hic ſeruum duobus modis capi poſſe, vt mancipium ſcilicet, in qua vita condicioneque tunc eſt, & vt hominem, qualis profecto adhuc eſt, etſi alieni iuris, poteſtatiſque factus eſt; eodem pacto vidit Ariſtoteles, capi poſſe homines certos aliquos diſſimilium morum, ac vitae, & ita denique ſe purgauit, cum inſimulatus eſſet, quod mendico, improbo mortali, pecuniã dediſſet: dixit enim, ſe nõ homini, ſed humanae naturae id tribuiſſe, ſed Graece hoc melius: οὐ τῷ ἀνθρώπῳ ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ: non defuerunt tamen, qui aliter ipſum reſpondiſſe memoriae prodiderint, atque his ſane verbis. οὐ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα. Plutarchus, qui ſummis laudibus in caelum tulit Catonem illum priſcum, ac merito quidem, non probauit in vita atque inſtitutis ipſius, quod non aliter ſentiret de ſeruis, ijs etiam, quorum opera fideli, atque vtili diu vſus eſſet, ac de iumentis: conſueſſe enim ipſum narrat, cunctos ſeruos ſenes, atque infirmi corporis exturbare e domo, ac diuendere: arbitrarique ſe dicit, hoc eſſe nimis duri ingenij, atque expertis omnis humanitatis proprium; putantiſque nihil commune eſſe homini cum homine, praeter vſum fructumque, quem mu-

tuo

tuo ex ſe capiunt, etſi perſpicitur, iuſtitiae bonitatem ampliorem campum habere, p orrigique latius: homines enim ita a natura genitos eſſe, vt vtantur lege, ac iuſtitia erga homines ſolum: benificentia autem, & gratia vſu venit aliquando, vt poſſint vti vſqu ad commoda beſtiarum, tamquam e diuite quodam, & vbere fonte erumpat, profluatque humanitas, ac benignitas: haec atque alia huiuſcemodi in mentem venerunt grauiſſimo viro ad iudicium ſuum confirmandum; in quibus etiam poſuit exempla plura honeſtorum hominum, qui equis, canibuſque buſta fabricaſſent. Non alienum autem putaui, commemorare, quia pertinent etiam ad imaginem aliquam, vmbramque amicitiae, ac iuſtitiae ſignificandae, de quibus virtutibus hic diſſeritur ab auctore.

Ἐπὶ μικρὸν δὴ καὶ ἐν ταῖς τυραννίσιν αἱ φιλίαι, καὶ τὸ δίκαιον· αἱ δ' ἐν ταῖς δημοκρατίαις ἐπὶ πλεῖστον· πολλὰ γὰρ τὰ κοινά, ἴσοις οὖσιν.

Parum autem dilatantur amicitiae in tyrannidibus, ac iuſtum: quae vero exiſtunt in ſtatibus multitudinis plurimum dilatantur: multa namq; communia inter ipſos intercedunt, cum pares ſint.

CVM oſtendiſſet, ſimile, quo vſus fuerat ad comprobandum, quod volebat, accommodatum valde eſſe rei demoſtrandae, id quod ſupra dixerat, repetit, concluditque, pu illam ac tenuem amicitiam eſſe in peſſimo omnium ſtatu ac tyrannide, & vt exilem amicitiam, ita etiam exilem iuſtitiam: ſtatimque, medio ſtatu vitioſorum omiſſo, inquit, in tertio, qui adminiſtratur a multitudine, plurimum amicitiae inueniri, ſed non, vt opinor verae atque integrae, ſed conſenſionis potius ac concordiae ad ſtatum illum ſuum tuendum, atque omni ratione firmandum: vbi enim multi pares, ſimileſque inter ſe ſunt, ibi neceſſe, eſt, vt multorum voluntates pares ſint; exiſtimauit igitur, ſatis eſſe oſtendere, verum eſſe, quod tradiderat de vacuitate amicitiae in tyrannide, cuius contrarium cum apparere oſtendiſſet in populari poteſtate, illud admonuit; tacuitque de iuſtitia, quemadmodum etiam, non oportere ſe putauit explicare, euiuſmodi amicitia foret in dominatione paucorum: cognitis enim extremis, medium quoque cognoſci poſſe non magno negotio exiſtimauit.

Ἐν κοινωνίᾳ μὲν οὖν πᾶσα φιλία ἐστί, καθάπερ εἴρηται.

In communione igitur omnis amicitia verſatur, ſicuti dictum eſt.

CVM auctor diuiſiſſet ſpecies amicitiae eadem ratione, qua prius diſtinxerat ſpecies, formaſque rerumpublicarum, variarumque ciuitatis rectionum; nec non variarum quoque formarum priuatas domos regendi, domeſticaeque diſciplinae; modo indicato principio diuidendi, & quod diuiſum iam fuerat, rurſus diuidendi amicitias, poſt id ſeorſum agit de certis quibuſdam amicitijs.

Ἀφορίσειε δ' ἄν τις τήν τε συγγενικὴν, καὶ τὴν ἑταιρικήν· αἱ δὲ πολιτικαὶ, καὶ φυλετικαὶ, καὶ συμπλοϊκαὶ, καὶ ὅσαι τοιαῦται, κοινωνικαῖς ἐοίκασι μᾶλλον· οἷον γὰρ καθ' ὁμολογίαν τινὰ φαίνονται εἶναι· εἰς ταύτας δὲ τάξειεν ἄν τις καὶ τὴν ξενικήν.

Exterminaret autem hinc aliquis cognatorum, & ſodalium amicitiam: ciuium autem, & tribulium, & eorum, qui ſimul nauigant: huiuſcemodiq; aliae magis ſimiles ſunt amicitijs conflatis communione quadam: veluti enim conſenſu quodam conſtare perſpiciuntur: in his autem collocaret aliquis amicitiam etiam inter hoſpites.

OSTENDIT genus quoddam extare amicitiarum, quod ſeiungi & quaſi exterminari non ſine cauſa poteſt ex ordine, & quaſi campo proprio dictarum amicitiarum; qualis eſt ea beneuolentia, qua iuncti ſunt inter ſe cognati, ac gentiles, & illa, qua ſodales mutuo ſe amore perſequuntur: illas vero, quibus amore quodam inter ſe copulati ſunt ciues, & tribules, nec non qui, data, & accepta fide, vna ex eodem portu diſcedentes, pepigerunt inter ſe

ter ſe

ter ſe, ſi quid mali, ac periculi creatum fuerit alicui nauium earum, ſe commun i animo depulſuros, & ſiquae ſunt aliae huiuſcemodi, magis ſimiles eſſe, propriuſque accedere ad eas, quae, inita ſocietate & communione, inde ab ipſo κοινωνίαι vocatae ſunt, & quia, quod ſignificat, ipſae, quaſi conſenſu quodam & pacto conſtitutae eſſe intelliguntur. Addit ad has ob ſimilitudinem referri poſſe amicitiam, qua hoſpites inter ſe tenentur.

Καὶ ἡ συγγενικὴ δὲ φαίνεται πολυειδὴς εἶναι, καὶ ἠρτῆσθαι πᾶσα ἐκ τῆς πατρικῆς: οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα: τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα.

Inter cognatos etiam amicitia perſpicitur multiformis eſſe, atque apta omnis eſſe a paterna: genitores enim diligunt natos, tamquam ſui aliquod exiſtentes: nati autem genitores, tamquam ab illis profectum aliquid exiſtentes.

His expoſitis, reuertitur auctor ad accuratius explicandas, quas merito exturbari poſſe dixerat e finibus verarum amicitiarum, atque inquit, eam, quae inter cognatos eſt, multiformem, variamque eſſe, quemadmodum etiam plura genera ſunt; non parumque inter ſe diſcrepantia, cognatorum, aptamque ipſam totam eſſe a paterna amicitia, quae fons, ac principium ipſius eſt. Vere autem hoc a ſe dictum eſſe declarat, partibus ipſius enumeratis: inquit enim genitores parenteſque diligere liberos, vt ipſorum aliquid exiſtentes: filios autem contra parentes, vt qui ipſorum aliquid ſunt.

Μᾶλλον δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν, ἢ τὰ γεννηθέντα, ὅτι ἐκ τούτων.

Magis autem nouerunt genitores ex ſe profectos, quàm nati, inde ſe profectos.

Adiungit, quod valet ad ſcrupulum euellendum ex animis multorum, veritatemque huius quaeſtionis aperiendam: videbantur enim debere magis diligere filij parentes, quam contra, ob maxima beneficia, quae inde accepiſſent. Tribus autem argumentis vtitur, quorum primum eſt, magis, meliuſque noſſe parentes eos, qui ex ipſis nati, procreatique ſunt, quam orti ex illis, ſe inde profectos, ac genitos.

Καὶ μᾶλλον συνῳκείωται τὸ ἀφ' οὗ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γενόμενον τῷ ποιήσαντι: τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ: οἷον ὀδοὺς, ἢ θρὶξ, ὁτιοῦν τῷ ἔχοντι: ἐκείνῳ δ' οὐθὲν τὸ ἀφ' οὗ, ἢ ἧττον.

Magiſque coniunctum eſt id a quo, cum eo quod inde genitum eſt, quam quod genitum eſt cum eo, quod fecit: quod enim ex ipſo ſuum, neceſſariumque eſt ei a quo, veluti dens, ſiue pilus, quodlibet denique ei, quod ipſum habet: illorum autem nemini id, quod ab ipſo eſt, aut ſaltem minus.

Alterum autem eſt, magis coniunctum eſſe illud, vnde gignitur aliquid, manatque, magiſque proprium atque affine eſſe illi, quod genitum ab ipſo eſt, quam quod genitum eſt illi, quod ipſum procreauit, & tamquam fabricauit: confirmat autem hoc animaduerſione quadam, & quaſi norma communi: illi enim inquit, ex quo quippiam ſcilicet conformarū eſt, iunctum eſt affineq; id, quod ex ipſo procreatum eſt, veluti dēs ac pilus, demumq; quod libet ei, quod ipſum habet, veluti pars toti: corpus enim plenum, & abſolutum totum eſt: dens autem, capilli, pilique ceteri ſunt partes corporis non omnino neceſſariae; quare recte auctor vſus eſt, appoſiteque his exemplis: ſunt enim dentes partes corporis poſteriores, quemadmodum etiam homines ſine liberis manent, integrique manent; abſolutiores tamen, cum acceſſerint ipſis filij: hoc enim natura requirit; & corpus inſtructum dentibus, piliſque, quos poſtea parit, magis integrum eſt, faciliuſque poteſt ſtatum ſuum tueri: illorum autem nulli id ex quo aut minus.

Καὶ τῷ πλήθει δὲ τοῦ χρόνου: οἱ μὲν γὰρ, εὐθὺς γενόμενα στέργουσι: τὰ δὲ προ-

ελθόντα τοῖς χρόνοις τοὺς γονεῖς, σύνεσιν ἢ αἴσθησιν λαβόντα.

Et multitudine vtique temporis: hi namque ſtatim natos diligunt: hi vero cum temporibus proceſſerint, genitores, cũ iam notionem, ſenſumq́; acceperint.

TERTIVM hoc argumentum eſt, quo vtitur ad idem confirmandum: ſignificat enim longo quoque temporis interuallo fieri, vt magis parentes diligant liberos, quam diligantur a liberis, cum ipſi, ſtatim vt illi editi ſunt, incipiunt eos diligere; filij autem genitores ſuos, cum tempus acceſſerit: cumque adepti fuerint, creſcente aetate, intelligentiam, aut ſaltem ſenſum, quo ſenſu prius aliquo modo carebant, non diſtingnentes ſuas perſonas ab alienis: ſatis autem notum eſt primis illis temporibus, pueros vocare, quoſcunque aſpexerint homines, patres.

Ἐκ τούτων δὲ δῆλον, καὶ δι' ἃ φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μητέρες.

Ex his autem perſpicuum eſt, & quas ob cauſas diligunt magis matres.

ADMONET, ex his, quae iam expoſita ab ipſo ſunt, planum, apertumque eſſe, cur magis diligant ex ſe natos matres, quam patres; non tamen videtur intelligere ex eo, quod modo dixit: neque enim longius ſpatium temporis hoc praeſtat; ſimul namque cognoſcunt matres ac patres, qui ex ſe orti ſunt, ſed arbitror repetere auctorem, quod ſupra inquit, certiores matres eſſe de ſuis partibus, quam viri ſint.

Γονεῖς μὲν οὖν τέκνα φιλοῦσιν ὡς ἑαυτούς· τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν, οἷον ἕτεροι αὐτοί, τῷ κεχωρίσθαι· τέκνα δὲ γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων πεφυκότα.

Patres namque diligunt filios veluti ſeipſos: qui enim ſunt ex ipſis, veluti alteri ipſi, quia ſeparati ſunt: filij autem parentes, vt ab illis procreati.

CVM inculcaſſet huc, quod valebat ad oſtendendum, maternum amorẽ maiorem eſſe, quam paternum, vel potius, quod huius ſuae ſententiae tamquam concluſio erat; reuertitur ad gradus amoris declarandos inter cognatos: hoc namque ſignificat particula γὰρ, qua conſuetudo vtitur, cum cauſam adfert alicuius rei: initium autem ducit huius nouae explicationis a primo illo gradu; vnde aptam ipſam eſſe ſignificarat, ac pendere totam. Genitores igitur inquit, parenteſq; diligunt liberos tamquam ſemet ipſos, quod ſtatim confirmat ratione; qui enim ait ex ipſis nati ſunt, ſunt tamquã alteri ipſi; nam ijdem prorſus eſſent, niſi ſeiuncti, ſeparatique corpore forent: filij autem inquit diligunt parentes, vt orti ex illis.

Ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους, τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι· ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης, ἀλλήλοις ταὐτὸ ποιεῖ· διὸ φασὶ, ταὐτὸν αἷμα, καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα· εἰσὶ δὴ τὸ αὐτό πως καὶ ἐν διῃρημένοις.

Fratres autem ſe mutuo diligunt, quod ex ijſdem nati ſunt: cum enim ijdem ſint, quod illi, id facit, vt inter ſe ijdem ſint: quare aiunt, eundem ſanguinem, & radicem, & huiuſcemodi alia: ſunt autem aliquo modo ijdem etiam in diſtinctis perſonis.

QVIS fons, origoque ſit amoris eius, quo fratres flagrant inter ſe, indicat, expoſito illo accurate, quo beneuolentia magna innecti ſunt parentes cum filijs, contraq;: inquit igitur, Fratres ſe mutuo diligere, quia orti ſunt ex iiſdẽ parẽtibus: probat autem hoc norma quadam certa, communique multarum rerum, qua viũtur etiam crebro geometrae in ſuis perceptis conſtituẽdis, eſt autem haec; res, quae vnum, idemq; ſunt, quod aliud quippiã idem quoq; ſunt inter ſe: conuenit igitur fratribus in hoc, quod quemadmodũ vnus eorũ ortus eſt ex eodẽ patre, ita etiã reliqui, quod reddit eos eoidẽ inter ſe, & nulla re diſſimiles. Adiũgit autẽ, hoc quoq; ſignificare vſum quendã loquendi, & tãquã prouerbia quaedã, veluti quod

fertur, eundem ſanguinem eſſe, & eandem radicem, aliaeque huiuſcemodi voces, quas reticet, vſurpatae ſua aetate in Graeco ſermone: praecipue autẽ in vſu poëtarum, quibus magis conueniunt haec verba aliunde tranſlata; nã illud Virgilij profecto hoc ipſum eſt. Proijce tela manu, ſanguis meus, & itidem alterum hoc Ennij. O pater, o genitor, o ſanguen dis oriũdum: quare inquit, aliquo modo ijdem ſunt, etſi diuiſi, ſeparatiq; ſunt corpore, locoq;.

Μέγα δὲ πρὸς φιλίαν, καὶ τὸ σύντροφον, καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν: ἧλιξ γὰρ ἥλικα, καὶ οἱ συνήθεις ἑταῖροι: διὸ καὶ ἡ ἀδελφικὴ τῇ ἑταιρικῇ ὁμοιοῦται.

Magnum autem quiddã ad amicitiam eſt, & quod vna alti ſunt, eiuſdemq; aetatis: aequalis enim aequalem, & familiares ſodales ſunt: quare fraterna amicitia ſodaliciae par, ſimilisq; eſt.

Addit, magnam quoque vim habere ad animos eorum copulandos, amicitiamque firmam, ac ſtabilem inter ipſos conflandam, quod vna ſunt alti, atque in eadem domo ſemper vixerunt, quemadmodum etiam quod pares aetate ſunt, atque aequales; veluti Latini vocant, quos Graeci ἥλικας: etſi multis alijs modis quidam aliquibus eſſe aequales poſſunt: idem etiam poſſe, atque efficere tradit, quod eiuſdem indolis, ac naturae ſunt: etſi enim non firmum in hoc perpetuumq; eſt, tamen merito expectari poteſt, cum ſint geniti ex ijſdem parentibus: quare inquit ſodales ſunt, & eiſdem ſtudijs dediti, quod efficit, vt fraterna amicitia, communioque par, ſimiliſque ſit ſodaliciae; ſodales namque iungit, teneri eos ijſdem ſtudijs, capique ijſdem voluptatibus.

Ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς, ἐκ τούτων συνῳκείωνται: τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι: γίνονται δ' οἱ μὲν οἰκειότεροι: οἱ δ' ἀλλοτριώτεροι, τῷ σύνεγγυς ἢ πόρρω τὸν ἀρχηγὸν εἶναι.

Patrueles aũt, & reliqui cognati ex his amore inter ſe iuncti ſunt: quod enim ab ijſdem nati ſint, fit, vt hi quidem propinquiores inter ſe ſint: hi vero alieniores, quod prope, vel longè dux familiae eſt.

Cum oſtendiſſet, quae ſint initia, & cauſae amicitiae fratrum germanorum inter ſe, tranſit nunc ad eas, quae vinciunt animos patruelium, & reliquorum cognatorum, ceu nepotum, pronepotum, & reliquorum ab eodem quaſi capite profectorum; illas autem eaſdem eſſe inquit, quae ſuperiores: hi enim inquit, propinquitate, ac beneuolentia inter ſe iuncti ſunt, profecta ex, vt opinor, ijſdem cauſis, quum inquam ab his ſuperioribus deſcenderent: e numero autem ipſorum inquit, hi ſunt propinquiores, & ita, vt debeant ſe magis amare, ac maioribus officijs colere; hi vero alieniores, laxioribuſq; quaſi vinculis alligati, quod fit, vt ipſe met narrat, quia dux & auctor familiae fuerit vicinior, aut remotior: ἀρχηγὸν enim hunc appellat, qualis fuit Pelops, generis Pelopidarum, Aeacus, Aeacidarum; ceterique huiuſcemodi,

Ἔστι δ' ἡ μὲν πρὸς γονεῖς φιλία τέκνοις, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς, ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον: εὖ γὰρ πεποιήκασι τὰ μέγιστα: τοῦ γὰρ εἶναι καὶ τραφῆναι αἴτιοι, καὶ γενομένοις, τοῦ παιδευθῆναι.

Eſt autem amicitia filiorum erga parentes, & hominum erga Deos, tamquam ad bonum, & quod antecellat: maxima enim bona in ipſos contulerunt: quod enim illi ſunt, quodq; alti cauſa: & poſtquam iam extitere, quod inſtituti, cauſa fuere.

Aperit dotes quaſdam & bona propria harum amicitiarũ, quae diuerſa ſunt, vt ſunt diuerſae amicitiae ipſae, ac copulae harũ propinquitatũ, atq; hae quidem maiores, hae vero minores. Primũ igitur dicit, vnde quaſi profluũt reliquae, amicitiã, quae exiſtit in filijs erga parẽtes, & cũctis hominibus erga Deos, pronã eſſe verſamq; toto animo in ipſos tãquam in bonum, praeſtanſque quoddam, atque eximiũ, ac merito quidem; quia beneficia parentum in liberos maxima extitere. Exponit autem illa breui: primumque dicit, ſine patribus filios eſſe, luceque frui non potuiſſe, & quemadmodum vitae ipſorum cauſa extitere; ita

etiam

etiam parentes eoſdem aluiſſe, & infantes adhuc, tenerosque, & postea pueros longo temporis ſpatio, quibus officijs addidiſſe eos, narrat, inſtitutionem, ac diſciplinam. M. Cicero in tractanda ſententia illa incredibili Stoicorum, qui volebant, peccata eſſe aequalia, diſſerens de culpa, ſceleréque, quod admiſiſſet parricida, tria haec, & ipſe collegit, vel potius non paruum & ipſum beneficium, quartum addidit; inquit enim. Violatur is, qui
„ procreauit, is, qui aluit, is, qui erudiuit, is, qui in ſede, ac domo, atque in rep. collocauit.
„ Nam quod inquit, ſine opera parentum filios eſſe non potuiſſe, parenteſque dediſſe illis, vt verbo graeco vtar, τὸ εἶναι; idem de illis praedicauit, eodemque pacto locutus eſt Xenophon in ſecūdo libro ἀπομνημονευμάτων, cum induxit Socratem accuſare Lamproclem filium, quod improbe ſe gereret erga matrem, ingratoque admodum animo foret: commemorans enim maxima ipſius in eum beneficia, in alijs, inquit, de parentibus erga liberos: οὓς οἱ γονεῖς ἐκ μὴ ὄντων ἐποίησαν εἶναι: ſed nos quoq; de eadem re eodem pacto ſentimus, ac loquimur.

Ἔχει δὲ τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ χρήσιμον ἡ τοιαύτη φιλία μᾶλλον τῶν ὀθνείων, ὅσῳ καὶ κοινότερος ὁ βίος αὐτοῖς ἐστιν.

Continet autem in ſe iucunditatem, & vtilitatem huiuſcemodi amicitia, magis quàm remotorum: quanto etiam communior vita ipſis eſt.

PERGIT exponere bona, quae ſunt in hac amicitia liberorum, ac parentum, inter ſe, cum iam maximam dignitatem continere illam in ſe altera ex parte affirmaſſet, ſimulque declaraſſet: voluit enim venerari filios parentes, vt reliqui mortales Deos ipſos faciunt: addit igitur, inueniri quoque in ipſa, & ſuauitatem, & vtilitatem, ac maiorem quidem veramq; quam exiſtant in amicitijs alienarum inter ſe perſonarum, ac merito quidem, cum communior ſit vita ipſorum: omnibus enim diei horis vna viuunt: cum autem mutua voluptas ſola pariat amicitiam quandam, conſtituatq; ipſius genus, atq; eodem pacto vtilitas, quanto magis ambae res hae ſimul coniūctae, cum praeſertim ſolum ac fundamentū huius amicitiae ſit honeſtas? puram autem atq; integram voluptatem eam eſſe, quae capitur a patribus ex aſpectu filiorum atq; officijs: & eodē pacto vtilitatem veram exiſtimare debemus.

Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ ἀδελφικῇ, ἅπερ καὶ ἐν τῇ ἑταιρικῇ, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐπιεικέσι, καὶ ὅλως τοῖς ὁμοίοις, ὅσῳ οἰκειότεροι, καὶ ἐκ γενετῆς ὑπάρχοντες στέργουσιν ἀλλήλους: καὶ ὅσῳ ὁμοηθέστεροι ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ σύντροφοι, καὶ παιδευθέντες ὁμοίως: καὶ ἡ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία, πλείστη, καὶ βεβαιοτάτη: ἀνάλογον δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τῶν συγγενῶν τὰ φιλικά.

Sunt autem & in fraterna, quae in ſodalicia, atque magis in ijs, qui probi, moderatiq; fuerint, penitusq; ſimilibus, quanto propinquiores, ſtatimq; ab ortu incipientes ſe mutuo amant, & quanto ſimiliores moribus, ex iiſdem orti, & vna nutriti, & ſimili diſciplina imbuti: probatio etiam, quae tempore conficitur, plurima etiam, & firmiſſima eſt: proportione autem & in reliquis coniunctionibus cognatorum munera amicitiae ſeruantur.

EODEM antem pacto percipi eoſdem fructus, bonaq;, tradit ex amicitia, quam colunt fratres inter ſe, quae decerpuntur a ſodalibus ex illa ſua coniunctione animorum, atque eo magis, ſi extiterint probi, ac moderati; demumque ſimiles inter ſe, atq; id, quanto magis ipſi ſunt, quàm ceteri ſint, propinquiores, ſtatimq; a primo ortu coeperint ſemet ipſos amore proſequi: quantoq; magis ſunt eiuſdem indolis, ac naturae, quales eos eſſe veriſimile eſt, cū ex iiſdem parentibus nati ſint: eodem autem facere inquit, quod in eadem domo alti ſunt, iiſdemq; artibus eruditi. Adiungit etiam, quod multum, & ipſum valet ad amicitias ſtabiliēdas; in primiſq; arduum eſt in alienis, id pronum illic eſſe; quod longo tēporis ſpatio ſe probare potuerunt, periculumq; ſaepe facere vitae atq; morum; quae probatio ob cotidianū conuictū facilis in ipſis, maximeq; firma; munera autē amicitiae, officiaq; reliqua in ceteris generibus cognatorū, ceterorūq; eodē pacto, proportione tamē ſeruata, attēdi debere.

Ἀνδρὶ τε, καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν: ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει

συνδυαστικὸν μᾶλλον, ἢ πολιτικὸν, ὅσῳ πρότερον καὶ ἀναγκαιότερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον ζώοις.

Viro autem & vxori videtur amicitia ſecundum naturam ineſſe: homo namque natura magis factus eſt ad copulam, coniugiumque, quam ad ciuitatem colendam, & quanto prius, magiſque neceſſarium eſt domus, quam ciuitas, & procreatio magis commune eſt animantibus.

Cvm diſſeruiſſet de amicitiis cognatorum, & qui gradus amoris ſint inter ipſos, oſtendiſſet, nunc docet amicitiam, qua iuncti ſunt inter ſe vir, & vxor, qui geminas ſtirpes habent, nec, vt cognati, ab eodem capite fluxerunt, conſtare tamen & ipſam natura, cum videri aliquibus poſſet non ſine cauſa ortum ducere a pactis, condicionibuſque, confirmat autem iudicium ſuum, naturalem inquam, eſſe hanc amicitiam, dicens, hominem ſane animal eſſe natum ad coetus hominum, ciuitateſque colendas: ſatiſque hoc exploratum eſſe, & a ſe ſaepe traditum; eundem tamen magis a natura factum ad corpus iungendum cum femina ſui generis, ſobolemq; gignendam, quam vrbes frequentādas, quod probat duobus argumentis, quorum prius eſt, tanto magis ipſum eſſe, qualem dixit, quanto prior eſt, & magis neceſſaria domus, quam ciuitas; alterum vero, procreationem filiorum communem eſſe ipſi cum ceteris animantibus: quare hoc quoque teſtatur, coniugium ſequi naturam: expertes namque rationis animantes naturae parent.

Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζώοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωνία ἐστίν· οἱ δ' ἄνθρωποι οὐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον· εὐθὺς γὰρ διῄρηται τὰ ἔργα, καὶ ἔστιν ἕτερα ἀνδρὸς, καὶ γυναικός· ἐπαρκοῦσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια.

Ceteris igitur animantibus huc vſque communio eſt: homines autem non ſolum ob procreationem filiorum, in eadem domo viuunt, ſed etiam ob ea, quae ad bene viuendum faciunt: ilico enim diuiſa ſunt opera, & alia ſunt viri, alia vxoris: ſuppeditant igitur ſibi mutuo, quae ſatis ſunt, in commune conferentes propria.

Cvm dixiſſet, homines in eo, quod dant operam liberis, non diſcedere a moribus, naturaque ceterarum animantium, quia non omni ex parte hoc ſimile eſt, monſtrare hoc voluit: etſi enim inquit, in ea beluae non omnino ſe gerunt, vt homines: illae namque ſocietatem inter ſe coeunt, vt procreent ſibi ſimiles; manetque illa viſquequo praeſtiterint hoc; homines vero, vt inquit, non ſunt eo contenti, neque ſolum coniugia amant, vt ſeruiant proli, ſed vt fruantur commodis vitae; quod declarat, inquit, quia ſtatim, vt inire ſocietatem hanc, munera ipſorum, officiaque in domo gubernanda diuiduntur; ſuntque inter ſe diuerſa viri, & vxoris, nec tamen occupantur in diuerſis ſtudijs ambo, & quae labore ſuo, & induſtria quaeſiuerunt, ſeponunt; ſed quae ſinguli ſeorſum pararunt, ea in medium conferunt, communiaque eſſe volunt.

Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ χρήσιμον εἶναι δοκεῖ, καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ φιλίᾳ· εἴη δ' ἂν καὶ δι' ἀρετὴν, εἰ ἐπιεικεῖς εἶεν· ἔστι γὰρ ἑκατέρου ἀρετὴ, καὶ χαίροιεν ἂν τῷ τοιούτῳ.

Ob haec autem & vtilitas eſſe videtur, ac iucunditas in hac amicitia: eſſet etiam propter virtutem, ſi probi fuerint: eſt enim vtriuſque virtus, & gauderent vtique huiuſcemodi re.

In hoc amore coniugali, cōmendans ipſum, oſtendit, guſtari quoq; cuncta illa bona, quae alliciunt homines ad ſemet ipſos amādos arctaq; beneuolentia complectēdos, quaeq; conſtituūt, tria initio ſtatim monſtrata, genera amicitiae; illa autē ſunt vtilitas, iucunditas, ac virtus, de duobus primis dubitari non poſſe ſignificat: ſunt enim ſibi vtiles, ac toti familiae, cū cōmuni bono conſulāt, procurentq; ipſum diligēter; idē etiā vere dici poteſt de voluptate,

quae

quae pluribus fontibus in animos eorum confluit, virtutem quoq; ac dignitatem locum illic habere tradit; ſi ambo ſuo in genere probi, ac moderati fuerint, & propria ipſorum munera cũ fide atque amore adminiſtrarint, nam extra amborum, ita inter ſe coniunctorum, virtuté, exploratum eſt, & alijs in locis accurate traditum, in quibus de diſciplina domeſtica praecipitur; quae pars praeterea eſt, rectam rempublicam, beneq; fundatam conſtituendi, non tamen eandem protſus virtutem eſſe mulierum, quae virorum ſaepe dictum eſt, ſed quae conueniat ſuo generi, atque muneri.

Σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι· διὸ θᾶττον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται· τὰ γὰρ τέκνα, κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν· συνέχει δὲ τὸ κοινόν.

Copula autem filij videntur eſſe: quare citius, qui ſunt ſine liberis diſſoluuntur: filij namq;, commune bonum ſunt ambobus: continet autem quidquid commune eſt.

NON eſſe omnino vacuam a malo hanc amicitiam ſignificat; ſed naſci inter eos, qui ita inter ſe coniuncti ſunt, aliquando lites non paruas, ac controuerſias oſtendit, ita vt dirimatur, diſſoluaturque haec ſocietas, cui incommodo, quod obſtet, declarat: affirmat enim filios, ex ipſis natos, vetare, ne hoc contingat, qui ſunt tamquam copula quaedam ac vinculum matrimonij: vnde etiam aliquando eodem pacto μιτοφιλικῶς pignota vocati ſunt. Hoc autem verum eſſe a contrario probat, citius enim inquit, faciliuſque diſſoluuntur matrimonia, quae filios non pepererint: carent enim hoc communi bono, quo ambo valde delectantur, mirificamque inde voluptatem capiunt: quod autem commune eſt, vim hanc, poteſtatemque habere tradit, vt contineat res diuerſas, nec patiatur ipſas diſſipari, quod videmus praeſtare gluten in materia diuerſa nectenda, & firmiter tenenda.

Τὸ δὲ, πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ ὅλως φίλῳ πρὸς φίλον, οὐδὲν ἕτερον φαίνεται ζητεῖσθαι, ἢ πῶς δίκαιον· οὐ γὰρ ταὐτὸ φαίνεται τῷ φίλῳ πρὸς φίλον, οὐδὲ πρὸς τὸν ὀθνεῖον, καὶ τὸν ἑταῖρον καὶ τὸν συμφοιτητήν.

Quaerere autem, viro cum vxore quomodo viuendum ſit, & omnino amico cũ amico, nihil aliud perſpicitur eſſe quaerere, niſi quomodo iuſtum ſit: non enim idẽ apparet eſſe amico ad amicũ, neq; ad alienum, & ſodalem, & condiſcipulum.

CVM planum ſit oriri, aliquando diſcordias inter virum & vxorem, & amicos quoque ac familiares, videbat noſter doctor poſcere a ſe quempiam poſſe, non ſatis tamen erudite, vt oſtenderet, quae ratio eſſet declinandorum horum malorum, quomodoque ſe gerere deberet vir cum vxore, ceterique itidem amore inter ſe copulati, vt amicitia ſeruaretur: inquit igitur, importunum eſſe id, hoc loco quaerere, velleque id ſcire nihil aliud eſſe, niſi cupere, ſe certiorem fieri, quae iura ſint inter eos cuſtodienda: neque enim eadem prorſus officia, iuſtaque, quae conueniunt amicis inter ſe, requiruntur, meritoque expectantur in amicitia alienorum hominum, ac ſodalium, ſed longe alia, & quae quadrent, reſpondeantque beneuolentiae, qua inter ſe iuncti ſunt, quibus etiam non tanto amore inter ſe iunctis, adiungit quoque eos, qui domum alicuius frequentant, hauriendae inde ſcientiae alicuius, artiſque gratia: illa enim quoque communio, conſuetudoque parit genus quoddam amicitiae. Gradus autem ſeruari debere in amore exercendo, atque hoc ſine iniuria fieri poſſe, vidit quoque M. Cicero, qui in libello de amicitia inquit. Ita natos eſſe nos, vt inter omnes eſſet ſocietas quaedam, maior autem, vt quiſque proxime accederet: itaque ciues potiores ſunt, quam peregrini, & propinqui, quàm alieni.

Τριττῶν δὴ οὐσῶν φιλιῶν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, καὶ καθ' ἑκάστην, τῶν μὲν, ἐν ἰσότητι φίλων ὄντων· τῶν δὲ, καθ' ὑπεροχήν· καὶ γὰρ ὁμοίως ἀγαθοὶ, γίνονται φίλοι· καὶ ἀμείνων, χείρονι· ὁμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς· καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, ἰσάζοντες ταῖς ὠφελείαις καὶ διαφέροντες· τοὺς ἴσους μὲν, κατ' ἰσότητα δεῖ τῷ φιλεῖν, καὶ τοῖς λοιποῖς ἰσάζειν· τοὺς δ' ἀνίσους, τὸ ἀνάλογον ταῖς ὑπεροχαῖς ἀποδιδόναι.

Cum ternae igitur ſint amicitiae, vt initio dictum eſt, atque in ſingulis exiſtant amici: hi quidem, in aequalitate poſiti: hi autem, in praeſtantia: etenim ſimiliter boni fiunt amici, & melior deteriori: ſimiliter & iucundi: & propter vtilitatem, adaequantes ſe emolumentis dandis, & differentes aequales quidem, aequalitate ſeruata, oportet diligere, & reliquis omnibus adaequare: inaequales autem proportione praeſtantijs praebere.

PROPOSITVM nunc Ariſtoteli eſt, oſtendere pares amicos & aequales inter ſe, aequaliter ſe diligere debere, atque omnibus alijs officijs ſe mutuo proſequi, quae expectantur ab amicis, neque neceſſitatem vllam ipſis imponi, vt alteruter eorum alterum magis diligat, quam ab eo ipſe diligatur, eodemque pacto inaequales inaequaliter ſe diligere debere; ſeruataque proportione, melioribus, ac maioris dignitatis amicis maiora officia tribuere, propenſioreſque eſſe in eos obſeruandos ac colendos.; Cum igitur hoc aequum eſſe, valereque multum ad amicitiam tuendam ſignificare vellet, orditur longe rationem hanc; ducitque initium praeceptionis huius ab eo, quod initio docuit, extare trium generum amicitias, ita diuiſas, diſtinctaſque inter ſe a diuerſis rebus, finibuſque, quos ſibi propoluerunt, ideſt virtute, iucunditate, vtilitate; cum igitur res ita ſe habeat: in ſinguliſque his amicitijs exiſtant, qui aequales, pareſque ſint, nec non in quibus alter alteri praeſtet, quod ſtatim contingere, atque vſu venire declarat: ſimiliter enim inquit, probi viri ac ſtudioſi mutuo ſe diligunt, & melior iungit ſe amicitia cum deteriore; eodemque pacto qui pariter ſunt iucundi, atque vtiles, & quantum emolumenti accipiunt, tantum reddunt: quae cuncta, cum huiuſcemodi ſint, ſequitur inde, quod primo a me dictum eſt; ipſe autem modo trader: eſt igitur quod ait, τὰς ἴσας μὲν κατ' ἰσότητα, redditio, ἀνταπόδοσιςque eorum, quae initio poſuit; iactis enim illis tamquam fundamentis, res aliter ſine vitio tractari non pōt.

Γίνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα, καὶ αἱ μέμψεις ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ, ἢ μόνῃ ἢ μάλιστα, εὐλόγως: οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες, εὖ δρᾶν ἀλλήλους προθυμοῦνται: τοῦτο γὰρ ἀρετῆς, καὶ φιλίας: πρὸς τοῦτο δ' ἁμιλλωμένων, οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα, οὐδὲ μάχαι: τὸν γὰρ φιλοῦντα, καὶ εὖ ποιοῦντα οὐδεὶς δυσχεραίνει: ἀλλ' ἐὰν ᾖ χαρίεις, ἀμείβεται εὖ δρῶν: ὁ δ' ὑπερβάλλων, τυγχάνων οὗ ἐφίεται, οὐκ ἂν ἐγκαλοίη τῷ φίλῳ: ἑκάτερος γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται.

Exoriuntur autem querelae, atque expoſtulationes in amicitia, quae finem habet vtilitatem, vel ſola vel praeter ceteras, ratione: qui enim ob virtutem amici inter ſe ſunt, operam dant, vt ſibi mutuo proſint: hoc enim virtutis, & amicitiae munus eſt: cum autem de hoc inter ſe contendant, non ſunt illic querelae, neque pugnae: nemo enim eum, qui ſe amat, ac beneficio aliquo ſe afficit, ſtomachatur, ſed ſi fuerit elegans homo, reſpondet ipſi benefaciendo: qui autem vincit ipſum dando, cum adipiſcatur, quod cupit, non deberet queri de amico: vterq́ enim ipſorum adipiſcitur id, quod cupit.

CVM planum ſit, gigni aliquando inter amicos querimonias: inuenirique quoſdam, qui inſimulent ipſos, quod non impleant munera amicitiae; id quod initium eſt interitus ſuauis huius coniunctionis, tradit, in quo potiſſimum genere amicitiae hoc vſu veniat, & aliquo modo in vno tantum contingere hoc teſtatur; inquit enim querelas, & expoſtulationes in amicitia, quae ſectatur commoda, & vtilitates, vel ſola vel maxime, naſci ſolere, atq; hoc probabiliter. Primum autem oſtendit, ipſas locum non habere in amicitia, quae virtute conſtat, cùm homines ita copulati inter ſe, parati ſemper ſint, ſe mutuo iuuare: teneanturque deſiderio magno huius rei efficiendae: hoc enim proprium eſſe virtutis tradit, atque amicitiae, pronae magis ad beneficia danda, quam accipienda: cum igitur propoſitum hoc habeant: certentque inter ſe de vna hac re, non exiſtunt in ipſis querelae vllae, atque expoſtulationes. declarat autem, hoc merito fieri: nemo enim eſt, inquit, qui dili-

gentem

gentem ſe, cumulantemque bonis ſtomachetur, atque ea de cauſa iniuriam ſe accipere exiſtimet: verum addit, ſi fuerit politus homo, atque elegans, ſtudet potius, ipſi reſpondere in benignitate, beneficij aliquid in enm conferendo. Qui autem animus eſſe debet alterius, qui liberalior eſt, oſtendit, inquit enim. Qui vero vincit amicum beneficijs dandis, cum adipiſcatur, quod eupit, non poteſt ipſum inſimulare: ambo enim incenſi ſunt deſiderio boni adipiſcendi; animaduertendum tamen, bonum non idem eſſe: qui enim ſuperat amicum largitate, bonum obtinet, quia gaudet ſua liberalitate, tenuior autem pecunia, commodoque aliquo ornatur, quo egebat: ambo autem haec boni nomine continentur: nam quin opus quoque virtutis facere bonum ſit, nemo inficiaretur.

Οὐ πάνυ δ' οὐδ' ἐν τοῖς δι' ἡδονήν· ἅμα γὰρ ἀμφοῖν γίνεται, οὗ ὀρέγονται, εἰ τῷ συνδιάγειν χαίρουσι· γελοῖος δ' ἂν φαίνοιτο, καὶ ὁ ἐγκαλῶν τῷ μὴ τέρποντι, ἐξὸν μὴ συνημερεύειν.

Non valde autem neque in his, quae ſunt ob voluptatem: ſimul enim ambobus efficitur id, quod appetunt, ſi gaudent conuictu: ridiculus autem eſſe appare ret ille, qui quempiam inſimularet, quod ſe minime oblectaret, cum in poteſtate ipſius ſit, non vna cum ipſo totos dies terere.

ACCEDIT ad alterum amicitiae genus, quod voluptatem ſequitur; in ipſumque eodem pacto, tam admodum atque infrequenter irrepere affirmat hoc malum, eſſeque id conſentaneum, oſtendit: cnm enim huiuſcemodi viri conſequantur, quod appetunt, conſuetudine victus, ac colloquij; multaſque diei horas ſimul conſumant, ſi inde voluptatem capiunt, cuius auidi ſunt, non poſſnnt ſe mutuo accuſare; explent enim ita ſitim illam ſuam. Adiungit autem auctor contra, ſi hoc non fieret, vtrumlibet ipſorum ſtulte facere, ſi accuſarit amicum, quod ſibi iucundus non ſit, neque ſe, vt ſperabat, oblectet, cnm in manu, & poteſtate ipſius poſitum ſit, declinare conſuetudinem illam, & alium quaerere, vnde voluptatem hauriat.

Ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον, ἐγκληματική· ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις, ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται, καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσήκοντος, καὶ μέμφονται ὅτι οὐχ ὅσων δέονται, τοσούτων τυγχάνουσιν, ἄξιοι ὄντες· οἱ δ' εὖ ποιοῦντες, οὐ δύνανται ἐπαρκεῖν τοσαῦτα, ὅσων οἱ πάσχοντες δέονται.

Quae autem ob vtilitatem conflata eſt, plena querelarum eſt: cum enim ob fructum inde capiendum mutua opera vtantur, ſemper maiore emolumento egent, ac putant ſe minus accipere, quam decet, accuſantq́, quod non, quot ipſi rogāt, tot conſequuntur, cum digni ſint; qui vero beneficium dant, non valent tot ſuppeditare, quot, qui accipiunt, rogant.

CVM vix contingere poſſe docuiſſet, vt in ſuperioribus duobus amicitiae generibus gignerentur querelae, docet nunc tertium genus ipſatum parere hunc morbum: crebraſque exiſtere in eo, magnaſque querimonias, cuius incommodi cauſam eſſe tradit, quod, cum ob fructum inde capiendum, emolumentumque, ſocietatem eam colant; ſemper auidi ſunt maioris quaeſtus, nec contenti ſunt praeſenti illo; minus ſe habere putantes, quam quod deceat, inſimulantque ſocios, quod ab ipſis non conſequuntur cuncta, quibus egent, digni amplioribus illis muneribus; qui autem benefici, liberaleſque in eos ſunt, non valent tot ſuppeditare, quot illi requirunt: putantque ſe habere oportere, quare ſe inuicem accuſant.

Ἔοικε δέ, καθάπερ τὸ δίκαιόν ἐστι διττόν· τὸ μὲν γάρ, ἄγραφον· τὸ δέ, κατὰ νόμον· καὶ τῆς κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίας, ἡ μέν, ἠθική· ἡ δέ, νομικὴ εἶναι· γίνεται οὖν τὰ ἐγκλήματα μάλιστ', ὅταν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι, καὶ διαλύωνται.

Videtur autem, quemadmodum ius eſt duplex: vnum enim non ſcriptum:

alterum

alterum vero litteris, legibusq́; proditum: ita etiam amicitiae, quae propoſitam habet vtilitatem, vna quidem, eſſe moralis: altera autem, legitima: exoriuntur igitur querelae maxime, quando non eiuſdem generis fuerit commutatio, & diſſolutio.

Cvm de ortu querelarum loquatur, & quando ipſae in primis gignuntur, tradat, inquit idem in amicitia hac, quae conſtat vtilitate, vſu venire, quod contingit in iure ipſo: iuſtoque tractando: quemadmodum enim iuris duo genera ſunt, vnum quidem non mandatum litteris: alterum vero ſcriptum & lege incluſum: ita amicitiae huius altera moribus continetur, altera vero legibus, ac pactis: cum igitur hoc huiuſcemodi eſſe affirmaſſet: ſimilitudinemque magnam in his rebus inueniri oſtendiſſet; dicit naſci tunc maxime querelas inter hos amicos, quando non in eodem genere huius amicitiae aliqui contraxerint quippiam inter ſe, & poſtea contractum illum diſſoluerint; nam quin de diſſolutione contractuum, pactorumque hic agatur, non amicitiae, hocque ipſum valeat συναλλάξαντι, dubitandum non eſt.

Ἔστι δ' ἡ νομικὴ μὲν, ἡ ἐπὶ ῥητοῖς· ἡ μὲν, πάμπαν ἀγοραία, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα· ἡ δὲ, ἐλευθεριωτέρα, εἰς χρόνον· καθ' ὁμολογίαν δὲ, τί ἀντὶ τινός· δῆλον δὲ, ἐν ταύτῃ τὸ ὀφείλημα, κοὐκ ἀμφίλογον· φιλικὴν δὲ τὴν ἀναβολὴν ἔχει· διὸ παρ' ἐνίοις, τούτων οὐκ εἰσὶ δίκαι, ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας.

Eſt autem legitima, verbis prolatis conſtans: haec quidem penitus forenſis, de manu in manum: altera autem, magis liberalis, quae tempus dilargitur: eodem tamen pacto, & conuento, quid pro quo: planum autem, & apertum eſt, in hac quoque quod debetur, & minime controuerſum: congruentem autem amicitiae procraſtinationem habet. Qua de cauſa, quibuſdam in locis harum litium non fiunt iudicia, ſed arbitrantur contentos eſſe debere, qui, fide habita, inter ſe aliquid contraxerunt.

Cvm diuiſerit amicitiam, cuius finis eſt fructus aliquis atque emolumentum, in moralem, & tamquam probo viro ingenuoque dignam, & legalem; aperit primum, cuiuſmodi ſit, quam legalem vocat: reſtatur autem, ſe intelligere eam, quae dictis conſtat ac ſcriptis; illam vero duorum generum eſſe tradit, quorum vnum penitus ſordidum eſſe inquit, & tale, quale in foro rerum venalium vſurpatur, in quo venditor in manum tradit emptori, exempli cauſa, hoedum, leporem, gallinam, pretiumque ilico accipit: alterum autem ipſius genus eſſe aliquanto liberalius, cum ſtatim non ſoluitur pretium, ſed in aliquod tempus differtur, conſenſu tamen, conuentoque inito, quid pro eo, quod accepit, dare, & tamquam ſoluere debeat: aliter enim non eſſet hoc proprium huius amicitiae, ſed referretur ad moralem, & ingenuam: certum autem, & planum in hac amicitia inquit eſſe, quod debetur; & nullo pacto anceps, ac dubium, quod indicauit etiam, cum ſtatuit, illam eſſe ἐπὶ ῥητοῖς: ſpeciẽ aliquã in ea habere addit, nec ſinere ipſam penitus vilem eſſe procraſtinationem illam, quae ſapit quiddam congruens amicitiae. Adiungit etiam quaſi corollarium quoddam, hac ipſa de cauſa apud quaſdam gentes iudicia non fieri de his litibus: exiſtimant enim, qui fidem temere habuerunt ijs, cum quibus contraxerunt, contentos errore illo ſuo quieſcere debere. ἐπὶ ῥητοῖς quod inquit, quomodo quoque infra non ſemel locutus eſt, valet, latis condicionibus, ſtandoque ijs, quae primum dicta ſunt. Vſus eſt hoc, quaſi modo quodam loquendi, Euripides in Hippolyto, vbi inducit nutricem Phaedrae, impuram feminam, ſuadere illi ſcelus: in alijs enim multis argumentis, quibus vtitur, inquit, poſtquam ipſa ſequi non vult mores, inſtitutaque Deorum, qui amori indulgent, oportuiſſe patrẽ, ipſam procreaſſe latis quibuſdam legibus, quae ipſi placerent, diſſimilibus ijs, quae ceteris probantur: praeterea quod vſurpauit ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, vim prouerbij habet; expreſſit autem ipſum: indicauitque, prouerbium eſſe M. Cicero in epiſtola, qua commendauit C.
„ Trebatium C. Caeſari. Totum denique hominem tibi ita trado, de manu, ut aiunt, in ma-
„ num tuam iſtam, victoria, ac fide praeſtantem.

Ἡ Α

Ἡ δ' ἠθικὴ, οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ δωρεῖται, ἢ ὅτι δήποτε ἄλλο· κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκὼς, ἀλλὰ χρήσας. οὐχ ὁμοίως δὲ καὶ συναλλάξας, καὶ διαλυόμενος, ἐγκαλέσει. τοῦτο δὲ συμβαίνει, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας ἢ τοὺς πλείστους, τὰ καλά· προαιρεῖσθαι δὲ, τὰ ὠφέλιμα. καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν, μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ· ὠφέλιμον δὲ τὸ εὐεργετεῖσθαι.

Moralis autem non conſtat ſcriptis, & quaſi vinculo verborum, ſed tamquam amico muneratur, ſiue quodlibet aliud agit: recipere autem aequum eſſe putat par vel maius; tamquam non dederit, ſed mutuatus ſit: cum autem non ſimiliter contraxerit, atque diſſoluerit, accuſabit hominem: hoc autem contingit, quia volunt quidem omnes, aut plurimi, honeſta facta: ſumunt autem, reliƈtis illis, vtilia: honeſtum autem eſt, beneficium conferre in aliquem, non vt pro illo aliquid accipiat: vtile autem beneficium accipere.

EXPONIT modo cuiuſmodi ſit alterum genus huius amicitiae, vtilitatis cauſa conſlatae, vocataeque moralis, quod ſane honeſtius eſt, ſi conferatur cum ſuperiore, non tamen omnino tale, ipſumq; eſſe inquit, quod non antecedunt pacta, & conuenta vlla; ſed eorum alter aut amico muneratur aliquid, aut huiuſcemodi quippiā facit, quod ſimilitudinem doni in ſe habeat, vult tamen poſtea ſibi reddi, repetitque tamquam commodauerit, non dilargitus ſit: inde igitur oſtendit naſci querelas, quia non ſimiliter atque contraxerunt, neque eodem genere amicitiae, quo inceperant, diſſoluunt: vnde autem naſcatur haec mutatio voluntatis oſtendit, aperitque vitium animi multorum, ſi non omnium; inquit enim hoc vſu venire, quia cuncti mortales, aut ſi non omnes, ſaltem maior ipſorum pars (correxit enim quod prius dixerat, vt nimis durum in genus humanum) volunt, ac prae ſe ferunt ea, quae honeſta ſunt, ac plena dignitatis; ſumunt autem quae vtilia ſunt, quaeque proſunt: honeſtum autem eſſe inquit beneficium dare, non vt pro ipſo aliquid accipiat, compenſeturque beneficium illud; vt autem hoc honeſtum, ita contra vtile, beneficium accipere.

Δυναμένῳ δὴ ἀνταποδοτέον τὴν ἀξίαν, ὧν ἔπαθε, καὶ ἑκόντι· ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ 3
ποιητέον. ὡς δὴ διαμαρτόντα ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ εὖ παθόντα, ὑφ' οὗ οὐκ ἔδει· οὐ γὰρ ὑπὸ φίλου, οὐδὲ δι' αὐτὸ τοῦτο δρῶντος· καθάπερ οὖν ἐπὶ ῥητοῖς εὐεργετηθέντα, διαλυτέον· καὶ ὁμολογήσαι δ' ἂν, δυνάμενος ἀποδώσειν· ἀδυνατοῦντα δὲ, οὐδ' ὁ δοὺς ἠξίωσεν ἄν· ὥστ' εἰ δυνατὸς, ἀποδοτέον· ἐν ἀρχῇ δ' ἐπισκεπτέον ὑφ' οὗ εὐεργετεῖται, καὶ ἐπὶ τίνι, ὅπως ἐπὶ τούτοις ὑπομένῃ, ἢ μή.

Partes igitur ſunt eius, qui poteſt, pro dignitate eorum, quae accepit reddere, atque id ſua ſponte: neque enim opera nobis danda eſt, vt reddamus nobis amicum eum, qui nolit, tamquam igitur initio peccauerit, paſſusq; ſit ſe adiuuari ab eo, vnde non decebat: neque enim ab amico, & qui propter hoc fecerit; veluti igitur, condicione lata, beneficium acceperit, diſſoluendum ipſi eſt: fatendumq; ſi potuerit, ſe redditurum: ſi vero praeſtare id nequeat, neque is, qui dedit, merito poſtularet. Quapropter ſi facultatem habet, reddendum eſt; initio autem conſiderandum fuit, a quo beneficium accipit, & propter quod, vt illis de cauſis patiatur ſe iuuari, aut repudiet.

DOCET, quae ſint partes eius, qui commodi aliquid, beneficijque accepit ab eo, qui magis videri voluit liberalis, quam eſſe, ne exoriantur inter eos querimoniae, atque odia. Primum igitur vtitur partitione, videndumque dicit, valeat ne remunerari, ac par pro pari reddere ſiue facultas ei non ſit compenſandi acceptum beneficium, quod ſi inquit, par eſt benefi-

beneficio reddendo, dubitandum non eſt, quin id efficere debeat, ac ſponte quidem, libenſque, nec expectare, vt legibus cogatur, cuius ſuae ſententiae cauſam hanc adfert: operam nobis dandam non eſſe, vt quempiam inuitum nobis, recuſantemque amicum efficiamus: eſt enim aliquo modo amicum aliquem nolentem ſibi velle facere, cogere ipſum beneficum eſſe, non foeneratorem atque auarum, vt eſſe vult: atque hoc cum cognoueris te initio erraſſe; beneficiumque accepiſſe, a quo minime decebat: neque enim ab amico, vt putabas, ſubleuatus es: neque ab homine, qui, quod fecit, hoc animo, conſilioque fecerit; tamquam igitur tibi profuerit eo tempore, hac pactione facta, diſſoluere hoc quaſi nomen, debitamque pecuniam debes; faterique te, ſi poteris, quod acceperis, redditurum eſſe, ſi vero facultate omni praeſtandi hoc orbatus fueris, ne ille quoque, qui tibi tunc opitulatus eſt, moleſtus eſſe debebit; iubet tamen eniti, ſi vlla ratione praeſtare hoc poſſit, vt reddat, quod accepit, in poſterumque omni animi prouiſione caueat, ne in eandem fraudem rurſus incidat: videatque diligenter a quo homine beneficium accipit, & quantae fidei, & qua etiam condicione, pactoque, vt cōdicionibus illis patefactis, patiatur ſibi opem ferri: ſiue recuſet.

Ἀμφισβήτησιν δ᾽ ἔχει, πότερα δεῖ τῇ τοῦ παθόντος ὠφελείᾳ μετρεῖν, καὶ πρὸς ταύτην ποιεῖσθαι τὴν ἀνταπόδοσιν, ἢ τῇ τοῦ δράσαντος εὐεργεσίᾳ: οἱ μὲν γὰρ παθόντες, τοιαῦτά φασι λαβεῖν παρὰ τῶν εὐεργετῶν, ἃ μικρὰ ἦν ἐκείνοις, καὶ ἐξῆν παρ᾽ ἑτέρων λαβεῖν, κατασμικρίζοντες: οἱ δ᾽ ἀνάπαλιν, τὰ μέγιστα τῶν παρ᾽ αὐτοῖς, καὶ ἃ παρ᾽ ἄλλων οὐκ ἦν, καὶ ἐν κινδύνοις, ἢ τοιαύταις χρείαις.

Controuerſiam autem in ſe habet, vtrum eius, qui accepit fructu, res ponderanda eſt, atque ad hunc referenda ſit, ſiue eius, qui dedit, beneficentia: qui namque acceperunt, aiunt, ſe huiuſcemodi quaedam accepiſſe a benefactoribus ſuis, quae illis parua erant, quaeq́ ſibi licebat aliunde ſumere, conterentes: hi autem contra, quae maxima erant apud ſe, & quae ab alijs non licebat, & periculoſis temporibus, vel huiuſcemodi aliquibus egeſtatibus.

Existit inquit in hac re controuerſia: cum enim beneficium prorſus reddendum ſit, & eadem menſura reddendum, ſintque duo mortales, quibus in hoc conuenit, quorum alter dat, alter accipit, vtrum eorum ſpectare debemus, atque ita compenſationem beneficij iuſtam moliri, ideſt vti in hac re tamquam menſura, ac norma, fructu, quem inde cepit, qui pecunia adiutus eſt, & ad ipſum in referenda gratia ſe conferre, ſiue ad factum eius, qui opitulatus eſt; eſſe namque negotij non parum in hac re verum videre, declarat, quod ambo rem aliter, atque eſt, & contrario denique modo exiſtimant atque exponunt. Qui namque beneficium acceperunt, conterunt, minuuntque id factum, dicentes, ſe accepiſſe a benefactoribus ſuis, quae puſilla erant in fortunis, copijſque ipſorum: & quae aliunde parare non magno negotio potuiſſent, extenuantes quantum poſſunt rem, liberalitatemque eorum. Qui dederunt autem contra, ſe, quae ampliſſima apud ſe forent, quibuſque ab alijs ille ornari non potuiſſet, ac praeterea duris, periculoſiſque temporibus, & huiuſcemodi denique rebus omnibus, quae vim habent augendi, quod non omnino per ſe grande, amplum ve eſt.

Ἆρ᾽ οὖν διὰ μὲν τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὔσης, ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐστίν: οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος, καὶ ἐπαρκεῖ αὐτῷ ὡς κομιούμενος τὴν ἴσην: τοσαύτη οὖν γεγένηται ἡ ἐπικουρία, ὅσον οὗτος ὠφέληται, καὶ ἀποδοτέον δὴ αὐτῷ ὅσον ἐπηύρετο: ἢ καὶ πλέον, κάλλιον γάρ.

Numquid igitur, cum amicitia conſtet ob vtilitatem, fructus eius, qui accepit, menſura eſt: hic namque eſt, qui eget, & ille alter opitulatur ipſi, vt aequale commodum reportaturus: tantum igitur fuit adminiculum, quantum hic adiutus eſt: quare reddendum ipſi eſt, quantum nactus eſt, ſiue etiam plus: honeſtius namq́ eſt.

DAT operam, vt euellat hunc ſcrupulum, ita autem loquitur, tamquam non omnino certus ſit, vera ne haec ratio ſit ipſius extirpandi. An, cum amicitia haec vtilitatis cauſa conſtituta ſit, fructus, emolumentumque, quod cepit ille, qui adiutus eſt, menſura huius rei eſſe debeat? ipſe namque eſt, qui eget, & qui ſuppeditat ipſi, hoc animo id facit, vt recepturus par pro pari, ac prorſus quantum dedit: quare auxilium, quod tulit laboranti, tanti aeſtimandum eſt, quantus fructus fuit eius, qui melior inde factus eſt: & id, quo egebat, conſecutus; quare addit, tantum reddendum ei eſt, quantum e benignitate illius nactus eſt, ſiue etiam plus: hoc enim honeſtas ipſa facere nos iubet. Perſpicitur autem auctor recordatus eſſe praecepti Heſiodi, qui mandauit in referenda gratia, vt eadem menſura redderetur, qua aliquis acceperit, aut cumulatiore idest, αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον: nam & ſententia eadem eſt, & verbum quoque μέτρῳ ab eo acceptum. Indicaui autem olim, in optimo exemplari legi hoc loco pro ἀφίκετο, quod eſt in excuſis libris, ἱκάνετο, ac neſcio, quomodo tunc fidelem ſcripturam ſecutus non ſim, id quod nunc vt faciant, auctor ſum omnibus, & propter auctoritatem, fidemq; exemplaris ſaepe expertã, & propter concinniorem ſententiam: congruit enim magis notio huius verbi menti philoſophi, quam illius, quod reiecimus, nimis communis: valet autem ἱκάνετο ἐπέτυχεν, ac latine conſecutum eſt, quod teſtatus eſt etiam Heſychius ἀπὸ τοῦ ἱκάνειν: nec tamen ſilere volo, me poſtea in alijs duobus veteribus exemplaribus ſcriptum inueniſſe ἱκάνετο.

Ἐν δὲ ταῖς κατ᾽ ἀρετὴν, ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστι, μέτρῳ δ᾽ ἔοικεν ἡ τοῦ δράσαντος προαίρεσις· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαιρέσει τὸ κύριον.

In amicitijs autem quae virtute conſtant, querelae quidem minime ſunt: menſurae autem ſimilitudinem habet electio eius, qui fecit: virtutis namque & morum principatus eſt in electione.

HOC quoque admonere voluit, in amicitijs, quae virtutem ſpectant, non naſci querelas, cum tamen in ipſis quoq; requiratur quiddam, quod quaſi metiatur officia inter huiuſcemodi amicos, quae nam haec menſura ſit, monſtrat, ſimilitudinemq; eius habere ait, voluntatem illius, qui iuuit amicum, profuitque ipſi in rebus eius malis. Querelas autem, & expoſtulationes oriri non poſſe in his amicitijs planum eſt: ille namque, qui profuit, re aut conſilio, ſiue etiam voluptatem dedit, eſt. qui inſimularet amicum, ſi ſe deſtitutum putaret, quod efficere nequit, qui operam dedit amico: quod enim fecit, praeſtitit, vt perſonam ſuam tueretur, & opus virtutis faceret: ſatis enim magnam mercedem cepit officij illius e laetitia, quam cepit ex laude, quod officio probi viri functus eſt: ita igitur voluntas fuit menſura, & remuneratio eius commodi, & beneficij, quod contulit in amicum, quod ſi aliud quoque geratur; prius tamen illud maxime ratum eſſe, auctor affirmat.

Διαφέρονται δὲ καὶ ἐν ταῖς καθ᾽ ὑπεροχὴν φιλίαις· ἀξιοῖ γὰρ ἑκάτερος πλέον ἔχειν· ὅταν δὲ τοῦτο γίγνηται, διαλύεται ἡ φιλία· οἴεται γὰρ ὅ, τε βελτίων προσήκειν αὐτῷ πλέον ἔχειν· τῷ γὰρ ἀγαθῷ νέμεσθαι πλέον· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὠφελιμώτερος· ἀχρεῖον γὰρ ὄντα οὔ φασι δεῖν ἴσον ἔχειν· λειτουργίαν τε γὰρ γίνεσθαι, καὶ οὐ φιλίαν, εἰ μὴ κατ᾽ ἀξίαν τῶν ἔργων ἔσται τὰ ἐκ τῆς φιλίας· οἴονται γὰρ, καθάπερ ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλέω λαμβάνουσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλείω, οὕτω δεῖν καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ.

Concertant autem quoque in amicitijs, in quibus eſt excellentia: poſtulat enim vterque plus habere: quando autem hoc extiterit, diſſoluitur amicitia: exiſtimat enim, qui melior eſt, conuenire ſibi plus habere: bono enim plus tribui: ſimiliterq́ qui plus emolumenti afferre poteſt: inutilem enim non aiunt oportere par, & aequum habere: ita enim foret illa ſuppeditatio, non amicitia, niſi vt poſtulant opera, exiſtent, quae ab amicitia proficiſcuntur: arbitrantur enim, vt in pecuniae communione plus capiunt, qui plura in medium contulerunt, ſic oportere fieri in amicitia.

Vt in amicitia vtili, quae verſatur inter aequales fieri docuit, ita quoque in his, in quibus altera pars praeſtat alteri, atque antecellit; affirmat diſſenſiones, ac controuerſias gigni: poſtulare enim inquit, vtrumque eorum, plus commodi, bonique capere ex illa voluntatum communione, quod cum contigerit, inquit, dirimi inde, frangique amicitiam. Quae ſit autem radix origoque huius mali, aperit: eſt autem illa, quia vterque ipſorum magis ſuum bonum aeſtimat, quam vere aeſtimari debeat: arbitratur enim inquit, melior, honeſtiorq; decere ſe plus habere, quia bono, quo praeditus eſt, plus tribuendum eſt: eodem autem pacto inquit, qui vtilior eſt, magiſque prodeſt alteri, ſe anteponendum putat, ſecutus hoc, quod, qui fructum nullum parit, nec vſui vlli eſt in ea ſocietate, minime debeat idem, parq; obtinere, atque ille, qui multa in medium confert: aliter enim inquit ille, foret haec mea miniſtratio continens, & tamquam imago quaedam ſeruitutis, non amicitia, niſi munera, quae proficiſcuntur ex amicitia, vt ipſorum ratio poſtulat, aeſtimarentur. Teſtatur autem Ariſtoteles, ipſos ſimilibus vtentes putare, idẽ in amicitia vſu venire, quod ſeruatur in communione pecuniae, ac ſocietate omni, in qua, qui plus in medium confert, plus eius, quod quaeritur, lucrique, ad ſe domum trahit.

Ὁ δ' ἐνδεής, καὶ ὁ χείρων, ἀνάπαλιν: φίλου γὰρ ἀγαθοῦ εἶναι, τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσιν: τί γάρ (φασιν) ὄφελος σπουδαίῳ ἢ δυνάστῃ φίλον εἶναι, μηδέν γε μέλλοντα ἀπολαύειν;

Egens autem, & inferior contra: boni enim amici officium eſſe dicit, ſuppeditare egentibus: quid enim prodeſſet (aiunt) amicum eſſe probo viro, & opulento, ſi nihil inde commodi expectare poſſes?

Qvid pro ſe adferat egens homo, & deterior contra argumenta ſuperiorũ, ideſt melioris, atque liberalioris viri, quae argumenta expoſuit, docet; inquit enim ille, probi amici officiũ eſſe, opitulari amicis egentibus. Quid enim aiunt, oporteret quempiam colere amicitiam probi viri, aut fortunati hominis, principiſque, niſi fructum aliquem, praemiumq; ſe capturum inde videret? poſſet enim aliter, ac deberet ſuperſedere omnibus ijs officijs ac muneribus, quae laborem non paruum, ac moleſtiam in ſe habent. M. quoque Cicero ſuo in libello diſſeruit de ijs amicitijs, quae ſunt inter diſpares, & quomodo mederi oporteat malo, quod impendet ipſis admonuit; eos autem, quos noſter vocat meliorem, & vtiliorem, ipſe appellat ſuperiores: contrarios autem his, inferiores: exemplo quoque vtitur optimi, ac clariſſimi ciuis, qui hoc periculum, & ipſe viderat, ac ſedulo in vita cauerat; initium vero huius animaduerſionis apud eum eſt. Sed maximum eſt in amicitia, ſuperiorem
„ parem eſſe inferiori: ſaepe enim excellentiae quaedam ſunt, qualis erat Scipionis in no-
„ ſtro (vt ita dicam) grege.
„

Ἔοικε δὲ ἑκάτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν, καὶ δεῖν ἑκατέρῳ πλέον νέμειν ἐκ τῆς φιλίας, οὐ τοῦ αὐτοῦ δέ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερέχοντι, τιμῆς: τῷ δὲ ἐνδεεῖ, κέρδους: τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας: τῆς δ' ἐνδείας, ἐπικουρία τὸ κέρδος.

Videtur autem vterque recte ſentire, atque oportere ſane ambobus plus tribui iure illius amicitiae, non tamen vnius, & eiuſdem rei, ſed ſuperiori, honoris: egenti vero, plus lucri: virtutis enim, & beneficentiae honos praemium eſt, paupertatum autem adminiculum, quaeſtus.

Cvm oſtendiſſet, quibus argumentis ambo ſe iniuſte tractatos declarant, ideſt, & ſuperiores, & inferiores, vt verbis vtar Tullianis: ideoque accuſarent amicos, & quid fieri ab illis oportuiſſet, exponerent, ſignificat vtroſque verum aliquo modo poſtulare, debetique ambobus plus tribui, ac concedi e muneribus, quae obeunt illius amicitiae, non tamen vnius, eiuſdemque rei, ſed ei, qui antecellit virtute, atque opibus, plus honoris: alteri vero, qui eget, tenuiſque homo eſt, plus pecuniae ac lucri, quod, ſi factum fuerit, ilico viam obſtructam eſſe querelis, teſtatur, atque omnes numeros eam in ſe habituram aequitatis, cum virtutis, ac beneficentiae compenſatio, & praemium, ſit honos: qui autem volunt opem ferre egenti, ſubleuareque ipſum, debeant, pecuniam ei, mercediſque aliquid ſuppedi-

peditate. In priore horum ſeruari hoc debere vidit quoq; M. Cicero, cuius haec verba ſunt e V. Philip. Neq; enim vllam mercedē tāta virtus, praeter hanc laudis, gloriaeq; deſiderat.

Οὕτω δ' ἔχειν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται· οὐ γὰρ τιμᾶται ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων· τὸ κοινὸν γὰρ δίδοται, τῷ τὸ κοινὸν εὐεργετοῦντι· ἡ τιμὴ δὲ κοινόν· οὐ γὰρ ἔστιν ἅμα χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν, καὶ τιμᾶσθαι· ἐν πᾶσι γὰρ τὸ ἔλαττον οὐδεὶς ὑπομένει· τῷ δὴ περὶ χρήματα ἐλαττουμένῳ, τιμὴν ἀπονέμουσι, καὶ τῷ δωροδόκῳ, χρήματα· τὸ κατ' ἀξίαν γὰρ ἐπανισοῖ, καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται· οὕτω δὴ καὶ τοῖς ἀνίσοις ὁμιλητέον, καὶ τῷ εἰς χρήματα ὠφελουμένῳ, ἢ εἰς ἀρετὴν, τιμὴν ἀνταποδοτέον, ἀνταποδιδόντα τὸ ἐνδεχόμενον.

Ita autem ſe habere in rebuſp. perſpicitur: non enim conſequitur honorem vllum, qui nihil boni comparat communi ciuitatu: commune enim quod ſit, datur ei, qui commune iuuerit: honos autem commune eſt: non enim contingit, vt aliquis ſimul pecuniam cogat e cura rerumpublicarum, & honores conſequatur: cunctis enim in rebus minus habere nemo patitur: ei igitur, qui damni aliquid accipit in re familiari, honorem tribuunt, atque ei, qui capitur donis, pecuniam: quod enim pro dignitate fit, adaequat ac tuetur amicitiam, vt dictum eſt: ſic igitur, qui ſunt inaequales in amicitia, ſe gerere debent: officiumq́ eius eſt, qui pecunia, aut virtute adiutus eſt, honore illa compenſare, reddendo, quod facere poteſt.

Constitvit ſententiam ſuam, qua tradidit, diuerſas hominum fortunas, condicioneſq; in amicitia colēda, longe alijs rebus ornari, ac compenſari debere: vtiturq; exemplo rerumpublicarum, quae cuſtodiunt hoc diligenter: neque enim illae (vt ait) morem habent, honorem tribuere illis, qui nihil commodi, vtilitatiſq; attulerint communi ciuitatis, quod recte, ordineq; ipſas facere ſignificat, dicens: commune namque, ſcilicet bonum, tribui decet homini, qui commune iuuerit, commune ſcilicet ciuitatis beneficijq; aliquid in remp. contulerit. Addit autem, quod requirebatur ad concludendum: huiuſcemodi quiddam eſſe honorem, ideſt commune, publicumq; bonum: ſignificat autem, eos valde peccaturos, qui putarint ſe vna, atq; eadem opera ſua, in publicum collata, & honorem adepturos, & domum pecunia expleturos: contra autem inquit, cūctis in rebus minus, quam deceat, habere; iacturamq; ſimul facere, & pecuniae, & honoris nemo ferret; quare inquit, huiuſcemodi hoc eſſe praeclare intelligentes, liberae ciuitates, ac reges, ciui, qui damnum acceperit in re familiari, dum ſeruit reipublicae, tribuunt honorem: cupido autem pecuniae, atq; auaro pecuniam. Poſt hoc redit auctor ad id, quod in manibus nunc habet, atq; inquit, idem fieri illic debere, vt qui ſtudio amici virtute auctus ſit, aut pecunia, cōcedat meliori, & benigniori honorē, & cultum, atq; ita compēſet acceptum beneficiū: quod omnino fieri in amicitia inaequaliū perſonarū debet; qđ enim pro dignitate fit, & vt vera ratio poſtulat, adaequat, tueturque amicitiā, vt ſupra ſe affirmaſſe dicit, quae amicitia aliter frāgeretur, atq; extingueretur.

Τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν· οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς, καὶ γονεῦσιν· οὐδεὶς γὰρ τὴν ἀξίαν ποτ' ἂν ἀποδοίη· εἰς δύναμιν δὲ ὁ θεραπεύων ἐπιεικὴς εἶναι δοκεῖ.

Quod fieri enim poteſt, amicitia requirit, non quod aeſtimatio vult accurate: neque enim fieri poteſt hoc in cunctis rebus, exempli cauſa in honoribus erga Deos, & parentes: nemo enim vmquam par pro pari redderet, qui autem pro viribus colit ipſos, is probus eſſe videtur.

Praecipit, vt arbitror, id quod contra diceret quiſpiam: iuſſiſſe ipſum, vt haec officia adaequarentur, id tamen aliquando praeſtari non poſſe, quare oportere inquit, in compenſandis beneficijs, id praeſtare, quod aliquis poteſt, naturamque hanc eſſe amicitiae, vt contenta ſit ijs, quae poſſunt effici ab amico, nec praeterea requirat aliquid, poſcatque ſibi par pro pari reddi, quod ſi etiam velit aliquis efficere, conetur que in omnibus rebus id ipſum impetraturum, negat, veluti inquit in Dijs immortalibus honorandis,

ac parentibus; quãuis enim omnia faciat aliquis, non tamen valebit aeſtimationem, dignitatemq; beneficiorum illorũ adaequare, ac par pro pari reddere: qui tamen pro viribus eos coluerit, exiſtimatur officio functus eſſe, laudatur, ac vir probus putatur.

Διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι: πατρὶ δ', υἱόν: ὀφείλοντα γὰρ ἀποδοτέον: οὐθὲν δὲ ποιήσας, ἄξιον τῶν ὑπηργμένων δέδρακεν: ὥστ' αἰεὶ ὀφείλει: οἷς δ' ὀφείλεται, ἐξουσία ἀφεῖναι, καὶ τῷ πατρὶ δή.

Quapropter videretur non licere filio abdicare patrem: patri autem, filium, ius eſſe: qui enim debet, reddere debet: quamuis autem omnia fecerit, nihil dignum ijs, quae in eum a patre ceciderunt, praeſtiterit: quare perpetuo debet: illi vero, quibus debetur, valent dimittere, liberareq; debitores: quare patri liceat.

Hoc tamquam corollarium eſt; cum enim iam probaſſet, quod propoſuerat, admonere praeterea voluit, quid nobis ſentiendum eſſet de re non aliena prorſus a materia, de qua hic agitur, & quae aliquando, vel nimis potius ſaepe, in iudicium venit: Inquit igitur; Quapropter non ſine cauſa putaret aliquis minime licere filio repudiare patrem, & veluti a ſe illum abdicare: contra autem in poteſtate parentis ſitum eſſe, depellere a ſe filium, ac domo extrudere: Declarare autem hoc ſignificat, quod qui debet, cogitur ſoluere, & quod accepit, reddere: neq; aliter poteſt ſe e manu creditoris eripere: perpetuus autem eſt quaſi debitor patris filius, & quamuis omnia praeſtiterit, non tamen poteſt merita patris in ſe adaequare, ac penitus hoc, quaſi aes alienum diſſoluere; contra autem inquit, illi, quibus debetur, valent liberos dimittere debitores ſuos, ſi viſum ipſis fuerit: quare idem etiam patri licet, creditori profecto.

Ἅμα δ' ἴσως οὐδεὶς ποτ' ἂν ἀποστῆναι δοκεῖ μὴ ὑπερβάλλοντος μοχθηρίᾳ: χωρὶς γὰρ τῆς φυσικῆς φιλίας, τὴν ἐπικουρίαν ἀνθρωπικὸν μὴ διωθεῖσθαι: τῷ δ' ἐπιφευκτόν, ἢ οὐ σπουδαστόν, τὸ ἐπαρκεῖν, μοχθηρῷ ὄντι: εὖ πάσχειν γὰρ οἱ πολλοὶ βούλονται: τὸ δὲ ποιεῖν, φεύγουσιν, ὡς ἀλυσιτελές. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

Simul autem nemo fortaſſe vmquam ſeiungeret ſe a filio, niſi ille modum omnem tranſiret in omni genere prauitatis: praeter enim naturalem amorem mos hominum, non depellere a ſe, quod opis adminiculiq; vim habeat: huic vero fugiendum eſt, aut ſaltem non ſtudendum ſuppeditare, cum prauus ille ſit: magna enim pars hominum boni aliquid potius accipere vult: deferre autem alij, fugiunt, tamquam inutile. De hiis igitur ſatis dictum ſit.

Adivngit aliud, quod & ipſum idem recte atque ordine fieri poſſe oſtendit; eſt autem hoc. Neminem patrem conſenſu omnium huc peruenturũ eſſe, domoq; eiecturum filium, niſi ob inſignem aliquam eius improbitatem, quod duobus argumentis huiuſcemodi eſſe, ſignificat, quorum prius eſt, a natura profectum eſſe amorem parentum in liberos: innatũq; ipſis, qui facit, vt magis potius ipſos diligant, quàm deceat, ne dum tanto odio proſequantur: alterum autem, non eſſe conſuetudinis hominum, naturaeq;, depellere a ſe atq; exturbare opem & adiumentum, quod ipſis paratum, promptumq; ſit, cum tempus venerit; vt enim pater aluit filium prima aetate, ita filius debet auxilium ferre parenti ſeni, quo bono ſi ſe priuaret, male ſibi, vtilitatibuſq; ſuis conſuleret; huiuſcemodi autem ſuppeditare, cum tam prauus ſit, patri fugiendum eſt, aut ſi non omnino declinandum, ſaltem non ſummo ſtudio procurandum: magna namque pars mortalium, ideſt homines, qui natura non ſunt moderati, neq; bonis artibus inſtructi ſtudent vtilitatibus ſuis: conferre autem beneficia in alios fugiunt, vt noxium, ac detrimentoſum ſuis fortunis: neq; enim praeſtari id poteſt ſine labore multo, ac iactura aliqua, damnoq; rei familiaris. διωθεῖσθαι valere detrudere aliquid a ſe, ac repudiare: diciq; non ſolum de rebus malis, verum etiam de bonis, certum eſt, quod exemplo etiam Plutarchi hoc plane perſpicitur in vita Lyſandri, narrat enim eum rogatum a Cyro, an vellet διαθεῖναι τὰς παρ' αὐτοῦ φιλοφροσύνας, ideſt benignitatem, & promptum in eum iuuandum animum,

PETRI VICTORII
COMMENTARII
IN IX. LIBRVM ARISTOTELIS
De moribus ad Nicomachum.

ἘΝ ἁπάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις, τὸ ἀνάλογον ἰσάζει, καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται, οἷον καὶ ἐν τῇ πολιτικῇ: τῷ σκυτοτόμῳ ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων, ἀμοιβὴ γίνεται κατ' ἀξίαν: καὶ τῷ ὑφάντῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς: ἐνταῦθα μὲν οὖν πεπόρισται κοινὸν μέτρον, τὸ νόμισμα: πρὸς τοῦτο δὴ πάντα ἀναφέρεται, καὶ τούτῳ μετρεῖται.

IN cunctis autem diſsimilium formarum amicitijs proportio adaequat, & tuetur amicitiam, vt traditum eſt, veluti in amicitia ciuium inter ſe: ſutori pro calceis commutatio fit, vt aeſtimatio requirit, eodem pacto & textori, & ceteris: hic igitur communis menſura comparata eſt, nummus, ad quem cunctae res referuntur, atque hoc metimur.

INITIO poſterioris huius de amicitia libri, oſtendit, quid requiratur ad tuendum genus id amicitiae, quo iuncti ſunt inter ſe homines diuerſarum artium, ac condicionum, quare facilius in eas irrepunt cōtrouerſiae, ac querimoniae: remedium autem huius ingentis mali eſſe inquit, & quod tamquam in vita ipſas retinet, ſi ponderatis, ea menſura, qua id effici poteſt, ipſorum operibus, ac ſtudijs, redactae fuerint ad aequalitatem quandam, id quod in praecedente quoque libro ſe ſignificaſſe tradit: vſu autem hoc venire non in vno tantum genere ipſorum, ſed in cunctis affirmat. Primum autem hoc fieri monſtrat in vulgaribus amicitijs, & quibus copulati ſunt inter ſe leuiter, qui eandem vrbem incolunt: hoc enim amicitiae genus arbitror, ipſum intelligere, cum vocauit ipſam πολιτικὴν, vt exemplis quoque, quibus vtitur, videtur declarari: neque enim poſſet ſutor par calceorum cum fabro domus permutare, cui longiore ſpatio temporis opus fuit ad humilem etiam caſam aedificandam, niſi proportio adhiberetur, atq; ita res compenſaretur: dijungeretur enim ilico conſortium ipſorum; & tamquam imago haec amicitiae. Idem autem vſu venire docet in alijs artibus, & ijs, qui tractant ipſas, vt textore, & ceteris opificibus, quos tamē minus laborare oportere ſignificat, cum ſtudio prudentium vi-

rorum excogitata ſit ratio, qua hoc commode fiat, menſuraq; communis in nenta, praeſtans hoc; illa autem eſt nnmmus, aeſque ſignatum, atque argentum; ad quam menſuram inquit, moris eſſe cuncta referri ac redigi; quaque res diſpares, ac valde diſſimiles metiri homines conſueſſe; Vt autem prope extremum prioris horum libri, de aeſtimatione rerum loquens, ait, ipſam adaequare, ac conſeruare amicitiam, ita nunc, ijſdem paene verbis vtens, idem efficere, tuerique amicitiam proportionem adhibitam.

Ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ, ἐνίοτε μὲν ὁ ἐραστὴς ἐγκαλεῖ, ὅτι ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται, οὐδὲν ἔχων φιλητὸν, εἰ οὕτως ἔτυχε: πολλάκις δ᾽ ὁ ἐρώμενος, ὅτι πρότερον ἐπαγγελλόμενος πάντα, νῦν οὐδὲν ἐπιτελεῖ,

In amatoria autē amicitia aliquādo quidē amator inſimulat illū, cuius amore incenſus eſt; quod; cum praeter modum eum amet, non redametur ab ipſo, nihil in ſe habens dignum quod ametur, ſi forte ita caſus tulit: ſaepe etiam qui amatur, accuſat amatorem ſuum, quod, cum prius omnia polliceretur, nūc nihil eorum praeſtet.

IN VIII. quoque horum librorum vſus eſt exemplo huius amicitiae, quo loco diſſeruit de amicitia, qua iuncti forent inter ſe contrarij homines, & longe alios fines in coniunctione illa ſua habentes, inquit, eo trahi poſſe ob ſimilitudinem amatorem, & delicias ipſius: illi enim quoque intelliguntur contrarij inter ſe eſſe, cum eorum alter, formoſus, alter, deformis ſit: hic igitur quoque, vbi praecipit de querelis, amicitias diſturbantibus, eodem redijt; narratque, hos ambos aliquando non ſine cauſa queri de amore hoc ſecum copulatis: qnandoqne enim inquit, amatorem accuſare pnerum, cuius amore flagrat, quod cum mirifice ipſe eum amet, non mutuo diligitur ab illo, cnius poſtulatnm, ſtultum admodum eſſe ſignificans auctor dicit, contingere aliquando, vt qui nihil in ſe habeat dignum, quod ametur, ita quoque loquatur: nam forma placere ipſum non poſſe apertum eſt: declarari autem hoc exemplo in cordis amore, intimeque peccari voluerunt interpretes, cum tribus poſſe modis amicitiam violari in compenſandis officijs putent hic tradere Ariſtotelem; quorum primus hic eſt. Specimen autem eius, viſque magna querelarum, incaſſum iactatarum eſt Corydon Virgilianus, qui hoc pacto iniuriam ſe accipere putabat, quia deſpiceretur. Saepenumero etiam inquit Ariſtoteles deliciae, atque amores queruntur de amatore ſuo, qui, cum prius, antequam ſcilicet expleret deſiderium illud ſuum acre, maria & montes polliceri ſoleret, nihil poſtea eorum praeſtaret, nec promiſſa donis datis, muneribuſque ſeruatet, quem ſecundnm modum eſſe voluerunt, quia rebus extra poſitis hoc efficitur, aut deſideratur. Cū dixerit, in amore, qui tamquam modum nullnm ſeruet, indicando, ὑπερφιλῶν, freqnens eſt aliquod verbnm, ita iunctum, in Attico ſermone, vt Xenophon quoque in primo libro ἀπομνημονευμάτων, vſurpauit ὑπερσιτεῖν, & ὑπερπονεῖν, cum incontinenter comedere, & immodice laborare oſtēdere vellet, & noſter infra, hoc ipſo in lib. ὑπερβαλλόντων.

Συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὰν ὁ μὲν, δι᾽ ἡδονὴν φιλῇ τὸν ἐρώμενον: ὁ δὲ, διὰ τὸ χρήσιμον τὸν ἐραστὴν; ταῦτα δὲ μὴ ἀμφοῖν ὑπάρχῃ: διὰ ταῦτα γὰρ τῆς φιλίας οὔσης, διάλυσις γίνεται: ἐπειδὰν μὴ γίνηται ὧν ἕνεκα ἐφίλουν: οὐ γὰρ αὐτοὺς ἔστεργον, ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα, οὐ μόνιμα ὄντα: διὸ τοιαῦται καὶ αἱ φιλίαι. ἡ δὲ τῶν ἠθῶν καθ᾽ αὑτὴν οὖσα, μόνιμος, καθάπερ εἴρηται.

Eueniunt autem huiuſcemodi tunc, cum eorum alter ob voluptatem amauerit puerum, quem amat: hic vero amatorem propter vtilitatem: haec autem ambobus non contigerint: cum enim amicitia conflata initio fuerit propter haec, naſcitur diſſolutio, poſtquam non extiterint ea, quorum gratia amabant: non enim ſemet ipſos amabant, ſed quae in ipſis tunc erant, quae ſtabilia non ſunt: vnde tales ſunt etiā amicitiae: amicitia autē, cuius ſolum, ac fundamentū ſunt mores, cum per ſe ſit, manet, ſolidaq; eſt, vt dictum a nobis eſt.

FONTEM hatum querelarum, & vnde illae erumpant, monſtrat, contingereque hoc ait, quan-

quando idem finis amborum non extiterit, cum ipſorum alter, ideſt amator, voluptatem ſitiat: alter vero fructus atque emolumenti cupidus ſit; amatus inquam puer ille, quem amat; ipſa autem neuter ipſorum conſequutus ſit: cum enim inquit, propoſitum illud habeat amicitia haec, ſtatim minuitur, ac diſſipatur, cum minime haec conſequuti fuerint, quae impulerant ipſos ad eum amorem: neque enim inquit, fuit tempus vllum, quo ſe illi vere diligerent, ſed amabant, quae in ipſis tunc exiſtebant, minime firma, nec ſtabilia: amator inquam, florem illum aetatis: puer autem, largum in ſe, ac liberalem animum amatoris: quapropter, inquit, huiuſcemodi etiam ſunt, ideſt fragiles, ac caducae amicitiae horum. Quod ſequitur apud auctorem. ὁ δὲ νῦν ὤν, καθ' αὑτὴν ἔστι, μένει, ita accipio, vt pertineat ad eandem amicitiam declarandam, qua iuncti ſunt inter ſe amator, deliciaeque ipſius: vſu enim venit aliquando, vt ipſa quoque maneat, cum pura atque integra eſt: neque colitur propter explendam libidinem, aut fructum inde aliquem, commodumque auferendum: ſed propter morum, ingeniique ſimilitudinem; nam quod addidit, nunc, hoc a ſe antea dictum fuiſſe, intelligit locum eum, in quo primum ſuperiore in libro, de ipſa praecepit: verſus enim quoque illic eſt, in alijs iiſdem, quibus hic, verbis, quae ſunt haec; πολλοὶ δ' αὖ διαμένουσιν, ἐὰν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἤθη στέρξωσιν, ὁμοήθεις ὄντες. Non me fallit autem Argyropylum, reliquoſque interpretes aliter locum accepiſſe, qui putarunt illis paucis verbis ſignificari perfectam amicitiam, & quae virtute conſtat: etſi enim hic duarum amicitiarum meminerat, non tamen appellauerat, aut iucundam, aut vtilem, quae cum vera diuiduntur; ſed ciuilem, communemque & amatoriam hanc.

Διαφέρονται δὲ καὶ ὅταν ἕτερα γίγνηται αὐτοῖς, καὶ μὴ ὧν ὀρέγονται: ὅμοιον γὰρ τῷ μηδὲν γίγνεσθαι, ὅταν οὗ ἐφίενται μὴ τυγχάνῃ: οἷον καὶ τῷ κιθαρῳδῷ ὁ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ὅσῳ ἄμεινον ᾄσειε, τοσούτῳ πλείω: εἰς ἕω δ' ἀπαιτοῦντι τὰς ὑποσχέσεις, ἀνθ' ἡδονῆς ἡδονὴν ἀποδεδωκέναι ἔφη: εἰ μὲν οὖν ἑκάτερος τοῦτο ἐβούλετο, ἱκανῶς ἂν εἶχεν: εἰ δ' ὁ μὲν, τέρψιν: ὁ δὲ, κέρδος: καὶ ὁ μὲν ἔχει: ὁ δὲ μὴ, οὐκ ἂν εἴη τὰ κατὰ τὴν κοινωνίαν καλῶς: ὧν γὰρ δεόμενος τυγχάνει, τούτοις καὶ προσέχει: κἀκείνου γε χάριν, ταῦτα δώσει.

Litigant autem inter ſe quoque amici, cum longe alia ſibi euenerint, & non ea, quorum deſiderio tenentur: ſimile namque eſt, ac ſi nihil extiterit, quotieſcunque id, quod appetit, conſecutus non fuerit: veluti ille, qui citharoedo pollicitus eſt, ac quanto melius cecinerit, tanto plura: mane autem promiſſa poſcenti, pro voluptate ſe voluptatem reddidiſſe ait: ſi autem vterque ipſorum hoc voluiſſet, ſatis ſe res habuiſſet: ſi vero hic quidē oblectationem, alter autem lucrū: atque ipſorum alter tenet, alter vero minime, res belle ſe non habebit in communione: quibus enim eget aliquis, haec curat: atque illius obtinendi gratia, haec dabit.

Tertium hoc quiddam eſt, quod parere tradit in vulgaribus amicitijs querelas, & altercationes; cum tribuitur ſane aliquid pro opera, & ſtudio eius, qui effecerit, quod rogatus ſit, non tamen illud ipſum, quo egebat, & quod inde ſe ablaturum ſperabat: perinde enim hoc eſſe auctor inquit, atq; nihil accipere, cum non adipiſcitur aliquis id, quod vehementer cupiebat. Exemplum autem, quo vtitur ad rem declarandam ſatis planum, & apertum eſt: illuſit enim ille citharistae lepide, quicunque fuit, ac ſine ſumptu expleuit deſiderium ſuum. Oſtendit Ariſtoteles, non eſſe hanc veram rationem compenſandi beneficium, cum diuerſae voluntates eorum forent: rectumque hoc futurum fuiſſe, ſi idem ambo animo expetiſſent; cum vero ipſorum alter oblectationi, ſuauitatique ſtuderet: alter vero quaeſtui, vnuſque ipſorum obtinuerit, quod cupiebat: alter vero fruſtratus eo ſit, quae fieri oportebat in ea communione, conſortioque, exitum non habuerunt, nec belle adminiſtrata ſunt: naturam enim, conſuetudinemque hominum eſſe affirmat, vt illud, quo egere ſe putat, mortalis omnis amet, & illius impetrandi gratia omnia gerat: reliqua autem non magnopere attendat.

Τὴν ἀξίαν δὲ ποτέρου τάξαι δεῖ; τοῦ προϊεμένου, ἢ τοῦ προλαβόντος; ὁ γὰρ προϊέμενος ἔοικεν ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ, ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν: ὅτε γὰρ διδάξειεν ἅ δή ποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν, ὅσου δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον; „ ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἐνίοις ἀρκεῖ τὸ, μισθὸς δ' ἀνδρί.

Aeſtimationem autem ponere vtrius eſt, an eius, qui liberalis in hoc fuit, ſiue illius, qui antea accepit? qui enim non aſtringit fidem, videtur permittere illi id, quod aiunt, Protagoram facere ſolitum: quando enim docuiſſet, quodcumque illud foret, iubebat, qui didiciſſet, aeſtimare, quanto pretio digna viderentur ipſi, quae ſciret, tantumq́ accipiebat: in huiuſcemodi autem non nul-„ lis ſatis eſt illud, Merces autem viro.

QVAESTIONEM quandam, in beneficijs remunerandis liberaliter datis, exiſtere oſtendit, quae ſollicitaret eos, qui recte hoc tractare vellent, aditumque obſtruere litibus; eamque diſſoluit; eſt autem ipſa, cuius potiſſimum partes ſint definire, quantum pro quolibet opere reddendum ſit: vtrum eius, qui in hoc largus, & tamquam effuſus fuit, ſiue illius, qui prior accepit: qui enim inquit, non curauit aſtringere fidem illius, quem adiuuat, quaſi vinculo aliquo, ſed remiſit id, videtur, permittere hoc egenti, velleque arbitrij eius eſſe hoc facere, exemplo autem declarat, quid intelligat: narratq; hoc efficere ſolitum Protagoram, magnum illum Sophiſtam: quando enim tradebat adoleſcentibus, quos infatuabat, inanem illam ſuam doctrinam, iubebat eum, qui iam didiciſſet, cuiuſmodi illa forent, aeſtimare, quanto pretio digna putaret, quae percepiſſet, tantumque ſibi mercedis loco dari aequum eſſe aiebat. Quam callida autem foret ratio haec nullum negotium eſt videre: adoleſcentes enim illi cogebantur honoris ſui cauſa, magni ea aeſtimare, in quibus perdiſcendis plurimum ſtudij, laboriſque conſumpſiſſent, vt apud alios quoque alicuius pretij forent. Memoriae autem proditum eſt, hunc ipſum Abderitem Sophiſtam, & Gorgiam itidem Leontinum, ope illius ſuae inanis ſapientiae, magnas diuitias conſecutos eſſe. Addit auctor, in huiuſcemodi rebus metiendis, quibuſdam placuiſſe praeceptum illud, quod Heſiodus incluſit in primum librum de rebus ruſticis: nam auctorem huius ſententiae fuiſſe Pittheum Troezenium, diſertum illum & caſtum in primis virum, qui optima diſciplina imbuit Hippolytum, Plutarchus ſcripſit, dixiſſe Ariſtotelem. In libris quoq; de moribus ad Eudemum, philoſophus verſum hunc citauit, quo loco itidem plenum non poſuit, nam integer eſt; μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω; ideſt amicum hominem pretio „ dicto contentum eſſe debere, nec plus poſcere.

Οἱ δὲ, προλαβόντες τὸ ἀργύριον, εἶτα μηθὲν ποιοῦντες, ὧν ἔφασαν, διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαγγελιῶν, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασι γίνονται: οὐ γὰρ ἐπιτελοῦσιν ἃ ὡμολόγησαν: τοῦτο δ' ἴσως ποιεῖν οἱ σοφισταὶ ἀναγκάζονται, διὰ τὸ μηθένα ἂν δοῦναι ἀργύριον, ὧν ἐπίστανται: οὗτοι μὲν οὖν, ὧν ἔλαβον τὸν μισθὸν, μὴ ποιοῦντες, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασιν εἰσίν.

Qui autem, antea accepta pecunia, deinde nihil eorũ effecerunt, quae affirmarunt, quia nimis magna polliciti ſunt, merito accuſantur: neque enim ad exitum perducunt, quae promiſere, hoc autem fortaſſe facere coguntur ſophiſtae: neminem enim inuenirent, qui pecunia emeret ea, quae illi ſciunt: hi igitur minime efficientes ea, quorum mercedem acceperunt, incurrunt in eos, qui de ipſis quaeruntur.

SEQVITVR apud auctorem; eos, qui prius pecuniam, mercedemque acceperunt, poſtea nihil eorum gerunt, quae polliciti ſunt, atque id, quia multo plura prae ſe facturos tulerunt, quam vere praeſtare poſſent, culpae affines eſſe, meritoque inuenire, qui ipſos inſimulent, quod adiungit, Sophiſtas neceſſario cogi facere; cum enim cupidi pecuniae ſint, viamque eam vnam habeant quaerendi ipſam, niſi oſtentarent illam ſuam exilem ſcientiam, neminem inuenirent, qui emeret eam, tenui etiam pretio, vnde augent, & amplifi-

cant

cant ipſam; quare inquit Ariſtoteles, hi, cum minime abſoluant ea, pro quibus tradendis pecuniam acceperunt, merito accuſantur.

Ἐν οἷς δὲ μὴ γίγνεται διομολογία τῆς ὑπουργίας, οἱ μὲν δι' αὐτοὺς προϊέμενοι, εἴρηται ὅτι ἀνέγκλητοί εἰσι· τοιαύτη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία: τὴν ἀμοιβήν τε ποιητέον κατὰ τὴν προαίρεσιν: αὕτη γὰρ τοῦ φίλου, καὶ τῆς ἀρετῆς: οὕτω δ' ἔοικε καὶ τοῖς φιλοσοφίας κοινωνήσασιν: οὐ γὰρ πρὸς χρήμαθ' ἡ ἀξία μετρεῖται: τιμή τ' ἰσόῤῥοπος οὐκ ἂν γένοιτο: ἀλλ' ἴσως ἱκανὸν, καθάπερ καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς γονεῖς τὸ ἐνδεχόμενον.

Eorum autē, in quibus conſenſus, pactumq́ non interceſſerit operae, ac miniſterij, illos quidē, qui volentes non aſtrinxerunt fidem, ſed hoc facere remiſerunt, dictum eſt, cauſam non habere accuſandi alteros: huiuſcemodi enim eſt amicitia propria virtutis: compenſatioq́ facienda eſt, ſpectata electione: haec enim amici eſt, & virtutis: ſic enim par eſt ſe gerere cum his, qui communicant nobiſcum ſtudijs ſapientiae: neque enim dignitatis ipſius iuſta menſura eſt pecunia: pretiumq́ ipſius par, atq; aequale non inueniretur, ſed fortaſſe ſatis eſt, ita ſe gerere, veluti erga Deos, & parentes, quantum quiſque poteſt.

DOCET quid conſtituendum ſit in beneficijs acceptis compenſandis; illa autem non ſunt eius generis: vſu enim venit aliquando, vt, qui opera alicuius vti volunt, non paciſcantur cum ipſo, quid mercedis pro illa dare velint: alij autem ſunt, qui praemium laboris illius, atque operis ſtatuunt. Primum igitur oſtendit, quomodo ſe gerere debeant illi, quibus de mercede non conuenit cum ijs, qui tamquam eos conduxerunt, nec fidem eorum aſtrinxerunt, aliquo tamquam vinculo, ipſoſque merito queri non poſſe tradit, id quod ſupra ſignificauit; ſi ſe poſtea exigue, atque minute tractatos putarint, cum huiuſcemodi ſit hoc: ipſumque praeſtet vera, perfectaque amicitia; quare non eſſe dubium oſtendit, quin compenſatio adminiſtranda ſit pro voluntate, & ſtudio eius, qui beneficium dedit: neque enim tam res ipſa ſpectanda eſt, quam videndum, quo animo ille, qui adiuuit, id praeſtitit: inueniuntur enim non nulli, qui magis inanis laudis ac gloriae aucupandae cauſa, conferunt in quempiam beneficij aliquid, quam quod ipſis prodeſſe ſtudeant, hanc autem compenſationem eſſe addit, quae propria eſt amici, atque ab eo expectari debet. Eandem autem eſſe adiungit, nec diſſimilem ipſi vllam in partem, ſi officio fungi volunt, cōpenſationem eam, quam expectant, qui tradunt aliquibus bonas artes: ſocijque ſunt inter ſe optimorum ſtudiorum: neque enim pecunia opera illorum, fructuique, qui inde capitur, adaequari poteſt, ac, ſiquis pretium iuſtum huius operae indagaret, fruſtra in eo operam poneret: neque enim extat vllum; quare inquit, non eſt alienum, ita ſatisfieri huic officio, exiſtimare ea ratione, qua ſe gratos oſtendunt, memoreſque tantorum beneficiorum, homines erga Deos immortales, ac parentes ſuos, ideſt contenti eſſe illo, quod fieri ab ipſis commode poteſt. Quod mercedem parem aequalemque vocauit ἰσόῤῥοπον: apparet verbum tranſlatum eſſe a libra, in cuius lances, cum par onus impoſitum fuerit, in neutram partem feruntur. Eodem pacto Graeci, hiſtoriae ſcriptores, appellant μάχην ἰσόῤῥοπον cum victoria in neutram partē inclinat: nos patrio ſermone huiuſcemodi res, ab eadem libra ad eas tranſlato nomine, bilanciata appellamus.

Μὴ τοιαύτης δ' οὔσης τῆς δόσεως, ἀλλ' ἐπί τινι, μάλιστα μὲν ἴσως δεῖ τὴν ἀνταπόδοσιν γίγνεσθαι, ἀμφοῖν δοκοῦσαν κατ' ἀξίαν εἶναι: εἰ δὲ τοῦτο μὴ συμβαίνοι, οὐ μόνον ἀναγκαῖον εἶναι δόξειεν ἂν τὸν προέχοντα τάττειν, ἀλλὰ καὶ δίκαιον: ὅσον γὰρ ἂν οὗτος ὠφελήθη, ἢ ἀνθ' ὅσου τὴν ἡδονὴν εἵλετ' ἂν, τοσοῦτον ἀντιλαβὼν ἕξει τὴν παρὰ τούτου ἀξίαν καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὠνίοις οὕτω φαίνεται γινόμενον.

Cum autem quod fuerit datum, & in aliquem collatum, non hoc animo praebitum fuerit, ſed vt pro ipſo aliquid accipiatur: maxime quidem fortaſſe oportet compenſationem fieri, quae ambobus videatur pro dignitate eſſe; quod ſi hoc

non

non contigerit, non ſolum neceſſarium videretur eſſe illum, qui prius accepit, quantum reddendum ſit, ſtatuere, verum etiam iuſtum: quantum enim hic adiutus eſt, meliorq; factus, & quanti voluptatem illam cepiſſet, tanto pro illo accepto habebit ab hoc iuſtam mercedem, in rebusq; venalibus planè cernitur hoc ſeruari.

TRANSIT ad alternm genus compenſationis ornandum: quomodoque citra vitium admi niſtrari debeat, declarandum: niſi igitur inquit, tali animo datum fuerit, quod praebetur, ideſt largiore, & ad liberalitatem procliuiore, ſed praemio pacto, praecipue oportet compenſationem fieri, probatam ambobos, & quae putetur digna re praebita: primumq; conceſſa: ſi autem hoc ait, noo contingeret, vt ambobus ſcilicet de illo conueniat, ſed diſcordent loter ſe, non ſolum neceſſarium eſſe videri poſſet, verum etiam iuſtum, eum, qui priua rem tenet, ſtatuere, definireque, quod pro illa reddi debet: videndum enim eſſe inquit, vt recte hoc fiat, quantum fructus, emolumentique ſuis in rebus is acceperit, ſiue quanti emiſſet voluptatem eam, cuius compos factus eſt: & ſi tantum acceperit, nactus erit verum pretiom, mercedemque aequam earum rerum. Simili praeterea vſus eſt ad rem magis declarandam: dicit enim, idem hoc fieri in rebus venalibus; quaerit enim emptor, quanti ea res ſit; venditor autem plus iuſto petit, tunc emptor, cum ſecum viderit, quid commodi, voluptatiſque inde capere poſſit, pretiom ſtatuit.

Ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶ νόμοι, τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι· ὡς δέον, ᾧ ἐπίστευσε, διαλυθῆναι πρὸς τοῦτον, καθάπερ ἐκοινώνησεν· ᾧ γὰρ ἐπετράφθη, τοῦτον οἴεται δικαιότερον εἶναι τάξαι τοῦ ἐπιτρέψαντος· τὰ πολλὰ γὰρ, οὐ τοῦ ἴσου τιμῶσιν οἱ ἔχοντες, καὶ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν· τὰ γὰρ οἰκεῖα, καὶ ἃ διδόασιν, ἑκάστοις φαίνεται πολλοῦ ἄξια· ἀλλ' ὅμως ἡ ἀμοιβὴ γίνεται πρὸς τοσοῦτον, ὅσον ἂν τάττωσιν οἱ λαβόντες· δεῖ δ' ἴσως οὐ τοσούτου τιμᾶν, ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον, ἀλλ' ὅσου πρὶν ἔχειν, ἐτίμα.

Quibuſdam etiam in locis ſunt leges, contractuum, qui ſponte fiunt, iudicia non fieri: quaſi oporteat, cui fidem habuerit, diſſolui cum eo, vt communicauit: cuius enim arbitrio res permiſſa eſt, hunc exiſtimat aequiorem eſſe, qui ſtatuat, quàm illum, qui permiſerit: multa namque ſunt, quae non tanti aeſtimant, qui habent, & qui accipere volunt: ſua enim propriaq; & quae dant, ſingulis videntur eſſe magno pretio digna: ſed tamen compenſatio fit cum hoc, quanti ſtatuerint, qui acceperunt: decet autem fortaſſe non ita exiſtimare, quanti, poſtquam habet, dignum apparet, ſed quanti, prius quàm haberet, aeſtimabat.

ADDIT praeterea, quod idem praeſtat, quibuſdam in locis extare leges, quae vetant de huiuſcemodi tamquam permutationibus aliquorum inter ſe ſponte, liberaliterque adminiſtratis, iudicia fieri, neque magiſtratum vllum has cauſas ſuſcipere, quaſi rectum ſit, huiuſcemodi omnem, cui fidit, cum eo, vt coepit, diſſoluere illum, tamquam contractum: eodemque animo, quo initio inſtituit, ideſt prono ad fidem illi habeudam; illum enim, cui res commiſſa eſt, magis iuſte putauit, poſſe hoc definire, & quaſi metiri, quam illum, qui commiſiſſet, rationem hanc ſecutus; quod plerumque mortales noo tanti aeſtimant res, poſt quam adepti ſunt, atque iam tenent, quanti aeſtimabant, cum eas optabant, adipiſcique ſtudebant. Quid autem aequius ſit magiſque accedere ad veritatem ipſam arbitretur, aperit, dicens, magis fortaſſe iuſtum eſſe, non tanti aeſtimare, quanti aeſtimanda videtur ei, qui eam tenet, ſed quanti prius aeſtimabat, quam ea potitus eſſet.

Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ τοιάδε· οἷον πότερα δεῖ πάντα τῷ πατρὶ ἀπονέμειν, καὶ πείθεσθαι, ἢ κάμνοντα μὲν, ἰατρῷ πιστέον· στρατηγὸν δὲ χειροτονητέον τὸν πολεμικόν· ὁμοίως δὲ φίλῳ μᾶλλον, ἢ σπουδαίῳ, ὑπηρετητέον, καὶ εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον, ἢ ἑταίρῳ δοτέον, ἐὰν ἀμφοῖν μὴ ἐνδέχηται.

Huiuſce-

Huiuſcemodi etiam quaedam nos dubios, atque incertos habent. ceu vtrum decet, patri omnia tribuere, cunctiq; in rebus ipſi obtemperare: an aeger medico parere debet: ducemq; exercitus creare ſuffragio ſuo peritum belli: eodemq; pacto amico ne magis, an bono viro inſeruiendum ſit: & illi ne, qui beneficium dederit, gratia referenda ſit, ſiue ſodali praebendum, ſi facultas non ſit ambobus.

VT autem dubitari merito poſſe de filio, quod proxime oſtenderat, ſignificauit, ita exoriri alias non paucas quaeſtiones in his rebus, officijſque amicorum inter ſe tuendis; teſtatur; quae non ſine cauſa ſollicitarent eos, qui peccare nollent in ipſis, & ab omni culpa abeſſe. Primum igitur inquit, dignum eſſe, de quo aliquis dubitet, an filium deceat cuncta patri, ſine diſcrimine vllo, tribuere: exempli cauſa omnes gradus honoris ſuffragio ſuo: eodemque pacto obtemperare illi omnibus in rebus, ſiue potius aegrotus filius debeat parere medico, quam parenti: contingit enim ſaepe, vt pater metuat curationes quaſdam, vt periculoſas vitae filiorum: exempli cauſa, miſſionem ſanguinis; ſimiliterque videntur partes eius eſſe, deligere potius ducem exercitus peritum rei militaris, imminente reip. bello periculoſo, & duro. Eodemque pacto inquit, quae altera quaeſtio eſt, amico potius, quã probo viro pecunia ſubueniendum, temporique ipſius ſeruiendum; &, quae tertia, beneficium ei, qui prius in te beneficus fuit; potius reddendum, quam ſodali dandum; ſi facultas tibi non ſit vtriuſque ornandi, ſtudioque tuo, ac pecunia ambobus opitulandi. Vt autem in deligendo imperatore, non eſſe attendendum docuit officium, amicitiamque filij erga patrem, ita etiam vtilitatem publicam anteponendam eſſe conſtat priuatis inimicitijs, quod feciſſe narrauit M. Cicero C. Fabricium, qui hominem ſibi inimicum, conſulem fecit bello magno, & graui: nec ſolum inimicum, verum etiam male audientem, & infamem auaritia, & furtis: atque id, quia ſciebat egregie fortem eſſe, & bonum imperatorẽ. Videndum igitur eſt, quid tempora poſtulent, atque id conuenire, & rectum eſſe exiſtimandum.

Ἆρ' οὖν πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκριβῶς μὲν διορίσαι οὐ ῥᾴδιον· πολλὰς γὰρ καὶ παντοίας ἔχει διαφορὰς· καὶ μεγέθει, καὶ μικρότητι, καὶ τῷ καλῷ καὶ ἀναγκαίῳ· ὅτι δὲ οὐ πάντα τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον, οὐκ ἄδηλον.

Numquid igitur huiuſcemodi omnia accurate definire facile non eſt: multas enim, atque omnis generis habent in ſe differentias: & magnitudine, & paruitate, atque etiam quod ob dignitatem à ſe geſta ſunt, ſiue neceſſitate ſibi impoſita: non oportere autem nos eidem omnia reddere, obſcurum non eſt.

VIDET ſe premi varietate inconſtantiaq; harum rerum, & quaſi dolet non poſſe, vt vellet, moſque ipſius in certioribus rebus eſt, exquiſite haec tradere; id quod ſignificat naſci vitio ipſarum, non ſua vlla culpa, quae multis, varijſque de cauſis immutantur, cum partim earum magnae ſint; partim autem puſillae, eodemque pacto quaedam decoris, dignitatiſque non parum habeant: quaedam autem neceſſitatem ſecum ferant: nam minime eſſe cuncta vni, eidemque tribuenda, planum, & apertum eſſe teſtatur.

Καὶ τὰς μὲν εὐεργεσίας, ἀνταποδοτέον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μᾶλλον, ἢ χαριστέον ἑταίροις· καὶ ὥσπερ δάνειον, ᾧ ὀφείλει, ἀποδοτέον μᾶλλον, ἢ ἑταίρῳ δοτέον.

Et beneficia quidẽ accepta potius plerũq; referẽdũ eſt, quam ſodalibus gratificandum: & tamquam mutuo acceptam pecuniam, cui debet, reddendam potius, quam ſodali dilargiendam.

REPETIT non nulla eorum, quae ſupra oſtenderat, ſcrupulum inijcere in pectora multorum; accuratiuſque docet, quid conſilij a nobis de ipſis capiendũ ſit. Primum igitur praecipit in vniuerſum beneficia, quae accepimus reddenda nobis eſſe potius, quam pecunia illa, operaque noſtra gratificandum ſodalibus: quod ſi perpetuum non ſit, plerumque tamen ſeruari debere; id quod ſimili probat, oſtendens hoc cuſtodiri in aere alieno: pecu-

niam

niam enim mutuo acceptam reddendam ei, vnde acceperis, potiuſquam ſodali eandem commodandam.

Ἴσως δ' οὐδὲ τοῦτ' ἀεί: οἷον τῷ λυτρωθέντι παρὰ λῃστῶν, πότερον τὸν λυσάμενον ἀντιλυτρωτέον, κἂν ὁστισοῦν ᾖ, ἢ καὶ μὴ ἑαλωκότι ἀπαιτοῦντι δὲ, ἀποδοτέον, ἢ τὸν πατέρα λυτρωτέον: δόξειε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτοῦ μᾶλλον τὸν πατέρα.

Fortaſſe autem neque hoc ſemper: veluti ei, qui redemptus fuerit a praedonibus, verum redimendus ſit, qui eum ſoluit., qualis qualis ille ſit, ſiue quamuis captus non ſit: repetenti autem, reddere oporteat, an pater pecunia illa ipſi redimendus ſit: videri enim poſſet, eum magis patrem redimere oportere.

CVM autem hoc iam monuiſſet, tamquam mutato conſilio, inquit, fortaſſe hoc perpetuum ſolidumque non eſſe; indicatque, quomodo variari id, immutarique poſſit, fingens huiuſcemodi quendam caſum, in quo perſonae tres continentur, dignae aliquo modo remuneratione illa, & quae poſcendi id iuſtam cauſam haberent. Exempli igitur cauſa inquit, ſi contingat, quempiam e praedonibus redemptum eſſe, vtrum debeat eum, qui ipſum pecunia ſua redemit, ſi captus forte ille ſit, redimere, cuicuimodi ille ſit, ideſt quamuis ignotus ipſi ſit, & nullius pretij homo, ſiue creditori ſuo, quamuis, captus a piratis non ſit, repetat tamen pecuniam ſuam, reddere, ſiue patrem ipſa, qui captus a praedonibus, in vinculiſque ſit, redimere: diſſoluens autem hunc nodum, vt poteſt, ait; videri enim poſſet, patrem potius e praedonum manibus eripere, quam ſemet ipſum.

Ὅπερ οὖν εἴρηται, καθόλου μὲν τὸ ὀφείλημα ἀποδοτέον: ἐὰν δὲ ὑπερτείνῃ ἡ δόσις τῷ καλῷ, ἢ τῷ ἀναγκαίῳ, πρὸς ταῦτ' ἀποκλιτέον: ἐνίοτε γὰρ οὐδ' ἐστιν ἴσον τὸ τὴν προϋπαρχὴν ἀμείψασθαι: ἐπειδὰν ὁ μὲν, σπουδαῖον εἰδὼς εὖ ποιήσῃ: τῷ δὲ, ἡ ἀνταπόδοσις γίγνηται, ὃν οἴεται μοχθηρὸν εἶναι: οὐδὲ γὰρ τῷ δανείσαντι ἐνίοτε ἀντιδανειστέον: ὁ μὲν γὰρ, οἰόμενος κομιεῖσθαι, ἐδάνεισεν, ἐπιεικεῖ ὄντι: ὁ δὲ, οὐκ ἐλπίζει κομιεῖσθαι παρὰ πονηροῦ.

Quod igitur dictum eſt, vniuerſe quidem id, quod debetur, reddendum eſt, ſi vero quod primo datum eſt, eximie ſe protulerit dignitate, vel neceſſitate ſibi impoſita, verſus haec declinare oportet: interdum enim neque par eſt, neque aequale illi, quod primo factum eſt, reſpondere: cum is quidē probum virum eſſe intelligens, beneficio ipſum affecerit: ipſi autem gratia referenda ſit illi, quem arbitratur prauum hominem eſſe: neque enim ei, qui pecuniam mutuam dedit, interdum ipſi mutua danda eſt; hic namque, putans recepturum, credidit pecuniam, cum ſciret, eum probum eſſe: hic vero, non ſperat ſe recepturum a prauo homine.

REDIT, poſt haec ad ſententiam ſuam confirmandam, iteratque exceptiones, quas monſtrauit variare illam, iiſdem etiam verbis vtens; inquit enim. Quod igitur ſupra a nobis dictum eſt, oportet in vniuerſum debitam pecuniam diſſoluere, illam tamen ſi cuipiam dederis; intelligens ope ipſius eum geſturum eſſe quippiam praeclarum facinus, ſummaque laude dignum: ſiue te remedium adhibiturum ita graui alicui malo, tunc liquido potes ſuperſedere illo officio, conuerteteque huc ſummam illam auri. Quod ſequitur non facis ad pecuniam debitam diſſoluendam, ſed ad beneficiū quodlibet acceptum ſine culpa non compenſandum ob diſſimilitudinem perſonarum: hoc enim arbitror hic valere προϋπαρχὴν: inquit igitur aliquando contingere, vt par non ſit reſpondere cuipiam in benignitate, & vt tu ab eo adiutus es, ita in ipſum magnum beneficium conferre, ſi vſu venerit, vt poſtea opera, ſtudioque tuo egeat, quod aliter rectum extitiſſet, ac poſtulari merito potuiſſet: Rationem autem hanc ſuae ſententiae reddit: ille namque, te probum virum eſſe ſciens, tibi beneficium dedit: tu vero, ſi prodeſſes ipſi, prauum hominem te iuuare putares & indignum; qui bonis viris ſubleuaretur: ſiquid autem ſcrupuli de hoc in animo alicuius reſtaret,

ret, ipſum euellit ſimili, valde accommodato ad rem illuſtrandam; inquit enim, licere etiam aliquando illi, qui pecuniam mutuo a quopiam accepit, illi vicitſim non credere: atque hoc, quia putans ille ſe ipſam recepturum, credidit iuſto homini; tu vero diffidis, te recepturum ab improbo, & infido.

Εἴτε τοίνυν τῇ ἀληθείᾳ οὕτως ἔχει, οὐκ ἴσον τὸ ἀξίωμα: εἴτ' ἔχει μὲν μὴ οὕτως: οἴονται δὲ, οὐκ ἂν δόξειαν ἄτοπα ποιεῖν.

Siue igitur vere ita ſe res habet, non eſt par poſtulatum: ſiue non ita ſe habet: putant autem, non exiſtimari poſſent res abſurdas facere.

Cᴠᴍ decipi poſſe videat, & errare eum, qui tam male exiſtimat de quopiam, indignumq; ipſum beneficio putat, oſtendit nunc, quamuis etiam hoc ſit: putari tamen non debere, eum, qui recuſat beneficium reddere, ſtulte facere; nam ſi non errat, tanto magis vacuus eſt ab omni culpa, cum vero dixerit, non eſſe par, aequumque poſtulatum, intellexit contentionem hanc inter probum virum, & improbum. Similis autem valde hic locus eſt illi e tertio libro de arte dicendi, vbi de iureiurando agens inquit οὐκ ἴσου πρόκλησις αὕτη ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ: quemadmodum enim illic non par eſſe dicit illud, ad quod vocat, & quaſi inuitat impius piũ hominem: pius namque veritus, ne offendat apud Deos, etſi ſcit ſe non peierare, metuit iurare: impius vero negligens Deos, ſoluto animo peierat, ita homo malus probo viro, fretus bonitate illius, credit illi pecuniam: contra autem probus ille non ſine cauſa ſe committere non vult fidei praui hominis, & hoc eſt, quod auctor hic inquit, non eſſe par, aequaleq; ἀξίωμα: ideſt poſtulatum: vocat enim hic ἀξίωμα, id quod illic, apte magis ei loco appellauit πρόκλησιν, quia impius ſe tamquã offert pio, ac proponit ipſi hanc condicionem.

Ὅπερ οὖν πολλάκις εἴρηται, οἱ περὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς πράξεις λόγοι, ὁμοίως ἔχουσι τὸ ὡρισμένον, τοῖς περὶ ἅ εἰσιν: ὅτι μὲν οὖν οὐ ταυτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον: οὐδὲ τῷ πατρὶ πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διὶ θύεται, οὐκ ἄδηλον.

Quod igitur ſaepe a me dictum eſt, orationes, quae habentur de motibus animorum, & actionibus, eodem pacto continent in ſe certum & definitum, quo pacto habent res, de quibus habentur: non eſſe igitur eadem omnibus tribuenda: neque patri etiam cuncta, veluti neque Ioui cuncta imolantur, obſcurum non eſt.

Pᴏꜱᴛ hoc, ne ſe forte aliquis inſimulet, quod nihil certi de his rebus praecipiat, oſtendit, hoc non ſua culpa fieri, ſed varietate, ac vitio harum rerum, cum omnis praeceptio, doctrinaque de vita & moribus, motibuſque his animorum, atque actionibus ſequatur naturam rerum illarum, exquiſitaq; aut dubia ſit, vt ſunt certae, aut lubricae res, quas tradunt.

Ἐπεὶ δ' ἕτερα γονεῦσι, καὶ ἀδελφοῖς, καὶ ἑταίροις, καὶ εὐεργέταις, ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα, καὶ τὰ ἁρμόττοντα ἀπονεμητέον: οὕτω δὲ καὶ ποιεῖν φαίνονται: εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσι τοὺς συγγενεῖς: τούτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος, καὶ αἱ περὶ τοῦτο δὴ πράξεις. καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστ' οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπαντᾶν διὰ ταυτό.

Quia autem alia parentibus, & fratribus, & ſodalibus, & iis, qui nobis beneficii aliquid dederunt, ſingulis ſua, propriaq; & apta tribuenda ſunt: & ita facere homines perſpiciuntur: ad nuptias enim vocant cognatos: his namque genus commune eſt: quare & actiones, quae huc faciunt, communes ſunt: & ad inferias maxime arbitrantur oportere cognatos eadem de cauſa conuenire.

Sᴏʟᴠɪᴛ modo ſuperiorem, quam propoſuit, quaeſtionem: dubitauit enim, an rectum ſit, deceatque, cuncta patri tribuere, quae fuit prima quaeſtio, etſi mutato ordine non ipſam primo loco reijcit, oſtendens, minime eſſe eoſdem gradus honoris omnibus tribuendos ſine diſcrimine vllo; neque omnes parentibus etiam a liberis, quod tamen ſimili confirmat,

mat, narrans, morem non eſſe, inſtitutumque mortalium, vt omnes hoſtias imolent Ioui etiam ipſi, ſed ſuas, & quae conueniunt naturae, maieſtatique eius. Cum traditum autem atque explanatum eſſet, non omnia omnibus tribuenda, ſed longe alia alijs, diſſimilibus inter ſe perſonis, vidit, requiri a ſe merito poſſe, vt oſtendat, cuius potiſſimum generis illa ſint, quae diſparibus illis danda ſunt: quattuor autem genera hominum nominat, atq; inquit, ſingulis ſua, propriaque tribuenda eſſe, & quae maxime congruant ipſis: fierique hoc, ac ſeruari multis in rebus ab hominibus vulgo commemorat, veluti inquit, ad nuptias vocant cognatos: his namq; commune genus eſt, & quaſi coniūctio ſanguinis: quare ait, quaecunq; ab ipſis geruntur eo tempore, nō propria perſonarū illarum ſunt, ſed cōmunia toti familiae: ideſt ſiquid inde honoris aut maculae ſuſceptum ſit, ſiue proſperi, aut aduerſi, illud honeſtat, aut commaculat totā familiam: eodemq; pacto ipſi laetitiam adportat, aut aegritudinem: praeterea inquit, vt mos eſt inuitare gentiles hoc tempore, pleno gaudij atq; hilaritatis, ita doloris, ac luctus: cū enim effertur mortuus, atq; in funeribus, arbitrantur homines, oportere adeſſe cognatos, quia maeror communis eſt, maleque factum omnes illi putant: incommodumque a ſe acceptum ob interitum eius viri. Miror autem Argyropylum Graecum hominem, & illum quidem valde doctum non vidiſſe, quid hic valeret εἰς τὰ κήδη: reddidit enim, vt ad ſponſalia: ſecutus autem ille in eo eſt Euſtratium, quod nō debebat, non magnae auctoritatis interpretem; Arretinus tamen in hoc lapſus non eſt; nā praeterquam quod non eſt dubium, quin κῆδος quoque valeat buſtum, & obitum: vnde ἐπικήδειος θρῆνος vocatus eſt fletus, lamentatioque, qua propinqui lugent fato functū quempiam ipſorum: nam Statius quoque carmen funebre Graeco hoc nomine indicauit, admonere ipſos debuit, morem eſſe, inſtitutumque mortalium non minus, quam in nuptijs, hoc tempore adeſſe propinquos, ac pio hoc officio fungi, atque illos quidem non inuitatos, vt oſtendere etiam videtur philoſophus, qui ait eos ſolere ἀπαντᾶν ad hoc munus obeundum.

Δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν, ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον ὂν ἢ ἑαυτοῖς εἰς ταῦτ' ἐπαρκεῖν, καὶ τιμὴν δὲ καθάπερ θεοῖς: οὐ πᾶσαν δὲ γονεῦσιν: οὐδὲ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ, καὶ μητρί: οὐδ' αὖ τὴν τοῦ σοφοῦ, ἢ τοῦ στρατηγοῦ, ἀλλὰ τὴν πατρικήν: ὁμοίως δὲ καὶ μητρικήν: καὶ παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν, ὑπαναστάσει, καὶ κατακλίσει, καὶ τοῖς τοιούτοις.

Uideretur autem oportere genitoribus maxime alimentum praebere, vt debitores, & cum cauſa fuerint, quod ſumus: honeſtius eſt ijs, quam nobis met ipſis ad haec ſuppeditare, & honorem itidem genitoribus veluti dijs: non omnem autem genitoribus: neque enim eundem patri, ac matri, neque rurſus eum, qui debitus eſt ſapienti viro, & exercitus duci, ſed eum, qui conuenit patri, aut matri, & omni autem ſeniori honorem pro aetate, aſſurgendo ijs, & honeſtiore loco ipſis cedendo, & ceteris huiuſcemodi ſeruandis.

QVAE maxime tribuenda videantur ſingulis ſanguine coniunctis, oſtendit, aut ſaltem propinquioribus, initium ducens ab his, qui genuerunt, parentibuſque. Primum igitur tradit, oportere filios ipſis ſuppeditare cibum: quibuſque alantur, atque id duabus de cauſis, & quia tamquam debitores huius rei, ideſt alimenti, ſumus, cum ipſi nos longo temporis ſpatio nutrierint, quare par pro pari reddendum, & quia maximum omnium beneficium dederunt; cum cauſa extiterint ortus noſtri, vitaeque: honeſtius igitur eſſe dicit, in hoc illis opitulari, quam ſemetipſos eſcis illis alere. Poſt officium hoc debitum parentibus, tranſit ad honorem, quem ijſdem his, vnde nati ſunt, filij habere debent: eundemq; ipſum eſſe putat, atque eſt ille, qui tribuitur Dijs immortalibus: non tamen omnem honorem arbitratur parentibus tribuendum, & non eundem etiam ſine vllo diſcrimine ambobus: aliter enim pater, aliter mater ipſis colenda eſt: neque etiam decere putat, honorem, qui conuenit ſapienti viro, concedere patri, vt neque etiam proprium ducis exercitus eidem; ſed congruentem patri; eodemque pacto accommodatum matri, non alienum ipſi exhibere iubet: praeterea omni homini, qui iuſto interuallo vincat, ſeniorique tribuendum honorem cenſet, cuiuſmodique ille debeat eſſe ſignificat: vt enim variatur aetas, ita honorem variari, minoremque aut maiorem eſſe oportere teſtatur: aſſurgere autem ſeni venienti iuniorem debere narrat; quod non tantum in grauiore aetate praedito, ſed in hone

ſtiore

maioriſque dignitatis viro ſeruari debere declarauit Latinus poeta, cum cecinit. Vtque „ viro Phoebi chorus aſſurrexerit omnis, vt Homerus quoque, cum ait, reliquos Deos ſedibus ſuis ſurrexiſſe, patre ſuo aduentante: Addit autem Ariſtoteles, morem etiam eſſe in epulis, conuiuioque ornandi claros viros accubatione; In primo quoque libro de arte dicendi tetigit rationes has omnes, generaque honoris; quibus adiunxit Barbarorum etiam ritus.

Πρὸς ἑταίρους δ' αὖ, καὶ ἀδελφοὺς, παῤῥησίαν καὶ ἁπάντων κοινότητα: καὶ συγγενέσι δὲ καὶ φυλέταις, καὶ πολίταις καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν, ἀεὶ πειρατέον τὸ οἰκεῖον ἀπονέμειν, καὶ συγκρίνειν τὰ ἑκάστοις ὑπάρχοντα κατ' οἰκειότητα, καὶ ἀρετὴν, ἢ χρῆσιν.

Erga ſodales autem rurſus, & fratres danda eſt libertas loquendi, & omnium rerum communitas: & cognatis autem, & tribulibus, & ciuibus, & reliquis omnibus ſemper enitendum eſt ſuum propriumq́ tribuere, & conferre inter ſe, quae ſingulis inſunt, & propinquitate, & virtute, & vſu.

Significat requiri, vt erga ſodales, ac fratres adhibeatur loquendi libertas, & omnium rerum communio: cum enim aequales inter ſe ſint; mutuoque amore flagrent, diſparitas nulla inter eos requiritur: coram namque parentibus vtrisque valde maioribus caute, verecundeque minores natu loqui debent, nec exiſtimare, ſe pariter dominos eſſe ſuarum fortunarum. Deſcēdit poſt haec ad eos, qui laxioribus quaſi vinculis inter ſe alligati ſunt, hi autem ſunt cognati reliqui, tribules, ciues: in vniuerſumque praecipit de ipſis, enitendum nobis eſſe ſuum, propriumque & honorem, & cultum illis tribuere conferreque inter ſe, ne quam culpam in hoc admittamus, quae in ipſis exiſtant ac diligenter ea ponderare; propoſita nobis, atque animaduerſa & propinquitate nobiſcum rerum, & virtute, nec non vſu, ac fructu, qui inde peruenire poſſit ad nos, atque vniuerſam domum.

Τῶν μὲν οὖν ὁμογενῶν ῥᾴων ἡ κρίσις: τῶν δὲ διαφερόντων, ἐργωδεστέρα: οὐ μὴν διά γε τοῦτο ἀποστατέον, ἀλλ' ὡς ἂν ἐνδέχηται, οὕτω διοριστέον.

Eorum quidem, qui ſunt eiuſdem generis, exiſtimatio facilior eſt: eorum vero, qui differunt inter ſe, operoſior: non tamen ob hoc deſiſtendum eſt, ſed vt contingit, ita definiendum.

Hortari praeterea nos voluit, vt in hoc omnes ingenij neruos contendamus, nec labore vllo ab hoc ſtudio deterreamur. Narrat enim non magnum laborem eſſe in his hominibus, quos vocat eiuſdem generis, hoc recte, ordineque facere; quemadmodum contra in diſſimilibus, ac perſonis diuerſorum generum idem praeſtare difficilius: appellat autem eiuſdem generis perſonas, quae ambae deditae ſint iiſdem ſtudijs, eandemque artem, & vitam colant: diuerſorum autem, quae diſſimilibus, vt ſunt philoſophi, ſi conferantur cum viris militaribus, & propinqui cum alienis: eiuſdem autem generis ſunt, ſi quaeratur, vtrū magis beneficium dandum ſit cognato, affinique, ſiue amico ac ſodali. Admonet autem ad extremum, & ſi hoc arduum eſt, non debere tamen nos deterreri labore vllo: nam in rebus vtilibus vitae, honeſtiſque indagandis, non eſt fugiendus labor.

Ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας, ἢ μὴ, πρὸς τοὺς μὴ διαμένοντας, ἢ πρὸς μὲν τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδὺ φίλους ὄντας, ὅταν μηκέτι ταῦτ' ἔχωσιν, οὐδὲν ἄτοπον διαλύεσθαι: ἐκείνων γὰρ ἦσαν φίλοι, ὧν ἀπολιπόντων, εὔλογον τὸ μὴ φιλεῖν.

Exoritur autem quaeſtio de diſſoluendis amicitijs, vel minime hoc committendum ſit, cum his, qui iidem non manent, an cum his, qui propter vtilitatem, vel voluptatem amici erant, cum amplius haec in ſe non habuerint, abſurdum non eſt diſſoluere: illarum enim rerum amici erant, quae cum defecerint, conſentaneum eſt minime diligere.

AGGREDITVR nunc rem magni ponderis, ac momenti, & in qua tractanda in vtramq; partem a multis peccetur: exiſtere enim quaeſtionem dicit; vtrum frangendae, dirimendaeque ſint amicitiae, ſi forte alteri ipſorum valde immutati ſint, neque ijdem permanſerint, atque erant, initio huius contractae inter aliquos beneuolentiae, ſiue nullo pacto hoc faciendum, & omnia potius ferenda, quam haec coniunctio animorum diſſocianda. Incipit autem ſtatim docere, in quo efficere hoc licet: atque in duobus amicitiae generibus, quorum alterum vtilitatem ſectatur: alterum autem iucunditatem, fieri hoc ſine culpa poſſe, nec abſurdum eſſe id moliri: illi namque ipſi, qui ſe mutuo diligere videbantur, declarant, numquam ſemet ipſos amaſſe, ſed emolumentum, quod inde capiebant, aut voluptatem, quibus dilapſis, interit ſtatim, extinguiturque ille amor: neque exiſtimari poterat hoc amplius eos facturos.

Ἐγκαλέσειε δ' ἄν τις, εἰ διὰ τὸ χρήσιμον, ἢ διὰ τὸ ἡδὺ ἀγαπῶν, προσεποιεῖτο διὰ τὸ ἦθος: ὅπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, πλεῖσται διαφοραὶ γίγνονται τοῖς φίλοις, ὅταν μὴ ὁμοίως οἴωνται, καὶ ὦσι φίλοι: ὅταν μὲν οὖν διαψευσθῇ τις καὶ ὑπολάβῃ φιλεῖσθαι διὰ τὸ ἦθος, μηθὲν τοιοῦτον ἐκείνου πράττοντος, ἑαυτὸν αἰτιῷτ' ἄν: ὅταν δ' ὑπὸ τῆς ἐκείνου προσποιήσεως ἀπατηθῇ, δίκαιον ἐγκαλεῖν τῷ ἀπατήσαντι: καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς τὸ νόμισμα κιβδηλεύουσιν, ὅσῳ περὶ τιμιώτερον ἡ κακουργία.

Non ſine cauſa autem accuſaret aliquis eum, qui cum amet propter vtilitatem, aut voluptatem, fingebat propter mores, ſe diligere: quod enim initio a nobis dictum eſt plurimae controuerſiae naſcuntur inter amicos: quando non eodem pacto, vt ipſi putauerint, illi fuerint amici: quando igitur aliquis deceptus fuerit: putaueritque ſe diligi propter mores, quando ille nihil huiuſcemodi gerit, ſemet ipſum accuſet: cum vero ab illius ſimulatione deceptus fuerit, tunc iuſtam cauſam habet accuſandi eum, qui ſe induxit, ac multo magis, quā ſi in adulterina pecunia hoc feciſſet, quanto magis in honeſtiore re malitia vſus eſt.

VENIT nunc ad amicitias ſimulatas, ac fictas: nam ſuperiores duo non peccabant in hoc, ſed reprehendi merito poterant, quia immutabantur: iuſtamque cauſam habere, dicit, quempiam, inſimulandi amicum, ſi cum ille amet vtilitatis cauſa, aut voluptatis, videri volebat amare ob probitatem, ingeniumque eius adoleſcentis, cui obſequi, placereque ſtudet omnibus in rebus: redit enim ad eandem illam amicitiam, cuius ſupra non ſemel mentionem fecit. Antequam autem praecipiat quippiam, quod huc faciat, oſtendit hoc originem eſſe plurimarum diſſenſionum, ac litium inter amicos; cum aliqui non eodem pacto putati primo fuerint amici eſſe, ac poſtea euaſerint, quod a principio ſe dixiſſe commemorat. Vtitur autem diuiſione quadam; diſtinguitque rem diligenter: poteſt enim hoc vſu venire, ſiue ob nimiam ſimplicitatem pueri, qui falſus ſit in exiſtimando fine, conſilioque amici: ſtulteque putarit, ſe carum illi eſſe ob indolem, ac mores, cum flos aetatis, formaq; commendauerit ipſum amatori, id quod multis modis prius intelligi potuit, niſi incautus, caecuſque extitiſſet: tunc igitur ſemet ipſum potius, quam eum accuſare debet, qui ſigna non pauca dedit ſui flagitij turpiſque deſiderij. Quum autem adiungit, puer deceptus fuerit vafro, tectoq; conſilio praui illius hominis, tunc merito poteſt queri ſe deluſum. Auget autem Ariſtoteles quantum poteſt dolum hunc, ac fallaciam, ſimili vtens: grauiori enim culpae hunc affinem eſſe dicit, maioreque odio dignum, quam illi ſint, qui nummos, pecuniamque adulterant, quanto in pretij maioris re ipſi exercent malitiam ſuam; contaminant enim, deprauantque amicitiam optimam omnium ſantiſſimamque ſocietatem.

Ἐὰν δὲ ἀποδέχηται ὡς ἀγαθὸν, γένηται δὲ μοχθηρὸς, καὶ δοκῇ, ἆρ' ἔτι φιλητέον; ἢ οὐ δυνατὸν, εἴπερ μὴ πᾶν φιλητὸν, ἀλλὰ τἀγαθόν: οὔτε δὴ φιλητέον πονηρόν. οὔτε δεῖ: φιλοπόνηρον γὰρ οὐ χρὴ εἶναι, οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ: εἴρηται δ', ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον.

Si autem in amicitiam receperit, vt probum virum, factus vero ille fuerit, euaſeritq; prauus, ſiue etiam viſus fuerit, numquid amplius diligere eum oportet?

portet? an hoc fieri non poteſt, ſiquidem non quodlibet dignum eſt, quod ametur, ſed verum bonum tantum: quare neque malum a nobis amandum eſt, neque decet nos hoc facere: cupidum enim improborum hominum eſſe non oportet: neq; ſimilem ſe reddere homini nequam: dictum autem eſt, ſimile ſimili amicum eſſe.

EVELLIT adhuc ſcrupulos non nullos, qui moleſti alicui eſſent in hoc amicitiae genere, A quod ſequitur virtutem: quattuor autem videntur, primus eorum eſt, cum quiſpiā aſciuerit ſibi amicum hominem, quē putabat probum virum eſſe, atq; ea de illo opinio erat: immutatus autem ille poſtea ſit, & e probo improbus euaſerit, exiſtimeturq; vulgo talis eſſe, quid conſilij de illo capiendum ſit, oporteat ne amplius eum diligere, quod fieri debere negat, quia nō omnis res digna eſt, quae ametur, ſed ſolum, quae vere bona eſt: neq; enim inquit, amandum nobis eſt, quod malum, vitioſumq; eſt; neque decet vllo pacto hoc facere, atque hoc, quia cupidum, ſtudioſumq; improbi hominis eſſe non oportet: neq; ſimilem ſe reddere improbo; dictum autem a nobis, ſignificatumq; eſt ſimile ſimili, amicū eſſe. Non me fallit, πονηρὸν acceptum aliquando eſſe, tamquam valeat idem, quod κακόν, cum in extremo etiā piae precis, qua vtimur omni tempore, ac loco, placare nobis volentes Deum, rogantesq;, vt impertiat nobis bona, exiſtimatum ſit illud, ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ ſignificare ab incōmodo omni, ac detrimento, tamen hic putaret aliquis, potius oſtendere improbum mortalem, quam damnum, ac malum, quippe cum de homine ideſt amico prauo, ac falſo ſermo ſit, ac fortaſſe etiam illic non male acciperetur eodem pacto, quod ex priore voce videtur declarari: ῥῦσαι enim eripere quempiam e manibus prauorum hominum, ac conſceleratorum valet; vnde praeterea non minora mala nobis impendent.

Ἆρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον, ἢ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνιάτοις διὰ τὴν μοχθηρίαν: ἐπανόρθωσιν δ' ἔχουσι, μᾶλλον βοηθητέον εἰς τὸ ἦθος, ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσῳ βέλτιον, καὶ τῆς φιλίας οἰκειότερον.

Utrum igitur ſtatim dirumpere amicitiam oportet? an non cum omnibus, ſed cum his, qui ſanari nequeunt propter prauitatem: ijs autem, qui corrigi, emendarique poſſunt, magis opitulandum eſt ad mores, quam ad rem familiarem, quanto hoc melius eſt: magiſque aptum propriumque amicitiae.

ALTER hic ſcrupulus eſt aptus a primo: cum enim ſtatuerit iam dirimendam ſibi eſſe talem amicitiam, quaerit an ſtatim, cognita prauitate hominis, hoc nobis faciendum ſit: vtiturque diuiſione; videndum enim inquit, an corrigi, emendarique poſſint, ſiue minime curari, neque ad ſuperiorem vitam colendam conuerti: nam dubium non eſt, quin ſi inſanabiles deſperatiq; ob amorem, quo inflammati ſunt, poſterioris flagitioſae vitae ſint, debeant depelli a ſe ſubito, ſi autem corrigi poſſunt, mederi oportet ipſis maiore cura, ac diligentia, peccantibus in moribus, quam ſi egerent ope, adminiculoque noſtro in fortunis ſuis reſtituendis, patrimonioque ſtabiliendo, atque id quanto melius eſt huic, quam alteri illi malo ſuccurrere: magiſque amicitiae accommodatum.

Δόξειε δ' ἂν ὁ διαλυόμενος οὐδὲν ἄτοπον ποιεῖν: οὐ γὰρ τούτῳ, οὐ τοιούτῳ, φίλος ἦν: ἀλλοιωθέντα οὖν, ἀδυνατῶν ἀνασῶσαι, ἀφίσταται.

Videri autem poteſt is, qui ſe ab amico ſeiungit, nihil abſurdum facere: neq; enim huic, neq; tali homini amicus erat: poſtquam igitur immutatum illum curare non poteſt ſalutemque ipſi dare, disiungit ſe ab ipſo.

NON poſſe merito reprehendi eum, qui reijceret a ſe huiuſcemodi quempiam: neque putari gerere aliquid valde alienum ab amicitiā; quibus verbis indicat, aliquo modo etiam illos, qui non iuſta de cauſa hoc attingūt, grauiter peccare: remq; abſurdam facere. ſignificat quoque quomodo ſe purgare debeat, ſiquis tamen hoc ſibi vitio dare velit: dicere enim poterit, ſe numquam huic homini amicum fuiſſe: immutatis enim tantopere moribus, idem eſſe exiſtimandus non eſt, aut ſiquis omnino velit, contendatque eundem illum eſſe, confugiet eo, vt affirmet ſe tali numquam amicum extitiſſe; quare inquit, concludens rationem, cum nequeat, expertus omnia, ad ſanitatem hominem redigere, ſeiungit ſe a cōſuetudine illius.

Εἰ δ' ὁ μὲν διαμένοι, ὁ δ', ἐπιεικέστερος γένοιτο, καὶ πολὺ διαλλάττοι τῇ ἀρετῇ, ἆρα χρηστέον φίλῳ.

Si vero vnus eorum, qualis fuerit, permanſerit: alter vero probior euaſerit, multumq́; virtute praeſtiterit, numquid vtendum eſt ipſo amico?

A L I A haec quaeſtio, quae tertia profecto eſt, ſi ſequimur ſuperiorem ordinem; fingit autē, extitiſſe duos quoſpiam, inter ſe beneuolentia iunctos, diſſimiles tamen ingenio, ac natura, quorum vnus iners, ignauuſque, idem permanſerit, atque prius fuit, initio illius contractae familiaritatis: alter vero, adhibita cura magna multum profecerit in ſtudio bonarum artium; antecellatque otioſo, longo interuallo, numquid inquit tanto melior hic factus, tueri debet conſuetudinem priorem, & eodem loco habere? Quod ait, ἆρα χρηστέον φίλῳ, vſitatus eſt modus loquendi: eodemq; pacto hoc verbo χρῆσθαι vſus eſt Iſocrates, ſuadens nobis, ne prius aliquem in amicitiam recipiamus, quam cognouerimus, quomodo ipſe ille cum prioribus amicis ſe geſſerit: Sed etiam Siculus ille Epicharmus, qui dixit, vt in epiſtola quadam commemorat M. Cicero. ζήτει πῶς ἄλλῳ κέχρηται.

Ἢ οὐκ ἐνδέχεται: ἐν μεγάλῃ δὲ διαστάσει μάλιστα δῆλον γίνεται, οἷον ἐν ταῖς ἐκ παίδων φιλίαις: εἰ γὰρ ὁ μὲν, διαμένοι τὴν διάνοιαν παῖς: ὁ δ', ἀνὴρ εἴη οἷος κράτιστος, πῶς ἂν εἶεν φίλοι, μήτ' ἀρεσκόμενοι τοῖς αὐτοῖς, μήτε χαίροντες, καὶ λυπούμενοι: οὐδὲ γὰρ περὶ ἀλλήλους ταῦθ' ὑπάρξει αὐτοῖς: ἄνευ δὲ τούτων οὐκ ἦν φίλους εἶναι: συμβιοῦν γὰρ οὐχ οἷόν τε: εἴρηται δὲ περὶ τούτων.

An fieri hoc non poteſt: in magna autem diſtantia maxime perſpicuum hoc fit: ceu in amicitijs, quae a pueris inceperunt: ſi namque hic quidē, permanſerit conſilio & mente plane puer: alter vero, redditus fuerit quam optimus, quomodo eſſe poſſent amici, cum eadem ipſis non placeant, neque ipſi gaudeant, & doleant iiſdem rebus: nam neque haec inerunt etiam ipſis mutuo erga ſe: ſine autem his fieri non poteſt, vt aliqui amici inter ſe ſint: vna enim viuere non poſſunt: de his autem dictum eſt.

A N hoc quidem ait, fieri nullo pacto poteſt: cum vero in parua varietate hoc non facile intelligi poſſit, in magna inquit, diſtantia, diſſimilitudineque hoc apparere, perſpicuumque eſſe tradit, veluti in his amicitijs, quae a pueritia incoeptae fuerint: ſi namque vnus eorum permanſerit animo, menteq;, quales ſunt cuncti tenerae aetatis, & plane pueri: alter vero vir optimus, & ſummo conſilio praeditus euaſerit, quomodo amici amplius eſſe poſſunt? cum iiſdem ſtudijs non capiantur, neque iiſdem rebus gaudeant, aut angantur: ſine his autem vſu non venit, vt aliqui amici inter ſe ſint: neque enim vna viuere poſſunt, & aliquas horas ſemper diei ſimul conſumere; de quibus rebus, oſtendit, ſe prius praecepiſſe.

Ἆρ' οὖν οὐθὲν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἑκτέον, ἢ εἰ μὴ ἐγεγόνει φίλος μηδέποτε, ἢ δεῖ μνείαν ἔχειν τῆς γενομένης συνηθείας; καὶ καθάπερ φίλοις μᾶλλον ἢ ὀθνείοις οἰόμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς γενομένοις ἀπονεμητέον τι, διὰ τὴν προγενομένην φιλίαν: ὅτε μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γένηται.

Numquid igitur nulla re immutato animo erga ipſum ſe habere oportet, ac ſi numquam ei amicus extitiſſet, ſiue oportet memoriam veteris conſuetudinis tueri? ac veluti arbitramur, amicis potius, quàm alienis oportere gratificari, ita & illis, qui quondam nobis amici fuerunt, tribuendum eſt aliquid propter amicitiam, quae quondam nobis cum ipſis fuit. excipio quando propter ingentem quampiam prauitatem amicitia dirempta fuerit.

Q V A E R I T praeterea, cum, quod modo dixit, contingit, quomodo affecti erga eum eſſe debe-

debemus, quem reijcimus, ita ne, tamquam ſi ipſo numquam amico vſi eſſemus, ſiue decet ſeruare nos in animo veſtigium aliquod veteris cum ipſo conſuetudinis? quod ſimili ſtatere nos debere, aliquo modo indicat, veluti inquit, ſumus huius animi, arbitramurq; oportere nos potius gratificari amicis, notiſque nobis hominibus, quam alienis, externiſque, ſic & ijs, qui quondam nobis amici extitere, concedendum eſt aliquid, non quia tales tunc ſint, vt digni videantur, quibus indulgeamus, ſed ob praeteritam, quae nobis cum ipſis fuit, antequam variati fuere, amicitiam: excipio inquit, ſi forte illi ob inſignē aliquam prauitatem exturbati a nobis fuerint: tunc enim delenda nobis ex animo eſt omnis memoria ipſorum, errorque vetus noſter ita corrigendus.

Τὰ φιλικὰ δὲ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται, ἔοικεν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐληλυθέναι: τιθέασι γὰρ φίλον, τὸν βουλόμενον, καὶ πράττοντα τἀγαθά, ἢ τὰ φαινόμενα, ἐκείνου ἕνεκα.

Munera autem propria amicorum inter ſe, atque ea, quibus amicitiae definiuntur, videntur ex ijs, quae erga ſemet ipſum ſiunt, profecta eſſe: ponunt enim amicum eſſe eum, qui vult, & gerit quae bona ſunt, ſiue quae bonorum ſpeciem habent, illius ipſius gratia.

Cvm docuiſſet, quomodo ſeruantur, & quomodo dirimantur amicitiae, nunc incumbit in hanc curam, vt oſtendat, quae munera obeunt probi amici erga amicos, reſque, quibus definiuntur, & quaſi cognoſcuntur amicitiae manaſſe cuncta ab amore, quo aliquis praeditus eſt erga ſemetipſum, & hunc quaſi fontem quendam habere: quae autem illa ſint, exponit: tria autem numero ſunt: ipſaque potiſſimum ſpectauerant, qui aperire voluerant, quae officia eſſent amicorum inter ſe, quibuſque illa quaſi deſcriberentur.

Ἢ τὸν βουλόμενον εἶναι, καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν: ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπόνθασι: καὶ τῶν φίλων, οἱ προσκεκρουκότες: οἱ δὲ, τὸν συνδιάγοντα, καὶ ταὐτὰ αἱρούμενον: ἢ τὸν συναλγοῦντα, καὶ συγχαίροντα τῷ φίλῳ: μάλιστα δὲ καὶ τοῦτο περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει: τούτων δέ τινι καὶ τὴν φιλίαν ὁρίζονται.

Vel qui vult eſſe, & viuere amicum ipſius cauſa: quemadmodum matres erga filios affectae ſunt, & e numero amicorum illi, qui apud amicos offenderunt: alij autem eum, qui ſimul degit, & eadem ſibi facienda ſumit, vel qui iiſdem dolet, ac gaudet, quibus amicus: maxime autem & hoc euenit in matribus: horum autem quopiam amicitiam definiunt.

Primvs quaſi finis erat a quibuſdam fixus, amicum illum eſſe, qui vult optatque amico, quae bona illi ſint, ſiue videntur talia: eaque gerit, atque illius ipſius cauſa vult; ſiue (alter enim hic finis eſt) qui vult eſſe, ac viuere amicum ipſius gratia: nullaque inde ſibi propoſita vtilitate; in quibus autem exiſtat hic praeclarus animus, voluntaſque, declarat: duoque genera hominum ſignificat: matres enim ita affectas eſſe erga filios teſtatur, vt cupiant ipſis magna commoda in vita, quamuis inde nihil praemij expectent, quod non de omni matre prolatum eſſe perſpicitur, ſed de illis, quae matres eorum eſſe ab ipſis non intelliguntur: & vt hae, ita etiam, qui apud amicos offenderunt, ſuſpectique illis eſſe coepere: etſi enim animus eorum erga ſe immutatus eſt; quare nihil commodi inde expectare poſſet? ipſe tamen maneat in priſtina voluntate, quare veri amici tertius finis eſt eorum, qui aiebant, amicum eum eſſe, qui vna viuit: eademque ſibi gerenda proponit, doletque iiſdem rebus, gaudetque, quibus amicus angitur & laetatur, quod & ipſum in matribus praecipue ſpectari affirmat; quae cum ignotae ſint filijs, dolorem tamen capiunt ex eorum rebus malis, & e bonis voluptatem; quare addit vno quopiam horum ſolitos homines definire amicitiam.

Πρὸς ἑαυτὸν δὲ τούτων ἕκαστον τῷ ἐπιεικεῖ ὑπάρχει: τοῖς δὲ λοιποῖς, ᾗ τοιοῦτοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι: ἔοικε γὰρ καθάπερ εἴρηται, μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ, καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι: οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν

ψυχήν: καὶ βούλεται δὴ ἑαυτῷ τἀγαθὰ, καὶ τὰ φαινόμενα, καὶ πράττει: τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ τἀγαθὸν διαπονεῖν, καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα: τοῦ γὰρ διανοητικοῦ χάριν, ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ.

Erga ſemet ipſum autem vnumquodque horum in probo viro ineſt: in ceteris autem, qua tales ſe eſſe arbitrantur: videtur enim, quemadmodum dictum eſt, menſura vnicuique eſſe virtus, & ſtudioſus vir: hic enim conſentit ſibi ipſi: eademq́ appetit omni animo: & vult igitur ſibi ipſi quae bona ſunt, & quae ſpeciem eorum habent, atque etiam agit: viri enim boni eſt, in vero bono ſibi comparando ſtudium ponere, idq́ ſua ipſius cauſa: gratia enim animi partis eius, qua vtimur in cogitando, quae vnuſquiſque mortalis eſſe videtur.

ADIVNGIT autem poſt hoc id, quo peruenire volebat, vnumquodque horum inueniri in animo probi viri erga ſemet ipſum: in ceteris autem mortalibus, alijs moribus praeditis, plus, minuſque horum exiſtere, pro vt illi magis ad hunc acceſſerint: propinquioresq́; ipſi fuerint, aut ab eo remotiores: nam peccari non poſſe, ſi hoc ſeruatum diligenter fuerit, exploratum eſt: cum virtus, & deditus illi vir, debeat eſſe menſura, & norma ſingolis mortalibus cunctorum ſuorum factorum; atque hoc, quia aſſentitur ſibi ipſi; eademque expetit omni parte animi ſui, cum contra in pectoribus improborum hominum exiſtant lites, & controuerſiae magnae, Reſpondet autem id, quod adiungit, primae deſcriptioni amicitiae, velle ipſum ſibi ipſi, quae ſane bona ſunt: nec non quae ſpeciem eorum habent: decipiuntur enim aliquando mortales in ſelectu bonorum: nec tantum optat illa homo probus, verum etiam ſedulo quaerit, operamque dat, vt ipſis ornetur, quod profecto expectari ab ipſo potuit, cum proprium boni viri ſit, quod bonum eſt, ſpreto labore omni, efficere: ſuique ipſius cauſa id moliri, ideſt mentis ac conſilij: hoc enim exiſtimari debet homo eſſe: e meliore enim ſui parte, & quae imperium iuſtum in ceteras habet, ille nominandus eſt.

Καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτὸν, καὶ σώζεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦτο, ᾧ φρονεῖ: ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι: ἕκαστος δ᾽ ἑαυτῷ βούλεται τἀγαθὰ: γενόμενος δ᾽ ἄλλος, οὐδεὶς αἱρεῖται πάντ᾽ ἔχειν ἐκεῖνο τὸ γενόμενον: ἔχει γὰρ καὶ νῦν ὁ θεὸς τἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ὢν, ὅτι ποτ᾽ ἐστί: δόξειε δ᾽ ἂν τὸ νοοῦν ἕκαστος εἶναι, ἢ μάλιστα.

Vultq́ ſe viuere, & ſaluum, incolumemq́ eſſe, & maxime hoc, quo ſapit: bonum enim ſtudioſo viro tueri vitam: vnuſquiſque autem ſibi ipſi vult, quae bona ſunt: cum autem redditus eſt alius, nullus expetit cuncta habere illud quod effectum eſt: habet enim, & nunc Deus ſummum bonum, ſed exiſtens aliud, quidquid ſane id eſt: videretur autem vnuſquiſque noſtrum eſſe id, quod cogitat, ac mente verſat, aut maxime.

DOCET, alteram quoque definitionem, cuius alij itidem auctores fuerant, conuenire ſuae ſententiae de vero amico: eſt autem illa, velle ipſum, amicum ſuperſtitem eſſe, nullam ſuam ob vtilitatem fructumque, quem inde ſe capturum putet, ſed illius tantum cauſa, quem amat: eodē enim pacto affectus eſt vir probus erga ſemetipſum: vult enim ſe viuere, ſaluumque atque incolumem eſſe; in primiſque hanc animi ſui partem, qua ſapit. Addit autem auctor, iuſtam cauſam habere huius ſuae voluntatis probum ac ſtudioſum virum, quia ſtatus ipſius bonus, pulcherque eſt, communeque eſſe tradit ſingulorum mortalium, vt omnes ſibi ipſis velint, quae vera bona ſunt, poſſuntque eos iuuare; veluti contra, cum alij facti ſunt, exempli cauſa, canes, equi, ſues, diſceſſeruntque aliquo modo a ſemet ipſis, nemo eorum inueniretur, qui expeteret ſe cuncta habere, quae inſunt in eo, quod ipſe factus eſt: &, ſi optio ipſi daretur ſumendi illa, non caperet; videret enim, ipſa ſibi idonea, accommodataque non eſſe: ſed tantum ad ſe inde transferret, ceteris, vt alienis poſthabitis, quae intelligit voluptati ſuae, prauiſque deſiderijs explendis apta eſſe: non enim eſt du-

blum, quin mortales non pauci ſequentes beluas quaſdam, potiri poſſint voluptatibus, quarum cupiditate inflammati ſunt: in quas illas ſe conuertere vellent, nec tamen optarent totas illas, & plenas exprimere, quod ſequitur autem. Videri merito poſſe vnumquemque hominum partem illam ſui eſſe, qua cogitat, verſatque animo conſilia optima, cum ſuperet illa maximo interuallo non ſolum naturam, vimque corporis, membrorumque ipſius, verum etiam partes animi rationis expertes, qualis eſt, in qua regnat ira, quaque mortales impelluntur ad libidinem, ceteraſque cupiditates rationis expertes, ob ipſius dignitatem, vere, ſapienterque dictum exiſtimari debet, intelligens tamen philoſophus, puram, ſimplicemque naturam hominum non eſſe, ſed iunctam, concretamque cum corpore, quaſi adiungit; ſiquis tamen hoc non concedat, negare idem non poterit, quin optimum illud, praeſtantiſſimumque ſit, quod dixit, & cum quo vix conferri poſſint cetera omnia, quae conſtituunt nobile hoc animal, & quód non ſine cauſa diuinum, caelituſque delapſum exiſtimatum ſit.

Συνδιάγειν τε ὁ τοιοῦτος ἑαυτῷ βούλεται· ἡδέως γὰρ αὐτὸ ποιεῖ· τῶν τε γὰρ πεπραγμένων, ἐπιτερπεῖς αἱ μνῆμαι, καὶ τῶν μελλόντων, ἐλπίδες ἀγαθαί· αἱ τοιαῦται δὲ ἡδεῖαι· καὶ θεωρημάτων δ' εὐπορεῖ τῇ διανοίᾳ.

Huiuſcemodi autem omnis ſimul degere vitam ſecum vult: libenter enim hoc facit: rerum enim a ſe geſtarum recordationes ipſi plenae laetitiae ſunt, & futurarum ſpes bona: huiuſcemodi autem iucundae ſunt: abundat praeterea in animo ſuo perceptionibus.

Respicit hoc tertium illam deſcriptionem amici, qua cum quidam vſi eſſent in quolibet notando, ipſe docet, vt ſuperiores, conuenire ipſam amicitiae, qua vir probus diligit ſemetipſum: ſecumque quaſi moratur, ac vitam degit: inquit enim, huiuſcemodi omnem hominem huius voluntatis eſſe; quod ſtatim oſtendit, eum iure bono facere, cum capiat voluptatem maximam ex ſemet ipſo; cuius etiam voluptatis fontes, ortuſque aperit: affirmat enim, ipſum, memoria rerum, a ſe geſtarum, delectari: recordationemque omnem earum ipſi iucundam eſſe, ſed etiam teneri eundem bona ſpe rerum futurarum: confidit enim ipſas quoque futuras tales, quales praeteritae extiterunt; huiuſcemodi autem animi & memoriam, & ſpem voluptate animos implere. Adiungit illum praeterea abundare copia cogitationum honeſtarum: videreque animo ac conſiderare pulcherrimas res.

Συναλγεῖ τε, καὶ συνήδεται μάλιστ' ἑαυτῷ· πάντη γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ λυπηρόν τε, καὶ ἡδύ, καὶ οὐκ ἄλλοτ' ἄλλο· ἀμεταμέλητος γάρ, ὡς εἰπεῖν.

Doletque & laetatur maxime vna ſecum: vndique enim eſt idem ipſi triſte ac iucundum, & non alijs temporibus aliud: numquam enim paenitet ipſum aliquid feciſſe, liceat mihi ita loqui.

Tangit, quod itidem ſupra in tertia illa deſcriptione poſuerat auctor ipſius, niſi forte putet aliquis hanc quartam eſſe quandam notam, ac formam, virum eundem probum, morem habere vna ſecum maxime dolere, atque vna ſecum gaudere, ex rebuſque potiſſimum ſuis malis angi, & ex iiſdem bonis laetari, quod ita capiendum eſt, vt ipſe infra oſtendit, cum animo, mentique male eſt, reliquas quoque partes angi, ac ſollicitari, & cum eidem contingit aliquod ſecundum, proſperumque omnem illum gaudere, laetitiaque affici: hoc igitur ſignificauit, cum inquit: vbique enim; omnique ſui parte idem eſt ipſi moleſtum, ac iucundum, & non alijs, diuerſiſque temporibus aliud; cuius rei cauſa eſt, vt adiungit, quod numquam paenitet ipſum quippiam feciſſe, vt ceteris mortalibus ſaepe vſu venit, qui dum indulgent irae, aut libidini, intelligunt poſtea ſe peccaſſe: ratio enim eſt, damna, quae inde proueniunt, faciunt, vt doleat, ipſos ea commiſiſſe. Concludit autem totam rationem; longumque ambitum verborum hoc pacto.

Τῷ δὴ πρὸς αὑτὸν ἕκαστα τούτων ὑπάρχειν τῷ ἐπιεικεῖ· πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχειν, ὥσ-

περ

αὑτὸν πρὸς ἑαυτόν· ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτὸς, καὶ ἡ φιλία τούτων εἶναί τι δοκεῖ· καὶ φίλοι, οἷς ταῦθ' ὑπάρχει.

Quia igitur ſingula haec erga ſemet ipſum ſunt in probo viro: erga amicum autem ſe habet, veluti erga ſemet ipſum: eſt namque amicus alius idem: & amicitia horum eſſe quiddam videtur: & amici illi, quibus haec inſunt.

QVIA autem ſingula haec exiſtunt in probo viro erga ſemet ipſum, & quia ille affectus eſt erga amicum, vt erga ſemetipſum: amicus namqoe eſt alter ipſe; amicitia horum quippiam eſſe videtur: & amici inter ſe eſſe illi, in quibus haec exiſtunt.

Πρὸς αὑτὸν δὲ πότερόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστι φιλία, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος: δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία, ᾗ ἐστὶ δύο, ἢ πλείω, ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας τῇ πρὸς ἑαυτὸν ὁμοιοῦται.

Erga ſemet ipſum autem, vtrum amicitia exiſtat, ſiue non, dimittatur hoc tempore: videri autem poſſet hac ratione, qua ſunt duo, vel plures, ex ijs, quae dicta ſunt, & quia amicitia eximia, ac praeſtans ſimilis eſſe ducitur ei, quae erga ſemet ipſum.

VIDETVR nunc reuocare in dubium, quod ſupra, vt planum, certumq; poſuerat: quando enim dixit, officia erga amicos, & ea quibus definiuntur amicitiae, videri profecta ab amicitia, qua aliquis iunctus eſt cum ſemetipſo, exiſtimari prorſus potuit ſibi exploratum eſſe, manere illam: quia tamen ipſe videbat, aut alios aliter de hoc ſentire, aut ſuo in animo ſcrupulum aliquem ſibi de hoc reſtare, voluit hoc aperire & veritatem huius rei ſubtiliter indagare; tempus tamen non dum veniſſe arbitratur huius quaeſtionis exquiſite explicandae, ſolum tangit duo quaedam, quae videntur, ipſum in vetere ſua ſententia retinere: quorum prius eſt, videri locum ipſi eſſe, ea ratione, qua duo vel plura illorum, quae tunc attulit, reperiuntur in amore erga ſeipſum. Quomodo autem duo eorum ſolum, & non cuncta reperiri in eo dixerit, quaereret aliquis, cum ſupra accurate docuerit tria illa, vel quattuor, ſi forte numerus verus eorum hic eſt, eodem pacto manere in amicitia erga ſemetipſum. quod ſiquis putet, tria tantum illa eſſe, cum vnum tantum reſtaret, cur hic inquit, vel plura; quod enim vnum eſt, non videtur plurium nomine notari debere: quare in animo meo opinio illa, vt quattuor potius definitiones illae amicitiae ſint. Alterum autem argumentum eſt, quo idem videtur confirmari, quod ad ſummum perducta amicitia ſimilis eſt ei, quae exiſtit erga ſemetipſum: vt tamen veritas huius rei appareat, expectandum eſt tempus, quo commodum ipſi videatur eſſe hunc nodum diſſoluere.

Φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, καίπερ οὖσι φαύλοις. ἆρ' οὖν ᾗ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς, καὶ ὑπολαμβάνουσιν ἐπιεικεῖς εἶναι, ταύτῃ μετέχουσιν αὐτῶν. ἐπεὶ τῶν γε κομιδῇ φαύλων, καὶ ἀνοσιουργῶν, οὐδενὶ ταῦθ' ὑπάρχει, ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται: σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις.

Perſpiciuntur autem, quae dicta ſunt a nobis, multis etiam ineſſe, & ſi ſunt nequam homines. numquid igitur, qua ratione placent ſibi ipſis: ſeq́; arbitrantur probos viros eſſe, hac participes ſunt ipſorum. quia nemini valde nequam hominum, & nefariorum haec inſunt, quin ne ineſſe quidem videntur: ferme autem neque hominibus nequam.

HAEC alia quaeſtio eſt: oſtendit enim videri aduerſari quiddam ſuperiori ſuae ſententiae, qua dixit, cuncta ea, quibus deſcribebant amicitiam, profecta eſſe ab amore, quo probi viri proſequuntur ſemetipſos, & quaſi veſtigia quaedam eſſe illius amicitiae, cum ipſa reperiantur etiam in animis ceterorum mortalium, & eorum quoque, qui nedum tanta virtute prae-

te prae-

te praediti ſint, nequam homines ſunt. Videndum igitur putat, an hoc inde naſcatur, quod hominibus vulgo, naturae quodam vitio, nimis placent ſuae res; exiſtimantque, ſe probos eſſe, & vacuos ab omni macula, etſi tales minime ſunt: hac igitur de cauſa viu venire putat, vt ſe tantopere diligant, participeſque eorum ſint, quae tradita a ſe fuere: cuius rei argumentum eſt, quod in eorum nullo, qui admodum praui ſunt, nefarijque homines, ac ſcelerati, nihil eorum ineſt, ſed ne videtur quidem, & vmbram aliquam eorum retinet, quinimo ne in ſimpliciter etiã malis, ſed in perditis tantum illis, ac deſperatis mortalibus.

Διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς, καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται, οἷον οἱ ἀκρατεῖς: αἱροῦνται γὰρ ἀντὶ τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶν, τὰ ἡδέα, βλαβερὰ ὄντα: οἱ δ' αὖ διὰ δειλίαν, καὶ ἀργίαν ἀφίστανται τοῦ πράττειν, ἃ οἴονται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶν.

Diſſentiunt enim a ſemet ipſis, atque diuerſarum rerum cupiditate incenſi ſunt: alia autem volunt, veluti incontinentes: eligunt enim, repudiatis ijs, quae videntur ipſis bona, quae iucunda ſunt, quae detrimenti multum ſecum portant: alij autem propter formidinem, & ignauiam abſtinent ſe ab illis rebus gerendis, quas opinantur ſibi ipſis optimas.

OSTENDIT vere a ſe dicta eſſe, quae protulit de impuris illis hominibus: ponitque ante oculos, non ſolum commemorat, diſſidia ipſorum, & controuerſias maximas: diuerſarum, animi partium: diſſident enim inquit ſecum ipſi, & quaedam concupiſcunt, longe autem alia volunt, vt qui incontinentes vocantur, paſſim faciunt; ſumuntque poſtea poſt longam contentionem animi partium, quae ſibi videntur eſſe bona, profuturaque ipſis, res iucundas, & illis quidem generis, quae noxiae ſunt, ac detrimentoſae. Indicat etiam inueniri aliud genus improbiſſimorum hominum, qui ita formidoloſi ſunt, atque inertes, vt propter ſegnitiem ſe remoueant ab ijs gerendis, quae optima ſibi futura fuiſſe ſentiunt: obeſt igitur ipſis ignauia, vt ſuperioribus illis libido, deſideriumq; corporis voluptatum.

Οἷς δὲ πολλὰ, καὶ δεινὰ πέπρακται, καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν, καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς.

Illi autem a quibus multa, & atrocia facinora geſta ſunt, & propter ſceleratam vitam intelligunt ſe odio haberi, vitam fugiunt, & interimunt ſemet ipſos.

DECLARAT extare adhuc deterius genus mortalium, qui naturae repugnant, & odio ſunt ſibi ipſis. quare vitam fugiunt: illi igitur inquit, a quibus in anteacta vita geſta ſunt multa atrocia facinora: quique intelligunt ſe paſſim odio haberi, abrumpunt vitam illam ſuam plenam aegritudinis, ac moleſtiarum: conſcientia enim ſcelerum vexat eos, metuſque ſuppliciorum, quare ſibi manus adferunt: neque enim aliud perfugium vident ſe habere tam grauium malorum, quae continenter ipſos premunt.

Ζητοῦσί τε οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνημερεύσουσιν: ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν: ἀναμιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα ἐλπίζουσι, καθ' ἑαυτοὺς ὄντες: μεθ' ἑτέρων δ' ὄντες ἐπιλανθάνονται.

Quaeruntque improbiſſimi mortales, cum quibus totos dies traducant: ſemet autem ipſos fugiunt: reminiſcuntur enim multa & odioſa, & huiuſcemodi alia, cum ſecum ſunt, expectant: in conuictu autem obliuiſcuntur.

ADDIT, prauos homines, quod & ipſum aduerſatur ingenio, moribuſque proborum, & moderatorum virorum, ſedulo quaerere, cum quibus totos dies conterant, fugereque ſemet ipſos, atque hoc, quia reminiſcuntur multa ſua ſcelera, valde odioſa, & importuna, nec diſſimilia ab illis ſperant ſibi euentura reliquo tempore, cum ſoli ſunt: ſocios autem haben-

habentes, cuiuſmodi illi ſunt: nam ſimiles aliqua parte ipſis eos eſſe, neceſſe eſt, obliuiſcuntur, vt poſſunt, ea: notare autem his verbis auctorem ſaeuos reges, ac tyrannos, apertum eſt: id quod etiam de Dionyſio Siracuſano teſtatus eſt M. Cicero.

Οὐδὲν τε φιλητὸν ἔχοντες, οὐδὲν φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς: οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν, οὐδὲ συναλγοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς: στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή. καὶ τὸ μὲν, διὰ μοχθηρίαν ἀλγεῖ, ἀπεχόμενόν τινων: τὸ δὲ, ἥδεται: καὶ τὸ μὲν, δεῦρο: τὸ δ', ἐκεῖσε ἕλκει ὥσπερ διασπῶντα.

Cumque nihil habeant dignum, quod ametur, nihil ipſi amoris proprium erga ſe continent: neque igitur vna gaudent, neque vna dolent huiuſcemodi homines ſecum ipſi: ſeditio enim viget in animis ipſorum, & modo quidem, ob ingentem prauitatem dolet, cum ſe a quibuſdam abſtinet: alio autem tempore, perfunditur voluptate: & hoc quidem eius huc: aliud autem illuc trahit, tamquam diuellentia.

C**VM** autem inquit, in ſe nil habeant dignum, quod ametur: quodque ipſis merito carum eſſe poſſit, nullo affectu amoris erga ſemetipſos praediti ſunt. Sequi igitur ait, ex his, quae modo dixit, quaeque antea de vita ipſorum commemorauit, vt neque illud etiam in illis maneat, quo quidam vtebatur ad informandum amicum, huiuſcemodi homines non vna ſecum laetari: neque etiam vna ſecum dolere, cum animus ipſorum diſcordet & quaſi ſeditione quadam agitetur, vt ſaepe videmus plebem diſſentire a principibus ciuitatis, & quandoque dolere animi partem, quia ſe abſtinet, ſecuta mentis auctoritatem, a quibuſdam, quae voluptati ipſi fuiſſent: aliquando autem gaudet, quia expleuerit cupiditatem illam: & haec ipſius animi pars trahit huc; alia vero illuc, ita quaſi animũ diuellentes,

Εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ἅμα λυπεῖσθαι, καὶ ἥδεσθαι, ἀλλὰ μετὰ μικρόν γε λυπεῖται, ὅτι ἥσθη, καὶ οὐκ ἂν ἐβούλετο ἡδέα ταῦτα γενέσθαι αὐτῷ: μεταμελείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσιν: οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος: οὐδὲ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς διακεῖσθαι, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν φιλητόν.

Si vero fieri non poteſt, vt aliquis ſimul doleat, ac laetetur, at certe paruo interpoſito tempore angitur, ſe laetatum eſſe, ac noluiſſet, iucunda haec contigiſſe ſibi: improbos enim vndique factorum ſuorum paenitet: non videtur igitur improbus mortalis, ne erga ſe quidem amice affectus eſſe, cum in ſe nihil contineat dignum, quod ametur.

C**VM** videret autem ſe quiddam dixiſſe, quod fieri non videtur poſſe, vt eodem tempore aliquis & doleat & voluptatem ſentiat, tamquam ſe corrigit, atque emendat, addens. Si illic locus non eſt, ſaltem, quin hoc vſu ſaepe veniat, dubitari non poſſe, quin paulo poſt angatur, quia voluptati illi operam dedit, nec voluiſſet, quae ipſum delectarunt, ſibi contigiſſe: improbos enim mortales paenitet ſaepe multa feciſſe, refertique ſunt, & tamquam ſcatent mutatione voluntatum: quare adiungit, claudens totam rationem, plane cognoſci, ne erga ſemet ipſum quidem improbum virum amice affectum eſſe, atque hoc aliquo modo neceſſario; quia, vt ſupra dictum eſt, nihil ille in ſe habet, quod ad amorem ſui, aut ipſum, aut alios inuitet.

Εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν διατεταμένως, καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ εἶναι: οὕτω γὰρ καὶ πρὸς αὑτὸν φιλικῶς ἂν ἔχοι, καὶ ἑτέρῳ φίλος γένοιτο.

Si igitur ita ſe habere valde miſerum eſt, fugere debemus prauitatem contento curſu, atque enitendum cuique eſt, vt vir probus ſit: ſic enim & erga ſemet ipſum amice ſe habebit, & alijs poterit amicus fieri.

CVM

CVM multa iam effudiſſet, ſi non cuncta, quae cadunt, in vitam contaminatam, affinemq; omni flagitio ac ſceleri, viſuſque ſibi foret, iu magnum, iuſtumque odium adduxiſſe morum prauitatem, voluit etiam ad extremum hortari ad eam a ſe depellendam: quare inquit, ſi ita hominem affectum eſſe, vt demouſtratum eſt, valde miſerum, ac calamitoſum eſt; quae enim maior pernities contingere cuipiam poteſt, quam auerſum ipſum eſſe ab amore ſui ipſius, fugienda eſt prauitas, & contento curſu fugienda: dandaque opera eſt homini, vt probus, moderatuſque ſit, quod ſi praeſtiterit, & ſe ipſum, parteſque ſuas cunctas amabit: eodemque tempore ab alijs amabitur; in eorumque amicitiam ſe facile inſinuabit: probitas enim diligitur a probis, honeſtiſque viris.

Ἡ δὲ εὔνοια φιλίᾳ μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἔστι γε φιλία: γίνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ λανθάνουσα: φιλία δ', οὔ: καὶ πρότερον δὲ ταῦτ' ἄρηται.

Beneuolentia autem amicitiae quidem ſimilis eſt, non tamen eſt amicitia: exiſtit enim beneuolentia erga ignotos quoque, eademq; aliquando fallit, clamq; eſt: amicitia autem, nullo pacto: & ſupra ſane haec tradita ſunt.

POSTQVAM copioſe iam Ariſtoteles diſſeruit de amicitia; videret autem, non paucos inuenſri, qui exiſtimarent, duas alias res extare, quae valde ſimiles forent ipſi; quarum etiam vna a quibuſdā puta eſſet, & dicta, nulla re ab amicitia diſcrepare; ea autem eſt beneuolentia: altera autem tantum ſimilis: accurate agere de his voluit: quia namque res tales, ſimileſque inter ſe ſaepe decipiunt eos, qui diſtinguere nequeunt, cauſaque aliquando ſunt magnorum errorum. ideo cum videret, hoc vſu venire in hac re, de qua modo praecipit, ſecutus conſuetudinem ſuam in huiuſcemodi rebus explicandis, ſeiungit ipſas: principium autem ducit a beneuolentia, quae non diſſimilis eſt amicitiae, faceturque eam ſimilem ſane illi eſſe, non tamen omnino eandem: ſeparatque ipſas, duobus diſcriminibus indicatis; quorum prius eſt, extare beneuolentiam erga ignotos, quod vſu non venit in amicitia: beneuoli enim eſſe poſſumus illis, quos numquam vidimus; accepimus tamen, eos probos viros eſſe, deditoſque ijſdem artibus ac ſtudijs, quibus nos delectamur, aut claros & honeſtos viros: alterum aūt eſt, quod fallere ambos poteſt, vt ille ipſe, cui bene volo, neſciat, me ita animatū eſſe erga ipſum: eodemq; pacto mihi clam ſit, illum mihi bene velle, ſi forte & ipſe mihi beneuolus ſit. Teſtatur autē, a ſe hoc iam traditum fuiſſe, quod fecit non longe ab initio antecedentis libri, quo loco mouſtrauit, deſiderari haec in definitione amicitiae, quae ferebatur. Lapſos autem iu hoc puto interpretes, qui videntur exiſtimaſſe, tria eſſe, quae ſimilia forent amicitiae, addideruntque tertiam quandam, ideſt beneficentiam: nam iu ſecundo eorum librorum, qui vocati ſunt magni, & ijs, quos miſit ad Eudemum, duo tantum nominat, quemadmodum ſane illa ſunt.

Ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν: οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν, οὐδ' ὄρεξιν: τῇ φιλήσει δὲ ταῦτ' ἀκολουθεῖ: καὶ ἡ μὲν φίλησις, μετὰ συνηθείας: ἡ δ' εὔνοια, καὶ ἐκ προσπαίου, οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει: εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται, καὶ συνθέλουσι: συμπράξαιεν δ' ἂν οὐδέν: ὅπερ γὰρ εἴπομεν προσπαίως εὖνοι γίνονται, καὶ ἐπιπολαίως στέργουσιν.

Sed neque amatio eſt, neq; enim acris, ac vehemens eſt, neque ardet deſiderio: amationi autem haec comitantur: & amatio quidem cum conſuetudine iuncta eſt, beneuolentia vero etiam caſu excitatur: veluti & circa actores fabularum contingit: beneuoli enim ipſis fiunt ſpectatores, & cupiunt ipſis: conatus vero eorum nulla re iuuarent: vt enim ſignificauimus, fortuito beneuoli fiunt, & leuiter diligunt.

CVM extet aliud, & ipſum non penitus diſpar, adiungit, eodem pacto de beneuolentia nos exiſtimare debere, non eſſe eam, amationem: vt enim ſupra diſtinxit beneuolentiam ab amicitia, ita nunc eandem ſeparat ab amatione: quia beneuolentia non porrigitur in prolixum tempus, neq; acrem appetitionem habet, quae ambae res comitantur amationi, & ita rei oſtendendae cauſa, vocem, φίλησιν appellatam a Graecis vſurpat, quae motus quidam eſt

eius,

eius, qui diligit in eum, qui ab ipſo diligitur: Praeterea inquit, amatio requirit conſuetudinem, motumq; aliquam in eo affectu: beneuolentia autem ſubito, & caſu aliqno gignitur, velut contingit in actoribus fabularum, qui contendunt inter ſe de laude, ac palma: beneuoli enim ipſis fiũt ſpectatores, & idem quod ipſi, volunt; nec tamen eorum ſtudia adiuuarẽt: vt enim diximus, repente homines beneuoli fiunt, & leuiter, quaſique in promptu amant.

Ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν, ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή: μὴ γὰρ προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ, οὐδεὶς ἐρᾷ: ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει, οὐδὲν μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ᾽ ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῇ, καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῇ: οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τε εἶναι, μὴ εὔνους γενομένους: οἱ δ᾽ εὖνοι οὐδὲν μᾶλλον φιλοῦσι: βούλονται γὰρ μόνον τἀγαθὰ, οἷς εἰσιν εὖνοι: συμπράξαιεν δ᾽ οὐδὲν ἄν, οὐδ᾽ ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν.

Videtur igitur principium amicitiae eſſe, veluti amoris vocati; voluptas quae capitur oculis: niſi enim antea delectatus forma corporis fuerit, nemo incipit amare: qui autem gaudet praeſenti forma, nihilo tamen magis amat, verum quando abſentis deſiderio tenetur, aduentumq́ illius concupiſcit: ſic igitur & amici vt inter ſe ſint aliqui, fieri non poteſt, niſi beneuoli ſint: beneuoli autem nihilo magis diligunt: volunt enim dumtaxat bene iis, quibus beneuoli ſunt: ſtudio tamen ſuo atque opera ipſos non iuuarent, neque moleſtiae aliquid ſuſciperent pro illis.

Perspicitur igitur inquit ipſam ideſt beneuolentiam initium eſſe amicitiae non aliter, atque, vt aliquis amore inflammetur, initium eſt voluptas, quam capit oculis e facie praeclata: nemo enim ait, amore corripitur, niſi prius aſpexerit, quam poſtea amat; formaque illius delectatus valde fuerit: qui enim inquit, gaudet, ſentitque inde voluptatem, dum cernit faciem pulchram, non putari poteſt ob id amare, ſed tunc intelligitur, amore eum captum eſſe, cum tenetur deſiderio abſentis, concupiſcitque aduentum ipſius: eadem ratio eſt, inquit, huius rei: fieri enim non poteſt, vt aliqui amici inter ſe ſint, qui antea ſibi beneuoli non fuerint: beneuoli autem non ſe mutuo amant: volunt enim tantum bona illis, quibus beneuoli ſunt, non autem iuuarent eos opera ſua in fine illo adipiſcendo, neque ſuſciperent laborem, aut moleſtiam vllam, vt ipſi facilius, quod optant, conſequerentur.

Διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν: χρονιζομένην δὲ, καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην, γίνεσθαι φιλίαν.

Quapropter recte aliquis translato verbo, diceret, ipſam eſſe, ignauam amicitiam: cum diu vero permanſerit, conſuetudoq́ acceſſerit, effici amicitiam.

Quapropter inquit, vocare ipſam poſſet aliquis, tranſlatione vſus, ignauam amicitiam. Non dubito autem, quin haec vera lectio ſit; legique prorſus debeat ἀργὴν φιλίαν, & vt excuſi libri, & calamo ſcripti habent, quam etiam exprimit vetus tralatio. Quare facere non poſſum, quin magnopere mirer, antepoſuiſſe huic Argyropylum lectionem eam, quae pro ἀργὴν, habet ἀρχὴν; nam praeter alia non pauca, quae declarant, eam minime hic aptã eſſe; illud certe admonere ipſum debuit, nõn eſſe eam legitimam, quod qui dicit, beneuolentiam eſſe principium, non transfert verbum e ſua in alienam ſedem, quod manifeſto facit, qui concedit ipſam amicitiam eſſe, ſed incohatam & ignauam; indicatque quod non ſinit eam abſolutam, perfectamque eſſe: caret enim eo, quod requiritur in plena amicitia: id autem eſt, quod non ſtudet prodeſſe, & opitulari beneuolo, praeter quam quod ſupra dixerat auctor, eam eſſe principium amicitiae, quam non oportebat id ſine cauſa iterare: Non inquit autem auctor ab alio quopiam beneuolentiam appellatam fuiſſe ignauam amicitiam: ſed docet, recte ipſam ita vocari poſſe: transferri autem ſolitam hanc vocem; diciq; ignauas res non nullas expertes non animi ſolum, ſed etiam corporis teſtatur: quod argumentum quoddam, cuius vſus erat in diſputationibus de fato, vocabatur ἀργὸς λόγος meminit

minis ipſius & M. Cicero in fragmento de fato, & Alexander itidem in ſuo eiuſdem indicis: Quam acutus autem foret in verbis transferendis Ariſtoteles, & quam multas huiuſcemodi voces ediderit, quae aut vim aliquarum rerum aperirent, aut aduerſarios lepide laederent, facile animaduertere potuerunt, qui haec quoque in ſcriptis ipſius notarunt. Addere libet, poſt ſatis longam diſputationem de vera lectione huius loci, videri beneuolum hominem ſimilem eſſe choro tragoediarum, qui, vt docet Ariſtoteles, ſua intereſſe putat, quid fiat in fabula, laudatque ea, quae recte honeſteque illic geruntur: accuſatque illa, quae culpae alicui affinia ſunt, non tamen ſtudio, aut opera ſua auxilij aliquid ferat incumbentibus in aliquod praeclarum facinus, aut impedit nequid turpiter improbeque fiat; ſed verba tantum adfert, beneuolumque ſe praebet illis, fidelemque, qui honeſtum aliquod facinus aggrediuntur, optatque, vt conſilia ipſorum exitum habeant: nam de beneuolentia dubitari non poteſt, cum Ariſtoteles ipſe in officio tradendo, plane hoc ſignificet his verbis: εὔνοιαν μόνον παρέχεται οἷς πάρεστιν. Sequitur apud auctorem, ipſam beneuolentiam inquam, cum tempus acceſſerit: cumque conſuetudine creuerit amor, tranſire in amicitiam, depellereque a ſe otium illud, ac ſegnitiem, & ſiquid aliud erat, quod impediret eam plenam, integramque amicitiam eſſe.

Οὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον: οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ: οὐδὲ γὰρ ἡ εὔνοια ἐπὶ τούτοις γίνεται: ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς, ἀνθ᾽ ὧν πέπονθεν, ἀπονέμει τὴν εὔνοιαν, τὰ δίκαια δρῶν: ὁ δὲ βουλόμενός τινα εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι᾽ ἐκείνου. οὐκ ἔοικεν εὔνους ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ: καθάπερ οὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν διά τινα χρῆσιν: ὅλως δὲ ἡ εὔνοια δι᾽ ἀρετὴν, καὶ ἐπιείκειάν τινα γίνεται, ὅταν τῳ φανῇ καλός τις, ἢ ἀνδρεῖος, ἢ τι τοιοῦτον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν εἴπομεν.

Non eam, quae propter vtilitatem conflatur, neque eam, quae propter iucunditatem. neque enim beneuolentia ex his rebus proficiſcitur: qui namque beneficium accepit, pro his rebus, quas accepit, beneuolentiam reddit, recte id facit; qui autem vult quempiam bene rem gerere, ſpe captus vtilitatum magnarum ab ipſo, non videtur illi beneuolus eſſe, ſed potius ſibi ipſi: quemadmodum neque amicus, ſi ob aliquem vſum ſuum ipſum obſeruat, ac colit: demumque beneuolentia propter virtutem, & probitatem exoritur: quando alicui viſus fuerit quiſpiam ſiue moderatus vir, ſiue fortis, ſiue huiuſcemodi quippiam, veluti in actoribus fabularum diximus.

Cvm confici e beneuolentia dixiſſet amicitiam, reſtabat, vt doceret, in quod genus amicitiae ipſa tranſit: reijcit igitur amicitias illas, quarum prior ſectatur vtilitatem: altera autem voluptatem, & quidquid in ſe ſuauitatis aliquid continet: ſequitur igitur, vt ex ipſa fiat fida, veraque amicitia. Cur vero non migret beneuolentia in amicitias illas, ſignificat, oſtendens, beneuolentiam non habere locum in illis amicitijs: primumque indicat ortum beneuolentiae: qui enim inquit, accepit beneficij aliquid a quopiam, pro bono, quo auctus eſt, tribuit benefactori ſuo beneuolentiam; in quo iuſte ſe gerit: qui autem contra vult, atque optat, quempiam bene rem gerere, fortunatumque eſſe, ſperans e rebus ipſius ſecundis, ſe aliquid emolumenti accepturum, putari non debet beneuolus illi eſſe, ſed magis ſibi ipſi, non aliter atque minime amicus, ſi colit ipſum ob fructum aliquem ſuum: demumque vt rem breui concludam, beneuolentia exoritur ob virtutem atque modeſtiam, quam aſpexerit in quopiam, cum ſcilicet viſus ſibi fuerit formoſus, vel fortis, aut alio quopiam huiuſcemodi bono, virtuteque praeditus, quemadmodum iam diximus vſu venire nobis in actoribus fabularum, ceteriſque omnibus, qui certent inter ſe de ſummo loco, praemioue aliquo.

Φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται: διόπερ οὐκ ἔστιν ὁμοδοξία: τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους ὑπάρξειεν ἄν.

Quiddam autem amicitiae affine concordia quoque perſpicitur eſſe. qua-

propter non eſt conſenſus opinionum: hoc enim in iis quoque, qui inter ſe ne noti quidem ſunt, eſſe poteſt.

INDICAT aliud, quod & ipſum ſimilitudinem quandam amicitiae in ſe habere videtur, facereque ad ipſam: illud autem eſt, concordia; quapropter inquit, perſpicitur ſtatim, concordiam non eſſe conſenſum opinionis, quia opinio eadem de aliqua re manere poteſt in animis aliquorum, qui ſe ignorent, nec vmquam viderint, veluti ſi forte duo aliqui opinentur, vberem annum futurum, ſiue ſterilem & infoecundum.

Οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασὶν, οἷον τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων, οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν.

Neque eos, qui de omni re eodem pacto ſentiunt, aiunt concordare, ceu de rebus caeleſtibus: neque enim quicquam facit ad amicitiam, concordes eſſe de his rebus.

EXTARE etiam aliud oſtendit, quod & ipſum deciperet aliquem, falſoque putaretur eſſe cõcordia, quare ſeiungit ipſum a vera: eſt autem illud ſententiae conſenſus, vnde intelligitur aliud eſſe δόξαν, & aliud γνώμην, poſtquam conſenſus ambarum rerum eſt diuerſus: nullum autem negotium eſt videre, quid diſcriminis ſit inter δόξαν & γνώμην, opinio enim leuis eſt, ſaepeque ſubito excitata: ſententia autem firma, & quae diu in animo haeſerit; radicemque ſtabiliorem habeat. Sed etiam inquit auctor, non eſt idem ſentire de omnibus rebus, concordare inter ſe, veluti inquit de rebus caeleſtibus: qui enim vna ſentiunt de aeternitate caeli, mundique totius, non dicuntur proprie concordare inter ſe: neq; etiam, qui interiturum ipſum arbitrarentur, vt Democritus & Epicurus, & ſi multi ſunt, qui ita loquuntur, ſed tamen improprie, vt planum erit ex his, quae modo adiunget: voluit tamen prius refellere errorem quorundam, qui in his rebus peccabant; non eſt igitur, inquit, de his rebus aliquos conſentire, amicitiae munus.

Ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασὶν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ ταὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα: περὶ τὰ πρακτὰ δὴ ὁμονοοῦσι, καὶ τούτων περὶ τὰ ἐν μεγέθει, καὶ ἐνδεχόμενα ἀμφοῖν ὑπάρχειν, ἢ πᾶσιν: οἷον αἱ πόλεις, ὅταν πᾶσι δοκῇ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς εἶναι, ἢ συμμαχεῖν Λακεδαιμονίοις, ἢ ἄρχειν Πιττακὸν, ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελεν: ὅταν δὲ ἑκάτερος ἑαυτὸν βούληται, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς φοινίσσαις, στασιάζουσιν: οὐ γάρ ἐσθ' ὁμονοεῖν, τὸ αὐτὸ ἑκάτερον ἐννοεῖν, ὁδήποτε, ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ, οἷον ὅταν καὶ ὁ δῆμος, καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τοὺς ἀρίστους ἄρχειν: οὕτω γὰρ πᾶσι γίγνεται, οὗ ἐφίενται.

Sed ciuitates concordare inter ſe aiunt, cum de rebus, quae ipſis expediunt, idem ſenſerint, atque eadem ſibi agenda ſumpſerint: egerintq; ea, quae communi animo probauerint: in iis igitur rebus, quae ad actiones pertinent, concordant, & harum ipſarum in his, quae magnitudinem habent, & quae contingere poſſunt, ſiue ambabus, ſiue omnibus: veluti ciuitates, quando cunctis viſum fuerit, magiſtratus ſuffragiis creari, aut ſocietatem in bello coire cum Lacedaemoniis, aut principem ciuitatis eſſe Pittacum, quando, & ipſe voluit. Cum vero ſe ipſum vterque voluerit imperium habere, vt qui in Phoeniſſis inducuntur, tunc ſeditioſe agunt: non eſt enim concordes eſſe, idem vtrumque duos aliquos ſentire de aliqua re, quaecumque illa ſit, ſed idem in eodem: veluti cum populus, & principes ciuitatis conſenſerint, optimos ciues remp. regere: ita enim omnibus contingit id, cuius deſiderio tenentur.

VERVM inquit, ciuitates concordare aiunt, quando de vtilitatibus ſuis eandem ſententiam ſequun-

ſequuntur, idemque probant, ac poſtea, quae viſa fuerint, effecerint: neque enim vera, plenaque concordia foret, ſiquae gentes pepigerint, ſe bellum communi animo adminiſtraturas, nec tamen poſtea praeſtarent, quod dictum eſt: requiritur enim non voluntatum ſolum conſenſus, ſed factorum ipſorum; cognitum igitur iam eſt de rebus, quae materia ſunt humanarum actionum, concordiam dici, ne ijs quidem omnibus: neq; enim ſi duae, pluresue ciuitates idem conſilium ſecutae eſſent in rebus tenuibus, puſilliſque, quamuis illius ipſius generis forent, quod agitur a ciuibus, concordia iunctas illas inter ſe eſſe, ob id recte diceretur, ſed adhuc oportet res eas amplitudinem in ſe habere, ac praeterea eſſe tales, vt ambabus contingere poſſint, ſi forte duae fuerint, ſiue cunctis, ſi multae, veluti inquit, ciuitates, quando ciuibus omnibus viſum fuerit ſuffragijs creare magiſtratus, ſiue ſocietatem coire cum Lacedaemonijs, ſiue vniuerſam remp. committere Pittaco illi, qui vnus fuit e VII. ſapientibus vocatis: fecerant autem hoc Mytilenaei, longo bello grauati ab exulibus, non inuito ipſo: nam cum duo aliqui conſenſerint inter ſe, vt vnus imperium habeat, ambo autem velint, ſe illum eſſe, veluti filij Oedipi, qui in fabula Euripidis, cuius fabulae index eſt, Phoeniſſae, tunc illi ſeditioſe agunt: neque enim concordare duos aliquos valet, conuenire ipſis in quapiam re: idemque ambos velle, quodcunque ipſum ſit, cum vterque eorum ſibi illud bonum experit: verum in hoc quoque opus eſt, eos conſentire ſibi, ceu inquit, quando, & plebs & nobiles; principeſque ciuitatis, communi animo ſtatuerint ab optimatibus remp. regi: hoc enim pacto cuncti compotes fiunt ſui deſiderij.

Πολιτικὴ δὲ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια, καθάπερ καὶ λέγεται: περὶ τὰ συμφέροντα γάρ ἐστι, καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον ἀνήκοντα.

Ciuilis autem amicitia perſpicitur eſſe concordia, quemadmodum ſane fertur: circiter enim ea verſatur, quae publice conducunt, atque ad vitam referuntur.

Ex ijs, quae tradita de ipſa ſunt, intelligi auctor inquit, concordiam eſſe amicitiam, ſed non ſimpliciter vocatam amicitiam, verum cum appendice hac, amicitiam ciuilem, & quae in vſu ciuium eſt, quemadmodum ſane addit, ipſa vulgo appellatur: Ariſtoteles igitur eſt, qui exiſtimat ita dici concordiam recte poſſe; non ſequitur iudicium multitudinis, conſuetudinemque in hoc, idem tamen, vt ſolet, confirmat ſententiam, ſuo more loquendi. Probare autem volens, quod dixit, verum eſſe, ait ipſam verſari in vtilitatibus ſuis perſequendis, & ijs omnibus, quae ad vitam bene degendam accommodata ſunt.

Ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν: οὗτοι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοοῦσι, καὶ ἀλλήλοις, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες, ὡς εἰπεῖν: τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βουλήματα, καὶ οὐ μεταρρεῖ ὥσπερ εὔριπος: βούλονταί τε τὰ δίκαια, καὶ τὰ συμφέροντα: τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται.

Eſt autem huiuſcemodi concordia in probis, & moderatis viris: hi namque & ſecum ipſi concordant, & inter ſe: cum in iiſdem ſint, vt ita loquar: huiuſcemodi enim virorum manent voluntates, & non, veluti Euripus, agitantur fluctibus: voluntq; ea, quae iuſta ſunt: quaeq; conducunt: horum autem deſiderio publice incenſi ſunt.

Inveniri huiuſcemodi concordiam tradit in hominibus probis: imaginemque ipſius exiſtere in pectoribus eorum: hi namque ait, & ſibi ipſis concordes ſunt, omniumque partium animi eorum eadem voluntas eſt: eodemque pacto conuenit ipſis cum alijs probis viris, cum eorum eadem conſilia ſint, cogitationeſque demum omnes: huiuſcemodi enim inquit, proborum inquam virorum, non enim ſibi paribus collatorum, ſed ſecum, cum ſuiſque partibus cogitatorum, manent deſideria ſtabiliaque ſunt, non crebro mutantur, id quod vſu venit in contrarijs ipſis mortalibus, quorum animi, voluntateſque agitantur, quaſi fluctibus quibuſdam, inſtar euripi. Vocare ſolitos Graecos hoc nomine, loca quaedam maris in quibus fierent huiuſcemodi contrarij inter ſe motus fluctuum, & vt inferioris aetatis ipſos vocant, fluxus & refluxus, notum eſt. Aeſchines contra Cteſiphontem, cum inconſtantem mirum in modum hominem notare vellet, ſaepeque mutantem conſi-

 lia,

lia, dixit, ipſum ſuperare in hoc euripum, ſed etiam M. Cicero (vt Platonem omittamus, qui eodem ſimili in Phaedone vſus eſt) pro L. Murena inquit. Quod enim fretum, quem euripum tot motus, tãtas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum? Verum autem eſſe, quod praedicauit de probis viris, oſtendere volens, inquit: volunt enim, quae iuſta ſunt, & quae conducunt; eademque appetunt toto animo.

Τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν, πλὴν ἐπὶ μικρόν: καθάπερ καὶ φίλους εἶναι, πλεονεξίας ἐφιεμένους, ἐν τοῖς ὠφελίμοις: ἐν δὲ τοῖς πόνοις καὶ ταῖς λειτουργίαις, ἐλλείποντας: ἑαυτῷ δ' ἕκαστος βουλόμενος ταῦτα, τὸν πέλας ἐξετάζει, καὶ κωλύει: μὴ γὰρ τηρούντων, τὸ κοινὸν ἀπόλλυται: συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας: αὐτοὺς δὲ, μὴ βουλομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.

Nequam autem homines fieri non poteſt, vt concordent, praeterquam ad paruum ſpatium temporis: veluti etiam amicos inter ſe eſſe, cum appetant plus ſua parte conſequi in diuiſione rerum vtilium: in laborum autem, & munerum publicorum, minus habere velint: ſibi autem ipſi quiſque haec volens, proximum inquirit, eumque inde extrudit: cum enim hoc ſeruatum non fuerit, commune interit: contingit igitur ipſis, vt ſeditiones fiant in ciuitate, cum alijs neceſſitatem imponant: ipſi autem nolint res iuſtas facere.

CONTRA autem nequam homines prauique, fieri non poteſt, vt concordes inter ſe ſint, niſi breui admodum ſpatio temporis. Vt autem expertes ipſos eſſe concordiae, nec conuenire illis ſecum ſignificauit, neque cum ceteris mortalibus, ita quoque amicitiae colendae idoneos ipſos non eſſe, cum in diuiſione bonorum plus iuſta ſui parte malint, minus autem ſumant laborum munerumque publicorum, quae ſine ſumptu, periculoque aliquo obire non poſſint. Docet auctor, proſpiciens bono publico, ſalutique ciuium, cum multi huiuſcemodi illic fuerint, oriri inde interitum reipublicae, nec veſtigium in ea vllum reſtare concordiae, cum inquam, cuncti ciues ſint huius animi, vt ſibi velint emolumenta, & commoda: detrectent autem ſumptus ac moleſtias: coguntur enim, qui ad ſe domum praemia cuncta comportare ſtudent, oſtendere, proximum quemque minime dignum eſſe, qui illis fruatur, inquirereque in illius vitam, ac facta, & demum ita non ſinere eum ad honores, fructuſque e rep. capiendos peruenire: natura enim haec eſt reipublicae, omniſque rei, quae communis aliquorum ſit, vt ſi non habuerit, qui tueantur ipſam diligenter, pereat facile, atque dilabatur: concludens igitur totam rationem, monſtrat, qui exitus futurus ſit horum peſſimorum inſtitutorum, ideſt ciuilis diſcordia, & ſeditio: inquit enim, vſu venit igitur ipſis, vt concertent inter ſe, diuidaturq; ciuitas, cum cogant cuncti, reliquos, quod iniquiſſimum eſt, iuſtitiam in omnibus ſuis factis colere; ipſi vero auerſi ab ea toto animo ſint. Nos quoque, huiuſcemodi homines accuſantes, ita vulgo loqui conſueuimus, eos velle alienae domui iuſtitiam. In VII. libro de moribus ad Eudemum, cum diſſeruiſſet de concordia & beneuolentia: non eundem enim ordinem ipſarum tradendarum illic ſecutus eſt, ſignificauit ſe id praeſtitiſſe, vſuſque eſt tamquam peroratione, qua indicauit, vt arbitror, ſe ab amicitia ſeiunxiſſe ea, quae ſimilitudinem magnam cum ipſa habeant: fuerunt igitur duo illa, non tria. Indicauit etiam illic nouam rem ſe attingere, eandem ſcilicet, quam hic, nulla re pertinere ad ſuperiorem quaeſtionem, ſiquis diligenter videret: nam cum multae reſtarent dubitationes de amicitia, ab vna quapiam harum ipſe initium ducere neceſſe habebat: cum igitur valeat & hoc non parum ad idem oſtendendum, volui hoc quoque teſtari, ad eundem errorem refellendum. Sed cum eius dubitationis prima pars valde corrupta ſit in libris etiam duobus, quos vidi manuſcriptis, quomodo putem legi debere, hic ſignificabo: nam in peroratione ipſa nullum mendum extat: ἀπορεῖται δὲ διὰ τὸ μᾶλλον φιλοῦσιν οἱ ποιήσαντες εὖ, τοὺς παθόντας, ἢ οἱ παθόντες εὖ, τοὺς ποιήσαντας. δοκεῖ δὲ δίκαιον εἶναι τοὐναντίον; τοῦτο δ' ὑπολάβοι μὲν ἄν τις διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ τὸ αὑτῷ ὠφέλιμον συμβαίνειν. & cetera quae ſequuntur minime deprauata.

Οἱ δ' εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας δοκοῦσι μᾶλλον φιλεῖν, ἢ οἱ εὖ παθόντες τοὺς δράσαντας, καὶ ὡς παρὰ λόγον γινόμενος, ἐπιζητεῖται.

Qui

Qui autem beneficium dederunt, magis eos, in quos beneficium contulerunt, diligere, videntur, quam qui beneficium acceperunt, faciant eos, qui ipſos iuuerunt: & tamquam hoc praeter rationem fiat, in quaeſtionem vocatur.

QVAESTIONEM aggreditur magnam atque obſcuram, valde autem accommodatam huic loco, in quam etiam diſſoluendam toto pectore incumbit, nec tamen ipſe ſolus, primuſq; vidit hoc, quod fieri non debebat, neque merito expectari poterat, in hac re vſu venire: nam multis ante ipſum hoc in mentem venerat, qui etiam conati fuerant hunc, quaſi nodum quendam ſoluere, & vnde malus mos naſceretur, aperire, a quibus tamen ipſe diſſentit, & ſi non inſulſa, neque contemnenda ſententia ipſorum eſt. Quaerit igitur quod plerumque videtur fieri, quomodo contingat, vt qui beneficia in aliquos contulere, magis diligant eos, quos iuuerunt, magniſque malis, periculiſque liberarunt, quam qui adiuti ſint, faciant, vnde ſubleuati fuere, atque e ſuis aduerſis rebus opera, ſtudioque eorum erepti: hoc enim inquit, & abſurdum, & ſine iuſta cauſa adminiſtratum ſollicitat non paucos, & ſane repugnat vtilitatibus, commodiſque miſerorum, cum reddat fortunatos homines, & qui auxilio ipſis eſſe poſſunt, ad opem illis ferendam pigriores, niſi vere liberales, magnoque animo praediti forent.

Τοῖς μὲν οὖν πλείστοις φαίνεται, ὅτι οἱ μὲν, ὀφείλουσι: τοῖς δὲ, ὀφείλεται: καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δανείων: οἱ μὲν ὀφείλοντες, βούλονται μὴ εἶναι, οἷς ὀφείλουσιν: οἱ δὲ δανείσαντες, καὶ ἐπιμέλονται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας, οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας: τοῖς δ', οὐκ εἶναι ἐπιμελὲς τὸ ἀνταποδοῦναι. Ἐπίχαρμος μὲν οὖν τάχ' ἂν φαίη ταῦτα λέγειν αὐτοὺς, ἐκ πονηροῦ θεωμένους: ἔοικε δ' ἀνθρωπικῷ: ἀμνήμονες γὰρ οἱ πολλοὶ, καὶ μᾶλλον εὖ πάσχειν, ἢ ποιεῖν ἐφίενται.

Plurimis igitur fieri hoc videtur, quia hi quidem, debent: his vero, debetur: veluti igitur in pecunia foenori data: debitores quidem optant creditores non ſupereſſe: ij autem, qui crediderunt, ſuſcipiunt etiam curam de vita, ac ſalute debitorum ſuorum, eodem pacto etiam qui beneficiũ dederunt, vſu venit, optare quos iuuerunt, tamquam gratias recepturos: his autem curae non eſt reddere. Epicharmus autem fortaſſe affirmaret haec dicere ipſos a deteriore parte ſpectantes: videtur autem peculiare humani ingenij eſſe: immemores enim multi ſunt beneficiorum, maluntq; beneficium accipere, quam dare.

PLVRIMIS igitur mortalibus ait, videtur hoc fieri, quia qui beneficium acceperunt quaſi debitores ſunt: qui autem dederunt, veluti creditores; quod igitur in pecunia foenori aliquibus data, contingit, vt qui debent, conſpectum creditorum ſuorum fugiant, nolintque ipſos manere in vita: qui vero foenori ipſis dederunt, omnia faciunt, quae valent ad ſalutem illorum, vitamque tuendam, eodem pacto aiunt, qui beneficium in aliquos contulerunt volunt, optantque eſſe, qui ab ipſis beneficium accepere, & qui futurum ſperant: eiuſque rei deſiderio tenentur, vt compenſetur aliquo tempore id beneficij, quod dederunt: illi vero curam nullam ſuſcipiunt de opera, gratiaque reddenda. Hoc expoſito venit in mentem auctori vox Epicharmi, vafri illius Siculi, cuius etiam aliae non nullae voces celebrantur, vt ſapientis viri, & bene cognitum habentis humanum ingenium; ille namque inſimulans eos, qui exiſtimabant de facto aliquorum mortalium, ſpectata deteriore natura hominum & qui culpae affines ſint, dicere conſuerat, eos exiſtimare de cunctis mortalibus, non cunctis, vt oportuiſſet, animaduerſis, ſed tantum illis, qui forent deterioris notae: idemque eos facere, quod faciunt non nulli, qui de aliqua re, quae partim bona, vtiliſque, partim vitioſa ſit, iudicium facturi ex ea, quae vitium continet, de ambabus improbe iudicant. Hanc ego opinor fuiſſe ſententiam Epicharmi: nec tamen ab alio vllo vetere auctore mentionem eius factam inueni. Hoc igitur transferri huc non inepte poſſe putat Ariſtoteles, quia multi obliuiſcuntur beneficia accepta: maluntque commodari ſibi, quam ipſi ſtudeant alijs opitulari.

Δόξειε δ' ἂν φυσικώτερον εἶναι τὸ αἴτιον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ περὶ τοὺς δανείσαντας: οὐ γάρ ἐστι φίλησις περὶ ἐκείνους, ἀλλὰ τοῦ σώζεσθαι βούλησις, τῆς κομιδῆς ἕνεκα: οἱ δ' εὖ πεποιηκότες, φιλοῦσι, καὶ ἀγαπῶσι τοὺς εὖ πεπονθότας, κἂν μηδὲν ὦσι χρήσιμοι, μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν.

Uideri autem poſſet magis naturalis eſſe cauſa huius rei, & non ſimilis ei, quod fit in iis, qui pecuniam foenori dederunt: non enim diligunt illi debitores, ſed optant incolumes eſſe, vt ſuum recipiant: qui autem beneficium dederunt, diligunt, & caros habent eos, qui ab ipſis beneficium acceperunt, quamuis nulla in re ſibi fuerint vtiles: neque etiam poſtero tempore eſſe poſſint.

QVAMVIS non omnino improbarit opinionem eorum, quos dixit, tamen arbitratur veram cauſam huius mali magis naturalem eſſe: magis autem naturalem ipſam vocauit, quia illa quoq; non penitus aliena a natura erat, quippe cum de ipſa ita locutus ſit. ἰσχύει δὲ ἀνθρωπικόν; humanum autem illic valet, quod eſt in more poſitum maioris partis hominum; illincque ortum ducit. Diſſerere autem accurate contra ipſam volens, cuius diſſolutionis ſolum, ac fundamentum fuit ſimilitudo, primum oſtendit, illud, quod tamquam ſimile adferebant auctores, non eſſe ſimile, ac quid diſcriminis verſetur in ipſa docet, ſignificans in illis, qui crediderunt pecuniam, nihil amoris extare erga eos, quibus crediderunt: nam quod cupiunt eos viuere ac ſaluos eſſe, id faciunt, vt ſibi reddant, quod debent: qui autem ſtudio ſuo atque opibus aliquibus valde profuerunt, diligunt eos, caroſque habent, etſi vſui ſibi non eſſe tunc intelligunt, nec futuros ſperent.

Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκε: πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου, ἐμψύχου γενομένου: μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει: ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα: τοιούτῳ δὴ ἔοικε καὶ τὸ τῶν εὐεργετῶν: τὸ γὰρ εὖ πεπονθός, ἔργον ἐστὶν αὐτῶν: τοῦτο δὴ ἀγαπῶσι μᾶλλον, ἢ τὸ ἔργον, τὸν ποιήσαντα.

Quod quidem etiam in opificibus vſu venit: vnuſquiſque enim horum ſuum propriumque opus magis amat, quam amaretur ab opere, ſi acceſſerit ei animus: maxime autem fortaſſe hoc contingit poetis: ſupra modum enim omnem, hi ſua propriaque poemata amant, ea ipſa habentes tamquam filios: huiuſcemodi igitur rei par ſimileque eſt, quod fit in his, qui contulerunt beneficia in aliquos: quod enim ſubleuatum eſt, commodique aliquid accepit, opus ipſorum eſt: hoc igitur magis amant, quam amet opus eum, qui molitus eſt.

IDEM etiam in opificibus inquit, contingit: ipſe enim quoque in ſententia ſua firmanda, totaque re declaranda, vti voluit ſimili: omnis enim inquit, opifex ſuum propriumque opus magis amat, quam amaretur ab illo, ſi acceſſerit ei animus, factumque fuerit animale: voco autem animale, quod ipſe ἔμψυχον appellat: maxime autem hoc fieri inquit a poëtis, cum praeter modum hi diligant ſua poëmata, eaque ipſa habeant non minus, atque parentes liberos ſummo amore cōplecti conſueuere. De nimio autem hoc amore poëtarum erga ſua opera locutus quoque eſt M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum, nec tamen poëtarum proprium hoc eſſe putat, ſed oratorum etiam, vt noſter quoque, qui vincere in hoc ipſos ceteros omnes fabros, & quaſi parentes alicuius operis affirmat. Plato quoque in ſympoſio commune hoc eſſe dixit omnium, quae e ſe quippiam quaſi genuerunt. Concludens igitur auctor hic noſter rationem ait, huiuſcemodi rei par ſimileque eſt, quod fieri videmus in benefactoribus: quod enim opera illorum, pecuniaque ſubleuatum eſt, ereptumque e grauibus malis, opus illorum ipſorum eſt: hoc igitur inquit magis fouent, amantq; quam opus eum, qui fecit, vmquam amaret.

Τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν, καὶ φιλητόν: ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ: τῷ ζῆν γὰρ καὶ

πράττειν: ἐνεργείᾳ δὴ ὁ ποιήσας τὸ ἔργον, ἔστι πως: στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι: τοῦτο δὲ φυσικόν: ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει.

Huius autem rei cauſa eſt, quod ſtare, manereque in vita cunctis mortalibus expetendum, atque amabile: ſumus autem actu: viuendo enim, & munere fungendo ſumus: actu igitur eſt aliquo modo ille, qui opus fecit: amat iam opus, quia ſe ſupereſſe, ſtatumq́ ſuum amat: hic autem naturalis amor eſt: quod enim poteſtate eſt, hoc ipſum eſſe actu opus indicat.

HVIVS ipſius rei fontem magis, ortumque aperire ſtudens, ſubtilius adhuc de ipſo diſſerit, atque inquit. Huius autem rei cauſa eſt, quod ſtatus ſuus omnibus expetendus eſt, atque amabilis; tunc autem vere ſcimus, quales ſumus, cum efficimus, molimurque id, cui nati, factique ſumus: viuendo enim, atque agendo ſumus, quare qui opus fecit actu, eſt aliquo modo: diligit igitur opus ſuum, quod cum facit, diligit ſtatum ſuum atque id, quod eſt, hoc autem innatum eſt, a naturaque nobis datum: quod enim prius poteſtate opifex erat, opus quod molitus ipſe eſt, indicat enim actu eſſe, exempli cauſa, pictor omni illo tempore, quo erat otioſus, nec artem ſuam colebat, poteſtate ſolum pictor erat, tabula poſtea, quam pinxit, teſtificatur eum pictorem eſſe, nec tamen tunc cum abſoluit iam opus actu vere eſt, ſed cum penicillo vtebatur; & pingebat, quae cauſa fortaſſe fuit; vt, cum hoc diceret, addiderit πως: etſi enim declarat tabula illa ipſum pictorem eſſe: planeque hoc de ipſo praedicati tunc poteſt, non tamen actu eſſe illum eo tempore aliquis affirmaret: ceſſauit enim iam ab opere perfecto illo, atque abſoluto.

Ἅμα δὲ καὶ τῷ μὲν εὐεργέτῃ καλὸν τὸ κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὥστε χαίρειν ἐν ᾧ τοῦτο: τῷ δὲ παθόντι οὐθὲν καλὸν ἐν τῷ δράσαντι: ἀλλ' εἴπερ συμφέρον: τοῦτο δ' ἧττον ἡδὺ, καὶ φιλητόν.

Simul autem illi, qui beneficium dedit pulchrum, dignitaſque omnis manet in facto, vt neceſſe ſit ipſum gaudere eo, in quo hoc extat: illi autem, qui accepit, nihil dignitatis, ſplendoriſque eſt in eo, qui fecit: quod ſi aliquid eſt, ipſum quod prodeſt, eſt, ac fructus: hoc autem minus iucundum minuſque amabile eſt. b

ALIVD hoc argumentum eſt, quo idem conſtituitur: accedit enim inquit ſuperiori rationi, aptumque aliquo modo ex ea eſt, quod qui beneficium dedit, profuitque ſtudio ſuo atque opibus honeſto viro, in illo ſuo facto intelligit eſſe dignitatem, quare laetitiam capit, aſpiciens eum, recordatuſque illius, cui opem tulit: redit enim illi in memoriam honeſtum ſuum factum, quod manet in ipſo: contra autem, qui beneficium accepit nihil ſuae dignitatis ſentit eſſe in eo, qui dedit: peperit enim ille ſibi laudem, ac gloriam, non ei, cui opera ſua, reque profuit, ſed ſiquid boni in perſona ipſius cogitat, quod in ſe cadat, illud eſt inquit, vtilitas, quae res minus iucunda eſt, minuſque amabilis. non poteſt ſane negari, quin ſecum ferat voluptatis aliquid, ac gaudij aduentus, memoriaque eius, qui te iuuerit in duris tuis, & anguſtis rebus; ſed vincitur illa a voluptate, quam capit merito aliquis ex recordatione ſui recti facti. Iuſtam autem illam eſſe, puramque, ſignificauit quoque Plutarchus, qui de Lyſandro Lacone, in vita quam ſcripſit ipſius, hoc commemorauit, habuiſſe illum virilem animum, nec vinci vmquam potuiſſe ab vlla voluptate, praeter quam ab ea, quam iniungunt hominibus, qui rectum aliquod facinus, plenumque gloriae geſſerint, honeſta ipſius facta; illa autem laetitia, ſiqua ea eſt, qua afficiuntur, qui erepti ſunt e malis a benefico viro, miſta eſt cum aegritudine: inurit enim doloris aliquid recordari, ſe quondam egniſſe.

Ἡδεῖα δ' ἐστὶ, τοῦ μὲν παρόντος, ἡ ἐνέργεια: τοῦ δὲ μέλλοντος, ἡ ἐλπὶς: τοῦ δὲ γεγενημένου, ἡ μνήμη: ἥδιστον δὲ τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, καὶ φιλητὸν ὁμοίως: τῷ μὲν οὖν πεποιηκότι, μένει τὸ ἔργον: τὸ καλὸν γὰρ πολυχρόνιον: τῷ δὲ παθόντι, τὸ χρήσιμον παροίχεται.

Iucunda autem eſt rei praeſentis, actio: futurae autem, ſpes: praeteritae vero, me-

ro, memoria: iucundiſſimum autem eſt, quod in actu eſt, & amabile ſimili modo: illi igitur, qui fecit, manet opus: honeſtum enim factum diuturnum eſt: illi autem, qui accepit, fructus, & emolumentum eripit ſe facile e manibus.

PROBAT idem, maiorem inquam voluptatem capere ex facto ſuo, qui beneficium dedit, quam qui accepit e memoria illius ſuae vtilitatis: ideoque víſu venire, vt magis diligat eum, quem ſubleuauit, quam is benefactorem ſuum: ducit autem argumentum a tempore: cum enim e tribus temporis partibus capiatur voluptatis aliquid, e praeterito, inſtanti, & futuro, maiorem eſſe voluptatem tradit, quae ducitur e praeſenti, quam e reliquis duobus, cuius particeps eſt auctor beneficij. Hoc igitur poſito addit, iucundiſſimum omnium eſſe, quod percipitur agendo, idemque amabile eſſe. Concludere igitur ipſe volens, quod dixi, ita agit; illi igitur, qui fecit, ideſt, qui auxilium tulit, opus manet, quod declarans inquit: quod enim honeſtum, praeclarumque eſt, diuturnum eſt: illi vero, qui accepit, emolumentum inquam ac beneficium, id vtilitatis, quod inde cepit, fugit e manibus, atque extinguitur facile.

Ἥ τε μνήμη, τῶν μὲν καλῶν, ἡδεῖα· τῶν δὲ χρησίμων οὐ πάνυ, ἢ ἧττον· ἡ προσδοκία δ' ἀνάπαλιν ἔχειν ἔοικεν.

Memoria autem rerum honeſtarum eſt iucunda: vtilitatum autem quas alicunde acceperis, non valde, aut minus: expectatio autem contra ſe habere videtur.

ADIVNGIT, memoria praeterea honeſti omnis facti iucunda eſt: rei autem vtilis non valde; aut ſi ipſa quoque ſuauitatis aliquid in ſe habet, illa profecto minor eſt; expectatio autem boni alicuius contrario modo ſe habet: qui enim peruenturum ad ſe ſperat commodum aliquod, magis vicinum, propriumque ipſum eſſe, quam vere ſit, ſibi pollicetur.

Καὶ ἡ μὲν φίλησις, ποιήσει ἔοικε· τὸ δὲ φιλεῖσθαι, τῷ πάσχειν· τοῖς ὑπερέχουσι δὴ περὶ τὴν πρᾶξιν ἕπεται τὸ φιλεῖν, καὶ τὰ φιλικά.

Et amatio quidem ſimilis eſt effectioni: diligi autem acceptioni: illis autem qui eminent in actione, comitatur amare, & quae ſunt propria munera amicitiae.

IDEM alio hoc argumento probat, non ſine cauſa, qui proſunt aliquibus, magis eos poſtea diligere, in quos beneficium contulerunt, quam diligant, qui liberati malis opera, ſtudioque eorum, benefactores ſuos: diligere enim inquit, eſt aliquo modo efficere, ac moliri: diligi autem perpeti, ac recipere in ſe quippiam: ambo autem haec exiſtunt in facto illo, quod geſſit, & adminiſtrauit beneficus; ipſe namque eſt, qui facit: ſubleuatus autem quaſi perpeſſus: omnibus autem in rebus meliores partes ſunt eorum, qui faciunt, quam illorum, qui perpetiuntur, maioremque dignitatem in ſe continent, id quod manet in auctoribus, effectoribuſque eius beneficij, & diligere igitur, & obire munera amicitiae abeſſe ipſis non poteſt.

Ἔτι δὲ, τὰ ἐπιπόνως γενόμενα, πάντες μᾶλλον στέργουσιν, οἷον καὶ τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι τῶν παραλαβόντων· δοκεῖ δὴ τὸ εὖ μὲν πάσχειν, ἄπονον εἶναι· τὸ δ' εὖ ποιεῖν, ἐργῶδες· διὰ ταῦτα δὲ καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι· ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν· δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖον εἶναι.

Adhuc autem, quae geruntur magno cum labore, cuncti mortales magis diligunt, veluti qui rem quaeſiuerunt, quam qui a maioribus acceperunt: videtur igitur beneficium accipere, vacare labore: beneficium autem alicui dare arduum

atque operoſum: & has ob cauſas matres magis diligunt filios, quam patres: generatio enim eſt laborioſior, & magis norunt, ipſos ſuos eſſe. Uideri autem poteſt, hoc proprium accommodatumq́ eſſe illis, qui beneficium dederunt.

A ſtudio praeterea, laboreque, quem neceſſario ſuſtinuit, qui remedium adhibuit rebus aduerſis alicuius, argumentatur: non enim ſine magna cura poteſt aliquis, fortunatus etiam homo, mederi grauibus malis cuiuſpiam, inquit igitur, conſueſſe mortales cunctos magis amare, quae quaeſiere cum labore, moleſtiaque plurima. Exemplo autem hoc huiuſcemodi eſſe declarat, atque illo quidem ſatis aperto, & ante oculos poſito: qui enim inquit, rem quaeſiuere, magis caram ipſam habent, tuenturque diligentius, quam qui acceperunt a maioribus. Addit autem Ariſtoteles ad concludendum neceſſarium. Videri beneficium accipere procliue eſſe, a laboreque omni vacuum: contra autem beneficium dare ardnum atq; operoſum. Adiungit etiam ad idem illuſtrandum valde accommodatum, alterum ſimile, quo etiã antea in hac praeceptione de amicitia vſus fuerat; Exiſtimari hanc ipſam ob cauſam matres magis diligere liberos, quam patres faciant: gignunt enim ipſos maiore cum moleſtia: cum & in vtero geraut longo temporis interuallo, & pariant illos non ſine acerrimo dolore, ac vitae quoque non paruo periculo. Poſuit etiam aliud, ad confirmandum, maiorem amorem eſſe matrum, quam patrum erga filios, idoneum, poſtquam illo tamqnam plano, atque aperto vſus fuerat: etſi non facit quicquam ad id, quod in manibus habet, illuſtrandum, idem etiam fieri, quia certiores ſunt matres eos, ex ſe genitos, cum ex vtero ipſarum prodierint.

Ἀπορεῖται δὲ, πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα, ἢ ἄλλόν τινα: ἐπιτιμῶσι γὰρ τοῖς ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶσι, καὶ, ὡς ἐν αἰσχρῷ, φιλαύτους ἀποκαλοῦσι.

Exoritur autem quaeſtio, vtrum oporteat diligere ſemet ipſum maxime, ſiue alium quempiam: inſimulant enim eos, qui ſemet ipſos maxime amant, & obycere hoc ipſis volentes tamquam affines turpitudini, vocant ipſos amatores ſui.

Hoc quoque, quod nunc aggreditur, ſollicitabat multos: oppoſitaeque erant inter ſe ſententiae de hac re: qnare exiſtimauit auctor oportere, ſe quid ſentiret de ipſo, oſtendere, & hnnc tamquam ſcrupulum aliquem euellere ex animis eorum, qui cuperent, quid ſui officij eſſet, cognoſcere; nec culpam vllam in re tanti ponderis admittere. Exiſtit igitur inqnit quaeſtio, cum probi hominis officium ſit diligere honeſtos viros, & qui ſibi, reipublicaeq; profuerint: necnon etiam eoſdem auerſos nullam in partem eſſe ab amore ſui ipſius in humano hoc officio, munereque fungendo; vtrum deceret ſemet ipſum ſupra ceteros omnes diligere, ſiue aliũ quempiam e numero eorum, quos dignos amore ſuo iudicaret: dubios autem habere aliquos videbatur, qui aliter putaſſent, oportere magis ſe ipſum amare, quia videbant, non paucos mortales increpare illos, qui maxime ſemet ipſos fouerent, ac prae ceteris omnibus caros haberent: nomiueque ipſos vocare, vt ipſi illud capiebant, quod vitium contineret, ac iuſtam reprehenſionem in ſe haberet.

Δοκεῖ τε ὁ μὲν φαῦλος ἑαυτοῦ χάριν πάντα πράττειν, καὶ ὅσῳ ἂν μοχθηρότερος ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον. ἐγκαλοῦσι δὴ αὐτῷ, οἷον, ὅτι οὐδὲν ἀφ' αὑτοῦ πράττει: ὁ δὲ ἐπιεικὴς, διὰ τὸ καλὸν, καὶ ὅσῳ ἂν βελτίων ᾖ, μᾶλλον διὰ τὸ καλὸν, καὶ φίλου ἕνεκα: τὸ δ' αὑτοῦ, παρίησι.

Uideturq́ homo quidem malus ſua cauſa omnia gerere, & quanto improbior fuerit, tanto magis: criminantur igitur ipſum, vt nihil agentem remotum a ſuis vtilitatibus: bonus autẽ vir, ac moderatus cuncta gerit ob dignitatem conſequendam, & quanto melior fuerit, tanto magis ob dignitatem, atq; amici hominis cauſa: ſuum autem commodum dimittit e manibus.

Et praeterea, quia videbatur proprium eſſe improbi mortalis, cuncta in vita ſui ipſius cauſa face-

ſa facere, vtilitateſque ſuas ſedulo ſectari; & quanto improbior fuerit, tanto magis hoc moliri, quem cum inſimularent, dicebant nihil ipſum attingere alienum a ſuis commodis, & quod ad alium quempiam ornandum referatur: virum autem probum, moderatumque ſolere, dignitatis cauſa, quae facit, omnia facere, poſthabita cura ſui ipſius, & quanto melior fuerit, tanto magis in omni ſuo facto honeſtatem ſpectare, honorique, ac commodis amicorum ſeruire, atque omnem curam ſuorum praemiorum abijcere, patique aequo animo vel libenti potius, ſibi illa e manibus elabi. A

Τοῖς λόγοις δὲ τούτοις τὰ ἔργα διαφωνεῖ, οὐκ ἀλόγως: φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα, τὸν μάλιστα φίλον: φίλος δὲ μάλιστα ὁ βουλόμενος, ᾧ βούλεται, τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται: ταῦτα δ' ὑπάρχει μάλιστα αὐτῷ πρὸς αὑτόν: καὶ τὰ λοιπὰ δὴ πάντα, οἷς ὁ φίλος ὁρίζεται: εἴρηται γὰρ ὅτι ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ φιλικὰ, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διήκει.

Diſſentiunt autem facta ab his verbis, atque oratione, atque id non ſine cauſa: aiunt enim oportere maxime diligere, maxime amicum: amicus autem maxime eſt ille, qui vult, cui vult ea, quae bona ſunt, illius cauſa, etſi nemo ſciturus ſit: haec autem inſunt maxime ipſi erga ſemet ipſum: & reliqua igitur cuncta, quibus amicus definitur: dictum enim eſt, ab ipſo cuncta munera amicitiae proficiſci, & ad alios peruenire.

OSTENDIT Ariſtoteles, non conſentire, quae faciunt homines in hac re ijs, quae dicunt ſermonibuſque ipſorum; ſed valde diſcrepare inter ſe, quod vſu ſaepe venit in multis rebus, vt non pauca mortales in ore habeant, laudentque: alia autem in vita ſequantur ac gerant: puto enim, cum inquit, λόγοις τούτοις, accipi debere, quod accuſabant eos, qui maxime ſe ipſos diligerent: & animaduerſis, quaſique digito monſtratis probis viris, aiebant eos contrarium facere, ac proximum quemque magis, quam ſe ipſos amare: ἔργα namque videtur vocaſſe, quae magis proprie, vſitatiuſque Graeco ſermone dicuntur πράξεις: Latino autem facta, ſiue actiones. Quod autem hic auctor addidit, hoc ipſos facere οὐκ ἀλόγως, reſpiciens fortaſſe dicit, ad illud, quod ipſe verum eſſe intelligeret, hominem habendum eſſe meliorem partem ipſius, ac mentem denique, niſi aliquis putet valere illud, additumque hic fuiſſe, quia illi rationem reddebant ſuae ſententiae, argumentoque non contemnendo eam confirmabant, ac peruulgatis etiam, veteribuſque non nullis vocibus, quae teſtimoniorum vim habent. Aiebant igitur illi, oportere maxime diligere eum, qui maxime amicus eſt; amicus autem maxime eſt, qui commoda, quae amico vult procurarque, illius ipſius cauſa vult, ſine vlla cogitatione ſuae vtilitatis, quamuis etiam perſpectum cognitumque haberet ad nullius aures animum ipſius talem, benignitatemque peruenturam eſſe, quae profecto, vt affirmat, inſunt maxime in quolibet erga ſemet ipſum, & vt haec, quod etiam adiungit, ita reliqua omnia, quibus amicus definitur: nam a ſe ipſo proficiſci munera cuncta amicitiae; indeque ortum ducentia, perueniteque ad alios, teſtatur ſe prius dixiſſe, id quod non multo ſupra fecit: quare neceſſe ſibi non eſſe idem iterare.

Καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν: οἷον τὸ, μία ψυχή. καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων: καὶ ἰσότης φιλότης. καὶ γόνυ κνήμης ἔγγιον: πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὑτὸν μάλιστ' ὑπάρχει: μάλιστα γὰρ φίλος ἑαυτῷ, καὶ φιλητέον δὴ μάλιστα ἑαυτόν.

Et prouerbia cuncta conueniunt: ceu, vnus animus, & communia amicorum, & amicitia aequalitas, & genu ſura propinquius; cuncta enim haec erga ſemet ipſum maxime inſunt: maxime enim amicus vnuſquiſque ſibi: quapropter maxime diligere oportet ſemet ipſum.

SVMIT etiam ad declarandum, quod tradit, auctoritatem prouerbiorum: neque enim putandum eſt, vniuerſam aliquam gentem in exiſtimanda voce alicuius facile deceptam eſſe, B

quas

quae aſſenſu ſuo illam probanit, & vt certam indubitatamque ipſam recepit: pronerbia enim huiuſcemodi quaedā voces ſunt: citat igitur ipſa, breuiterq; exponit: primum ipſorum erat; vnus animus in duobus ſcilicet corporibus, quo de prouerbio ſupra diſſerui: alterum autem bona amicorum communia: tertium aequalitas eſt amicitia, ſtudiumque amicorum inter ſe: & genu ſura propinquius, cuius prouerbij meminit quoque M. Cicero in epiſtola quadam ad Tironem, graecis ipſius verbis poſitis. Expoſitis igitur iam omnibus, quae videntur declarare, oportere, rectumque eſſe, magis ſemet ipſum, quam alium quempiam diligere, quorum, extrema fuerunt prouerbia concludens hanc partem quaeſtionis, inquit: cuncta enim haec, quae prolata ſunt ad praeſtantem amorem ſignificandum, exiſtunt eximia e beneuolentia erga ſemet ipſum; vnuſquiſque enim maxime amicus eſt ſibi ipſi: vnde colligitur inquit, oportere maxime diligere ſemet ipſum.

Ἀπορεῖται δὲ εἰκότως ποτέροις χρεὼν ἕπεσθαι, ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιστόν: ἴσως οὖν τοὺς τοιούτους δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν, καὶ διορίζειν ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν: εἰ δὴ λάβοιμεν τὸ φίλαυτον πῶς ἑκάτεροι λέγουσι, τάχ' ἂν γένοιτο δῆλον.

Dubitatur autem merito, vtris comitari oportet, cum ambae nō indignae ſint, quibus credatur: fortaſſe igitur huiuſcemodi rationes opus eſt diuidere, ac diſtinguere quatenus vtraeq́; & qua parte verae ſint: ſi igitur adepti fuerimus, quomodo vtraeq́; accipiunt amatorem ſui, fortaſſe totum planum apertumq́; erit.

AMBABVS oppoſitis inter ſe opinionibus iam confirmatis, & quibus fieri potuit rationibus, corroboratis, ait. Non ſine cauſa quaeri ſolitum de hoc, dubioſque eſſe homines, vtram duarum harum rationum ſequi ipſos deceat; cum ambae multum in ſe habeant eius, quod valet ad fidem faciendam. Quid autem conſilij capiendum ſit, cum inciditur in huiuſcemodi aliquem nodum, oſtendit: admonetque oportere omnem huiuſcemodi quaeſtionem diuidere, ac diſtinguere: vix enim fieri poteſt, vt contrariae inter ſe rationes in aliqua re obſcura, difficilique examinanda eodem pacto probabiles ſint: contingit autem hoc ſaepe, cum verbum, in quo manet ſcrupulus ille, non eodem modo ab omnibus capitur, vt hic vſu venit; nam φίλαυτον longe aliter vſurpabant, qui de veritate huius rei tantopere inter ſe diſſentiebant. Huiuſcemodi quiddam tetigit M. Cicero in L. Piſonem ac paene haec verba expreſſit, cum hominem irrideret, vt ignarum bonarum artium; ac rudem: habebat enim ille domi ſuae Philodemum quendam Epicureum, qui cum ei laudaſſet voluptatem, finemque humanae vitae (vt princeps, duxque eius familiae cenſuerat) eſſe dixiſſet, vt tamen doctorum virorum mos eſt, oſtendere vellet, quomodo accipi deberet id nomen, cum vna non eſſet notio ipſius, ille tam accuratam diſputationem contempſit, ſatiſque eſſe ſibi affirmauit audiſſe, commendari a ſapiente viro voluptatem: in hac igitur re exponenda inquit facetus orator, Graecus, primo diſtinguere, atque diuidere illa, quemadmodum dicerentur; & quae ſequuntur: ſed ad auctorem redeamus, qui inquit, fortaſſe inutile non eſſe, vel oportere potius huiuſcemodi voces, rationeſue diuidere, ac diſtinguere, & ita ſubtiliter videre quouſque ambae, & qua parte verum ſignificant; ſtatimque quod rectum eſſe, & doctrinae proprium, facit: ſi cognouerimus dicens, quomodo vtraeq; rationes ſcilicet, capiunt φίλαυτον, ideſt amatorem eſſe ſui ipſius, quod obſcurum nunc eſt, planum apertumque fiat. Sequitur autem ſuperiorem ordinem; incipitque ab his, qui culpae affinem eſſe rebantur φίλαυτον eſſe.

Οἱ μὲν οὖν εἰς ὄνειδος ἄγοντες αὐτὸ, φιλαύτους καλοῦσι τοὺς ἑαυτοῖς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι, καὶ τιμαῖς, καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς: τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται; καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ, ὡς ἄριστα ὄντα. διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν: οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται, χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς: τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί: διὸ καὶ ἡ προσηγορία γεγένηται ἀπὸ τοῦ πολλοῦ, φαύλου ὄντος: δικαίως δὴ τοῖς οὕτω φιλαύτοις ὀνειδίζεται.

Qui igitur in opprobrium ipſum ducunt, mirificos ſui amatores vocant eos, qui ſibi ipſis tribuunt plus iuſta parte in pecunia, & honoribus, & corporis volupta-

luptatibus: haec enim ſunt, quorum cupiditate multi inflammati ſunt, omneq́ ſtudium ſuum ponunt in ipſis adipiſcendis, vt omnium optimis: vnde factum eſt, vt de ipſis homines inter ſe pugnent: qui igitur circa res has plus aequo volunt, indulgent cupiditatibus, & omnino affectibus, & parti illi animi, quae expers eſt rationis: huiuſcemodi autem eſt maior pars hominum. Qua de cauſa appellatio facta eſt a magna parte, quae mala, vitioſaq́ eſt: iure bono igitur ijs, qui hoc pacto ſtudioſi ſui, amatoresq́ ſunt, hoc obijcitur.

QVI igitur inquit, obijciunt aliquibus, tamquam probrum, eſſe illos φιλαύτους, vocant amatores ſui, valdeque cupidos eos, qui ſibi tribuunt, pluſquam deceat horum bonorum, id eſt pecuniae, popularis honoris, voluptatis corporis: vident enim maiorem partem mortalium appetere huiuſcemodi res; plurimumque ſtudij ponere in his rebus, ſi poſſint, adipiſcendis, tamquam haec optima bona ſint, & praeſtantiſſima omnium: vnde inquit, multi contendunt inter ſe de poſſeſſione ipſorum, atque acriter proeliantur. Deſcribit autem mores horum: ponitque nobis ante oculos improba ipſorum deſideria, qui ne iuſta quidem menſura ipſorum contenti ſunt: Inquit enim, qui nimis auidi ſunt, ardentque deſiderio horum bonorum, indulgens cupiditatibus: demumque motibus turbidis, ac parti illi animorum noſtrorum, quae rationis eſt expers; & huiuſcemodi ſane eſt maior pars hominum quapropter inquit, nomen impoſitum eſt his a maiore numero mortalium, qui ſunt affines vitio, quare addit, concludens rationem, merito, iureque bono ijs, qui hoc pacto ſunt φίλαυτοι, id nomen obijcitur, contineréque in ſe culpam magnam exiſtimatur.

Ὅτι δὲ τοὺς τὰ τοιαῦθ' αὑτοῖς ἀπονέμοντας εἰώθασι λέγειν οἱ πολλοὶ φιλαύτους, οὐκ ἄδηλον: εἰ γάρ τις ἀεὶ σπουδάζοι τὰ δίκαια πράττειν, αὐτὸς μάλιστα πάντων, ἢ τὰ σώφρονα, ἢ ὁποιαοῦν ἄλλα τῶν κατὰ τὰς ἀρετάς, καὶ ὅλως ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιοῖτο, οὐδεὶς ἐρεῖ φίλαυτον τοῦτον, οὐδὲ ψέξει.

Solere autem multitudinem eos, qui ſibi huiuſcemodi res tribuunt, appellare ſui amatores, obſcurum non eſt: ſi namq́ aliquis ſemper ſtudet efficere, quae iuſta ſunt, ipſe ſupra ceteros omnes, ſiue propria temperantiae, vel quaecumq; alia ſint ex illis, quae ſunt accommodata virtutibus, atq; omnino ſemper honeſtatem ſibi aſciſcere conetur, nemo dicet hunc ſui amatorem, neque vituperabit.

CVM dixiſſet, vocatos φιλαύτους amatoreſque magnos ſui ipſius qui ſequerentur toto corpore voluptates, quas ſignificauit, eſſeque illos maiorem partem hominum, reſtabat id verum eſſe oſtendere, id quod facit, a contrarijs argumentum ducens: non eſſe enim obſcurum inquit, quin multitudo ſoleat vocare amatores ſui acres, qui ſibi ſumunt bona; quae indicauit: ſi enim inquit aliquis incumberet in res iuſtas gerendas praeter ceteros mortales, vel proprias temperantiae, ſiue quarumlibet aliarum virtutum: demumq; dignitatem ſibi ſemper ante oculos propoſitam haberet, aſciſceretq; ſibi honeſta facta, nemo diceret hunc eſſe amatorem ſui: neque vituperaret illum, qui laude potius magna, atque honore dignus eſt. Libet indicare locum ſummi Latini oratoris pro M. Coelio, in quo idem ille dixit, quod hic ab eximio philoſopho ſignificatur, in defendendo illo adoleſcente magni ſane ingenij, ſed dedito his voluptatibus, quae gratae, acceptaeque multitudini hic eſſe traduntur, inquit igitur. » Quamobrem, ſi quem forte inueneritis, qui aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu non ſapore capiatur, excludat auribus omnem ſuauitatem, huic homini ego fortaſſe, & pauci Deos propitios: plerique autem iratos putabunt.

Δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος εἶναι μᾶλλον φίλαυτος: ἀπονέμει γοῦν ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα, καὶ μάλιστα ἀγαθά, καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πείθεται.

Videri autem poſſet huiuſcemodi aliquis magis eſſe ſui amator: tribuit enim

quae

ſibi ipſi ea, quae pulcherrima ſunt, & maxime bona, & gratificatur ſui ipſius parti, quae maxime princeps, ac regina eſt, & omnibus in rebus ipſi paret.

QVANTVS ſit error multitudinis, declarat, in iudicio faciendo de vero amatore ſui ipſius, & quantae culpae affinis ſit ſententia eius, quae putat, diligere ſe ipſum hominem, qui ſe potius odio habet, ac perdit: auerſum antem ab amore ſui eum, qui ſe ornat, & meliorem cotidie reddit: inquit igitur videri merito poſſe magis dignus eſſe, qui appelletur φίλαυτος is, quem modo, quaſi pinxit, cum ſibi tribuat, ſumatque pulcherrima facta, bonaque illa, quae vincunt cetera bona; ſuntque in primis digna, quae hoc nomine vocentur, placeatq; ſemper, ac gratnm faciat optimae ſui parti, & quae iuſtum imperium in homine habet; ipſique omnibus in rebus obtemperet.

Ὥσπερ δὲ καὶ πόλις τὸ κυριώτατον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος: καὶ φίλαυτος δὴ μάλιστα ὁ τοῦτο ἀγαπῶν, καὶ τούτῳ χαριζόμενος.

Quemadmodum antem & ciuitas, id quod maximam poteſtatem habet, eſſe videtur, & omnis alia coagmentatio, ac grex hominum, ſic & homo: & ſui amator igitur maxime, qui hoc diligit, atque huic gratificatur.

SIMILIBVS autem, inductioneque vtens, docet rationem ac mentem exiſtimari debere hominem eſſe, cum ſit optima, & praeſtantiſſima pars ipſius, non aliter atque appellatur maxime ciuitas pars eius, quae regit ipſam; eodemque pacto omnis alius coetus hominum, ac grex ab illo, qni ſummam poteſtatem illic habet: quare inquit, argumentum concludens, & ſtudioſus ſui putari debet, qui mentem amat, caramque habet, & huic placere ſumma cura ſtudet.

Καὶ ἐγκρατὴς δὴ, καὶ ἀκρατὴς λέγεται, τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν ἢ μή, ὡς τούτου ἑκάστου ὄντος.

Et continens ſane, & incontinens dicitur, quod dominetur mens, ſiue non dominetur, tamquam hoc vnuſquiſque homo ſit.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem conſtituit, appellari ſcilicet res a potiore ſui parte, & quae illic regit ac dominatur. Continens enim inquit, homo & incontinens vocatur, quia in illis mens victrix reſtet, in contentione illa, & pugna, quae antecedit, cum tamen exiſtant non minus in ipſis partes, quae vincuntur, & ſuperantur, & numero quidem plures: vt enim continens aliquis merito vocetur, neceſſe eſt, antecedat acris contentio, & quaſi proelium inter mentem, & appetitiones, in qua concertatione melior ſit, ac ſuperior ratio ipſa, ac mens: ſubigatur autem, & tamquam manus det, appetitio omnis, cuius contrarium contingit in eo, qui vocatur incontinens. Sequitur antem apud auctorem, qnae ſane concluſio eſt, hoc ſcilicet animo, & conſilio, ipſis impoſita fuiſſe haec nomina; qnia ſinguli homines tales ſunt, qualis eſt pars, quae in ipſis ſummam poteſtatem habet, ac regnat.

Καὶ πεπραγέναι δοκοῦσιν αὐτοὶ, καὶ ἑκουσίως, τὰ μετὰ λόγου μάλιστα: ὅτι μὲν οὖν τοῦθ' ἕκαστός ἐστι μάλιστα, οὐκ ἄδηλον, καὶ ὅτι ὁ ἐπιεικὴς μάλιστα τοῦτ' ἀγαπᾷ.

Et egiſſe videntur ipſi, & ſponte ſua egiſſe, quaecumque egerunt maxime cum ratione: eſſe igitur vnumquemque hoc maxime, obſcurum non eſt, & probum, ac moderatum virum maxime hoc diligere.

TERTIVM hoc argumentum eſt, ſiue potius ſimile, quod idem valet, eſtque & ipſum pars inductionis huius: inducendo enim probat, quod confirmare vult, egiſſe, inquit, igitur praeterea videntur homines, & ſponte quidem egiſſe, quae maxime, ſecuti rationem, ipſique ob temperantes adminiſtrarunt; maxime enim videtur addidiſſe, quia negari non poteſt,

quin illa quoque, quae fecerunt, parentes libidini, ac corporis voluptati, ceteriſque turbidis animi motionibus, aliquo modo fecerint: aliter enim poena affici non poſſent, illa vero proprie egiſſe exiſtimandi ſunt, quae conſilium, rationemque ſecuti geſſerunt. Addit autem, claudens totam rationem, certum atque exploratum eſſe, vnum quemque mortalem maxime hoc, quod iam ſignificauit, eſſe, ideſt mentem, ac conſilium: & praeterea nihil dubij reſtare, quin probus, & moderatus vir, hanc maxime amet, & caram habeat.

Διὸ φίλαυτος μάλιστ' ἂν εἴη, καθ' ἕτερον εἶδος τοῦ ὀνειδιζομένου. καὶ διαφέρων τοσοῦτον, ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν, τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ὀρέγεσθαι ἢ τοῦ καλοῦ, ἢ τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν.

Quapropter ſui amator maxime eſſet, alia ſpecie ſui amatoris, atque ille eſt, cui hoc obijcitur, tantumque diſcrepans ab eo, quantum viuere, vt ratio praecipit, differt a vita, quae ſequitur motum turbidum, & appetat non honeſtum, ſed id, quod videatur poſſe prodeſſe.

CVM oſtenderit iam, qui iure bono ſtudioſus ſui, amatorq; haberi debeat, repetens quod iti dem declararat, aliter dici ipſum talem, ac vocetur amator ſui ille, cui cũcti obijciũt tamquam probrum, eo pacto ſe ipſum diligere, diſcrepareq; illum ab hoc tantum, quantum differt, ſequi in omni ſua vita tamquam ducem rationem, a vita dedita libidinibus, & quae praeda ſit turbidorum animi motuum: eodemq; pacto quantum diſcrepat appetere ſiue id, quod honeſtum eſt, dignitatiſq;, plenum, ſiue id, quod ſpeciem retinet quandam vtilitatis, poſſeq; aliquãdo prodeſſe putatur: Argyropylus exiſtimauit, extremum hoc quoque prolatum ab auctore fuiſſe de amatore ſui vero, iſteq;, qui non ſolum ſequi debeat honeſtum, ſed etiam illud, quod conducere poſſit, & ſi ipſum quidem non eſt vere tale, ſed videtur tantum vtile, quod accepit ab Euſtratio, qui ita hũc locum declarauit; noſter tamen, vt apparet, intelligens hoc durum eſſe, propoſitum quoq; ipſum habere, non minus atq; honeſtum, vtile quod ſit, ſtuder tueri hanc ſententiam, laboratque etiam non parum, vt hoc probet, arbitraturque, poſſe etiam hoc facere virum probum, dummodo vtile illud non aduerſetur honeſto, neque id ſectetur, vt finem, ſed eiuſmodi ſit, vt finem adiuuet, ipſique ſeruiat, inſtar inſtrumenti. Videndum igitur, an melius ſit, credere ipſum dictum fuiſſe de contrario, vt ſupra oppoſuit vitae honeſtae ac rectae vitam turpem, & quae multis modis peccet: videtur enim id quoque hic efficere debuiſſe. Parum praeterea mihi probabile eſt, oportere verum amatorem ſui, ſectari debere vtile quod ſit, nec tantum ipſum verum, ſed tantum ſimulatum, & adumbratum vtile.

Τοὺς μὲν οὖν περὶ τὰς καλὰς πράξεις διαφερόντως σπουδάζοντας, πάντες ἀποδέχονται, καὶ ἐπαινοῦσι.

Eos igitur, qui circa honeſtas actiones eximie ſe gerunt, ac plurimum in ipſis ſtudij ponunt, cuncti probant, & laudant.

CONFIRMARE videtur, quod dixit, a conſenſu, communique iudicio mortalium, qui cuncti probant eos, qui plurimum ſtudij ponunt in rebus honeſtis gerendis; nec tantum in animum ipſos recipiunt, beneque ſecum de illis ſentiunt, verum etiam palam laudant eoſdem; quare perſpicitur id verum eſſe, ac fieri debere.

Πάντων δὲ ἁμιλλωμένων πρὸς τὸ καλὸν, καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν, κοινῇ τ' ἂν πάντ' εἴη τὰ δέοντα, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, εἴπερ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτόν ἐστιν.

Quod ſi omnes certarent ad honeſtatem peruenire, contenderentque neruos, vt agerent ea, quae maxime honeſta ſunt, & communiter omnibus contingerent ea, quae recta ſunt, & priuatim ſingulis mortalibus e numero omni bonorum, quae maxima ſunt, ſiquidem virtus huiuſcemodi quiddam eſt.

OSTEN-

OSTENDIT poſt hoc, quae bona naſcerentur, & priuatim & publice, ſi cuncti homines incumberent in hanc curam, contenderentq; inter ſe de dignitate: omnibuſque animi viribus niterentur efficere in vita, quae valde honeſta ſunt, relictis prauis ſtudijs: peruenirent enim ad eos ita maxime bona; de quorum aduentu dubitari non poſſe: quippe cum virtus huiuſcemodi quiddam ſit, poteſtatemque hanc plane habeat. Magna autem vis eſt horum verborum; exacuereque ipſa deberent, atque inflammare cunctos ad virtutem colendam: quemadmodum etiam eorum, quae ſequuntur: quare fungitur hoc loco munere veri philoſophi, quod aperte eſt, in odium adducere vitium, & virtutem celebrare, ad ipſamque colendam vniuerſum excitare.

Ὥστε τὸν μὲν ἀγαθὸν δεῖ φίλαυτον εἶναι: καὶ γὰρ αὐτὸς ὀνήσεται, τὰ καλὰ πράττων, καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελήσει: τὸν δὲ μοχθηρὸν, οὐ δεῖ: βλάψει γὰρ καὶ ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πέλας, φαύλοις πάθεσιν ἑπόμενος.

Quapropter probum quidem virum oportet ſui amatorem eſſe: ita enim & ipſe iuuabitur, res honeſtas gerens, & alijs etiam emolumento erit, ac proderit: improbum autem non oportet: detrimento enim erit, & ſibi, & proximis, cum ſe totum det vitioſis animi motibus ſequendis.

CONCLVDENS totam hanc rationem; oſtendenſque, quomodo decet, ſe ipſum diligere inquit, oportere probum virum ſui ipſius amatorem eſſe: ſi namque ait, hoc ab eo fiet, & ipſe ex amore illo fructus magnos capiet: cum gerat ea, quae honeſta ſunt: vnde enim veriora bona capi poſſunt, quam ex honeſtis factis, & ceteris etiam hominibus prodeſſe, exemplo ſcilicet ſui: improbum autem hominem minime decet ſe ipſum amare; nocebit enim, ſi id geſſerit, ſibi ipſi, & proximis, cum ſequatur motus animi turbidos, ac vitioſos, voluteturque in omni flagitio, ac ſcelere.

Τῷ μοχθηρῷ μὲν οὖν διαφωνεῖ, ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ἃ πράττει: ὁ δὲ ἐπιεικὴς, ἃ δεῖ, ταῦτα καὶ πράττει: πᾶς γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ: ὁ δὲ ἐπιεικὴς πειθαρχεῖ τῷ νῷ.

In improbo igitur homine diſſentiunt, quae oportet agere, & quae agit: moderatus autem vir, quae oportet, haec ipſa agit: omnis enim mens ſumit ſibi agendum, quod optimum ſibi ipſi eſt: moderatus autem vir obtemperat menti.

ELICIT e ſuperioribus ſententijs, nulla in re vmquam peccare probum, & moderatum virum, nonoque argumento concludit, rem prorſus ita ſe habere, quod facere ac ſeruare proprium eſt eius, qui ſe ipſum vere diligit: non eſt autem dubium, quin quaedam ſint, quae decet homines ſequi in vita, ac moliri: alia autem non pauca, quae multi ſectantur ac gerunt, valde ab his diſcrepantia. Ordiens autem a prauis mortalibus, oſtendit diſſentire inter ſe valde, quae ipſi gerunt ac moliuntur ab his, quae oporteret, ac rectum eſſet, eos efficere ac miniſtrare; cuius contrarium perſpicitur eſſe in vita e factis probi viri: nihil enim ille vmquam facit, quod ſibi efficiendum non eſſet. Quomodo autem hoc cuſtodiatur ab ipſo tam exquiſite, tantaque concordia officiorum, & factorum in animo, vitaque ipſius maneat, declarat, dicens, omnem mentem ſumere, ſtatuereque ſibi agenda ea, quae optima ſibi ipſi ſint: probum autem virum obtemperare menti; ſequique ipſam tamquam optimum ducem.

Ἀληθὲς δὲ τὸ περὶ τοῦ σπουδαίου, καὶ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν, καὶ τῆς πατρίδος, κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν: προήσεται γὰρ καὶ χρήματα, καὶ τιμὰς, καὶ ὅλως τὰ περιμάχητα ἀγαθὰ περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλόν: ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα, μᾶλλον ἕλοιτ' ἂν, ἢ πολὺν, ἠρέμα: καὶ βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν, ἢ πολλὰ ἔτη τυχόντως: καὶ μίαν πρᾶξιν καλὴν, καὶ μεγάλην, ἢ πολλὰς, καὶ μικράς: τοῖς δ' ὑπεραποθνήσκουσι, τοῦτ' ἴσως συμβαίνει: αἱροῦνται δὴ μέγα καλὸν ἑαυτοῖς.

Verum autem eſt, quod de ſtudioſo viro fertur, ipſum amicorum cauſa agere multa; & patriae; & ſi oportuerit in illis gerendis amittere vitam: iacturam enim faciet, & pecuniae, & honorum, & omnino bonorum illorum, de quibus alij inter ſe digladiantur, vt comparet ſibi honeſtatem: breui enim tempore vehementer voluptate affici, optaret potius, quam longo, remiſſe: & honeſte viuere ſpatio vnius anni, quam multos annos, vt caſus fert: & vnam actionem moliri honeſtam, atque amplam, quam multas, ac puſillas: illis autem, qui pro decore, ac dignitate moriuntur; hoc fortaſſe contingit: ſumunt igitur ſibi ipſis magnam honeſtatem.

VERVM etiam eſſe docet, conuenireque moribus ac vitae honeſti viri, poſſeque inde expectari, quod vulgo dici ſolet, amicorum cauſa ipſum multa facturum, ac patriae, quamuis ſibi inde propoſitam mortem aſpiciat; conſilium autem, & inſtitutum hoc ipſius eſſe ſignificat, ac numquam de hoc ipſum ſecum dubitaturum: iacturam enim faciet aequo animo, & pecuniae, & popularis honoris: demumque omnium illarum rerum, de quarum poſſeſſione pugnant inter ſe ceteri mortales, vt dignitatem adipiſcatur, honeſteque aliquid gerat in vita: quo autem animo, ac conſilio ſe libens ſpoliet his bonis, tantopere expetitis ab alijs, indicat; anteponet enim inquit, acrem, vehementemque voluptatem, quamuis breuem, diuturnae, tenui tamen illi, ac remiſſae: ſtatuetq; ſibi potius viuendum paruo tempore honeſte, exempli cauſa vnius anni interuallo, quam multis temere, & humiliter, quam vitam ducunt homines ignari virtutis, & qui ne vmbram quidem vmquam viderunt veri ſplendoris, ac gloriae. Eodem etiam pacto ſignificat, eos ſe geſturos in factis honeſtis: cum enim variae ſint actiones hominum, quarum non ſolum quaedam honeſtae ſunt, quaedam autem turpes; verum etiam diſcrepant inter ſe, labis omnis expertes: mallet ille honeſtam vnam, dignitatiſque plenam, quam multas puſillas, & exiles. Quod ſiquis addit, diligenter, vereque animaduertit, ac ponderat vim & naturam eius facti, vſu fortaſſe venit illis, qui non recuſent mori, dummodo peragant, quod intelligunt eſſe pulcherrimum facinus: his igitur omnibus de cauſis intelligitur, ipſos ſibi aſciſcere amplam dignitatem, totoque pectore ſeruire decori.

Καὶ χρήματα πρόοιντ' ἂν, ἐφ' ᾧ πλείω λήψονται οἱ φίλοι: γίνεται γὰρ τῷ μὲν φίλῳ, χρήματα, αὐτῷ δὲ, τὸ καλόν: τὸ δὴ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει: καὶ περὶ τὰς τιμὰς δὲ καὶ ἀρχὰς, ὁ αὐτὸς τρόπος: πάντα γὰρ τῷ φίλῳ ταῦτα προήσεται: καλὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο, καὶ ἐπαινετόν: εἰκότως δὴ δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν.

Grandi etiam pecunia ſe priuari paterentur, vt amici acciperent maiorē partem: paratur enim amico quidem pecunia, ſibi autem dignitas: maius igitur ſibi bonum tribuit: eadem etiam ratio ipſius erit circa honores, & magiſtratus: cuncta enim haec amico relinquet: honeſtum enim hoc ipſi, & laude dignum: merito igitur videtur ſtudioſus eſſe, cum ceteris omnibus poſthabitis ſumat ſibi honeſtatem.

PRAETEREA adiungit, hos, ſi publica pecunia diuidenda ſit, non dubitaturos iuſtam, debitamque ſibi partem abijcere, vt familiares, & amici ipſa potiantur, domumque ad ſe comportent; quod cum fiet inquit, amici creſcit res familiaris; ad ipſum autem peruenit dignitas illius facti: negari igitur non poteſt, quin ita quoque maius bonum ſibi ſumant. Eandem autem voluntatem, rationemque ipſius futuram tradit in publicis honoribus, atque imperijs, potius amico reliquendis, quam ſibi ſumendis; quae monſtrata eſt eſſe in pecunia: cuncta enim haec amico tamquam dilargietur; nec tamen, hoc faciens, male ſibi conſulet: erit enim hoc ipſi honeſtum; & laudis plenum. Non ſine cauſa igitur inquit, meritoque probus vir, ſtudioſuſque exiſtimatur eſſe, dicitùrque amator ſui ipſius, cum poſthabitis ceteris omnibus bonis, incumbat in honeſtatem ipſam.

Ein-

Ἐνδέχεται δὲ καὶ πράξεις τῷ φίλῳ προΐεσθαι, καὶ εἶναι κάλλιον τοῦ αὐτὸν πρᾶξαι, τὸ αἴτιον τῷ φίλῳ γενέσθαι: ἐν ἅπασι δὴ τοῖς ἐπαινετοῖς ὁ σπουδαῖος φαίνεται ἑαυτῷ τοῦ καλοῦ πλέον νέμων: οὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρηται: ὡς δ' οἱ πολλοί, οὐ χρή.

Vſu autem venire poteſt, vt amico facultatem det remp. adminiſtrandi: eſſeque ipſi honeſtius hoc, quam ſi ipſe in illis publicis factis verſaretur; cauſam eſſe amico, vt ille honorem illum adipiſceretur: in cunctis igitur his laude dignis rebus, perſpicitur ſtudioſus ſibi ipſi plus honeſtatis tribuere; ita igitur oportet ſui ipſius amatorem eſſe, quemadmodum dictum eſt: vt autem multi accipiunt, non oportet.

Vſu praeterea ipſi venire poſſe inquit, tempuſque aliquod ferre, vt facultatem amico praebeat rem publicam aliquam agendi, remotam a ſe; vnde plurimum laudis, gloriaeque conſequatur; quod etiam cum geret inquit, vir virtutis ſtudioſus contrarium faciet eius, quod aliquis ſtulte putaret: erit enim hoc ei pulchrius honeſtiuſq;, quam ſi ipſe rem illam ageret, atq; adminiſtraret. Concludit autem rationem omnem, his expoſitis, manetque in eodem propoſito ſuadendi hominibus, vt velint hoc pacto, ſtudeantque ſui amatores eſſe, propoſito ipſis exemplo ſtudioſi viri: vt autem pleri que mortales, turbaque omnis amatrix ſui eſt, nullo modo velint.

Ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, εἰ δεήσεται φίλων, ἢ μή: οὐθὲν γάρ φασι φίλων δεῖν τοῖς μακαρίοις, καὶ αὐτάρκεσιν: ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά: αὐτάρκεις οὖν ὄντας, οὐδενὸς προσδεῖσθαι: τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν, ἃ δι' αὑτοῦ ἀδυνατεῖ, ὅθεν. Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

Exiſtit autem controuerſia circa virum beatum, ſi egebit amicis, ſiue non egeat: non enim opus eſſe aiunt amicis hominibus beatis, & qui ſuis rebus contenti ſint: ineſſe enim illis ſumma bona: cum enim ſtatu rerum ſuarum contenti ſint, nulla re praeterea egere: amicum autem aiunt, qui eſt alter ipſe, parare ea, quae per ſe amicus nequit, vnde illud. Cum Deus propitius fuerit, quid opus eſt amicis?

Qvaeri etiam ſolere dicit, exiſtereque controuerſiam non paruam de viro beato; an ipſe quoque amicis aliquando egeat, ſiue ab eo minime requirantur. Primum igitur adfert, quid ſequerentur illi, qui negarent, ei neceſſarios eſſe amicos: aiebant enim beatis hominibus: & ijs, qui rebus in ſe ipſis poſitis contenti forent, opus non eſſe amicis, quia cuncta bona ipſis ſuppeterent, cumq; expleti ſint rebus, quae ſatis ſunt ad eos ornandos: ſtatumque ipſorum vberem reddendum, nulla praeterea re egere: amicum autem, cum alter ipſe ſit, atque ille eſt, cum quo beneuolentia iunctus eſt, parare ipſi bona, quae ſtudio, atque opera ſua ille quaerere nequit, vnde inquit, illud venit. Cum Deus diligit quempiam, reſque ipſius ſecundae ſunt, quid opus eſt ei amicis? Oreſtes autem, in fabula Euripidis, cuius index nomen ipſius eſt, ſententiam hanc edidit, ſupplicans Menelao patruo, vt ſibi, conſtituto in grauibus malis, vna cum Pylade, auxilium ferret.

Ἔοικε δ' ἀτόπῳ, τὸ, πάντα ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι: ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι.

Similitudinem autem quandam habet rei abſurdae, tribuentes aliquos viro beato cuncta bona, amicos ipſi non concedere: quod videtur eſſe maximum omnium externorum bonorum.

Tradit nunc, quid ſecuti non nulli, a ſuperioribus valde diſſentirent, ſiue potius ipſe-

inet oſtendit, quae ſententiam eorum confirment: Videri enim inquit, inſulſum eſſe, & rem vacuam penitus a ratione, cum tribuant homini beato cuncta, vera, magnaque bona, velle ipſum expertem eſſe amicorum: ac ſine ipſis poſſe tueri ſtatum illum ſuum, opimum & refertum pura laetitia ac gaudio: amici enim exiſtimantur eſſe maximum eorum bonorum, quae poſita ſunt extra nos, quare nō poteſt aliquis orbatus ipſis, frui vera beatitudine.

Εἰ δὲ φίλου ἐστὶ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν ἢ πάσχειν, καὶ ἔστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς, τὸ εὐεργετεῖν: κάλλιον δ' εὖ ποιεῖν φίλους, ὀθνείων, τῶν εὖ πεισομένων δεήσεται ὁ σπουδαῖος.

Si autem amici magis eſt bene facere, quam boni aliquid accipere, & eſt boni viri, ac virtutis, beneficium conferre in aliquem: pulchrius autem eſt, beneficium conferre in amicos, quam in alienos, egebit ſtudioſus aliquibus, quos iuuet.

Praeterea inquit, (hoc enim alterum argumentum eſt, quo idem probat) ſi potius fungitur munere amici is, qui beneficium dat, quam ille, qui accipit: propriumque boni viri eſt, ac virtutis ipſius, iuuare mortales; beneficiaque in ipſos conferre: pulchriuſque eſt prodeſſe amicis, quam alienis, ac peregrinis, egebit profecto vir beatus, & qui virtutem toto animo colit aliquibus, quibus proſit, & qui operam, ſtudiumque ſuum requirant in ſe ornandis, atque omni malo liberandis.

Διὸ καὶ ἐπιζητεῖται, πότερον ἐν ἀτυχίαις μᾶλλον δεῖ φίλων, ἢ ἐν εὐτυχίαις: ὡς καὶ τοῦ ἀτυχοῦντος δεομένου τῶν εὐεργετησόντων: καὶ τῶν εὐτυχούντων, οὓς εὖ ποιήσουσιν.

Quapropter accedit ſuperiori quaeſtioni, vtrum in rebus aduerſis magis opus ipſi eſt amicis, ſiue in ſecundis: cum & is, cuius res malae ſunt, egeat aliquibus, qui beneficium ipſi dent: itidemque illi, quorum res ſunt bonae, ac proſperae, requirant aliquos, quibus proſint.

Vnde inquit exorta eſt noua quaeſtio, & quae huic apta eſt: adfert enim hoc tamquam corollarium; cum expetantur amici, praeſentiaque ipſorum & opera requiratur, & in ſecundis rebus, & in aduerſis; vtro contrariorum horum inter ſe temporum magis vtiles ſint amici, cum, & qui premitur rebus malis egeat his, qui ipſum ſubleuēt, & qui fortunati ſint, egeant & ipſi aliquibus, quibus proſint; & qui ab ipſis, cum res poſtularit, beneficij aliquid accipiant.

Ἄτοπον δὲ ἴσως καὶ τὸ, μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον: οὐθεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὑτὸν τὰ πάντ' ἔχειν ἀγαθά: πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ συζῆν πεφυκός, καὶ τῷ εὐδαίμονι δὴ τοῦθ' ὑπάρχει: τὰ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὰ ἔχει: δῆλον δὲ ὡς μετὰ φίλων, καὶ ἐπιεικῶν κρεῖττον, ἢ μετ' ὀθνείων, καὶ τῶν τυχόντων, συνημερεύειν: δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων.

Abſurdum autem fortaſſe eſt etiam hoc, velle beatum virum eſſe ſolitarium: nemo enim optaret, ſolus aetatem degens, abundare ceteris omnibus commodis vitae: ciuile enim animal homo eſt, a natura factus ad communionem victus: quare viro beato hoc ineſt: habet enim bona, quae a natura proficiſcuntur: perſpicuum autem eſt, cum amicis, & probis viris melius eſſe, quam cum alienis, & quibuslibet hominibus totos dies conſumere: opus eſt igitur beato viro amicis.

Tertivm argumentum, quo vtitur, eſt, videlicet, rem abſurdam eſſe, & quae explodi fortaſſe ſtatim debeat, fingere beatum virum, vacuum a familiaribus, & paene ſolitarium relictum quendam: nemo enim inquit, optaret ſolus viuere; amaretque vitam illam iunctam

etiam

etiam cum omni copia reliquorum bonorum: homo enim inquit, animal eſt a natura factum ad ciuitates colendas, vnaque cum alijs hominibus degendum; quare inquit non poteſt hoc ſeiunctum remotumque eſſe a beato viro, cum & ipſum etiam prorſus ei adſit: inſtructus enim eſt reliquis bonis, quae natura tribuit mortalibus: planum autem eſt, ſatiſq; omnibus compertum, conterere totos dies cum amicis, & probis, moderatiſq; hominibus melius eſt, iucundiuſque, quam cum alienis, & qui vni ſint e multis; nullaque dote animi, ac ſuauitate praediti. Concludit autem, his expoſitis, opus eſſe beato viro amicis. M. Cicero, cum vitam Dionyſij Syracuſanorum tyranni, miſeram vndique ac calamitoſam fuiſſe oſtendere vellet, quam tamen falſo aſſentatores ipſius beatam eſſe aiebant, in alijs grauibus malis, quae ſuſtineret, dixit, eum caruiſſe conſuetudine amicorum, & victus ſocietate; „ ad extremumque inquit de ipſo; cum ſolus manere non poſſet; Viuebat cum fugitiuis; „ cum facinoroſis; cum barbaris; neminem, qui aut, libertate dignus eſſet, aut vellet o„ mnino liber eſſe, ſibi amicum arbitrabatur.

Τί οὖν λέγουσιν οἱ πρῶτοι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν; ἢ ὅτι οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τοὺς χρησίμους εἶναι· τῶν τοιούτων μὲν οὖν οὐδὲν δεήσεται ὁ μακάριος· ἐπειδὴ τἀγαθὰ ὑπάρχει αὐτῷ· οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδύ, ἢ ἐπὶ μικρόν· ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ὤν, οὐδὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς· οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων, οὐ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων.

Quid igitur dicunt primi illi? & qua in parte verum aiunt? an quod multitudo amicos arbitratur eſſe vtiles, ac fructuoſos: huiuſcemodi quidem amicis nihil egebit vir beatus, quia ſumma bona ipſi adſunt: neque etiam ijs, qui expetuntur propter voluptatem, aut parum: quia vita eorum iucunda eſt, nihil eget voluptate importata; cum autem non egeat talibus amicis, non putatur egere amicis.

Cvm quae vtrique adferrent, accommodata ad ſententiam ſuam confirmandam, iam oſtendiſſet: viſique forent poſteriores firmioribus argumentis vſi, & quae rem plane ita ſe habere declararent; admiratur, quid priores illos in eam mentem impuliſſet, vt tam male ſentirent de hac re: neque enim facile credi poteſt, homines, qui haec cogitent, & animo verſent tota via errare, & ſi penitus verum non videant, non aliquam ſaltem partem eius attingant. Quaerit igitur, quae fuerit eis cauſa errandi: arbitraturque ipſos attendiſſe ſenſum, ac iudicium maioris partis mortalium, qui opinantur, amicos illos eſſe ſolos, qui vtiles eſſe valeant, & praeſidij aliquid, adiumentique amicis in rebus ipſorum malis praebere, quod ſi verum foret, non eſſet dubium, quin vere ſenſiſſet: neque enim huiuſcemodi amicis egebit vmquam vir beatus, cum abundet copia verorum bonorum: aliter enim beatus merito non vocaretur. Adiungit non videri etiam eundem egere genere illo amicorum, qui expetuntur, vt oblectent, ac voluptatis aliquid ſemper adportent, quod tamen ſtatim aliquo modo corrigit: conceditque, hos non eſſe penitus ab eo ſeiungendos: nam neceſſarios omnino ipſi non eſſe exiſtimat, atque id, quia cum vita ſua ille iunctam habeat voluptatem: ſitque ſua ſponte iucunda, non requirit alienam, & importatam voluptatem: cum igitur ait, non egeat homo beatus huiuſcemodi amicis, ideſt fructuoſis, & iucundis, non putatur, quamuis falſo, egere amicis: Reſtat enim tertium illud genus verorum amicorum, & qui ſoli digni ſunt hoc nomine. Cum inquit optimus magiſter, minime egere beatum amicis ad voluptatem factis, intellexit fortaſſe genus illud facetorum hominum, quod gratum, acceptumque eſt fortunatis hominibus; ideſt aſſentatores, ac ſcurras: nam iocoſos, & lepidos homines non poteſt ille arcere a ſe, clauſaſque aures ipſis habere, non ſane vt expuant ex animo ſuo miſeriam; quod munus obire ſe ſolitum apud regem commemorat Terentianus miles, quae nulla ibi eſt, ſed tamen vt condiat beatitudinem eius, ſuauitate ſui ſermonis, & voluptate aliqua ſincera, ac pura reficiat animum eius, ſi forte ob ſocietatem corporis aliqua huiuſcemodi voluptate eget.

Τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές· ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται, ὅτι ἡ εὐδαιμονία, ἐνέργειά τίς ἐστιν· ἡ δ' ἐνέργεια, δῆλον ὅτι γίνεται, καὶ οὐχ ὑπάρχει, ὥσπερ κτῆμά τι.

Hoc autem fortaſſe verum non eſt: initio enim dictum eſt, beatitudinem eſſe

functio-

functionem quandam muneris: functionē autem planum, apertumq́ eſt, exoriri, & non ſtare, plenamq́ eſſe, veluti rem aliquam, quae poſſideatur, ac ſolida ſit.

FONTEM atque originem huius erroris indicat: fallebantur enim illi, quia putabant ſolos amicos vocandos, qui praeſidij aliquid, adiumentique adferre poſſent egentibus, & in aduerſa fortuna conſtitutis: quod ſi verum eſſet, dubium non foret, quin beati ſine amicis locupletibus ſtatum illum ſuum proſperum tueri poſſent. Declarat autem hoc, quia beatitudo, quod a ſe prius ſignificatum eſſe teſtatur, eſt actio quaedam functioque: actionem autem omnem, perſpicuum eſſe inquit, iugiter, & continenter geri, ac non plenam, abſolutamque ſimul eſſe, vt ſunt res, quas, partes patrimonij noſtri, poſſidemus, veluti domum, praedium, veſtimenta, pecuniam: haec enim κτήματα vocantur, quia poſſidentur a nobis, quod verum eſſe oſtendit verbum, quod ſequitur ὑπάρχει; illa namque vt κτήματα, ita quoque ὑπάρχοντα appellantur.

Εἰ δὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστιν ἐν τῷ ζῆν, καὶ ἐνεργεῖν: τοῦ ἀγαθοῦ δ' ἡ ἐνέργεια σπουδαία, καὶ ἡδεῖα καθ' αὑτήν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται: ἔστι δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον, τῶν ἡδέων: θεωρεῖν δὲ μᾶλλον τοὺς πέλας δυνάμεθα ἢ ἑαυτοὺς, καὶ τὰς ἐκείνων πράξεις, ἢ τὰς οἰκείας: αἱ τῶν σπουδαίων δὴ πράξεις, φίλων ὄντων, ἡδεῖαι τοῖς ἀγαθοῖς: ἄμφω γὰρ ἔχουσι τὰ τῇ φύσει ἡδέα: ὁ μακάριος δὴ φίλων τοιούτων δεήσεται, εἴπερ θεωρεῖν προαιρεῖται πράξεις ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείας: τοιαῦται δ' αἱ τοῦ ἀγαθοῦ, φίλου ὄντος.

Si autem beatum eſſe manet in viuendo, & munere aliquo obeundo: probi autem viri functio per ſe bona ac iucunda eſt, vt initio dictum eſt: eſt autem & quod ſuum, propriumq́, vnum eorum quae iucunda ſunt: contemplari autem proximos melius valemus, quam noſmet ipſos, atque actiones illorum, quam noſtras, propriasq́: ſtudioſorum ſane actiones, qui amici ſunt, iucundae ſunt probis hominibus: ambo enim in ſe habent, quae ſunt natura iucunda: beatus igitur vir amicis huiuſcemodi egebit, ſiquidem propoſitum habet, delegitq́ probas actiones, ſibiq́ accommodatas contemplari: huiuſcemodi autem ſunt probi viri, qui amicus ſit.

CONSTITVIT quod probare opus erat, argumentis primum proprijs huius diſciplinae, deinde ducto a natura, & inde huc tranſlato. Priora tria numero ſunt: Si igitur inquit, beate viuere poſitum eſt in agendo, & munere aliquo obeundo: probi viri autem actio omnis eſt ſtudioſa, iunctaque cum virtute: eademque iucunda ſua vi, non commendatione alius rei, quae ſuauitatem ipſi adportet; vt initio huius diſputationis a nobis traditum eſt, atqui etiam addit, quod ſuum, propriumque alicuius eſt, id etiam iucundum ipſi ſit, neceſſe eſt: ſingulis enim mortalibus a natura datum eſt, vt res ſuas ament, ipſiſque delectentur: hoc igitur quoque valet ad oſtendendum ſua vi, & propter ſe beate viuere iucundum eſſe: Sequitur autem; videre ac contemplari nos valere melius propinquos, quam noſmetipſos, & quae ab illis aguntur, quam quae a nobis geruntur; decipit enim nos amor, quo proſequimur noſmet ipſos, ac res noſtras, nec ſinit verum videre. Sumit etiam ad idem probandum accommodatum, vel neceſſarium potius, actiones ſtudioſorum virorum, virtuteque praeditorum; ſi ijdem amici ipſis fuerint; iucundas eſſe, plenaſque voluptatis probis viris, cuius magnae ſuauitatis, quam inde capiunt, geminum quaſi fontem oſtendit: habent enim inquit ambo, quae ſunt natura iucunda; amicus namque amico natura iucundus eſt, gignitque ipſi ſemper aduentu ſuo voluptatis aliquid: probuſque itidem vir probo viro eodem pacto carus, acceptuſq; eſt, quia nequam etiā ſunt ſimiles inter ſe ac pares. Concludit igitur omnibus ijs ſumptis, quae valent, firmaque ſunt ad hoc demonſtrandum, fore, vt egeat vir beatus amicis, ſed talibus, quales oſtendit, ſignificauitque, quia voluntas ipſius eſt videre, & cognoſcere actiones honeſtas, & quae moribus, ingenioque ipſius accommodatae ſint: huiuſcemodi vero inquit, ſunt facta probi viri, qui idem amicus ſit.

Οἴονται δὲ δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα: μονώτῃ μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος: οὐ ῥᾴδιον

χαλεπὸν καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς: μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἄλλους, ῥᾷον: ἔσται οὖν ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα, ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτὴν, ὃ δεῖ περὶ τὸν μακάριον εἶν. ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει: ταῖς δ' ἀπὸ κακίας, δυσχεραίνει: καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται: ἐπὶ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται.

Arbitrantur autem oportere iucunde viuere beatum virum: homini quidem igitur, qui ſolus aetatem degat, vita difficilis, & ardua eſt: non enim pronum eſt ſolum aliquem exiſtentem continenter munere aliquo fungi: cum alijs autem, qui ſocij ſint, & erga alios, facilius: erit igitur functio muneris magis continens, & interrupta, cum iucunda per ſe exiſtat, id quod opus eſt extare in beato viro: ſtudioſus namq́, qua ſtudioſus eſt, voluptatem capit ex actionibus, quae proficiſcuntur a virtute: illis autem, quae a vitio, angitur, ac ſtomachatur: veluti muſicus ſuauibus cantibus oblectatur, malis autem laeditur.

Alterum hoc argumentum eſt, quo idem probat, ductum a communi opinione, quae in animis hominum eſt de vita beati viri: putant enim oportere ipſam iucundam eſſe, & nullo modo expertem voluptatis, quae voluptas guſtari non poteſt ab eo, qui in agro viuit, reijcitque a ſe mortales cunctos, cum vita illa dura ipſi ſit, atque aſpera: neque enim inquit, facile eſt, ſolum quempiam ſine intermiſſione vlla moliri aliquod opus: verſareque animo cogitationes honeſtas: cum autem ſocios aliquos eius muneris habuerit, ſpectaueritque ſenſum illorum, procliuius multo id faciet: erit igitur actio ipſius ita magis continens: minusq; interrupta, ac fracta, quod ipſi contingeret, ſolo exiſtenti, quae ſane actio iucunda propter ſe eſt, id quod requiritur in beato viro, & abeſſe ab ipſo nō poteſt: modeſtus enim vir, ait, ac ſtudioſus, niſi a ſe ipſo diſcedit, ſed tuetur perſonam ſuam, laetatur factis, quae a virtute proficiſcuntur: contra autem ijs, quae a vitio manant, dolet ac fremit. Vt autem facilius quod dixit de moribus, inſtitutiſque probi viri oſtendat, tale eſſe; quale affirmauit, vtitur ſimili. Eadem ratione inquit, qua muſicus, perituſque cantus gaudet cantilenis bonis: angitur autem contrarijs, moleſtaeque ipſi ſunt malae, & odioſae.

Γίνοιτο δ' ἂν καὶ ἄσκησίς τις τῆς ἀρετῆς ἐκ τοῦ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς, καθάπερ καὶ Θέογνίς φησιν.

Exiſteret autem exercitatio etiam quaedam virtutis ex conſuetu cum bonis viris, quemadmodum Theognis ait.

Tertium argumentum hoc eſt, quo itidem ſignificatur, vtiles valde, & accommodatos eſſe beato etiam viro amicos, quia ſunt cuncta ei tribuenda, quae ornant, & adiuuant ſtatum eius, & meliorem reddunt, non eſt dubitandum: nam creſcere, & maior, abſolutiorque fieri condicio ipſius poteſt: ratio autem, qua efficiatur hoc, eſt exercitatio virtutis, ſtudiumque, quod ponitur in virtute, propria ipſius, colenda; vna enim viuens cum probis, & grauibus hominibus, facultatem crebram ſe exercendi habebit: quantum autem valeat exercitatio in omni ſcientia, & arte perpolienda, ſatis notum, & exploratum eſt. Confirmat etiam hoc peruagata ſententia Theognidis, qui auctor fuit hominibus: ſuaſitque ipſis diligenter, vt hoc facerent: quemadmodum etiam multas alias huiuſcemodi γνώμας collegit & plena optimorum praeceptorum elegia decantauit, aptas vitae noſtrae corrigendae; verſus autem alternos eius hic non poſuit, vt omnibus notos, & ſatis celebres; in extremo autem hoc libro rurſus ad auctoritatem ipſius, teſtimoniumque confugit, quo loco initio tantum prioris hexametri verſus contentus fuit Xenophon in primo eorum librorum, quos ſcripſit de dictis, ac factis Socratis, affirmauit etiam conſueſſe parentes liberos ſuos, quamuis temperantes illi ſint, arcere a conſuetudine improborum hominum, cum intelligant, proborum virorum conſuetudinem exercitationem virtutis eſſe: (eodem enim verbo, quo noſter hic vtitur, ἄσκησινq; vocat) contra autem conſuetudinem prauorum, diſſolutionem, interitumque eiuſdem. Adiungit autem, teſtari hoc Theognim poëtam etiam, qui
„ cecinit, Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, ἢν δὲ κακοῖσι Συμμίξῃς ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον: cuius ta-
„ men verſus, quorum prior longior eſt, vt mos eſt elegorum, non adpoſuit, vt valde notos,

ac ce-

ac celebres: eadem autem ſententia terminat hunc, quem in manibus habemus librum, cum indicet illic quoque fructum magnum, qui capitur ex familiaritate, conuictuque bonorum, nec non quod mali pariat conſuetudo improborum.

Φυσικώτερον δὲ ἐπισκοποῦσιν, ἔοικεν ὁ σπουδαῖος φίλος τῷ σπουδαίῳ τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι: τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν, εἴρηται, ὅτι τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό.

Illis autem, qui magis naturaliter cauſam huius rei quaeſiuerint, videtur ſtudioſus amicus ſtudioſo viro naturae vi expetendus eſſe: quod enim natura bonum eſt, dictum a nobis eſt, eſſe ſtudioſo bonum, ac iucundum per ſe.

Cvm ſibi viſus iam foret probaſſe, quod volebat, argumentis peculiaribus huius doctrinae de moribus, intelligens idem confirmari poſſe illis quoque, quae propius accedunt ad naturae rationem, non omnino alienum eſſe duxit, non nullis eorum vti: inquit igitur, illis, qui praetera voluerint videre de hoc naturalius, cognitum eſſe poterit, probum ſtudioſumque amicum ſtudioſo viro natura expetendum, quod verum inquit eſſe, perſpicitur, quia traditum eſt, id quod fecit in VII. horum librorum, quod natura, ſuaque ſponte bonum eſt, bonum etiam, iucundumque eſſe ſtudioſo viro per ſe.

Τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζῴοις δυνάμει αἰσθήσεως: ἀνθρώποις δὲ, αἰσθήσεως, ἢ νοήσεως: ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται: τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ: ἔοικε δὲ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν: τὸ δὲ ζῆν τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν, καὶ ἡδέων: ὡρισμένον γάρ: τὸ δ' ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως: τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν, καὶ τῷ ἐπιεικεῖ: διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι.

Viuere autem definiunt, ſtatuuntq; conſtare animantibus poteſtate ſentiendi: hominibus autem ſentiendi, & intelligendi: poteſtas autem ad functionem muneris alicuius perducitur: poteſtas autem & auctoritas ſumma in functione: videtur autem viuere eſſe proprie ſentire, atque intelligere: viuere autem eſt vnum eorum, quae ſunt per ſe bona, & iucunda: definitum enim eſt; quod autem definitum eſt naturae veri boni: quod autem natura bonum eſt, bono etiam viro bonum eſt. Quapropter videtur omnibus iucundum.

Addit ad concludendum, in animalibus, ideſt in beluis definire, & quaſi metiri conſueſſe diſertos viros, vitam, viuereq; ipſum, poteſtate ſenſus: quae namq; ſentiunt, aut ſi tunc non ſentiunt, vt cum ſomno ſopitae ſunt, animantes eſſe intelliguntur: in hominibus autem, & ſenſus, & cogitationis, atq; intelligentiae; quae poteſtas perducitur ad actionem; magna autem vis ipſius eſt, plurimumq; valet, tunc, cum in agendo verſatur, nec ceſſat; antea namq; inchoata, & quaſi imperfecta eſt: videri autem inquit, viuere proprie eſſe ſentire, vel cogitare; viuere autem vna earum rerum eſt, quae ſunt per ſe bonae, & vt bonae, ita quoq; iucundae, quod huiuſcemodi eſſe intelligitur, quia definitum eſt: cunctae autem res inquit, quae definitae ſunt, naturam, vimque bonarum rerum obtinuerunt; quod vero natura bonum eſt, idem etiam probo, moderatoque viro bonum eſt; quapropter inquit, videtur omnibus iucundum eſſe. Dixit autem, vim, poteſtatemque habere ſentiendi, informare animantes cunctas, quia nulla eſt, quae ſi non ſentit, nec poteſtatem habet ſentiendi, poſſit vllo pacto animans appellari, neque tamen hoc ſatis eſt in vna quadam definienda: requiritur enim, vt praeter hoc ſuperius, quod commune ipſi eſt cum ceteris, ipſa aut intelligat, aut ſi tunc hoc munere non fungitur, vim habeat, poteſtatemque intelligendi.

Οὐ δεῖ δὲ λαμβάνειν μοχθηρὰν ζωὴν, καὶ διεφθαρμένην, οὐδ' ἐν λύπαις: ἀόριστος γὰρ ἡ τοιαύτη, καθάπερ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῇ: ἐν τοῖς ἐχομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον.

Non opus eſt autem ſumere vitam prauam, & corruptam: neque etiam

quae

quae maerore confecta ſit: indefinita enim eſt huiuſcemodi vita, quemadmodum etiam quae inſunt ipſi: in iis autem, quae ſequuntur de dolore, magis planum hoc, & apertum erit.

ADMONET, ne, cum videre volumus, an verum ſit, quod dixit, mortalibus inquam iucundum eſſe viuere, ſpectemus vitam prauam, & omni ſcelere & flagitio inquinatam, & quemadmodum hanc attendendam non eſſe cenſet, ita quoque alterã illam, quam moleſtiae multae, magnaeque oppreſſerũt: aegritudines enim quoque diuturnae labem ingentem adferunt humanae vitae, immutantque ſtatum ipſius. Non eſſe autem huiuſcemodi aliquam vitam ſibi ponendam ante oculos, docet: quia indefinita eſt, atque incerta, non aliter inquit, atque illa, quae ipſi haerent; variis enim, contrariiſque inter ſe libidinibus, ac vitiis diſtrahuntur animi improborum: quanta etiam vis, poteſtaſque ſit doloris, ſignificat, ſe in iis, quae ſequuntur, expoſiturũ: facere autem hoc ipſum prima parte ſequentis libri, apertum eſt, in qua diſſerit accurate de voluptate, & dolore.

Εἰ δ' αὐτὸ τὸ ζῆν ἀγαθὸν καὶ ἡδύ· ἔοικε δὲ καὶ ἐκ τοῦ, πάντας ὀρέγεσθαι αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιεικεῖς, καὶ μακαρίους· τούτοις γὰρ ὁ βίος αἱρετώτατος, καὶ ἡ τούτων, μακαριωτάτη ζωή.

Si autem ipſum viuere bonum eſt, ac iucundum: videtur autem hoc inde etiam, quod omnes mortales appetunt ipſum, & in primis moderati viri, & beati: his autem vita eſt maxime expetenda, ac vita horum beatiſſima eſt.

ADDIT autem modo, ſi ipſum viuere bonum eſt & iucundum, id quod apparet praeter argumentum, quo vſus fuit, adhuc quia cuncti homines deſiderio ipſius inflammati ſunt. Argumentum autem, quo hoc conſtituit, breuiter expoſitum eſt, quod viuere eſt vnum eorum, quae definita ſunt, cuius generis cuncta naturam boni obtinent, cum quae indefinita ſunt, nec firma adhuc, certaq; ſint: quare & inchoata, & minime integra, maculae alicui affinia eſſe poſſunt; idem etiam iucũdum haberi debere, quod verum declarat, quia cuncti homines deſiderio ipſius magno inflammati ſunt: praecipue autem probi viri ac beati, & merito quidem, cum vitam viuant maxime expetendam. Non alienum autem puto hoc quoque confirmare ſententia M. Ciceronis, qui in V. libro de finibus, in quo rationem Peripateticorum exponit de quaeſtione illa, inquit: Maxime autem in hoc quidem genere vis
» eſt perſpicua naturae, cum & mendicitatem multi perpetiantur, vt viuant, & angantur
» appropinquatione mortis, confecti homines ſenectute, & quae ſequuntur.

Ὁ δ' ὁρῶν, ὅτι ὁρᾷ, αἰσθάνεται· καὶ ὁ ἀκούων, ὅτι ἀκούει· καὶ ὁ βαδίζων, ὅτι βαδίζει· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐστί τι τὸ αἰσθανόμενον, ὅτι ἐνεργοῦμεν· αἰσθανοίμεθα δ' ἂν, ὅτι αἰσθανόμεθα· καὶ νοοῖμεν, ὅτι νοοῦμεν· τὸ δ' ὅτι αἰσθανόμεθα, ἢ νοοῦμεν, ὅτι ἐσμέν· τὸ γὰρ εἶναι ἦν τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν· τὸ δ' αἰσθάνεσθαι ὅτι ζῇ, τῶν ἡδέων καθ' αὐτό· φύσει γὰρ ἀγαθὸν ἡ ζωή· τὸ δ' ἀγαθὸν ὑπάρχον ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι, ἡδύ· αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν, καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς, ὅτι τὸ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς, καὶ ἡδύ· συναισθανόμενοι γὰρ τοῦ καθ' αὐτὸ ἀγαθοῦ, ἥδονται.

Qui autem videt, ſe videre, ſentit: & qui audit, ſe audire: & qui vadit, ſe vadere: eodemque pacto in aliis eſt quiddam, quod ſentit nos fungi aliquo munere: ſentiremus autem, quod ſentimus: & intelligeremus, quod intelligimus: hoc autem, quod ſentimus, vel intelligimus, quia ſumus: eſſe enim, ſentire vel intelligere eſt: ſentire autem quempiam, ſe viuere, eſt vnum eorum, quae ſunt iucunda per ſe: natura namque bonum vita eſt: ſentire autem ſibi bonum adeſſe, iucundum eſt: expetendum autem viuere eſt, &

maxi-

maxime bonis viris: quia eſſe ipſis bonum eſt, ac iucundum: cum ſentiant enim bonum, quod per ſe eſt, voluptate afficiuntur.

SIMILI ſenſuum noſtrorum vtens, oſteudit capere voluptatem beatum virum ex aſpectu amicorum, intelligereque, eo pacto ſe eſſe, & verſari in vita: quare non oportere ipſum carere amicis; inquit igitur, is, qui cernit, ſe cernere ſentit: eodemque pacto qui audit, ſe audire ſentit, vt ille quoque, qui vadit aliquo, ſe vadere; id quod in alijs etiam vſu venire tradit, vt exiſtat illic aliquid, quod ſentiat ſcilicet, cognoſcatq;, nos illis muneribus fungi: perſpicitur autem in eo, quod vult conſtituendo, vti noſtrum doctorem genere illo argumentationis, quod vocatur inductio: addit autem ſimili modo ſentire nos poſſe, nos met ſentire: & intelligere quoq;, nos met intelligere, qui ſenſus, & quae intelligentia inde proficiſcitur, atque ortum eum habet, quod ita ſentimus, atque intelligimus nos eſſe, manereq; in vita; eſſe namque, nihil aliud eſt, in hominis ſcilicet natura, niſi ſentire, & intelligere: ſentire autem, planeque intelligere quempiam ſe viuere, vnum eorum eſt, quae ſunt per ſe iucunda; id quod etiam ratione confirmat, dicens, vitam, vi naturae ipſius, bonum quoddam eſſe, quare ſentire ſibi bonum ineſſe, ſeque eius participem, iucundum eſt, facitque, vt merito inde gaudeamus. Adiungit etiam, quod & ipſum requirebatur ad concludendum, viuere hominibus expeteudum eſſe; iu primis autem probis, & moderatis viris, quia ipſis, tueri vitam, bonum eſt, & refertum pura, liquidaque voluptate: ſentientes enim inquit, guſtanteſque, vel potius exotbentes id quod ſua vi, per ſeque bonū eſt, laetantur.

Ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον: ἕτερος γὰρ αὐτὸς ὁ φίλος ἐστί: καθάπερ οὖν τὸ αὐτὸν εἶναι, αἱρετόν ἐστιν ἑκάστῳ: οὕτω καὶ τὸ τὸν φίλον, ἢ παραπλησίως: τὸ δ' εἶναι ἦν αἱρετὸν, διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὑτοῦ ἀγαθοῦ ὄντος: ἡ δὲ τοιαύτη αἴσθησις ἡδεῖα καθ' αὑτήν: συναισθάνεσθαι ἄρα δεῖ καὶ τοῦ φίλου, ὅτι ἐστί: τοῦτο δὲ γίνοιτ' ἂν ἐν τῷ συζῆν, καὶ κοινωνεῖν λόγων, καὶ διανοίας: οὕτω γὰρ ἂν δόξειε τὸ συζῆν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων λέγεσθαι, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν βοσκημάτων, τὸ ἐν τῷ αὐτῷ νέμεσθαι: εἰ δὴ τῷ μακαρίῳ τὸ εἶναι αἱρετόν ἐστι καθ' αὑτὸ, ἀγαθὸν τῇ φύσει ὂν καὶ ἡδύ: παραπλήσιον δὲ καὶ τὸ τοῦ φίλου ἐστί: κἂν ὁ φίλος τῶν αἱρετῶν ἂν εἴη.

Ut autem erga ſemet ipſum ſe habet homo ſtudioſus, ita etiam erga amicum: alter enim ipſe eſt amicus: veluti igitur ipſum eſſe, vnicuique homini expetendum eſt, ita & amicum eſſe, aut ſimiliter: eſſe autem cuique expetendum eſt, quia ſentit ſe bonum eſſe: huiuſcemodi autem ſenſus iucundus eſt per ſe: vna igitur ſentire oportet, & amicum eſſe: hoc autem continget, ſi vna viuet, & particeps erit ſermonum, & ſententiarum: ſic enim exiſtimari videretur debere in hominibus dici, & non vt in pecore omni, in eodem loco paſci. Si iam beato viro eſſe expetendum eſt per ſe, id quod bonum natura, & iucundum: aſſimile autem quiddam, & de amico eſt: & amicus vna rerum expetendarum erit.

Hoe etiam ſumit ad concludendum, ac quod volebar, demonſtrandum, auctor. Quemadmodum erga ſemet ipſum affectus eſt vir ſtudioſus, ita quoque erga amicum, cum amicus ſit alter ipſe, vt ſaepe dictum eſt: eodemque loco amicus amicum habeat, quo ſemet ipſum habet. Non aliter igitur inquit, atque vnicuique mortali expetendum, gratumque eſt, illum ipſum eſſe, ita quoque eſſe, fruique vita amicum, aut, ſiquis hoc non concedat, quia fieri non poſſe putet, vt aliquis eodem omnino amore proſequatur quempiam, extra ſe poſitum, quo amore proſequitur ſemet ipſum, concedere debebit, vt ſimilis ille valde ſit; indicat autem ortum magni huius amoris erga ſemet ipſum, & cur tam iuſtam cauſam habeat expetendi ſtatum ſuum, tuendique vitam: ipſumque eſſe inquit, quia ſentit, cognoſcitque ſe probum eſſe, qui ſenſus, & quae tanti boni perceptio, ſuauis, iucundaque per ſe inquit, eſt: quomodo enim non parit voluptatem magnam homini, intelligere ſe probum eſſe, participemque ſummi boni: huiuſcemodi enim profecto virtus eſt: eodem autem tempore inquit, ſimulque ſentire oportet amicum eſſe, cum idem prorſus, atque ipſe ſit, aut ſaltem ſimilis admodum ac par. Quomodo autem impetrari hoc poſſit: & quae ratio ſit huius rei obtinendae, nequis error naſceretur, erudire nos voluit; oſtendit enim

hoc

hoc contingere illis, ſi vna viuant, conferantque inter ſe conſilia, & cogitationes omnes: ita enim capi debere affirmat, quod dicimus, vna viuere, cum ſermo eſt de hominibus: ſi tacerent enim & non communicarent inter ſe aliquid, non dici poſſent vna viuere: hoc enim cadit in beluas, pecuſque omne: greges enim ouium, atque armenta, recte dicuntur vna viuere, cum in ijſdem ſaltibus, pratiſque paſcuntur: homines autem minime.

Ὃ δ' ἔστιν αὐτῷ αἱρετὸν, τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ, ἢ ταύτῃ ἐνδεὴς ἔσται: δεήσει ἄρα τῷ εὐδαιμονήσοντι φίλων σπουδαίων.

Quod autem eſt ipſi expetendum, hoc opus eſt ineſſe ei, ſiue hac parte imminutus erit: opus igitur erit ei, qui beatus futurus ſit, amicis ſtudioſis.

ADIVNGIT, concludere rationem volens, ſi iam, id quod patefactum eſt, homini beato expetendum per ſe eſt, eum eſſe, manereque in vita, quod profecto natura bonum eſt, ac iucundum: ſimiliſque eſt ratio amici ipſius, cum eodem loco habeat amicum, quo ſemet ipſum, & amicus inquit, ipſi vnum erit eorum, quae ſibi expetenda ſunt: opus eſt autem ipſi adeſſe, quod ei expetendum, meritoque optandum eſt, quod ſi non contingat, hac ille parte erit imminutus, ac laborabit; opus igitur ipſi erit amicis probis, & ſtudioſis viris, cum quibus familiariter viuat, & honeſto otio fruatur.

Ἆρ' οὖν ὡς πλείστους φίλους ποιητέον: ἢ καθάπερ ἐπὶ τῆς ξενίας ἐμμελῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, τό, μήτε πολύξενος: μήτ' ἄξενος, καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας ἁρμόσει, μήτ' ἄφιλον εἶναι; μήτ' αὖ πολύφιλον, καθ' ὑπερβολήν.

Numquid igitur opera danda eſt, vt quam plurimos nobis amicos faciamus: ſiue quemadmodum in hoſpitalitate, illud videtur eleganter dictum eſſe: neque multorum hoſpitum, neque nullorum vocere: & in amicitia etiam congruit; neque vacuum ab amicis eſſe: neque abundare amicis ſine modo vllo.

CVM planum feciſſet, egere beatum virum amicis, nec poſſe tueri ſtatum illum ſuum optimum ſine illis, eum adiuuent multum, & tamquam perpoliant vitam ipſius, dicit, dubium reſtare de numero eorum: videri enim alicui poſſent quamplurimi ſedulo parandi, ſi tantopere ipſi vtiles, accomodatique ſunt: inquit igitur in hoc quoque fortaſſe ſequendum eſſe conſilium Heſiodi, cuius ſapientis poëtae de hoſpitibus ſententia haec eſt: dum enim fratris vitam, moreſque emendaret, ſuaſit omni mortali, vt operam daret, ne merito vocari poſſet πολύξεινος, ideſt dici multos hoſpites habere; neque contra ἄξεινος, ideſt penitus ab illis vacuus, & tamquam agreſtis & inhumanus; cum igitur eleganter hoc, prudenterque dictum exiſtimarit, putat huc transferendum, & de amicis quoque eodem pacto ſentiendum, vt non debeat aliquis carere funditus amicis, neque ad ſe trahere nimis multos. Celebre eſt aliud documentum de hoſpitibus, & ipſum quoque eiuſdem poëtae non diſſimile penitus huic: certe accommodatum benignitati colendae, ſimulque moleſtiae vitandae, ſiue ijſdem, quos acceperis, dum nimis comis, benignuſque eſſe ſtudes, incommodandis: eſt autem hoc, τὸν ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντ' ἀποπέμπειν: non pauci enim ſunt, qui inuitos hoſpites, pluſquam ipſis commodum eſt, retinentes, moleſti potius ipſis, quam iucundi ſunt. Idem hic verſus, paucis variatis, legitur in XV. Odyſſeae.

Τοῖς μὲν δὴ πρὸς χρῆσιν, καὶ πάνυ δόξειεν ἁρμόζειν τὸ λεχθέν: πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πράττειν: οἱ πλείους δὴ τῶν πρὸς τὸν οἰκεῖον βίον ἱκανῶν, περίεργοι, καὶ ἐμπόδιοι πρὸς τὸ καλῶς ζῆν: οὐδὲν οὖν δεῖ αὐτῶν.

His igitur, qui ad vſum, fructumq́ inde capiendum expetuntur, valde etiam videtur congruere, quod dictum eſt: multis enim, vnde adiutus ſis, ſuppeditare, arduum eſt: neque vita ipſis ſat eſt ad hanc rem praeſtandam: plu-

res igitur, quam ad ſuam, propriamq́ vitam ſatis ſint, ſuperuacanei ſunt, impedimentoq́ potius ſunt ad honeſte viuendum: nihil igitur opus eſt ipſis.

CVM tria ſint amicitiae genera, in eo, quod fructus, commodique alicuius gratia ſectamur, in primis putat praeceptum id ſeruandum, cum ſit arduum, laboriſque magni plenum: multorum ſtudijs, temporibuſque inſeruire: committere autem non debeas, ne par ſaltem pro pari reddas, adiutus ab amico. Adiungit autem, vitam etiam hominis parem non eſſe, his officijs compenſandis. Praeterea docet plures, quam ſit iuſtus numerus; vitaeque noſtrae accommodati ſunt, ſuperuacaneos eſſe, & ne dum nos iuuent, impedimenti potius aliquid adferre ad bene, honeſteque viuendum; quare ſtatuit nihil ipſis opus eſſe.

Καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν δὲ, ἀρκοῦσιν ὀλίγοι: καθάπερ ἐν τῇ τροφῇ τὸ ἥδυσμα.

Et qui ad voluptatem adhibentur, pauci admodum ſatis ſunt: quemadmodum, & in his, quibus alimur, condimentum,

IN altero antem amicitiae genere, & quod voluptatis inde percipiendae cauſa expetitur, exiſtimat auctor paucos opportunos eſſe: ſatiſque nobis eſſe debere exiguum numerum eorum, non aliter inquit, atque (ſimili enim hoc declarare voluit: vſuſque eſt valde noto, & huic rei docendae accommodato) in ſuauioribus dapibus reddendis fieri videmus; ſumitur enim parum condimentorum in ipſis concinnandis, ſiu aliter coquus faceret, pluſq; iuſta menſura adhiberet, corrumperet epulas. Non intelligere autem Ariſtotelem miniſtros turpium voluptatum, apertum eſt; hi namque aditum nullum habent ad probum, moderatumque virum, ſed homines lepidi ingenij, ac ſuauis, qui moribus, ſermonibuſq; ſuis aſpergant aliquid iucunditatis, ſinceraeq; voluptatis tanto cumulo bonorum praeditis mortalibus.

Τοὺς δὲ σπουδαίους, πότερον πλείστους κατ᾽ ἀριθμὸν; ἢ ἔστι τι μέτρον καὶ φιλικοῦ πλήθους, ὥσπερ πόλεως; οὔτε γὰρ ἐκ δέκα ἀνθρώπων γένοιτ᾽ ἂν πόλις: οὔτε ἐκ δέκα μυριάδων ἔτι πόλις ἐστί: τὸ δὲ ποσὸν οὐκ ἔστιν ἴσως ἕν τι, ἀλλὰ πᾶν τὸ μεταξύ τινων ὡρισμένων: καὶ φίλων δή ἐστί τι πλῆθος ὡρισμένον, καὶ ἴσως οἱ πλεῖστοι, μεθ᾽ ὧν ἂν δύναιτό τις συζῆν: τοῦτο γὰρ ἐδόκει φιλικώτατον εἶναι.

Studioſos autem vtrum plurimos numero? an vt aliqua menſura multitudinis amicorum; quemadmodum ciuitatis? neque enim e decem hominibus conſtaret, neque ex centum milibus hominum amplius ciuitas foret: quantitas autem non eſt fortaſſe vna quaedam, ſed omne quod in medio ſitum quorundam definitorum; & amicorum igitur eſt quaedam multitudo definita, ac fortaſſe plurimi, cum quibus aliquis valeret vna viuere: hoc enim videtur eſſe munus maxime proprium amicitiae.

CVM oſtendiſſet vrbanos quoque & facetos amicos non eſſe plurimos quaerendos, quia pauci oblectare poſſunt probum virum & ſumma virtute praeditum, reſtabat videre, quid faciendum ipſi foret de tertio amicorum genere, ideſt de grauibus, ac moderatis viris: hi namque relinqui non videntur debuiſſe: putat igitur ſeruandam menſuram eſſe copiae quoque, ac multitudinis horum amicorum, quia nimis multi potius impedimenti aliquid adferrent, quam iuuarent: confirmat autem hoc ſimili graui & illuſtri, non vt ſuperiori deprompto e culina: oſtenditque, conſilium ſuum verum eſſe, intelligi poſſe, ſiquis attendat, quod vſu veniat, contingatque in ciuitate recte, ordineque conſtituta: neque enim illa e paucis admodum ciuibus conſtare poteſt, exempli gratia e decem hominibus; neque etiam e decem myriadibus: cuſtodiuit enim aliquo modo eundem numerum, ſed pro ſingulis hominibus, quos primum appellauerat, augens mirum in modum ipſum, decem milia hominum poſuit, vt totus numerus efficiatur centum milia, notum eſt, & a ſcriptoribus litteris proditum, non conſueſſe veteres illos aedificare magnas ciuitates, quippe

cum

cum ἑκατόμπολιν Cretam vocarent, quia cêtum vrbes in ea inſula conditae forent. Significat igitur Ariſtoteles ciuitatem, in qua ſine turbis, ſeditionibuſque viuatur, & quae facile poſſit legibus coërceri, atque in officio contineri. Adiungit autem, quantitatem non eſſe, numerumque ciuium, vnum quempiam ac certum, variarique ipſum, variatis ſedibus, ac locis, in quibus conditur vrbs: huiuſcemodique alijs opportunitatibus animaduerſis, ſiue impedimentis, quae inuitant, aut reuocant a ciuitate augenda. Quemadmodum igitur numerum ciuium vnum, definitumque non eſſe vult in ciuitate conſtituenda, ſed idoneum, accommodatumq; eum eſſe arbitratur omnem illum, qui eſt interiectus inter duos definitos, ita quoque exiſtimat, firmum eſſe debere numerum amicorum, clauſumque ſane inter duo illa extrema, non tamen fixum, certumque: magis tamen aperiens ſenſum animi ſui, & quod verum eſſe putet in hac re, plurimos huic beato viro eſſe accommodatos affirmat, dummodo cum ipſis vna viuere poſſit; hanc enim normam eſſe cenſet huius rei: in primiſque illud, quod requirit amicitia, propriumque munus ipſius eſt.

Ὅτι δ᾽ οὐχ οἷόν τε πολλοῖς συζῆν, καὶ διανέμειν αὑτὸν, οὐκ ἄδηλον: ἔτι δὲ κἀκείνους δεῖ ἀλλήλοις φίλους εἶναι, εἰ μέλλουσι πάντες μετ᾽ ἀλλήλων συνημερεύειν: τοῦτο δ᾽ ἐργῶδες ἐν πολλοῖς ὑπάρχειν.

Fieri autem non poſſe, vt aliquis vna viuat cum multis, & impertiat ſe ipſis, obſcurum non eſt: amplius autem opus eſt, & illos amicos inter ſe eſſe, ſi debent cuncti ſimul totos dies conſumere: hoc autem operoſum eſt in multis inueniri.

OSTENDIT nunc, quam dura haec condicio ſit, ac vix poſſe aliquem vna viuere cum multis, partemque ſui facere plurimis amicis: debet enim, qui opera amicorum vti vult, & ipſe ſeruire temporibus, commodiſque eorum: ſed aliam etiam difficultatem aperit, quae non facile ſinit hoc, quod alioqui valde bonum foret, impetrare: illa autem eſt, quod neceſſe eſt, illos quoque inter ſe amicos eſſe, quibus familiaribus vtitur vir hic probus, ac beatus: aliter enim ſi inquit, non poſſent totos dies ſimul cum ipſis terere: hoc autem operoſum, atque arduum in magno numero hominum eſſe exiſtimat: quis enim neſcit, in pectoribus mortalium exiſtere ſemina inimicitiarum, atque odij, & inuidiae quoque, huiuſcemodique aliarum perturbationum, quae faciunt, vt non libenter videant, quos non diligunt, nec poſſint ſimul morari.

Χαλεπὸν δὲ γίγνεται καὶ τὸ συγχαίρειν, καὶ τὸ συναλγεῖν οἰκείως πολλοῖς: εἰκὸς γὰρ συμπίπτειν ἅμα: τῷ μὲν, συνήδεσθαι: τῷ δὲ, συνάχθεσθαι.

Difficile autem, & hoc exiſtit, ſimul gaudere, & ſimul dolere accommodate multis: veriſimile enim eſt, vſu venire eodem tempore, vt vna cum hoc laetetur: cum alio autem dolere debeat.

INDICAT adiungi ſuperioribus difficultatibus, & hanc, non minorem illis, quae eſt, arduum admodum eſſe, gaudere vna cum illis, quorum res bonae ſunt; eodemque tempore maerere, atque angi cum his, qui premuntur rebus aduerſis; quod poſtulat amicitia, accommodatumque eſt officio veri amici. Non eſt autem quod dubitet quiſpiam, niſi valde rerum imperitus ſit, quin huiuſcemodi aliquid in magno numero amicorum ſaepe contingat, vt ſcilicet ei, cum vno quopiam amicorum laetandum ſit, cum alio vero dolendum.

Ἴσως οὖν εὖ ἔχει, μὴ ζητεῖν ὡς πολυφιλώτατον εἶναι: ἀλλὰ τοσούτους, ὅσοι εἰς τὸ συζῆν ἱκανοί: οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεσθαι δόξειεν ἂν πολλοῖς εἶναι φίλον σφόδρα: διόπερ οὐδὲ ἐρᾶν πλειόνων: ὑπερβολὴ γάρ τις εἶναι βούλεται φιλίας: τοῦτο δὲ πρὸς ἕνα: καὶ τὸ σφόδρα δὴ πρὸς ὀλίγους.

Fortaſſe igitur rectum eſt, non ſtudere huic rei, vt abundes magna copia amicorum, ſed tot tibi compares, quot ſatis ſint ad vna viuendum: neque enim

res ferre videtur, vt multis valde amicus ſis: quam ob cauſam etiam non contingit, vt plurium amore correptus ſis: ſuperabundantia enim quaedam amor vult eſſe amicitiae: hoc autem erga vnum extare poteſt: valde igitur etiam erga paucos.

QVID ſui indicij ſit de hac re,aperit,exiſtimatque,non eſſe dandam operam alicui,vt ingentem numerum amicorum adipiſcatur, & ſi vt philoſophus, caute, modiceque loquitur,additque forſitan: tot enim conquirendos putat, quot accommodati ſint ad bene, beateque viuendum: fructumque capiendum ex hac re, non moleſtiam. Adiungit autem, quamuis hoc rectum eſſet, vtilitatiſque non parum adportaret,tamen vix impetrari poſſe,vt aliquis valde iungatur amicitia cum multis, non aliter atque fieri non poteſt, vt quiſpiam incenſus ſimul ſit amore plurium; ſimili autem hoc, quod ſatis apertum, planumque eſt,declarauit, idem vſu venire, quod contingit in hoc tenero, delicatoque amore, in graui, perfectaque amicitia, quia is eſt praeſtantia quaedam, atque exuperantia amicitiae: non poteſt autem, quod ad ſummum peruenit, exerceri cum multis; non eſſet enim in eo ſummum, atque eminens; quare inquit, id, in quo exiſtit valde ac vehementer, cum paucis exiſtere poteſt. Non me fallit autem,magnum interpretem aliter hunc locum accepiſſe, quem puto in hoc deceptum eſſe.

Οὕτω δ' ἔοικεν ἔχειν καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων: οὐ γίγνονται γὰρ φίλοι πολλοὶ κατὰ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν: αἱ δ' ὑμνούμεναι, ἐν δυσὶ λέγονται: οἱ δὲ πολύφιλοι, καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι, πλὴν πολιτικῶς: οὓς καὶ καλοῦσιν ἀρέσκους.

Sic autem ſe res habere videtur in ijs, quae geruntur: non enim exiſtunt amici multi in amicitia ſodalicia: quae autem feruntur in caelum ſummis laudibus, in duobus extitiſſe dicuntur: qui autem multos amicos habent, atque omnibus ſe accommodant, nemini videntur amici eſſe, niſi communi more loquendi, quos vocant blandos.

CONFIRMARE docet ſententiam ſuam id,quod vulgo contingit, inſtitutumq; mortalium, quod qui attendet,planum eſſe videbit ac verum profecto praeceptum ſuum,quo ſuaſit nobis,ne adhibita in hoc magna cura,efficiamus nobis plurimos amicos:eſt autem hoc in genere illo amicitiae,quod colitur a ſodalibus, multos amicos non inueniri,neq; locum illic eſſe plurimis, quippe cum quae fama feruntur, cantanturque, maneant in duobus tantum vt in Theſeo, exempli cauſa, & Pirithoo; Oreſte & Pylade: qui autem inquit, aſciſcunt ſibi multos amicos, obſequunturque voluntati, ac ſtudijs omnium, non videntur amici eſſe alicui eorum,niſi,vt loquitur, πολιτικῶς,ideſt more loquendi frequentato vulgo,ac populariter:notos enim paene cunctos,& quibus opera ſua aliquid beneficij dederunt,vocare ſolent amicos. Hos aũt commemorat Ariſtoteles ἀρέσκους aetate ſua a Graecis ſolitos appellari.

Πολιτικῶς μὲν οὖν ἔστι πολλοῖς εἶναι φίλον, καὶ μὴ ἄρεσκον ὄντα, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ἐπιεικῆ: δι' ἀρετὴν δὲ καὶ δι' ἑαυτοὺς, οὐκ ἔστι πρὸς πολλοὺς: ἀγαπητὸν δὲ καὶ ὀλίγους εὑρεῖν τοιούτους.

Ut mos eſt igitur loquendi in ciuitatibus, multis amicum eſſe licet alicui, & ſi blandus non eſt, ſed verè probus vir: ob virtutem autem, & per ſe, non manet amicitia erga multos: contenti autem hoc eſſe debemus, ſi nacti fuerimus paucos tales.

DECERNIT auctor,ſtatuitque, quid ſequendum nobis in hoc ſit: affirmatque populariter licere quemlibet amicum eſſe multis, quamuis etiam factus natura,moribuſque non ſit ad placendum omnibus,dummodo ſit vir probus,ac moderatus; virtute autem,& per ſemet ipſos,nullo pacto impetrari poſſe,vt aliquis huiuſcemodi multos habeat: cum gaudere opor-

teat,

teat, eximiumque bonum ſe exiſtimare adeptum eum, qui paucos etiam tales nactus fuerit: ſtudioque omni ſuo repererit. In VII. quoque de moribus ad Eudemum, quo in libro diligenter copioſeque diſſeruit Ariſtoteles de amicitia, poſuit hanc quaeſtionem, diſputans de ipſa in vtramque partem: docuit enim ambas has ſententias, contrarias inter ſe, veras eſſe, ſiquis ipſas capiat, vt accipi debent, non ſimpliciter verba ſequatur: recte namque dictum eſſe, operam dandam ab hominibus, vt adipiſcantur multos amicos, idque etiam a Dijs precibus petendum. Simulque itidem rectum eſſe dicere, nullum amicum ei eſſe, cui multi amici ſunt. Quomodo vtrumque defendatur, vacuumque ab errore ſit, ipſe illic declarat, quod ſedulo etiam fecit in IX. horum de moribus librorum, quos miſit ad Nicomachum filium: Nactus igitur ego occaſionem hanc, locum reſtituere volo in libello Diogenis Laërtij, quo ſcripſit vitam Ariſtotelis: in extremo enim eius partis, qua commemorauit voces, & prudentes & acutas Ariſtotelis, tradit, Phauorinum philoſophum memoriae mandaſſe, alteram ſuperiorum ſententiarum, ſolitum inquam, Ariſtotelem in ore habere, quae eſt ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος: mācus enim eſt locus, legiq; omnino debet, ᾧ πολλοὶ φίλοι, οὐδεὶς φίλος: apud Ariſtotelē vero omnibus in libris ita legitur totus locus. καὶ τὸ ζητεῖν ἡμῖν, καὶ εὔχεσθαι πολλοὺς φίλους: ἅμα δὲ λέγειν, ὡς οὐδεὶς φίλος, ᾧ πολλοὶ φίλοι: ἄμφω λέγεται ὀρθῶς, & quae ſequuntur.

Πότερον δ' ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ ἢ ἐν ἀτυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται: οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες, δέονται ἐπικουρίας; οἵ τ' εὐτυχοῦντες, συμβίων, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσιν: βούλονται γὰρ εὖ δρᾶν.

Vtrum autem in bonis rebus, ſiue in malis magis opus eſt amicis? ambobus enim temporibus requiruntur amici; qui enim aduerſa fortuna vtuntur, opera aliena egent: & quorum res ſecundae ſunt, egent conuictoribus, & aliquibus, quibus bene faciant: tenentur enim deſiderio iuuandi.

SOLVTA ſuperiore quaeſtione, adfert aliud, quod & ipſum non omnino planum erat, & de quo ambigi, diſceptariq; ab aliquibus ſolitum erat. Eſt autem illud: Vtrum in rebus valde bonis & ſecundis magis opus ſit amicis, ſiue in admodum malis & aduerſis: nam ambobus contrarijs inter ſe temporibus, illi merito requiruntur, diſſimilibus tamen de cauſis, quod ſtatim ipſe docet fieri: qui enim inquit, premuntur rebus aduerſis, praeſidio egent, opeque alicuius, qui ipſos eripiat ex illis malis: fortunati vero viri hominibus egent, qui vna cum ipſis viuant: vnus autem iam hic fructus eſt, qui ab ipſis capitur ex amicis: alter vero, quod egent aliquibus, in quos beneficia conferant: tenentur enim inquit deſiderio magno iuuandi mortales, cuius rei praeſtandae ſe facultatem magnā habere intelligunt.

Ἀναγκαιότερον μὲν γὰρ ἐν ταῖς ἀτυχίαις: διὸ τῶν χρησίμων ἐνταῦθα δεῖ: κάλλιον δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις: διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι: τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν: καὶ μετὰ τούτων διάγειν: ἴσι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις, καὶ ἀτυχίαις: κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι, συναλγούντων τῶν φίλων.

Magis igitur neceſſarium eſt in rebus aduerſis: qua de cauſa hic amicis opus eſt, qui emolumento eſſe poſſint: pulchrius autem in ſecundis; quare probos viros inquirunt: in hos enim beneficium conferre magis expetendum eſt, & cum his vitam degere: eſt enim hic aduentus amicorum iucundus, & in bonis rebus, & in malis: alleuantur enim, qui maerent, cum vident vna ſecum dolere amicos.

CVM oſtendiſſet iam, de quo tamen non ambigebatur, quamuis dignum dubitatione foret, accommodatos eſſe ambobus, contrarijs valde inter ſe ſtatibus, amicos: addidiſſetque cuius potiſſimum generis, & his, & illis idonei, opportunique forent, ſignificat nunc, quid diſcriminis ſit inter vtrumque tempus: docetque munitum eſſe amicis, magis neceſſarium eſſe in duris, anguſtiſque ſuis rebus, quare inquit, requiruntur tunc, qui vtiles poſſint eſſe; operaque ac ſtudio ſuo ſubleuare ipſos. Contra autem inquit, pulchrius eſt, magiſque ho-

Verum autem eſt, quod de ſtudioſo viro fertur, ipſum amicorum cauſa agere multa; & patriae; & ſi oportuerit in illis gerendis amittere vitam: iacturam enim faciet, & pecuniae, & honorum, & omnino bonorum illorum, de quibus alij inter ſe digladiantur, vt comparet ſibi honeſtatem: breui enim tempore vehementer voluptate affici, optaret potius, quam longo, remiſſe: & honeſte viuere ſpatio vnius anni, quam multos annos, vt caſus fert: & vnam actionem moliri honeſtam, atque amplam, quam multas, ac puſillas: illis autem, qui pro decore, ac dignitate moriuntur; hoc fortaſſe contingit: ſumunt igitur ſibi ipſis magnam honeſtatem.

VERVM etiam eſſe docet, conuenireque moribus ac vitae honeſti viri, poſſeque inde expectari, quod vulgo dici ſolet, amicorum cauſa ipſum multa facturum, ac patriae, quamuis ſibi inde propoſitam mortem aſpiciat; conſilium autem, & inſtitutum hoc ipſius eſſe ſignificat, ac numquam de hoc ipſum ſecum dubitaturum: iacturam enim faciet aequo animo, & pecuniae, & popularis honoris: demumque omnium illarum rerum, de quarum poſſeſſione pugnant inter ſe ceteri mortales, vt dignitatem adipiſcatur, honeſteque aliquid gerat in vita: quo autem animo, ac conſilio ſe libens ſpoliet his bonis, tantopere expetitis ab alijs, indicat; anteponet enim inquit, acrem, vehementemque voluptatem, quamuis breuem, diuturnae, tenui tamen illi, ac remiſſae: ſtatuetq; ſibi potius viuendum paruo tempore honeſte; exempli cauſa vnius anni interuallo, quam multis temere, & humiliter, quam vitam ducunt homines ignari virtutis, & qui ne vmbram quidem vmquam viderunt veri ſplendoris, ac gloriae. Eodem etiam pacto ſignificat, eos ſe geſturos in factis honeſtis: cum enim variae ſint actiones hominum, quarum non ſolum quaedam honeſtae ſunt, quaedam autem turpes; verum etiam diſcrepant inter ſe, labis omnis expertes: mallet ille honeſtam vnam, dignitatiſque plenam, quam multas puſillas, & exiles. Quod ſiquis addit, diligenter, vereque animaduertit, ac ponderat vim & naturam eius facti, vſu fortaſſe venit illis, qui non recuſent mori, dummodo peragant, quod intelligunt eſſe pulcherrimum facinus: his igitur omnibus de cauſis intelligitur, ipſos ſibi aſciſcere amplam dignitatem, totoque pectore ſeruire decori.

Καὶ χρήματα προοῖντ' ἂν, ἐφ' ᾧ πλείω λήψονται οἱ φίλοι: γίγνεται γὰρ τῷ μὲν φίλῳ, χρήματα, αὐτῷ δὲ, τὸ καλόν: τὸ δὴ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει: καὶ περὶ τὰς τιμὰς δὲ καὶ ἀρχὰς, ὁ αὐτὸς τρόπος: πάντα γὰρ τῷ φίλῳ ταῦτα προήσεται: καλὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο, καὶ ἐπαινετόν: εἰκότως δὴ δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν.

Grandi etiam pecunia ſe priuari paterentur, vt amici acciperent maiorẽ partem: paratur enim amico quidem pecunia, ſibi autem dignitas: maius igitur ſibi bonum tribuit: eadem etiam ratio ipſius erit circa honores, & magiſtratus: cuncta enim haec amico relinquet: honeſtum enim hoc ipſi, & laude dignum: merito igitur videtur ſtudioſus eſſe, cum ceteris omnibus poſthabitis ſumat ſibi honeſtatem.

PRAETEREA adiungit, hos, ſi publica pecunia diuidenda ſit, non dubitaturos iuſtam, debitamque ſibi partem abijcere, vt familiares, & amici ipſa potiantur, domumque ad ſe comportent; quod cum fiet inquit, amici creſcit res familiaris; ad ipſum autem peruenit dignitas illius facti: negari igitur non poteſt, quin ita quoque maius bonum ſibi ſumant. Eandem autem voluntatem, rationemque ipſius futuram tradit in publicis honoribus, atque imperijs, potius amico reliquendis, quam ſibi ſumendis; quae monſtrata eſt eſſe in pecunia: cuncta enim haec amico tamquam dilargietur; nec tamen, hoc faciens, male ſibi conſulet: erit enim hoc ipſi honeſtum; & laudis plenum. Non ſine cauſa igitur inquit, meritoque probus vir, ſtudioſuſque exiſtimatur eſſe, dicit urque amator ſui ipſius, cum poſthabitis ceteris omnibus bonis, incumbat in honeſtatem ipſam.

Eἰκ-

Ἐνδέχεται δὲ καὶ πράξεις τῷ φίλῳ προΐεσθαι, καὶ εἶναι κάλλιον τοῦ αὐτὸν πρᾶξαι, τὸ αἴτιον τῷ φίλῳ γενέσθαι: ἐν ἅπασι δὴ τοῖς ἐπαινετοῖς ὁ σπουδαῖος φαίνεται ἑαυτῷ τοῦ καλοῦ πλέον νέμων: οὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρηται: ὡς δ᾽ οἱ πολλοί, οὐ χρή.

Uſu autem venire poteſt, vt amico facultatem det remp. adminiſtrandi: eſſeque ipſi honeſtius hoc, quam ſi ipſe in illis publicis factis verſaretur, cauſam eſſe amico, vt ille honorem illum adipiſceretur: in cunctis igitur his laude dignis rebus, perſpicitur ſtudioſus ſibi ipſi plus honeſtatis tribuere; ita igitur oportet ſui ipſius amatorem eſſe, quemadmodum dictum eſt: vt autem multi accipiunt, non oportet.

VSV praeterea ipſi venire poſſe inquit, tempuſque aliquod ferre, vt facultatem amico praebeat rem publicam aliquam agendi, remotam a ſe; vnde plurimum laudis, gloriaeque conſequatur; quod etiam cum geret inquit, vir virtutis ſtudioſus contrarium faciet eius, quod aliquis ſtulte putaret: erit enim hoc ei pulchrius honeſtiuſq;, quam ſi ipſe rem illam ageret, atq; adminiſtraret. Concludit autem rationem omnem, his expoſitis, manetque in eodem propoſito ſuadendi hominibus, vt velint hoc pacto, ſtudeantque ſui amatores eſſe, propoſito ipſis exemplo ſtudioſi viri: vt autem plerique mortales, turbaque omnis amatrix ſui eſt, nullo modo velint.

Ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, εἰ δεήσεται φίλων, ἢ μή: οὐδὲν γάρ φασι φίλων δεῖν τοῖς μακαρίοις, καὶ αὐτάρκεσιν: ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά: αὐτάρκεις οὖν ὄντας, οὐδενὸς προσδεῖσθαι: τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν, ἃ δι᾽ αὐτοῦ ἀδυνατεῖ, ὅθεν: Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

Exiſtit autem controuerſia circa virum beatum, ſi egebit amicis, ſiue non egeat: non enim opus eſſe aiunt amicis hominibus beatis, & qui ſuis rebus contenti ſint: ineſſe enim illis ſumma bona: cum enim ſtatu rerum ſuarum contenti ſint, nulla re praeterea egere: amicum autem aiunt, qui eſt alter ipſe, parare ea, quae per ſe amicus nequit, vnde illud. Cum Deus propitius fuerit, quid opus eſt amicis?

QVAERI etiam ſolere dicit, exiſtereque controuerſiam non paruam de viro beato; an ipſe quoque amicis aliquando egeat, ſiue ab eo minime requirantur. Primum igitur adfert, quid ſequerentur illi, qui negarent, ei neceſſarios eſſe amicos: aiebant enim beatis hominibus: & ijs, qui rebus in ſe ipſis poſitis contenti forent, opus non eſſe amicis, quia cuncta bona ipſis ſuppeterent, cumq; expleti ſint rebus, quae ſatis ſunt ad eos ornandos: ſtatumque ipſorum vberem reddendum, nulla praeterea re egere: amicum autem, cum alter ipſe ſit, atque ille eſt, cum quo beneuolentia iunctus eſt, parere ipſi bona, quae ſtudio, atque opera ſua ille quaerere nequit, vnde inquit, illud venit. Cum Deus diligit quempiam, reſque ipſius ſecundae ſunt, quid opus eſt ei amicis? Oreſtes autem, in fabula Euripidis, cuius Index nomen ipſius eſt, ſententiam hanc edidit, ſupplicans Menelao patruo, vt ſibi, conſtituto in grauibus malis, vna cum Pylade, auxilium ferret.

Ἔοικε δ᾽ ἄτοπον, τὸ, πάντα ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι: ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι.

Similitudinem autem quandam habet rei abſurdae, tribuentes aliquos viro beato cuncta bona, amicos ipſi non concedere: quod videtur eſſe maximum omnium externorum bonorum.

TRADIT nunc, quid ſecuti non nulli, a ſuperioribus valde diſſentirent, ſiue potius ipſe-

met oſtendit, quae ſententiam eorum confirment: Videri enim inquit, inſulſum eſſe, & rem vacuam penitus a ratione, cum tribuant homini beato cuncta, vera, magnaque bona, velle ipſum expertem eſſe amicorum: ac ſine ipſis poſſe tueri ſtatum illum ſuum, opimum & refertum pura laetitia ac gaudio: amici enim exiſtimantur eſſe maximum eorum bonorum, quae poſita ſunt extra nos, quare nō poteſt aliquis orbatus ipſis, frui vera beatitudine.

Εἰ δὲ φίλου ἐστὶ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν ἢ πάσχειν, καὶ ἔστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς, τὸ εὐεργετεῖν· κάλλιον δ' εὖ ποιεῖν φίλους, ὀθνείων, τῶν εὖ πεισομένων δεήσεται ὁ σπουδαῖος.

Si autem amici magis eſt bene facere, quam boni aliquid accipere, & eſt boni viri, ac virtutis, beneficium conferre in aliquem: pulchrius autem eſt, beneficium conferre in amicos, quam in alienos, egebit ſtudioſus aliquibus, quos iuuet.

PRAETEREA inquit, (hoc enim alterum argumentum eſt, quo idem probat) ſi potius fungitur munere amici is, qui beneficium dat, quam ille, qui accipit: propriumque boni viri eſt, ac virtutis ipſius, iuuare mortales; beneficiaque in ipſos conferre: pulchriuſque eſt prodeſſe amicis, quam alienis, ac peregrinis, egebit profecto vir beatus, & qui virtutem toto animo colit aliquibus, quibus proſit, & qui operam, ſtudiumque ſuum requirant in ſe ornandis, atque omni malo liberandis.

Διὸ καὶ ἐπιζητεῖται, πότερον ἐν ἀτυχίαις μᾶλλον δεῖ φίλων, ἢ ἐν εὐτυχίαις· ὡς καὶ τοῦ ἀτυχοῦντος δεομένου τῶν εὐεργετησόντων· καὶ τῶν εὐτυχούντων, οὓς εὖ ποιήσουσιν.

Quapropter accedit ſuperiori quaeſtioni, vtrum in rebus aduerſis magis opus ipſi eſt amicis, ſiue in ſecundis: cum & is, cuius res malae ſunt, egeat aliquibus, qui beneficium ipſi dent: itidemque illi, quorum res ſunt bonae, ac proſperae, requirant aliquos, quibus proſint.

VNDE inquit exorta eſt noua quaeſtio, & quae huic apta eſt: adfert enim hoc tamquam corollarium; cum expetantur amici, praeſentiaque ipſorum & opera requiratur, & in ſecundis rebus, & in aduerſis, vtro contrariorum horum inter ſe temporum magis vtiles ſint amici, cum, & qui premitur rebus malis egeat his, qui ipſum ſubleuēt, & qui fortunati ſint, egeant & ipſi aliquibus, quibus proſint; & qui ab ipſis, cum res poſtularit, beneficij aliquid accipiant.

Ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τὸ, μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον· οὐδεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὑτὸν τὰ πάντ' ἔχειν ἀγαθά· πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ συζῆν πεφυκός, καὶ τῷ εὐδαίμονι δὴ τοῦθ' ὑπάρχει· τὰ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὰ ἔχει· δῆλον δ' ὡς μετὰ φίλων, καὶ ἐπιεικῶν κρεῖττον, ἢ μετ' ὀθνείων, καὶ τῶν τυχόντων, συνημερεύειν· δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων.

Abſurdum autem fortaße eſt etiam hoc, velle beatum virum eſſe ſolitarium: nemo enim optaret, ſolus aetatem degens, abundare ceteris omnibus commodis vitae: ciuile enim animal homo eſt, a natura factus ad communionem victus: quare viro beato hoc ineſt: habet enim bona, quae a natura proficiſcuntur: perſpicuum autem eſt, cum amicis, & probis viris melius eſſe, quam cum alienis, & quibuslibet hominibus totos dies conſumere: opus eſt igitur beato viro amicis.

TERTIVM argumentum, quo vtitur, eſt, videri, rem abſurdam eſſe, & quae explodi fortaſſe ſtatim debeat, fingere beatum virum, vacuum a familiaribus, & paene ſolitarium relictum quendam: nemo enim inquit, optaret ſolus viuere; amaretque vitam illam iunctam

etiam

etiam cum omni copia reliquorum bonorum; homo enim inquit, animal eſt a natura factum ad ciuitates colendas, vnaque cum alijs hominibus degendum; quare inquit non poteſt hoc ſeiunctum remotumque eſſe a beato viro, cum & ipſum etiam prorſus ei adſit: inſtructus enim eſt reliquis bonis, quae natura tribuit mortalibus: planum autem eſt, ſatiſq; omnibus compertum, conterere totos dies cum amicis, & probis, moderatiſq; hominibus melius eſt, iucundiuſque, quam cum alienis, & qui vni ſint e multis; nullaque dote animi, ac ſuauitate praediti. Concludit autem, his expoſitis, opus eſſe beato viro amicis. M. Cicero, cum vitam Dionyſij Syracuſanorum tyranni, miſeram vndique ac calamitoſam fuiſſe oſtendere vellet, quam tamen falſo aſſentatores ipſius beatam eſſe aiebant; in alijs grauibus malis, quae ſuſtineret, dixit, eum caruiſſe conſuetudine amicorum, & victus ſocietate;
„ ad extremumque inquit de ipſo; cum ſolus manere non poſſet; Viuebat cum fugitiuis;
„ cum facinoroſis; cum barbaris; neminem, qui aut, libertate dignus eſſet, aut vellet o-
„ mnino liber eſſe, ſibi amicum arbitrabatur.

Τί οὖν λέγουσιν οἱ πρῶτοι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν; ἢ ὅτι οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τοὺς χρησίμους εἶναι: τῶν τοιούτων μὲν οὖν οὐδὲν δεήσεται ὁ μακάριος: ἐπειδὴ τἀγαθὰ ὑπάρχει αὐτῷ: οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδύ, ἢ ἐπὶ μικρόν: ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ὤν, οὐθὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς: οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων, οὐ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων.

Quid igitur dicunt primi illi? & qua in parte verum aiunt? an quod multitudo amicos arbitratur eſſe vtiles, ac fructuoſos: huiuſcemodi quidem amicis nihil egebit vir beatus, quia ſumma bona ipſi adſunt: neque etiam ijs, qui expetuntur propter voluptatem, aut parum: quia vita eorum iucunda eſt, nihil eget voluptate importata; cum autem non egeat talibus amicis, non putatur egere amicis.

Cvm quae vtrique adferrent, accommodata ad ſententiam ſuam confirmandam, iam oſtendiſſet: viſique forent poſteriores firmioribus argumentis vſi, & quae rem plane ita ſe habere declararent; admiratur, quid priores illos in eam mentem impuliſſet, vt tam male ſentirent de hac re: neque enim facile credi poteſt, homines, qui haec cogitent, & animo verſent tota via errare, & ſi penitus verum non videant, non aliquam ſaltem partem eius attingant. Quaerit igitur, quae fuerit eis cauſa errandi: arbitraturque ipſos attendiſſe ſenſum, ac iudicium maioris partis mortalium, qui opinantur, amicos illos eſſe ſolos, qui vtiles eſſe valeant, & praeſidij aliquid, adiumentique amicis in rebus ipſorum malis praebere, quod ſi verum foret, non eſſet dubium, quin vere ſenſiſſet: neque enim huiuſcemodi amicis egebit vmquam vir beatus, cum abundet copia verorum bonorum: aliter enim beatus merito non vocaretur. Adiungit non videri etiam eundem egere genere illo amicorum, qui expetuntur, vt oblectent, ac voluptatis aliquid ſemper adportent, quod tamen ſtatim aliquo modo corrigit: conceditque, hos non eſſe penitus ab eo ſeiungendos: nam neceſſarios omnino ipſi non eſſe exiſtimat, atque id, quia cum vita ſua ille innatam habeat voluptatem: ſitque ſua ſponte iucunda, non requirit alienam, & importatam voluptatem: cum igitur ait, non egeat homo beatus huiuſcemodi amicis, ideſt fructuoſis, & iucundis, non putatur, quamuis falſo, egere amicis: Reſtat enim tertium illud genus verorum amicorum, & qui ſoli digni ſunt hoc nomine. Cum inquit optimus magiſter, minime egere beatum amicis ad voluptatem factis, intellexit fortaſſe genus illud facetorum hominum, quod gratum, acceptumque eſt fortunatis hominibus; ideſt aſſentatores, ac ſcurras: nam iocoſos, & lepidos homines non poteſt ille arcere a ſe, clauſaſque aures ipſis habere, non ſane vt expuant ex animo ſuo miſeriam; quod munus obire ſe ſolitum apud regem commemorat Terentianus miles, quae nulla ibi eſt, ſed tamen vt condiat beatitudinem eius, ſuauitate ſui ſermonis, & voluptate aliqua ſincera, ac pura reficiat animum eius, ſi forte ob ſocietatem corporis aliqua huiuſcemodi voluptate eget.

Τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές: ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται, ὅτι ἡ εὐδαιμονία, ἐνέργειά τίς ἐστιν: ἡ δ' ἐνέργεια, δῆλον ὅτι γίνεται, καὶ οὐχ ὑπάρχει, ὥσπερ κτῆμά τι.

Hoc autem fortaſſe verum non eſt: initio enim dictum eſt, beatitudinem eſſe

functio-

functionem quandam muneris: functionē autem planum, apertumq́ eſt, exoriri, & non ſtare, plenamq́ eſſe, veluti rem aliquam, quae poſſideatur, ac ſolida ſit.

F o n t e m atque originem huius erroris indicat: fallebantur enim illi, quia putabant ſolos amicos vocandos, qui praeſidij aliquid, adiumentique adferre poſſent egentibus, & in aduerſa fortuna conſtitutis: quod ſi verum eſſet, dubium non foret, quin beati ſine amicis locupletibus ſtatum illum ſuum proſperum tueri poſſent. Declarat autem hoc, quia beatitudo, quod a ſe prius ſignificatum eſſe teſtatur, eſt actio quaedam functioque: actionem autem omnem, perſpicuum eſſe inquit, iugiter, & continenter geri, ac non plenam, abſolutamque ſimul eſſe, vt ſunt res, quas, partes patrimonij noſtri, poſſidemus, veluti domum, praedium, veſtimenta, pecuniam: haec enim κτήματα vocantur, quia poſſidentur a nobis, quod verum eſſe oſtendit verbum, quod ſequitur ὑπάρχει; illa namque vt κτήματα, ita quoque ὑπάρχοντα appellantur.

Εἰ δὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστιν ἐν τῷ ζῆν, καὶ ἐνεργεῖν: τοῦ ἀγαθοῦ δ' ἡ ἐνέργεια σπουδαία, καὶ ἡδεῖα καθ' αὑτήν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται: ἔστι δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον, τῶν ἡδέων; θεωρεῖν δὲ μᾶλλον τοὺς πέλας δυνάμεθα ἢ ἑαυτοὺς, καὶ τὰς ἐκείνων πράξεις, ἢ τὰς οἰκείας: αἱ τῶν σπουδαίων δὴ πράξεις, φίλων ὄντων, ἡδεῖαι τοῖς ἀγαθοῖς: ἄμφω γὰρ ἔχουσι τὰ τῇ φύσει ἡδέα; ὁ μακάριος δὴ φίλων τοιούτων δεήσεται, εἴπερ θεωρεῖν προαιρεῖται πράξεις ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείας: τοιαῦται δ' αἱ τοῦ ἀγαθοῦ, φίλου ὄντος.

Si autem beatum eſſe manet in viuendo, & munere aliquo obeundo: probi autem viri functio per ſe bona ac iucunda eſt, vt initio dictum eſt: eſt autem & quod ſuum, propriumq́ vnum eorum quae iucunda ſunt: contemplari autem proximos melius valemus, quam noſmet ipſos, atque actiones illorum, quam noſtras, propriasq́: ſtudioſorum ſane actiones, qui amici ſunt, iucundae ſunt probis hominibus: ambo enim in ſe habent, quae ſunt natura iucunda: beatus igitur vir amicis huiuſcemodi egebit, ſiquidem propoſitum habet, delegitq́ probas actiones, ſibiq́ accommodatas contemplari: huiuſcemodi autem ſunt probi viri, qui amicus ſit.

C o n s t i t v i t quod probare opus erat, argumentis primum proprijs huius diſciplinae, deinde ducto a natura, & inde huc tranſlato. Priora tria numero ſunt: Si igitur inquit, beate viuere poſitum eſt in agendo, & munere aliquo obeundo: probi viri autem actio omnis eſt ſtudioſa, iunctaque cum virtute: eademque iucunda ſua vi, non commendatione alius rei, quae ſuauitatem ipſi adportet; vt initio huius diſputationis a nobis traditum eſt, atqui etiam addit, quod ſuum, propriumque alicuius eſt, id etiam iucundum ipſi ſit, neceſſe eſt: ſingulis enim mortalibus a natura datum eſt, vt res ſuas ament, ipſiſque delectentur: hoc igitur quoque valet ad oſtendendum ſua vi, & propter ſe beate viuere iucundum eſſe: Sequitur autem; videre ac contemplari nos valere melius propinquos, quam noſmetipſos, & quae ab illis aguntur, quam quae a nobis geruntur; decipit enim nos amor, quo proſequimur noſmet ipſos, ac res noſtras, nec ſinit verum videre. Sumit etiam ad idem probandum accommodatum, vel neceſſarium potius, actiones ſtudioſorum virorum, virtuteque praeditorum; ſi ijdem amici ipſis fuerint; iucundas eſſe, plenaſque voluptatis probis viris, cuius magnae ſuauitatis, quam inde capiunt, geminum quaſi fontem oſtendit: habent enim inquit ambo, quae ſunt natura iucunda; amicus namque amico natura iucundus eſt, gignitque ipſi ſemper aduentu ſuo voluptatis aliquid: probuſque itidem vir probo viro eodem pacto carus, acceptuſq; eſt, quia nequam etiā ſunt ſimiles inter ſe ac pares. Concludit igitur omnibus iis ſumptis, quae valent, firmaque ſunt ad hoc demonſtrandum, fore, vt egeat vir beatus amicis, ſed talibus, quales oſtendit, ſignificauitque, quia voluntas ipſius eſt videre, & cognoſcere actiones honeſtas, & quae moribus, ingenioque ipſius accommodatae ſint: huiuſcemodi vero inquit, ſunt facta probi viri, qui idem amicus ſit.

Οἴονται δὲ δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα: μονώτῃ μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος; οὐ ῥᾴδιον

καθ'

διον καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς· μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἄλλους, ῥᾷον· ἔσται οὖν ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα, ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτήν, ὃ δεῖ περὶ τὸν μακάριον εἶν. ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει: ταῖς δ' ἀπὸ κακίας, δυσχεραίνει: καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται: ἐπὶ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται.

Arbitrantur autem oportere iucunde viuere beatum virum: homini quidem igitur, qui ſolus aetatem degat, vita difficilis, & ardua eſt: non enim pronum eſt, ſolum aliquem exiſtentem continenter munere aliquo fungi: cum alijs autem, qui ſocij ſint, & erga alios, facilius: erit igitur functio muneris magis continens, & interrupta, cum iucunda per ſe exiſtat, id quod opus eſt extare in beato viro: ſtudioſus namq́, qua ſtudioſus eſt, voluptatem capit ex actionibus, quae proficiſcuntur a virtute: illis autem, quae a vitio, angitur, ac ſtomachatur: veluti muſicus ſuauibus cantibus oblectatur, malis autem laeditur.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem probat, ductum a commooi opinione, quae in animis hominum eſt de vita beati viri: putant enim opottere ipſam iucundam eſſe, & nullo modo expertem voluptatis, quae voluptas guſtati noo poteſt ab eo, qui in agro vioit, reijcitque a ſe mortales cunctos, cum vita illa dura ipſi ſit, atque aſpera: neque enim inquit, facile eſt, ſolum quempiam ſine intermiſſione vlla moliri aliquod opus: verſareque animo cogitationes honeſtas: cum autem ſocios aliquos eius muoeris habuerit, ſpectaueritque ſenſom illorum, procliuius multo id faciet: erit igitur actio ipſius ita magis continens: minuſq; interrupta, ac fracta, quod ipſi contingeret, ſolo exiſtenti, quae ſaoe actio iucunda propter ſe eſt, id qood requiritur in beato viro, & abeſſe ab ipſo nõ poteſt: modeſtus enim vir, ait, ac ſtudioſus, niſi a ſe ipſo diſcedit, ſed tuetur perſonam ſuam, laetatur factis, quae a virtute proficiſcuntur: contra autem ijs, quae a virlo manant, dolet ac fremit. Vt autem facilius qood dixit de moribus, inſtitutiſque probi viri oſtendat, tale eſſe; quale aſtruauit, vtitur ſimili. Eadem ratione ioquit, qua muſicus, peritusſque cantus gaudet cantilenis bonis: angitur autem contrarijs, moleſtaeque ipſi ſunt malae, & odioſae.

Γίνοιτο δ' ἂν καὶ ἄσκησίς τις τῆς ἀρετῆς ἐκ τοῦ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς, καθάπερ καὶ Θέογνίς φησιν....

Exiſteret autem exercitatio etiam quaedam virtutis ex conuictu cum bonis viris, quemadmodum Theognis ait.

TERTIVM argumentum hoc eſt, quo itidem ſignificatur, vtiles valde, & accommodatos eſſe beato etiam viro amicos, quia ſunt cuncta ei tribueoda, quae ornant, & adiuuant ſtatum eius, & meliorem reddunt, non eſt dubitandum: nam creſcere, & maior, abſolutiorque fieri condicio ipſius poteſt: ratio autem, qua efficiatur hoc, eſt exercitatio virtutis, ſtudiumque, quod ponitur in virtute, propria ipſius, colenda; vna enim viuens cum probis, & grauibus hominibus, facultatem crebram ſe exercendi habebit: quantum autem valeat exercitatio in omni ſcientia, & arte perpolienda, ſatis notum, & exploratum eſt. Confirmat etiam hoc peruagata ſententia Theognidis, qui auctor fuit hominibus: ſuaſitque ipſis diligenter, vt hoc facerent: quemadmodum etiam multas alias huiuſcemodi γνώμας collegit & plena optimorum praeceptorum elegia decantauit, aptas vitae ooſtrae corrigeodae; verſus autem alternos eius hic non poſuit, vt omnibus ootos, & ſatis celebres; in extremo autem hoc libro ruſſus ad auctoritatem ipſius, teſtimoniumque confugit, quo loco initio tantum prioris hexametri verſus conteotus fuit Xenophoo. In primo eorum librorum, quos ſcripſit de dictis, ac factis Socratis, affirmauit etiam conſueſſe parentes liberos ſuos, quamuis temperantes illi ſint, arcere a conſuetudine improborum hominum, cum intelligant, proborum virorum conſuetudinem exercitatiooem virtutis eſſe: (eodem enim verbo, quo noſter hic vtitur, ἄσκησιν q; vocat) contra autem conſuetudinem prauorum, diſſolutionem, interitumqoe eiuſdem. Adiungit autem, teſtati hoc Theognim poëtam etiam, qui cecinit,
„ Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, ἢν δὲ κακοῖσι Συμμίξῃς ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον: cuius ta-
„ men verſus, quorum prior longior eſt, vt mos eſt elegorum, non adpoſuit, vt valde notos, ac ce-

ac celebres; eadem autem ſententia terminat hunc, quem in manibus habemus librum, cum indicet illic quoque fructum magnum, qui capitur ex familiaritate, conuictuque bonorum, nec non quod mali pariat conſuetudo improborum.

Φυσικώτερον δὲ ἐπισκοποῦσιν, ἔοικεν ὁ σπουδαῖος φίλος τῷ σπουδαίῳ τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν, εἴρηται, ὅτι τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ ἐστι καθ' αὑτό.

Illis autem, qui magis naturaliter cauſam huius rei quaeſiuerint, videtur ſtudioſus amicus ſtudioſo viro naturae vi expetendus eſſe: quod enim natura bonum eſt, dictum a nobis eſt, eſſe ſtudioſo bonum, ac iucundum per ſe.

Cvm ſibi viſus iam foret probaſſe, quod volebat, argumentis peculiaribus huius doctrinae de moribus, intelligens idem confirmari poſſe illis quoque, quae propius accedunt ad naturae rationem, non omnino alienum eſſe duxit, non nullis eorum vti: inquit igitur, illis, qui praeterea voluerint videre de hoc naturalius, cognitum eſſe poterit, probum ſtudioſumque amicum ſtudioſo viro natura expetendum, quod verum inquit eſſe, perſpicitur, quia traditum eſt, id quod fecit in VII. horum librorum, quod natura, ſuaque ſponte bonum eſt, bonum etiam, iucundumque eſſe ſtudioſo viro per ſe.

Τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζώοις δυνάμει αἰσθήσεως· ἀνθρώποις δὲ, αἰσθήσεως, ἢ νοήσεως· ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται· τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ· ἔοικε δὲ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν· τὸ δὲ ζῆν τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν, καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ· τὸ δ' ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως· τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν, καὶ τῷ ἐπιεικεῖ· διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι.

Viuere autem definiunt, ſtatuuntque conſtare animantibus poteſtate ſentiendi: hominibus autem ſentiendi, & intelligendi: poteſtas autem ad functionem muneris alicuius perducitur: poteſtas autem & auctoritas ſumma in functione: videtur autem viuere eſſe proprie ſentire, atque intelligere: viuere autem eſt vnum eorum, quae ſunt per ſe bona, & iucunda: definitum enim eſt; quod autem definitum eſt naturae veri boni: quod autem natura bonum eſt, bono etiam viro bonum eſt. Quapropter videtur omnibus iucundum.

Addit ad concludendum, in animalibus, ideſt in beluis definire, & quaſi metiri conſueſſe diſertos viros, vitam, viuereq; ipſum, poteſtate ſenſus: quae namq; ſentiunt, aut ſi tunc non ſentiunt, vt cum ſomno ſopitae ſunt, animantes eſſe intelliguntur: in hominibus autem, & ſenſus, & cogitationis, atq; intelligentiae; quae poteſtas perducitur ad actionem; magna autem vis ipſius eſt, plurimumq; valet, tunc, cum in agendo verſatur, nec ceſſat; antea namq; inchoata, & quaſi imperfecta eſt: videri autem inquit, viuere proprie eſſe ſentire, vel cogitare; viuere autem vna earum rerum eſt, quae ſunt per ſe bonae, & vt bonae, ita quoq; iucundae, quod huiuſcemodi eſſe intelligitur, quia definitum eſt: cunctae autem res inquit, quae definitae ſunt, naturam, vimque bonarum rerum obtinuerunt; quod vero natura bonum eſt, idem etiam probo, moderatoque viro bonum eſt; quapropter inquit, videtur omnibus iucundum eſſe. Dixit autem, vim, poteſtatemque habere ſentiendi, informare animantes cunctas, quia nulla eſt, quae ſi non ſentit, nec poteſtatem habet ſentiendi, poſſit vllo pacto animans appellari, neque tamen hoc ſatis eſt in vna quadam definienda: requiritur enim, vt praeter hoc ſuperius, quod commune ipſi eſt cum ceteris, ipſa aut intelligat, aut ſi tunc hoc munere non fungitur, vim habeat, poteſtatemque intelligendi.

Οὐ δεῖ δὲ λαμβάνειν μοχθηρὰν ζωὴν, καὶ διεφθαρμένην, οὐδ' ἐν λύπαις· ἀόριστος γὰρ ἡ τοιαύτη, καθάπερ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῇ· ἐν τοῖς ἐχομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον.

Non opus eſt autem ſumere vitam prauam, & corruptam: neque etiam

quae maerore confecta ſit: indefinita enim eſt huiuſcemodi vita, quemadmodum etiam quae inſunt ipſi: in ijs autem, quae ſequuntur de dolore, magis planum hoc, & apertum erit.

ADMONET, ne, cum videre volumus, an verum ſit, quod dixit, mortalibus inquam iucundum eſſe viuere, ſpectemus vitam prauam, & omni ſcelere & flagitio inquinatam, & quemadmodum hanc attendendam non eſſe cenſet, ita quoque alterã illam, quam moleſtiae multae, magnaeque oppreſſerũt: aegritudines enim quoque diuturnae labem ingentem adferunt humanae vitae, immutantque ſtatum ipſius. Non eſſe autem huiuſcemodi aliquam vitam ſibi ponendam ante oculos, docet: quia indefinita eſt, atque incerta, non aliter inquit, atque illa, quae ipſi haerent; varijs enim, contrarijſque inter ſe libidinibus, ac vitijs diſtrahuntur animi improborum: quanta etiam vis, poteſtaſque ſit doloris, ſignificat, ſe in ijs, quae ſequuntur, expoſiturũ: facere autem hoc ipſum prima parte ſequentis libri, apertum eſt, in qua diſſerit accurate de voluptate, & dolore.

Εἰ δ᾽ αὐτὸ τὸ ζῆν ἀγαθὸν καὶ ἡδύ· ἔοικε δὲ καὶ ἐκ τοῦ, πάντας ὀρέγεσθαι αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιεικεῖς, καὶ μακαρίους· τούτοις γὰρ ὁ βίος αἱρετώτατος, καὶ ἡ τούτων, μακαριωτάτη ζωή.

Si autem ipſum viuere bonum eſt, ac iucundum: videtur autem hoc inde etiam, quod omnes mortales appetunt ipſum, & in primis moderati viri, & beati: his autem vita eſt maxime expetenda, ac vita horum beatiſſima eſt.

ADDIT autem modo, ſi ipſum viuere bonum eſt & iucundum, id quod apparet praeter argumentum, quo vſus fuit, adhuc quia cuncti homines deſiderio ipſius inflammati ſunt. Argumentum autem, quo hoc conſtituit, breuiter expoſitum eſt, quod viuere eſt vnum eorum, quae definita ſunt, cuius generis cuncta naturam boni obtinent, cum quae indefinita ſunt, nec firma adhuc, certaq; ſint: quare & inchoata, & minime integra, maculae alicui affinia eſſe poſſunt; idem etiam iucũdum haberi debere, quod verum declarat, quia cuncti homines deſiderio ipſius magno inflammati ſunt: praecipue autem probi viri ac beati, & merito quidem, cum vitam viuant maxime expetendam. Non alienum autem puto hoc quoque confirmare ſententia M. Ciceronis, qui in V. libro de finibus, in quo rationem Peripateticorum exponit de quaeſtione illa, inquit: Maxime autem in hoc quidem genere vis eſt perſpicua naturae, cum & mendicitatem multi perpetiantur, vt viuant, & angantur appropinquatione mortis, confecti homines ſenectute, & quae ſequuntur.

Ὁ δ᾽ ὁρῶν, ὅτι ὁρᾷ, αἰσθάνεται· καὶ ὁ ἀκούων, ὅτι ἀκούει· καὶ ὁ βαδίζων, ὅτι βαδίζει· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐστί τι τὸ αἰσθανόμενον, ὅτι ἐνεργοῦμεν· αἰσθανοίμεθα δ᾽ ἂν, ὅτι αἰσθανόμεθα· καὶ νοοῖμεν, ὅτι νοοῦμεν· τὸ δ᾽ ὅτι αἰσθανόμεθα, ἢ νοοῦμεν, ὅτι ἐσμέν· τὸ γὰρ εἶναι ἦν τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν· τὸ δ᾽ αἰσθάνεσθαι ὅτι ζῇ, τῶν ἡδέων καθ᾽ αὐτό· φύσει γὰρ ἀγαθὸν ἡ ζωή· τὸ δ᾽ ἀγαθὸν ὑπάρχειν ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι, ἡδύ· αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν, καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς, ὅτι τὸ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς, καὶ ἡδύ· συναισθανόμενοι γὰρ τοῦ καθ᾽ αὐτὸ ἀγαθοῦ, ἥδονται.

Qui autem videt, ſe videre, ſentit: & qui audit, ſe audire: & qui vadit, ſe vadere: eodemque pacto in alijs eſt quiddam, quod ſentit nos fungi aliquo munere: ſentiremus autem, quod ſentimus: & intelligeremus, quod intelligimus: hoc autem, quod ſentimus, vel intelligimus, quia ſumus: eſſe enim, ſentire vel intelligere eſt: ſentire autem quempiam, ſe viuere, eſt vnum eorum, quae ſunt iucunda per ſe: natura namque bonum vita eſt: ſentire autem ſibi bonum adeſſe, iucundum eſt: expetendum autem viuere eſt, & maxi-

maxime bonis viris: quia eſſe ipſis bonum eſt, ac iucundum: cum ſentiant enim bonum, quod per ſe eſt, voluptate afficiuntur.

SIMILI ſenſuum noſtrorum vtens, oſtendit capere voluptatem beatum virum ex aſpectu amicorum, intelligereque, eo pacto ſe eſſe, & verſari in vita: quare non oportere ipſum carere amicis; Inquit igitur, is, qui cernit, ſe cernere ſentit: eodemque pacto qui audit, ſe audire ſentit, vt ille quoque, qui vadit aliquo, ſe vadere; id quod in alijs etiam vſu venire tradit, vt exiſtat illic aliquid, quod ſentiat ſcilicet, cognoſcatq;, nos illis muneribus fungi: perſpicitur autem in eo, quod vult conſtituendo, vti noſtrum doctorem genere illo argumentationis, quod vocatur inductio: addit autem ſimili modo ſentire nos poſſe, nos met ſentire: & intelligere quoq;, nos met intelligere, qui ſenſus, & quae intelligentia inde proficiſcitur, atque ortum eum habet, quod ita ſentimus, atque intelligimus nos eſſe, manereq; in vita; eſſe namque, nihil aliud eſt, in hominis ſcilicet natura, niſi ſentire, & intelligere: ſentire autem, planeque intelligere quempiam ſe viuere, vnum eorum eſt, quae ſunt per ſe iucunda; id quod etiam ratione confirmat, dicens, vitam, vi naturae ipſius, bonum quoddam eſſe, quare ſentire ſibi bonum ineſſe, ſeque eius participem, iucundum eſt, facitque, vt merito inde gaudeamus. Adiungit etiam, quod & ipſum requirebatur ad concludendum, viuere hominihus expetendum eſſe; in primis autem probis, & moderatis viris, qnia ipſis, tueri vitam, bonum eſt, & refertum pura, liquidaque voluptate: ſentientes enim inquit, guſtanteſque, vel potius exorbentes id quod ſua vi, per ſeque bonū eſt, laetantur. A

Ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ σπουδαῖος, καὶ πρὸς τὸν φίλον· ἕτερος γὰρ αὐτὸς ὁ φίλος ἐστί· καθάπερ οὖν τὸ αὐτὸν εἶναι, αἱρετόν ἐστιν ἑκάστῳ· οὕτω καὶ τὸ τὸν φίλον, ἢ παραπλησίως. τὸ δ' εἶναι ἦν αἱρετὸν, διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτοῦ ἀγαθοῦ ὄντος· ἡ δὲ τοιαύτη αἴσθησις ἡδεῖα καθ' αὑτήν. συναισθάνεσθαι ἄρα δεῖ καὶ τοῦ φίλου, ὅτι ἐστί· τοῦτο δὲ γίνοιτ' ἂν ἐν τῷ συζῆν, καὶ κοινωνεῖν λόγων, καὶ διανοίας· οὕτω γὰρ ἂν δόξειε τὸ συζῆν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων λέγεσθαι, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν βοσκημάτων, τὸ ἐν τῷ αὐτῷ νέμεσθαι. εἰ δὴ τῷ μακαρίῳ τὸ εἶναι αἱρετόν ἐστι καθ' αὑτὸ, ἀγαθὸν τῇ φύσει ὂν καὶ ἡδύ· παραπλήσιον δὲ καὶ τὸ τοῦ φίλου ἐστί· καὶ ὁ φίλος τῶν αἱρετῶν ἂν εἴη.

Ut autem erga ſemet ipſum ſe habet homo ſtudioſus, ita etiam erga amicum: alter enim ipſe eſt amicus: veluti igitur ipſum eſſe, vnicuique homini expetendum eſt, ita & amicum eſſe, aut ſimiliter: eſſe autem cuique expetendum eſt, quia ſentit ſe bonum eſſe: huiuſcemodi autem ſenſus iucundus eſt per ſe: vna igitur ſentire oportet, & amicum eſſe: hoc autem continget, ſi vna viuet, & particeps erit ſermonum, & ſententiarum: ſic enim exiſtimari videretur debere in hominibus dici, & non vt in pecore omni, in eodem loco paſci. Si iam beato viro eſſe expetendum eſt per ſe, id quod bonum natura, & iucundum: aſſimile autem quiddam, & de amico eſt: & amicus vna rerum expetendarum erit.

HOC etiam ſumit ad concludendnm, ac quod volebat, demonſtrandum, auctor. Quemadmodum erga ſemet ipſum affectus eſt vir ſtudioſus, ita quoq; de erga amicum, cum amicus ſit alter ipſe, vt ſaepe dictum eſt: eodemque loco amicus amicum habeat; quo ſemet ipſum habet. Non aliter igitur inquit, atque vnicuique mortali expetendum, gratumque eſt, illum ipſum eſſe, ita quoque eſſe, frniqne vita amicum, aut, ſiquis hoc non concedat, quia fieri non poſſe putet, vt aliquis eodem omnino amore proſequatur quempiam, extra ſe poſitum, quo amore proſequitur ſemet ipſum, concedere debebit, vt ſimilis ille valde ſit; indicat autem ortum magni huius amoris erga ſemet ipſum, & cur tam iuſtam cauſam habeat expetendi ſtatum ſuum, tuendique vitam, ipſumque eſſe inquit, quia ſentit, cognoſcitque ſe probum eſſe, qui ſenſus, & quae tanti boni perceptio, ſuauis, iucundaque per ſe inquit, eſt: quomodo enim non parit voluptatem magnam homini, intelligere ſe probum eſſe, participemque ſummi boni: huiuſcemodi enim profecto virtus eſt; eodem autem tempore inquit, ſimulque ſentire oportet amicum eſſe, cum idem prorſus, atque ipſe ſit, aut ſaltem ſimilis admodum ac par. Quomodo autem impetrari hoc poſſit: & quae ratio ſit huius rei obtinendae, nequis error naſceretur, erudire nos voluit; oſtendit enim

hoc

hoc contingere illis, ſi vna viuant, conferantque inter ſe conſilia, & cogitationes omnes: ita enim capi debere adfirmat, quod dicimus, vna viuere, cum ſermo eſt de hominibus: ſi tacerent enim & non communicarent inter ſe aliquid, non dici poſſent vna viuere: hoc enim cadit in beluas, pecuſque omne: greges enim ouium, atque armenta, recte dicuntur vna viuere, cum in iiſdem ſaltibus, pratiſque paſcuntur: homines autem minime.

Ὃ δ᾽ ἐστὶν αὐτῷ αἱρετὸν, τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ, ἢ ταύτῃ ἐνδεὴς ἔσται: δεήσει ἄρα τῷ εὐδαιμονήσοντι φίλων σπουδαίων.

Quod autem eſt ipſi expetendum, hoc opus eſt ineſſe ei, ſiue hac parte imminutus erit: opus igitur erit ei, qui beatus futurus ſit, amicis ſtudioſis.

ADIVNGIT, concludere rationem volens, ſi iam, id quod patefactum eſt, homini beato expetendum per ſe eſt, eum eſſe, manereque in vita, quod profecto natura bonum eſt, ac iucundum: ſimiliſque eſt ratio amici ipſius, cum eodem loco habeat amicum, quo ſemet ipſum, & amicus inquit, ipſi vnum erit eorum, quae ſibi expetenda ſunt: opus eſt autem ipſi adeſſe, quod ei expetendum, meritoque optandum eſt, quod ſi non contingat, hac ille parte erit imminutus, ac laborabit; opus igitur ipſi erit amicis probis, & ſtudioſis viris, cum quibus familiariter viuat, & honeſto otio fruatur.

Ἆρ᾽ οὖν ὡς πλείστους φίλους ποιητέον: ἢ καθάπερ ἐπὶ τῆς ξενίας ἐμμελῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, δ᾽, μήτε πολύξενος: μήτ᾽ ἄξενος, καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας ἁρμόσει, μήτ᾽ ἄφιλον εἶναι; μήτ᾽ αὖ πολύφιλον, καθ᾽ ὑπερβολήν.

Numquid igitur opera danda eſt, vt quam plurimos nobis amicos faciamus: ſiue quemadmodum in hoſpitalitate, illud videtur eleganter dictum eſſe: neque multorum hoſpitum, neque nullorum vocere: & in amicitia etiam congruet; neque vacuum ab amicis eſſe: neque abundare amicis ſine modo vllo.

CVM planum feciſſet, egere beatum virum amicis, nec poſſe tueri ſtatum illum ſuum optimum ſine illis, cum adiuuent multum, & tamquam perpoliant vitam ipſius, dicit, dubium reſtare de numero eorum: videri enim alicui poſſent quamplurimi ſeduio parandi, ſi tantopere ipſi vtiles, accomodatique ſunt: inquit igitur in hoc quoque fortaſſe ſequendum eſſe conſilium Heſiodi, cuius ſapientis poëtae de hoſpitibus ſententia haec eſt: dum enim fratris vitam, moreſque emendaret, ſuaſit omni mortali, vt operam daret, ne merito vocari poſſet πολύξενος, ideſt dici multos hoſpites habere; neque contra ἄξενος, ideſt penitus ab illis vacuus, & tamquam agreſtis & inhumanus; cum igitur eleganter hoc, prudenterque dictum exiſtimarit, putat huc transferendum, & de amicis quoque eodem pacto ſentiendum, vt non debeat aliquis carere funditus amicis, neque ad ſe trahere nimis multos. Celebre eſt aliud documentum de hoſpitibus, & ipſum quoque eiuſdem poëtae non diſſimile penitus huic: certe accommodatum benignitati colendae, ſimulque moleſtiae vitandae, ſiue iiſdem, quos acceperis, dum nimis comis, benignuſque eſſe ſtudes, incommodandis: eſt autem hoc, τὸν ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντ᾽ ἀποπέμπειν: non panci enim ſunt, qui inuitos hoſpites, pluſquam ipſis commodum eſt, retinentes, moleſti potius ipſis, quam iucundi ſunt. Idem hic verſus, paucis variatis, legitur in XV. Odyſſeae.

Τοῖς μὲν δὴ πρὸς χρῆσιν, καὶ πάνυ δόξειεν ἁρμόζειν τὸ λεχθέν: πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πράττειν: οἱ πλείους δὴ τῶν πρὸς τὸν οἰκεῖον βίον ἱκανῶν, περίεργοι, καὶ ἐμπόδιοι πρὸς τὸ καλῶς ζῆν: οὐδὲν οὖν δεῖ αὐτῶν.

His igitur, qui ad vſum, fructumque inde capiendum expetuntur, valde etiam videtur congruere, quod dictum eſt: multis enim, vnde adiutus ſis, ſuppeditare, arduum eſt: neque vita ipſis ſat eſt ad hanc rem praeſtandam: plu-

res igitur, quam ad ſuam, propriamq́ vitam ſatis ſint, ſuperuacanei ſunt, impedimentoq́ potius ſunt ad honeſte viuendum: nihil igitur opus eſt ipſis.

CVM tria ſint amicitiae genera, in eo, quod fructus, commodique alicuius gratia ſectamur, in primis putat praeceptum id ſeruandum, cum ſit arduum, laborisque magni plenum: multorum ſtudijs, temporibuſque inſeruire: committere autem non debeas, ne par ſaltem pro pari reddas, adiutus ab amico. Adiungit autem, vitam etiam hominis parem non eſſe, his officijs compenſaudis. Praeterea docet plures, quam ſit iuſtus numerus; vitaeque noſtrae accommodati ſunt, ſuperuacaneos eſſe, & ne dum nos iuuent, impedimenti potius aliquid adferre ad bene, honeſteque viuendum; quare ſtatuit nihil ipſis opus eſſe.

Καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν δὲ, ἀρκοῦσιν ὀλίγοι: καθάπερ ἐν τῇ τροφῇ τὸ ἥδυσμα.

Et qui ad voluptatem adhibentur, pauci admodum ſatis ſunt: quemadmodum, & in his, quibus alimur, condimentum,

IN altero autem amicitiae genere, & quod voluptatis inde percipiendae cauſa expetitur, exiſtimat auctor paucos opportunos eſſe: ſatiſque nobis eſſe debere exiguum numerum eorum, non aliter inquit, atque (ſimili enim hoc declarare voluit: vſuſque eſt valde noto, & huic rei docendae accommodato) in ſuauioribus dapibus reddendis fieri videmus; ſumitur enim parum condimentorum in ipſis concinnandis, ſin aliter coquus faceret, pluſq; iuſta menſura adhiberet, corrumperet epulas. Non intelligere autem Ariſtotelem miniſtros turpium voluptatum, apertum eſt; hi namque aditum nullum habent ad probum, moderatumque virum, ſed homines lepidi ingenij, ac ſuauis, qui moribus, ſermonibuſq; ſuis aſpergant aliquid iucunditatis, ſinceraeq; voluptatis tanto cumulo bonorum praeditis mortalibus.

Τοὺς δὲ σπουδαίους, πότερον πλείστους κατ' ἀριθμὸν; ἢ ἔστι τι μέτρον καὶ φιλικοῦ πλήθους, ὥσπερ πόλεως; οὔτε γὰρ ἐκ δέκα ἀνθρώπων γένοιτ' ἂν πόλις: οὔτε ἐκ δέκα μυριάδων ἔτι πόλις ἐστί: τὸ δὲ ποσὸν οὐκ ἔστιν ἴσως ἕν τι, ἀλλὰ πᾶν τὸ μεταξύ τινων ὡρισμένων: καὶ φίλων δὴ ἐστί τι πλῆθος ὡρισμένον, καὶ ἴσως οἱ πλεῖστοι, μεθ' ὧν ἂν δύναιτό τις συζῆν: τοῦτο γὰρ ἐδόκει φιλικώτατον εἶναι.

Studioſos autem vtrum plurimos numero? an vt aliqua menſura multitudinis amicorum; quemadmodum ciuitatis? neque enim e decem hominibus conſtaret, neque ex centum milibus hominum amplius ciuitas foret: quantitas autem non eſt fortaſſe vna quaedam, ſed omne quod in medio ſitum quorundam definitorum; & amicorum igitur eſt quaedam multitudo definita, ac fortaſſe plurimi, cum quibus aliquis valeret vna viuere: hoc enim videtur eſſe munus maxime proprium amicitiae.

CVM oſtendiſſet vrbanos quoque & facetos amicos non eſſe plurimos quaerendos, quia pauci oblectare poſſunt probum virum & ſumma virtute praeditum, reſtabat videre, quid faciendum ipſi foret de tertio amicorum genere, ideſt de granibus, ac moderatis viris: hi namque relinqui non videntur debuiſſe: putat igitur ſeruandam menſuram eſſe copiae quoque, ac multitudinis horum amicorum, quia nimis multi potius impedimenti aliquid adferrent, quam iuuarent: confirmat autem hoc ſimili graui & illuſtri, non vt ſuperiori deprompto e culina: oſtenditque, conſilium ſuum verum eſſe, intelligi poſſe, ſiquis attendat, quod vſu veniat, contingatque in ciuitate recte, ordineque conſtituta: neque enim illa e paucis admodum ciuibus conſtare poteſt, exempli gratia e decem hominibus; neque etiam e decem myriadibus: cuſtodiuit enim aliquo modo eundem numerum, ſed pro ſingulis hominibus, quos primum appellauerat, augens mirum in modum ipſum, decem milia hominum poſuit, vt totus numerus efficiatur centum milia, notum eſt, & a ſcriptoribus litteris proditum, non conſueſſe veteres illos aedificare magnas ciuitates, quippe

cum

çum ἑκατόμπολιν Cretam vocarent, quia cētum vrbes in ea inſula conditae forent. Significat igitur Ariſtoteles ciuitatem, in qua ſine turbis, ſeditionibuſque viuatur, & quae facile poſſit legibus coërceri, atque in officio contineri. Adiungit autem, quantitatem non eſſe, numerumque ciuium, vnum quempiam ac certum, variarique ipſum, variatis ſedibus, ac locis, in quibus conditur vrbs: huiuſcemodique alijs opportunitatibus animaduerſis, ſiue impedimentis, quae inuitant, aut reuocant a ciuitate augenda. Quemadmodum igitur numerum ciuium vnum, definitumque non eſſe vult in ciuitate conſtituenda, ſed idoneum, accommodatumq; eum eſſe arbitratur omnem illum, qui eſt interiectus inter duos definitos, ita quoque exiſtimat, firmum eſſe debere numerum amicorum, clauſumque ſane inter duo illa extrema, non tamen fixum, certumque: magis tamen aperiens ſenſum animi ſui, & quod verum eſſe putet in hac re, plurimos huic beato viro eſſe accommodatos affirmat, dummodo cum ipſis vna viuere poſſit; hanc enim normam eſſe cenſet huius rei: in primiſque illud, quod requirit amicitia, propriumque munus ipſius eſt.

Ὅτι δ' οὐχ οἷόν τε πολλοῖς συζῆν, καὶ διανέμειν αὑτὸν, οὐκ ἄδηλον: ἔτι δὲ κἀκείνους δεῖ ἀλλήλοις φίλους εἶναι, εἰ μέλλουσι πάντες μετ' ἀλλήλων συνημερεύειν: τοῦτο δ' ἐργῶδες ἐν πολλοῖς ὑπάρχειν.

Fieri autem non poſſe, vt aliquis vna viuat cum multis, & impertiat ſe ipſis, obſcurum non eſt: amplius autem opus eſt, & illos amicos inter ſe eſſe, ſi debent cuncti ſimul totos dies conſumere: hoc autem operoſum eſt in multis inueniri.

OSTENDIT nunc, quam dura haec condicio ſit, ac vix poſſe aliquem vna viuere cum multis, partemque ſui facere plurimis amicis: debet enim, qui opera amicorum vti vult, & ipſe ſeruire temporibus, commodiſque eorum: ſed aliam etiam difficultatem aperit, quae non facile ſinit hoc, quod alioqui valde bonum foret, impetrare; illa autem eſt, quod neceſſe eſt, illos quoque inter ſe amicos eſſe, quibus familiaribus vtitur vir hic probus, ac beatus: aliter enim ſi inquit, non poſſent totos dies ſimul cum ipſis terere: hoc autem operoſum, atque arduum in magno numero hominum eſſe exiſtimat: quis enim neſcit, in pectoribus mortalium exiſtere ſemina inimiciriarum, atque odij, & inuidiae quoque, huiuſcemodique aliarum perturbationum, quae faciunt, vt non libenter videant, quos non diligunt, nec poſſint ſimul morari.

Χαλεπὸν δὲ γίγνεται καὶ τὸ συγχαίρειν, καὶ τὸ συναλγεῖν οἰκείως πολλοῖς: εἰκὸς γὰρ συμπίπτειν ἅμα: τῷ μὲν, συνήδεσθαι: τῷ δὲ, συνάχθεσθαι.

Difficile autem, & hoc exiſtit, ſimul gaudere, & ſimul dolere accommodate multis: veriſimile enim eſt, vſu venire eodem tempore, vt vna cum hoc laetetur: cum alio autem dolere debeat.

INDICAT adiungi ſuperioribus difficultatibus, & hanc, non minorem illis, quae eſt, arduum admodum eſſe, gaudere vna cum illis, quorum res bonae ſunt; eodemque tempore maerere, atque angi cum his, qui premuntur rebus aduerſis; quod poſtulat amicitia, accommodatumque eſt officio veri amici. Non eſt autem quod dubitet quiſpiam, niſi valde rerum imperitus ſit, quin huiuſcemodi aliquid in magno numero amicorum ſaepe contingat, vt ſcilicet ei, cum vno quopiam amicorum laetandum ſit, cum alio vero dolendum.

Ἴσως οὖν εὖ ἔχει, μὴ ζητεῖν ὡς πολυφιλώτατον εἶναι: ἀλλὰ τοσούτους, ὅσοι εἰς τὸ συζῆν ἱκανοί: οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεσθαι δόξειεν ἂν πολλοῖς εἶναι φίλον σφόδρα: διόπερ οὐδὲ ἐρᾶν πλειόνων: ὑπερβολὴ γάρ τις εἶναι βούλεται φιλίας: τοῦτο δὲ πρὸς ἕνα: καὶ τὸ σφόδρα δὴ πρὸς ὀλίγους.

Fortaſſe igitur rectum eſt, non ſtudere huic rei, vt abundes magna copia amicorum, ſed tot tibi compares, quot ſatis ſint ad vna viuendum: neque enim

res ferre videtur, vt multis valde amicus ſis: quam ob cauſam etiam non contingit, vt plurium amore correptus ſis: ſuperabundantia enim quaedam amor vult eſſe amicitiae: hoc autem erga vnum extare poteſt: valde igitur etiam erga paucos.

QVID ſui iudicij ſit de hac re, aperit, exiſtimatque, non eſſe dandam operam alicui, vt ingentem numerum amicorum adipiſcatur, & ſi vt philoſophus, caute, modiceque loquitur, additque forſitan: tot enim conquirendos putat, quot accommodati ſint ad bene, beateque viuendum: fructumque capiendum ex hac re, non moleſtiam. Adiungit autem, quamuis hoc rectum eſſet, vtilitatiſque non parum adportaret, tamen vix impetrari poſſe, vt aliquis valde iungatur amicitia cum multis, non aliter atque fieri non poteſt, vt quiſpiam incenſus ſimul ſit amore plurinm; ſimili antem hoc, quod ſatis apertum, planumque eſt, declarauit, idem vſu venire, quod contingit in hoc tenero, delicatoque amore, in graui, perfectaque amicitia, quia is eſt praeſtantia quaedam, atque exuperantia amicitiae: non poteſt autem, quod ad ſummum peruenit, exerceri cum multis; non eſſet enim in eo ſummum, atque eminens; quare inquit, id, in quo exiſtit valde ac vehementer, cum paucis exiſtere poteſt. Non me fallit autem, magnum interpretem aliter hunc locum accepiſſe, quem puto in hoc deceptum eſſe,

Οὕτω δ᾽ ἔοικεν ἔχειν καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων: οὐ γίγνονται γὰρ φίλοι πολλοὶ κατὰ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν: αἱ δ᾽ ὑμνούμεναι, ἐν δυσὶ λέγονται: οἱ δὲ πολύφιλοι, καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι, πλὴν πολιτικῶς: οὓς καὶ καλοῦσιν ἀρέσκους.

Sic autem ſe res habere videtur in ijs, quae geruntur: non enim exiſtunt amici multi in amicitia ſodalicia: quae autem feruntur in caelum ſummis laudibus, in duobus extitiſſe dicuntur: qui autem multos amicos habent, atque omnibus ſe accommodant, nemini videntur amici eſſe, niſi communi more loquendi, quos vocant blandos.

CONFIRMARE docet ſententiam ſuam id, quod vulgo contingit, inſtitutumq; mortalium, quod qui attendet, planum eſſe videbit ac verum profecto praeceptum ſuum, quo ſuaſit nobis, ne adhibita in hoc magna cura, efficiamus nobis plurimos amicos: eſt autem hoc in genere illo amicitiae, quod colitnr a ſodalibus, multos amicos non inueniri, neq; locum illic eſſe plurimis, quippe cum quae fama feruntur, cantanturque, maneant in duobus tantum vt in Theſeo, exempli cauſa, & Pirithoo; Oreſte & Pylade: qui autem inqnit, aſciſcunt ſibi multos amicos, obſequuntur que voluntati, ac ſtudijs omnium, non videntur amici eſſe alicui eorum, niſi, vt loquitur, πολιτικῶς, ideſt more loquendi frequentato vulgo, ac populariter: notos enim paene cunctos, & quibus opera ſua aliquid beneficij dederunt, vocare ſolent amicos. Hos aūt commemorat Ariſtoteles ἀρέσκους aetate ſua a Graecis ſolitos appellari.

Πολιτικῶς μὲν οὖν ἔστι πολλοῖς εἶναι φίλον, καὶ μὴ ἄρεσκον ὄντα, ἀλλ᾽ ὡς ἀληθῶς ἐπιεικῆ: διʼ ἀρετὴν δὲ καὶ διʼ ἑαυτοὺς, οὐκ ἔστι πρὸς πολλούς: ἀγαπητὸν δὲ καὶ ὀλίγους εὑρεῖν τοιούτους.

Vt mos eſt igitur loquendi in ciuitatibus, multis amicum eſſe licet alicui, & ſi blandus non eſt, ſed verè probus vir: ob virtutem autem, & per ſe, non manet amicitia erga multos: contenti autem hoc eſſe debemus, ſi nacti fuerimus paucos tales.

DECERNIT auctor, ſtatuitque, qnid ſequendum nobis in hoc ſit: affirmatque populariter licere quemlibet amicum eſſe multis, quamuis etiam factus natura, moribuſque non ſit ad placendum omnibus, dummodo ſit vir probus, ac moderatus; virtute autem, & per ſemet ipſos, nullo pacto impetrari poſſe, vt aliquis huiuſcemodi multos habeat: cum gaudere oporteat,

teat, eximiumque bonum ſe exiſtimare adeptum eum, qui paucos etiam tales nactus fuerit: ſtudioque omni ſuo repererit. In VII. quoque de moribus ad Eudemum, quo in libro diligenter copioſeque diſſeruit Ariſtoteles de amicitia, poſuit hanc quaeſtionem, diſputans de ipſa in vtramque partem: docuit enim ambas has ſententias, contrarias inter ſe, veras eſſe, ſiquis ipſas capiat, vt accipi debent, non ſimpliciter verba ſequatur: recte namque dictum eſſe, operam dandam ab hominibus, vt adipiſcantur multos amicos, idque etiam a Dijs precibus petendum. Simulque itidem rectum eſſe dicere, nullum amicum ei eſſe, cui multi amici ſunt. Quomodo vtrumque defendatur, vacuumque ab errore ſit, ipſe illic declarat, quod ſedulo etiam fecit in IX. horum de moribus librorum, quos miſit ad Nicomachum filium: Nactus igitur ego occaſionem hanc, locum reſtituere volo in libello Diogenis Laërtij, quo ſcripſit vitam Ariſtotelis: in extremo enim eius partis, qua commemorauit voces, & prudentes & acutas Ariſtotelis, tradit, Phanorinum philoſophum memoriae mandaſſe, alteram ſuperiorum ſententiarum, ſolitum inquam, Ariſtotelem in ore habere, quae eſt ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος: mācus enim eſt locus, legiq; omnino debet, ᾧ πολλοὶ φίλοι, οὐδεὶς φίλος: apud Ariſtotelē vero omnibus in libris ita legitur totus locus. καὶ τὸ ζητεῖν ἡμῖν, καὶ εὔχεσθαι πολλοὺς φίλους: ἅμα δὲ λέγειν, ὡς οὐδεὶς φίλος, ᾧ πολλοὶ φίλοι: ἄμφω λέγεται ὀρθῶς, & quae ſequuntur.

Πότερον δὲ ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ ἢ ἐν ἀτυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται: οἵτε γὰρ ἀτυχοῦντες, δέονται ἐπικουρίας: οἵτε εὐτυχοῦντες, συμβίων, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσιν: βούλονται γὰρ εὖ δρᾶν.

Vtrum autem in bonis rebus, ſiue in malis magis opus eſt amicis? ambobus enim temporibus requiruntur amici; qui enim aduerſa fortuna vtuntur, opera aliena egent: & quorum res ſecundae ſunt, egent conuictoribus, & aliquibus, quibus bene faciant: tenentur enim deſiderio iuuandi.

Solvta ſuperiore quaeſtione, adfert aliud, quod & ipſum non omnino planum erat, & de quo ambigi, diſceptariq; ab aliquibus ſolitum erat. Eſt autem illud: Vtrum in rebus valde bonis & ſecundis magis opus ſit amicis, ſiue in admodum malis & aduerſis: nam ambobus contrarijs inter ſe temporibus, illi merito requiruntur, diſſimilibus tamen de cauſis, quod ſtatim ipſe docet fieri: qui enim inquit, premuntur rebus aduerſis, praeſidio egent, opeque alicuius, qui ipſos eripiat ex illis malis: fortunati vero viri hominibus egent, qui vna cum ipſis viuant: vnus autem iam hic fructus eſt, qui ab ipſis capitur ex amicis: alter vero, quod egent aliquibus, in quos beneficia conferant: tenentur enim inquit deſiderio magno iuuandi mortales, cuius rei praeſtandae ſe facultatem magnā habere intelligunt.

Ἀναγκαιότερον μὲν γὰρ δὴ ἐν ταῖς ἀτυχίαις: διὸ τῶν χρησίμων ἐνταῦθα δεῖ: κάλλιον δ᾽ ἐν ταῖς εὐτυχίαις: διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι: τούτους γὰρ αἱρετώτερον εὐεργετεῖν: καὶ μετὰ τούτων διάγειν: ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῶν φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις, καὶ ἀτυχίαις: κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι, συναλγούντων τῶν φίλων.

Magis igitur neceſſarium eſt in rebus aduerſis: qua de cauſa hic amicis opus eſt, qui emolumento eſſe poſſint: pulchrius autem in ſecundis; quare probos viros inquirunt: in hos enim beneficium conferre magis expetendum eſt, & cum his vitam degere: eſt enim hic aduentus amicorum iucundus, & in bonis rebus, & in malis: alleuantur enim, qui maerent, cum vident vna ſecum dolere amicos.

Cvm oſtendiſſet iam, de quo tamen non ambigebatur, quamuis dignum dubitatione foret, accommodatos eſſe ambobus, contrarijs valde inter ſe ſtatibus, amicos: addidiſſetque cuius potiſſimum generis, & his, & illis idonei, opportunique forent, ſignificat nunc, quid diſcriminis ſit inter vtrumque tempus: docetque munitum eſſe amicis, magis neceſſarium eſſe in duris, anguſtiſque ſuis rebus, quare inquit, requiruntur tunc, qui vtiles poſſint eſſe; operaque ac ſtudio ſuo ſubleuare ipſos. Contra autem inquit, pulchrius eſt, magiſque ho-

neſtum ornatum eſſe amicis in rebus bonis, ac proſperis: vnde inquit, conſuetudo eſt fortunatorum virorum, qui recte ſuis bonis, & cum laude vtantur, ſtudioſe conquirere probos, & honeſtos viros, quos prope ſe habeant, cum optandum ſit, magiſque expetendum, in hos beneficium conferre, familiariterque cum ipſis viuere, quam cum vulgaribus, & nulla laude commendatis. Vt autem, qui malis grauantur, ſi volunt depellere a ſe pericula & incommoda, confugere ſolent ad locupletes & opulentos, & illorum opem implorare; quod magis neceſſarium eſt, quam honeſtum, ita beati viri, & referti bonis, plenam dignitatis rem gerunt, opitulantes miſeris. Adiungit autem, aduentum, praeſentiamque amicorum, quam dixit, iucundam eſſe ambobus, ideſt & fortunatis hominibus, & miſeris: leuantur enim inquit, qui dolent & anguntur, cum vident, quos amicorum loco habent, verſari in dolore propter ſua mala.

Διὸ κἂν ἀπορήσειέ τις, πότερον ὥσπερ βάρους μεταλαμβάνουσιν, ἢ τοῦτο μὲν οὔ: ἡ παρουσία δ' αὐτῶν, ἡδεῖα οὖσα, καὶ ἡ ἔννοια τοῦ συναλγεῖν, ἐλάττω τὴν λύπην ποιεῖ: εἰ μὲν οὖν διὰ ταῦτα, ἢ δι' ἄλλο τι κουφίζονται, ἀφείσθω: συμβαίνειν δ' οὖν φαίνεται τὸ λεχθέν.

Quapropter dubitaret aliquis, vtrum tamquam oneris partem in ſe ſuſcipiunt amici, an hoc quidem minime: aduentus enim ipſorum, qui iucundus eſt, & cogitatio, quod illi ſecum dolent; minorem dolorem eum facit: ſi igitur ob has res, ſiue ob aliud quippiam leuantur, dimittatur: vſu autem venire, quod dictum eſt, profecto perſpicitur.

CVM dixiſſet, leuari eos, qui dolent ob aduerſas ſuas res, cum vident amicos vna ſecum ſentire moleſtiam, angique ob ſua grauia mala, venit ipſi in mentem fieri poſſe, vt aliquis quaerat, quomodo id fiat: vndeque leuamen illud exoriatur, vtrum quod amici ſocios ſe praebent ad ferendum, tamquam onus illud, quo ipſi ſoli valde antea premebantur, atque ita minuunt aegritudinem ipſorum: hoc enim vſu venire in onere, pondereque omni portando, apertum eſt, vt, quod vnus ſuſtinere non valet, duo paruo labore gerant; Statim autem oſtendit, ſibi hoc non probari; ortumque alium monſtrat huius leuaminis: inquit enim, aduentum, praeſentiamque amicorum, quae ſuauis, iucundaque eſt: & praeterea cogitationem, ſenſumque, qui exiſtit eo tempore in animo ipſorum ob officium illud humanum proborum virorum, efficere aegritudinem eorum minorem; atque ita ipſos leuari: ſed tamen in ſubtilius indaganda cauſa huius boni ſignificat, ſe nolle nunc occupari, quin certe contingat id, quod dixit, extenueturque valde moleſtia laborantium, dubitari non poſſe, ait. Quod inquit, videndum, an qui praeſto ſunt amicis in malis ipſorum rebus, leuent eorum incommoda officio hoc ſuo, illius tamquam oneris partem in ſe transferentes, quod tamen ipſi non valde placet: vſuſque ſit nomine veri oneris, dicens, τοῦ βάρους: cum Xenophon quoque in II. libro ἀπομνημονευμάτων faciat Socratem mederi volentem aegritudini Ariſtarchi, accuſantemque illum, quod non aperiat amicis ſuum vulnus, cum oporteat hominem, cui hoc contigerit, imponere partem ſui oneris amicis, eodem nomine vtatur; inquit enim, tali tempore oportere τοῦ βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις: videndum inquam, an noſter hic auctor locum illum ſignificare voluerit, & ideo vt alienam opinionem, & ſi ſatis acutam, non approbarit.

Ἔοικε δ' ἡ παρουσία μικτή τις αὐτῶν εἶναι: αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ὁρᾶν τοὺς φίλους, ἡδύ: ἄλλως τε καὶ ἀτυχοῦντι, καὶ γίνεταί τις ἐπικουρία πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι: παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος: οἶδε γὰρ τὸ ἦθος καὶ ἐφ' οἷς ἥδεται, καὶ λυπεῖται: τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι ἐπὶ ταῖς αὐτοῦ ἀτυχίαις, λυπηρόν: πᾶς γὰρ φεύγει, λύπης αἴτιος εἶναι τοῖς φίλοις.

Videtur autem aduentus ipſorum, mixta quaedam res eſſe: cernere enim amicos, iucundum quiddam eſt; praeſertim miſero homini, & proficiſcitur inde adiumenti quippiam ad tollendum dolorem: amicus enim habet in ſe quid-

dam

dam factum ad conſolandum, & aſpectu, & oratione, ſi fuerit dexter, & acutus vir: nouit enim mores amici, & quibus rebus oblectatur, & angitur: ſentire autem, amicum ob res ſuas aduerſas dolorem capere, triſte eſt: omnis enim mortalis fugit, ſe cauſam doloris eſſe amicis.

Aperit, quod acumine ingenij ſui videbat, in hac re vſu venire, vt hac quoque animaduerſione nos iuuet: inquit enim, videri aduentum amicorum eſſe mixtum; nec pura, liquidaque voluptate afficere eum, quem praeſentia ſua conſolatum veniunt: capere enim profecto mortalem omnem, voluptatem non paruam ex aſpectu amicorum: praeſertim autem eum, qui angitur, conflictaturque re aliqua aduerſa: exoriturque adminiculi aliquid in ipſo ad leuandum dolorem ſuum: vim enim habet amicus, conſolandi amicum, oppreſſum malis, factuſque videtur ad eam rem; id quod praeſtat duobus modis, aſpectu inquam ſuo, & oratione, ſi fuerit oatura, vſuque ad hoc paratus: oouit enim indolem, moreſque amici, nec fallit ipſum, quibus rebus ille laetarur ac dolet; contra autem inquit, ſentire, amicum dolere, triſtemque fieri ob ſua mala, moleſtum, odioſumque eſt oppreſſo malis: cuncti enim mortales, ait, fugiunt, vitantque, ſe cauſam eſſe aegritudinis, & angoris ijs, quos diligunt; quoſque amicorum loco habent. Declarauit igitur, quid ſignificare voluerit, cum dixit, aduentum amicorum eo tempore eſſe mixtum: nec gignere miſeris liquidam voluptatem: vt enim illi gaudent, aſpicientes ipſos ad ſe veniſſe conſolandi cauſa, ita dolent, cum aſpiciunt eos maeſtos ob ſua incommoda: oppoſitum profecto eſt, quod nunc ait λυπηρὸν, triſteque ſuperiori illi, ἡδύ, ac iucundo.

Διόπερ οἱ μὲν ἀνδρώδεις τὴν φύσιν εὐλαβοῦνται συλλυπεῖσθαι τοὺς φίλους αὐτοῖς, κἂν μὴ ὑπερτείνῃ τῇ ἀλυπίᾳ, τὴν ἐκείνοις γενομένην λύπην, οὐχ ὑπομένει: ὅλως τε συνθρηνοῦντας οὐ προσίεται, διὰ τὸ μηδ' αὐτὸς εἶναι θρηνητικός: γύναια δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες, τοῖς συστενάζουσι χαίρουσι: καὶ φιλοῦσιν ὡς φίλους, καὶ συναλγοῦντας: μιμεῖσθαι δ' ἐν ἅπασι δεῖ, δηλονότι τὸν βελτίω.

Quapropter virilis animi homines cauent ob ſuas res malas capere dolorem amicos: ac niſi magno interuallo ſuperauerit ſua indolentia dolorem, qui naſci poſſit in ipſis, nullo pacto fert: demumque qui ſecum lamententur, non recipit; quia ipſe non eſt pronus ad lamentandum: feminae autem, & pares mulieribus viri laetantur ijs omnibus, qui ſecum deflent aduerſos ſuos caſus, & diligunt ipſos, tamquam amicos, & qui ſecum ex animo doleant: exprimere autem oportet cunctis in rebus meliorem, de quo nihil dubij eſſe debet in animis noſtris.

Valde cupidus erudiendi nos amantiſſimus magiſter, hoc etiam admonet, quod fieri nouerat, intelligebatque, non parum valere ad ſententiam ſuam confirmandam. Homines virilis ingenij, forteſque, cauere, ſe cauſam eſſe amicis, vt doleant ob ſua mala, tegereque ipſos incommodum, quod acceperunt, niſi forte inquit, huiuſcemodi aliquis ſit, qui vincat, ſuperetque indolentia illa ſua, qua praeditus eſt, dolorem ac moleſtiam, quae exiſteret in ipſis, ſi aſpexerint amicos rebus aſperis, aduerſiſque conflictari, vt quemadmodum ipſe reſiſtit dolori proprio, ita etiam parui ducat ſe doloré inurere amico, putans eum ferre debere, cum minor ille ſit. Hunc opinor ſeoſum eſſe huius loci. Non me fallit, autem interpretes longe aliter locum accepiſſe, qui vt plures ſunt, ita etiam varios ſenſus inde eruerunt. Vt autem quod ſentiam de opinionibus quorundam eorum libere loquar, primum Euſtratij ſententiam, nullam in partem probo, vt ἀλυπία hoc loco valeat idem, quod valet ingens aegritudo ac dolor: cum enim frequens hoc nomen ſit in omni diſputatione, quae eſt de finibus, nemo vmquam cepit ipſum hoc pacto; notioque ipſius plana, & aperta eſt. Nec tamen puto, quod voluerunt non nulli, hoc fieri, quia magni animi viri ſimulent ſe non dolere: alienum enim hoc eſſet, ſimulare inquam, ac fingere, a natura, indoleque ipſorum, ne querantur, doleantque praeſentibus illis, ſed radix, niſi fallor, huius rei, origoque eſt, quod exiſtimant aliquo modo illos ſimilitudinis aliquid ſecum habere: nec penitus ignauiter laturos eam auditionem. Adiungit autem, in vniuerſum omnem hanc caliginem

diſcutere

diſcutere volens, vere virum, fortemque hominem, non libenter videre: neque ad ſe pati accedere querulos homines, pronoſque ad deflenda, lamentandaque mala: atque id, quia ipſe non eſt ingenio talis, procliuiſque ad lacrimas: mulierculas enim, & viros, feminis pares inquit eſſe, qui gaudeant aliquibus vna ſecum plorantibus, ac gemitus edentibus: ſolereque ipſos diligere tales, tamquam amicos, & qui vere, & ex animo doleant: cum tamen id illi faciant, vt ſeruiant eorum temporibus, ſiue quia proni ſunt ad fletum: aliud enim eſt συστενάζειν, & quod ipſum exprimit Latinum verbum, ingemiſcere; & aliud συναλγεῖν: indicat enim hoc, ipſos non fingere, ſed vere vna ſecum dolere: quare adiungit auctor, quod ſit officium grauis viri, ſignificans, oportere nos imitari, & factis omnibus noſtris exprimere meliorem virum, ac perfectiorem, non deteriorem. Ennius, qui in ſepulchro ſuo inſcribi voluit. Nemo me lacrimis decoret: aperte intelligitur huiuſcemodi fletus, gemituſque repudiaſſe, non tamen videtur feciſſe, vt ſpernens inanem gloriam, ſed quia putabat, ſe veriorem, certioremque viam inueniſſe adipiſcendae ſummae laudis. Sapho quoque, magni ingenij mulier, cum moreretur, vetuit filiam lugere eodem conſilio: inquit enim, Οὐ γὰρ θέμις ἐν μουσοπόλων οἰκίᾳ θρῆνον εἶναι, οὐκ ἄμμι πρέπει τάδε.

Ἡ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις τῶν φίλων παρουσία τήν τε διαγωγὴν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ τὴν ἔννοιαν, ὅτι ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς.

Aduentus autem amicorum in rebus ſecundis continet in ſe conſuetudinem vitae iucundam, & cogitationem in animo ſuo, quod illi laetitia afficiuntur ob ſua bona.

Videt primum ſecum philoſophus, quid adferat nobis in ſecundis noſtris rebus & ad voluntatem fluentibus, aduentus amicorum: oſtenditque gignere ipſum, atque efficere vitam noſtram iucundam, plenamque ſuauitatis: Inſerereque praeterea in animum noſtrum cogitationem de amore ipſorum erga nos & voluptatem, quam capiunt ob noſtra bona: ſtatimque elicit ex hac animaduerſione, quomodo nos hoc tempore gerere debeamus, & quae ſint partes honeſti viri.

Διὸ δόξειεν ἂν δεῖν, εἰς μὲν τὰς εὐτυχίας καλεῖν τοὺς φίλους, προθύμως· εὐεργετικὸν γὰρ εἶναι, καλόν· εἰς δὲ τὰς ἀτυχίας, ὀκνοῦντα· μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν· ὅθεν τὸ, ἅλις ἐγὼ δυστυχῶν· μάλιστα δὲ παρακλητέον, ὅταν μέλλωσιν ὀλίγα ὀχληθέντες, μεγάλα αὐτὸν ὠφελήσειν.

Quapropter videretur oportere, ad res ſecundas vocare amicos libere, atque alacri animo: pulchrum enim eſt, paratum, promptumque eſſe ad beneficia in alios conferenda: ad res autem aduerſas, cunctanter, & timide: conferre enim in alios partem ſuorum incommodorum quam minime decet, vnde illud. Satis eſt me miſerum eſſe: maxime autem licet tunc eos ad ſe vocare, cum paruis illi moleſtijs ſuſceptis, magnopere ipſum iuuare potuerint.

Praecipit autem, vt in bonis noſtris rebus vocemus ad nos amicos libere, prompteq;: cuius conſilij cauſam hanc adfert: quia pulchrum eſt, dignitatiſque plenum, oſtendere ſe promptum, paratumq; eſſe ad iuuandos mortales; in malis autem ipſis & aduerſis, pigre, & timide; quia minime decet participem aliquem facere ſuorum incommodorum, & cum aliter facere poſſumus, non debemus imponere ipſis aliquid oneris, quod declarare narrat vocem miſeri hominis, qui conſtitutus in grauibus malis, noluit implorare opem amicorum: dixitque apud tragicum, ſatis ſuperque eſſe, ſe miſerum ac calamitoſum eſſe: Et tamen tempus oſtendit Ariſtoteles, cum poſſunt liberius hoc, totinſque facere, grauati malis; quando inquit, valuerint amici ſine ſuo magno labore, ac moleſtia multum prodeſſe amico. Similis autem valde loco huic eſt veteris tragici, quod ad ſententiam facit, locus itidem Sophoclis e fabula, cuius index eſt Oedipus Tyrannus: ita enim apud eum loquitur Iocaſta, oppreſſa graui malo: ἅλις γὰρ οὖν ἔχω.

Γοῖαι

Ἰέναι δὲ ἀνάπαλιν ἴσως ἁρμόζει, πρὸς μὲν τοὺς ἀτυχοῦντας, ἄκλητον, καὶ προθύμως· φίλου γὰρ εὖ ποιεῖν, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν χρείᾳ· καὶ τὸ, μὴ ἀξιώσαντας· ἀμφοῖν γὰρ κάλλιον, καὶ ἥδιον.

Contra autem fortaſſe accedere conuenit ad eos, quorum res malae, aduerſaeq́ ſunt, non vocatum, & prompto animo: cum amici officium ſit, prodeſſe amicis, & maxime illis, qui egent aliena ope, & non poſcant ipſam: neque ſupplices ſint: ambobus enim hoc honeſtius eſt, & iucundius.

Admonet nunc, quae ſint amici partes in ſubleuando amico, rebus malis conflictato, quod documentum aptum eſt e ſuperiore propinquo, atque inquit, decere fortaſſe contra ſe gerere eo tempore: ideſt, non oportere expectare, vt rogeris, ſed innocatum eo accedere: operamque tuam polliceri, ac cuncta alacriter adminiſtrare, quae ſtatus eius grauis requirit. Huius autem praecepti ſui cauſam ſtatim adfert, ac veram quidem illam, & certam, quae eſt; proprium amici eſſe, iuuare amicos, & cum ſedulo ſemper hoc moliri opus ſit, praeſertim in hoc incumbere decet, cum valde illi laborant, nec opem tuam implorant: ita enim inquit, erit hoc ambobus magis honeſtum magiſque iucundum, & illis inquam, qui beneficium dant, & illis, qui accipiunt: nam ſubleuare amicum, depellereque ab eo malum, non rogatum, declarat egregiam quandam bonitatem: maioremque inde voluptatem capit, qui ſubleuatur, ſi eripitur e malis rebus ab amico, antequam cogatur ipſi ſupplicare.

Εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας, συνεργοῦντα μὲν, προθύμως· καὶ γὰρ εἰς ταῦτα χρεία φίλων· πρὸς εὐπάθειαν δὲ, σχολαίως· οὐ γὰρ καλὸν, τὸ προθυμεῖσθαι ὠφελεῖσθαι· δόξαν δ' ἀηδίας ἐν τῷ διωθεῖσθαι ἴσως εὐλαβητέον· ἐνίοτε γὰρ συμβαίνει. ἡ παρουσία δὴ τῶν φίλων ἐν ἅπασι αἱρετὴν φαίνεται.

Ad res autem ſecundas, conſilio ac voluntate facta illa adiuuandi prompto animo: ad has enim res requiritur opera amicorum, ad boni autem aliquid inde capiendum, lente, ac cunctanter: non enim habet in ſe dignitatis aliquid, flagitare, vt iuueris: ſed tamen in opinionem cadere, repudiando benignitatem amicorum, ne agreſtis habeare, fortaſſe cauendum eſt: interdum enim hoc vſu venit. Aduentus igitur amicorum omnibus temporibus expetendus eſt.

Instruit eundem, docetque, quomodo ſe ille gerere debeat contrario tempore, ideſt in rebus proſperis amicorum: neque enim ſemper decet, ipſum eo ſe conferre libere atque audacter, videndumque putat animum ipſius, & quo conſilio amicum viſet; partiturque demum officium eius: Si namque inquit, eo accedit, vt opera ſtudioque ſuo amicum iuuet, reſque ipſius ſecundas tueatur, aut augeat, alacri animo hoc facere debet, abiectaque omni cunctatione: opus namque inquit, eſt amicis ad ſtudia illorum adiuuanda: auxiliumque ipſis ferendum ad ea, quae volunt facile peragenda: contra autem ad res ſuas meliores reddendas, boniq; aliquid inde accipiendum, pigre, ac timide; cuius cunctationis cauſam eſſe debere dicit, quia nihil dignitatis in ſe habet, valde promptum eſſe ad opem petendam ab amicis, vtilitatiſque aliquid inde extorquendum. Cogitans tamen inueniri non nullos liberales, benignoſque viros, qui libenter beneficia conferunt in eos, quos putant dignos ſua liberalitate, cauēdum eſſe inquit, ne, dum reijcimus ipſorum munera, nec patimur, nos ab illis ornari, offendamus apud ipſos: exiſtimemurq; eſſe duri homines, & iniucundi: hoc enim affirmat auctor aliquando vſu venire, cuius ſententiae ſuae, animaduerſioniſque acutae, valde clarum exemplum eſt, quod commemorat M. Cicero de quinquaginta talentis miſſis ab Alexādro Xenocrati, quam ingentem pecuniam cum philoſophus ille repudiaſſet, vidiſſetque legatos Macedonas triſtiores factos, dicit, ipſum, ne aſpernari regis liberalitatem videretur, XXX. minas accepiſſe, atque ita & culpam illam aufugiſſe, & philoſophi animum retinuiſſe, in contemnendis diuitijs. Adiunxit autem praeceptot bonus ac diligens,

diligens, concludens rationem omnem; accuratamque diſputationem, intelligi plane poſſe, aduentum amicorum praeſentiamque omni tempore expetendam eſſe, fructumque non paruum ferre.

Ἆρ' οὖν, ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι, καὶ μᾶλλον αἱροῦνται ταύτην τὴν αἴσθησιν ἢ τὰς ἄλλας, ὡς κατὰ ταύτην μάλιστα τοῦ ἔρωτος ὄντος καὶ γινομένου, οὕτω καὶ τοῖς φίλοις, αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν: κοινωνία γὰρ ἡ φιλία.

Numquid igitur, veluti hiis, qui amore inflammati ſunt, inſpicere amores ſuos, res eſt, quae maxime capit animos ipſorum: magiſq. hi optant hunc ſenſum, quam alios, tamquam in hoc maxime maneat amor, & hinc exoriatur, ſic & amicis, maxime expetendum eſt vna viuere: communio enim quaedam eſt amicitia.

Non dubitat auctor, quin in amicitia vera, perfectaque exiſtat quiddam, quod ſit maxime expetendum: in omni namque re; munereque obeundo, vſu venire hoc apertum eſt, vt illic reperiatur aliquid, quod ad ſummum peruenerit, abſolutumque ſit; ſed quaerit, quidnam potiſſimum ſit hoc, quod tantopere capit animos hominum ac delectat: auxilio igitur ſimilis hoc indagare inſtituit: videndumque putat, an idem in hoc contingat, quod in amore tenero, ac molli contingit, vt quod illic ſeruatur, idem etiam hic locum habeat: in eo enim certe nihil amabilius eſt amantibus, quam cernere, aſpicereque oculis delicias & amores ſuos: anteponuntque hunc ceteris ſenſibus, & cum fruuntur ipſo contenti ſunt, nihilque amplius optant, cuius etiam ſummae ipſorum voluptatis cauſas adfert, dicens, id fieri, quia maxime manet in hoc amor, fonſque atque ortus ipſius inde eſt, quod etiam peruulgata elegantique Graeca voce ferebatur, quae erat ἐκ τοῦ ὁρᾶν, γίνεται τὸ ἐρᾶν; cuius ſententia eſt, videndo conflari amorem: in verbis tamen lepos concinnitaſque nulla: quare, vt dixi, videndum eſt, an idem etiam in amicitia verum ſit, vt vtriuis maxime expetendum, carumque ſit, vna viuere, cum amicitia communio ſit: qui ſeorſum autem viuunt, nec ſimul verſantur, non poſſunt exiſtimari participes eſſe omnium rerum: hoc autem primum argumentum eſt, quo ſententiam ſuam comprobat. De omni autem hac vi, & poteſtate oculorum diſſeruit erudite Plutarchus VII. capite V. libri συμποσιακῶν, cuius index eſt de his, qui feruntur faſcinare: in quo etiam conuenit ipſi cum doctore noſtro: nullo alio ſenſu tantopere affici, inflammarique amantes, quantopere aſpectu formoſarum illarum perſonarum, quas amare inceperint, ſiue attingant illas, ſiue loquentes audiant; quippe cum ex oculis ipſarum in eos cadat quiddam, ſiue lux illud ſit, ſiue liquor, qui maceret, ac liquefacit ipſos, infuſa eo voluptate mixta cum dolore, quam vt narrat, ipſi vocat, γλυκύπικρον, nomine iuncto e dulcedine, atque amarore, contrarijs inter ſe rebus; quod expreſſit Ca-
» tullus, qui de Venere ita locutus eſt. Quae dulcem curis miſcet amaritiem.

Καὶ ὡς πρὸς ἑαυτὸν ἔχει, οὕτω καὶ πρὸς τὸν φίλον: περὶ αὑτὸν δὲ ἡ αἴσθησις, ὅτι ἔστιν αἱρετή: καὶ περὶ τὸν φίλον δή; ἡ δ' ἐνέργεια γίνεται αὐτοῖς ἐν τῷ συζῆν; ὥστ' εἰκότως τούτου ἐφίενται.

Et veluti erga ſemet ipſum, ita erga amicum animatus eſt: circa ſemet ipſum autem ſenſus, quod ſcilicet ſit, expetendus eſt: & circa amicum igitur: functio autem ipſius eſt in vna viuendo: quare merito hoc appetunt.

Et praeterea inquit, quia vt vnuſquiſque affectus erga ſemet ipſum eſt, ita quoque erga amicum: circa ſemet ipſum vero ſentire ſe eſſe, expetendum in primis eſt: quapropter ait, & circa amicum idem vſu veniet, vt tunc maxime gaudeat: totoque animo hoc prius expetat, cum ſentit amicum eſſe: ſentit autem plane hoc, cum viuit cum eo familiariter, verſeturque cum ipſo in aliquo facto. Tertium autem eſt, quod idem confirmat: cum enim proprium amicorum ſit, vt ſemper aliquid communi animo gerant; non poſſent commode hoc efficere, ſi ſeiuncti loco forent; hi namque ſimul aliquid recte adminiſtrant, qui vna viuunt: Quapropter inquit merito cupidi huius rei ſunt.

Καὶ

Καὶ ὅ ποτέ ἐστιν ἑκάστοις τὸ εἶναι, ἢ οὗ χάριν αἱροῦνται τὸ ζῆν, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν φίλων βούλονται διάγειν: διόπερ οἱ μὲν, συμπίνουσιν: οἱ δὲ, συγκυβεύουσιν: ἄλλοι δὲ καὶ συγγυμνάζονται, καὶ συγκυνηγοῦσιν, ἢ συμφιλοσοφοῦσιν: ἕκαστοι δ' ἐν τούτῳ συνημερεύοντες, ὅ, τι περ μάλιστα ἀγαπῶσι τῶν ἐν τῷ βίῳ: συζῆν γὰρ βουλόμενοι μετὰ τῶν φίλων, ταῦτα ποιοῦσι, καὶ τούτων κοινωνοῦσιν, οἷς οἴονται συζῆν.

Et qualis qualiſve eſt ſingularum ſtatus, & cuius gratia optant viuere, in hoc cum amicis volunt vitam degere; quapropter hi quidem, ſimul potant: hi autem, teſſeris ſimul cum ipſis ludunt: alij vero, ſimul corpus exercent, ſimulq́; venantur, aut philoſophantur: ſinguli autem in hoc diem conſumentes; quodcumque maxime in vita adamarint: cum enim velint vna viuere cum amicis, haec faciunt, hiſque rebus communicant, quibus putarint, ſe poſſe vna cum ipſis viuere.

CVM autem varia ſint hominum deſideria, nec parum inter ſe diſcrepantia, illud ipſum, in quo quaſi ſtatus eorum eſt: cuiuſque fruendi cauſa, ita caram habent vitam, vt, ſi ipſis eo interdictum foret, nollent viuere; in hoc ipſo tractando, coleudoque, cum amicis verſari volunt, quod auctor, poſitis exemplis diuerſorum ſtudiorum, verum eſſe probat, quae ſcilicet cauſa eſt inquit, vt hi ſimul potent; hi vero ſimul alea ludant; alij vero corpus ſimul exerceant, & non nulli quoque ſimul venentur, ſimulque ſapientiae ſtudia colant: alij ſinguli, inquit auctor, mortales, totos dies ſimul tereutes in hoc, quod maxime, & ſupra cetera omnia diligunt: inceuſi enim ait cupiditate vna viuendi cum amicis, haec ipſa gerunt, quae intelligunt, non alieua eſſe ab animo eorum: ipſique ſocios ſe praebent amicis ad ſtudia eorum aemulanda, cunctaque gerenda, quae arbitrantur vim eam habere: praeſtareque poſſe, vt vna viuant. Comicus Latinus, qui eximie mores hominum vidit ac pinxit, tetigit quoque & ipſe diuerſa haec ſtudia mortalium, quorum ſingulis certi quidam, vt philoſophus noſter commemorat, ita dediti ſunt, vt ſine illis vitam eſſe iniucundam putent: loquebatur tamen ille eo loco de adoleſcentibus; locus autem ita notus eſt, vt transferri huc videatur non debere.

Γίνεται οὖν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία, μοχθηρά: κοινωνοῦσι γὰρ φαύλων, ἀβέβαιοι ὄντες: καὶ μοχθηροὶ δὲ γίνονται, ὁμοιούμενοι ἀλλήλοις.

Efficitur igitur amicitia malorum, praua: communicant enim inter ſe rebus malis, inſtabiles exiſtentes, & praui vtique fiunt, ſimiles ſemet ipſis redditi.

PRAETER quam quod hoc, quod adiungit modo, elicitur e ſuperioribus ſententijs: planeque intelligitur, verum eſſe, perſpicitur etiam magnopere conuenire officio philoſophi, qui ſuſcepit hanc curam, vt diſſereret de rebus bonis ac malis, omnemque vim virtutum ac vitiorum explanaret, & emendaret vitam hominum ac perpoliret; in extremo opere hortari ad conſuetudinem improborum declinandam: bonorum autem perſequendam, ſignificans, quantam vim habeat ad vtrumque horum, conuictus & familiaritas, atque id duobus modis: geminum enim ortum monſtrat & prauitatis, & bonitatis amplificandae: naturam enim minime proborum hominum, pronorumque ad vitia, vna viuendo cum ſibi ſimilibus fieri dicit prauam & affinem omni culpae: cuius rei rationem eſſe inquit, quod communicant inter ſe rebus malis, cum inſtabiles ſint, infirmique in ſpecie illa tenui, leuique virtutis tuenda, quae in ipſis eſt: & praeterea quia praui fiunt cum conſuetudine prauitatum.

Ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν ἐπιεικής, συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις: δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίους γίνεσθαι ἐνεργοῦντες, καὶ διορθοῦντες ἀλλήλους: ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων, οἷς ἀρέσκονται: ὅθεν: Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλά. Περὶ μὲν οὖν φιλίας, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω, ἑπόμενον δ' ἂν εἴη διελθεῖν περὶ ἡδονῆς.

Probo-

Proborum autem virorum amicitia proba, cum augeatur congreſſibus, & conſuetudinibus: videntur autem meliores fieri, munera obeuntes, ſeque mutuo „ corrigentes: exprimunt enim, vnus ab altero ea, quibus oblectantur, vnde. „ A probis autem proba. De Amicitia hactenus dictum ſit: videtur autem ſequi de voluptate diſſerere.

Contra autem inqnit conſuetido proborum, familiaritaſque proba eſt, quae ſimul augetur, creſcitque cum auctis conſuetudinibus: praeterea inquit, qui ſecundus ortus eſt probitatis ac virtutis; videntur probi, moderatique viri meliores fieri, dum ſimul aliquid gerunt ac moliuntur, corriguntque ſe mutuo atque emendant, ſi qua forte in re alteruter eorum lapſus fuerit; nec valuerit exquiſite praeſtare, quod opus erat: exprimunt enim addit, atque affingunt alter ab altero ea, quae placent ipſis, grataque ſunt animo eorum; quod praecepiſſe etiam docet veterem poëtam, & qui multis optimis ſententijs vitam, & mores hominum perpoliuit: is autem fuit Theognis, cuius prima verba hic ponit, ſuppreſſo nomine auctoris, ſupra hoc ipſo in libro, vt illic admonui, nominat poëtam: ſignificatque documentum idem: nec tamen partem vllam ipſius adponit, Plato in ſermone, cuius index eſt, Menon, ambos Theognidis verſus poſuit, quibus complexus eſt hanc ſententiam: granem autem illam eſſe, & magnopere vtilem vitae: praeter quam quod per ſe facile intelligitur, auctoritate etiam maximorum horum philoſophorum confirmatur.

PETRI VICTORII COMMENTARII

IN X. LIBRVM ARISTOTELIS

De moribus ad Nicomachum.

ΜΕΤΑ' δὲ ταῦτα περὶ ἡδονῆς ἴσως ἕπεται διελθεῖν: μάλιστα γὰρ δοκεῖ συνῳκειῶσθαι τῷ γένει ἡμῶν. διὸ παιδεύουσι τοὺς νέους, οἰακίζοντες ἡδονῇ, καὶ λύπῃ.

POST haec autem de voluptate fortaſſe ſequitur, vt diſſeramus: maxime enim videtur eſſe propria, accommodataq; generi noſtro. Quapropter erudiunt adoleſcentes, gubernantes illos voluptate, & dolore.

CVNCTIS iam accurate expoſitis, quae requirebantur ad plenam, exquiſitamque de moribus inſtitutionem, optimamque vitae diſciplinam, reſtabat docere, cuiuſmodi foret finis, extremumque huius ſcriptionis, qui eſt beatitudo, & in quibus rebus ipſa maneret. Feſtinar igitur hoc declarare, & ſummam manum huic operi imponere, quo nullum honeſtius, praeſtantiuſque ſit, & vnde maiores fructus ab hominibus capiantur; Antequam tamen de vita beata diſſerere incipiar, exiſtimauit alienum non eſſe, iterum de voluptate diſputare, alio conſilio, ac fecit in poſteriore parte ſeptimi horum librorum; illic enim, cum multa prius tradidiſſet de continentia atque incontinentia, non nulliſque alijs habitibus, qui valde iuncti ſunt cum voluptate: in quibuſque crebra mentio ipſius facta erat, putauit ſe committere non deberr, quin tantum de ipſa traderet, quantum pertineret ad res eas aperiendas: nunc autem rurſus de voluptate praecipit, quia ita eſt finitima beatitudini, vt non nulli vnam, eandemque ambas eſſe exiſtimarint, ſed non videtur a nobis ſtudioſe quaeri oportere, cur iterum curam hanc ſuſcipiat: ſubtiliterque diſſerat de voluptate: ipſe enim hoc facit, cauſaſque plures adfert huius rei: quare, omiſſa quaeſtione hac, demus operam, vt ipſas declaremus, eaſque Inſtas eſſe oſtendamus. Primum igitur oſtendit ſe oportuiſſe de voluptate diſſerere, quia illa iuncta aliquo modo nobiſcum eſt, valdeque accommodata naturae noſtrae, quam cauſam eſſe inquit, vt multi in pueris inſtituendis ipſa vtantur, ſiue contraria illius, quod videtur ſignificare verſus ille a duro patre editus in corrigendo filio apud comicum. Dummodo doleat aliquid, doleat quodlibet: regantque aetatem illam teneram voluptate, ac dolore. In eo autem exponendo noſter auctor vſus eſt tranſlato verbo a gu-

bernatoribus, qui clauo vtuntur ad curſum nauium moderandum, quem clauum, gubernaculumque Graeci appellant οἴακα: eſt igitur ſimile hoc tamquam corollarium, ſimulque multum valet ad iudicium ſuum confirmandum.

Δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ, καὶ μισεῖν ἃ δεῖ: διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου, ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε, καὶ τὸν εὐδαίμονα βίον: τὰ μὲν γὰρ ἡδέα, προαιροῦνται: τὰ δὲ λυπηρὰ, φεύγουσιν: ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων, ἥκιστα ἂν δόξειε παρετέον εἶναι: ἄλλως τε καὶ πολλὴν ἐχόντων ἀμφισβήτησιν.

Videtur autem & ad morum virtutem maximum eſſe gaudere, quibus oportet, atque odio proſequi, quae oportet: porriguntur enim haec per omnem vitam, inclinationem habentia, & vim, poteſtatemq́ ad virtutem, & vitam beatam: quae namq́ iucunda ſunt, deligunt ſibi facienda: moleſta autem, & quae dolorem inurunt, fugiunt: praeſertim cum habeant in ſe controuerſiam multam.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem confirmat, munus, quod ipſe obit, poſtulaſſe, vt de voluptate ac dolore diſputetur, quia multum pertinet ad recte, honeſteque viuendum, quomodo ſe aliquis gerat, in his duobus, & quibus rebus laetetur aut doleat: ambas enim inquit comitari nobis, donec in vita ſumus, nec breui tantum ſpatio temporis, nobis haerere, quas addit, vim magnam, & propenſionem habere ad virtutem colendam: vitamque beatam adipiſcendam, cum in ea, quae uoluptatem gignunt, homines propenſi ſint: quae vero dolorem inurunt, declinent ac fugiant: quare inquit, de huiuſcemodi rebus non videbatur omittere poſſe, quin videret diligēs conquiſitio, praeſertim cum haec quaeſtio difficilis & obſcura ſit; & de qua docti & graues viri magnopere inter ſe litigarent.

Οἱ μὲν γὰρ τἀγαθὸν ἡδονὴν λέγουσιν: οἱ δ᾽ ἐξ ἐναντίας κομιδῆ φαῦλον: οἱ μὲν ἴσως πεπεισμένοι οὕτω καὶ ἔχειν: οἱ δὲ, οἰόμενοι βέλτιον εἶναι πρὸς τὸν βίον ἡμῶν, ἀποφαίνειν τὴν ἡδονὴν τῶν φαύλων, καὶ εἰ μὴ ἐστί: ῥέπειν γὰρ τοὺς πολλοὺς πρὸς αὐτὴν, καὶ δουλεύειν ταῖς ἡδοναῖς: διὸ δεῖν εἰς τοὐναντίον ἄγειν: ἐλθεῖν γὰρ ἂν οὕτως ἐπὶ τὸ μέσον.

Hi namque ſummum bonum voluptatem eſſe dicunt: hi autem contra valde malum: quorum hi quidem fortaſſe perſuaſi ſunt, ita ſe rem habere: hi autem putantes melius eſſe ad vitam noſtram, enuntiare voluptatem eſſe vnam rerum malarum, & ſi non eſt: quia cuncti inclinant ad ipſam, & ſeruiunt voluptatibus. Quare oportere in contrarium trahere: ita enim futurum, vt res ad medium perueniat.

DOCET verum eſſe, quod dixit, de magnis altercationibus in voluptate exiſtimanda, iudicioque de ipſa faciendo, inter eos, qui hoc ſtudium colunt, & de rebus bonis, ac malis quaerunt; cum ipſorum quidam velint, voluptatem eſſe ſummum bonum: alij autem contra rem valde malam, quos, accuſantes in quam voluptatem, & quaſi capitis ipſam damnantes, diuidit; partimque illorum hoc facere inquit, quod ita de ipſa ſentiant: perſuaſique ſint, hoc verum eſſe: alios vero quoſdam exiſtimantes melius eſſe, conducereque vitae noſtrae, ſtatuere, voluptatem eſſe vnam rerum malarum: & ſi ipſa talis non eſt; cum bona, magnaque pars mortalium procliuis ad ipſam ſit, & ſeruiat voluptatibus: quare opus eſſe, debereque, qui hominibus conſulunt, propellere ipſam in contrarium ordinem e regioneque poſitum, quod ſi ſeruatum fuerit, ita futurum, vt in medio ſiſtat: intelligaturque, voluptatum quaſdam bonas eſſe: quaſdam vero malas: Iterum autem in paucis his verbis, vſus eſt politus ſcriptor verbo tranſlato non a gubernaculo, ſed a libra, cuius cum lanx altera declinat in alteram partem, ferturque deorſum, ea lanx dicitur ῥέπειν in eum locum.

Μάλον

Μήποτε δὲ οὐ καλῶς τοῦτο λέγεται· οἱ γὰρ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι, καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι, ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων· ὅταν οὖν διαφωνῶσι τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν, καταφρονούμενοι καὶ τἀληθὲς προσαναιροῦσιν· ὁ γὰρ ψέγων τὴν ἡδονήν, ὀφθείς ποτε ἐφιέμενος, ἀποκλίνειν δοκεῖ πρὸς αὐτήν, ὡς τοιαύτην οὖσαν ἅπασαν· τὸ διορίζειν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν.

Numquid autem non recte hoc fertur : ſermones enim, qui habentur de his, quae ſita ſunt in motibus animorum, & actionibus, minus ſunt, quibus credatur, digni, quàm opera. Quando igitur diſſenſerint ab his, quae ſenſibus percipiuntur, ſpreti, verum etiam vna ſecum interimunt : qui enim vituperat voluptatem, viſus aliquando cupiditate ipſius teneri, inclinare ad ipſam videtur, tamquam omnis talis ſit : diſtinguere enim non eſt multorum.

OSTENDIT peccare illos, qui virtutis ornandae cauſa : vitaeque integrioris reddendae ſine diſtinctione vlla rem aliquam pertinentem ad vitam, moreſque, ancipitem accuſant ; & cuius pars aliqua, genuſue, bona eſt ; alia vero mala, & vitioſa ; quare oratio haec non tam vtilis eſt veritati de voluptate videndae, quam illis erudiendis, qui de aliqua re praecipiunt huius generis, quae ſimplex, puraque non ſit, ſed iuncta e duabus contrarijs inter ſe rebus : inquit igitur, moderate de hoc diſſerens, ſententiamque ſuam aperiens. Numquid non recte hoc ab his dicitur : orationi namque, praeceptionique de rebus bonis, ac malis, & quae referatur ad motus animorum, factaque, minus creditur, quam operibus, factiſque hominum : quando igitur haec cognita, perſpectaque fuerint inter ſe diſcrepare, maior fides habetur rebus, quam verbis ; ſpreta igitur tunc oratio illa omnis, cum ſcilicet non conuenit, reſpondetque factis, non ſolum non prodeſt, verum etiam nocet, ſecumque trahit interitum veritatis : Poſt hoc, generatim traditum, concluſumque, accommodat praeceptum hoc rei, quam in manibus habet : aitque eum, qui vituperat voluptatem, cognitum aliquando vergere ad ipſam declinareque, genus inquam ipſius vacuum a culpa, exiſtimari hoc facere, quia tota illa talis ſit, percipique poſſit ſine macula, culpaque vlla, atque hoc, quia diſtinguere, vt admonet, paucorum eſt, ideſt doctorum virorum, & optimis ſtudijs excultorum.

Ἐοίκασιν οὖν οἱ ἀληθεῖς τῶν λόγων, οὐ μόνον πρὸς τὸ εἰδέναι χρησιμώτατοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν βίον· συνῳδοὶ γὰρ ὄντες τοῖς ἔργοις, πιστεύονται· διὸ προτρέπονται τοὺς ξυνιέντας ζῆν κατ' αὐτούς· τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἅλις· τὰ δὲ εἰρημένα περὶ τῆς ἡδονῆς ἐπέλθωμεν.

Videntur igitur veri ſermones, non ſolum ad intelligendum maxime vtiles eſſe, verum etiam ad vitam : cum enim concinunt cum factis, creduntur. Quare hortantur eos, qui intelligunt, viuere ex praeceptis ipſorum: de his quidem igitur ſatis dictũ ſit: quae autem tradita ſunt de voluptate, percurramus.

HOC quoque eodem pertinet : valetque ad errorem eorum indicandum, qui admiſcent falſi aliquid ad rationem vtilem vitae comprobandam : hortaturque ad veritatem tuendam in omni quaeſtione : oſtendit autem auctor geminum fructum inde capi : itaque nos eruditiores fieri, & vita, moribuſque meliores : ait igitur, videntur verae rationes in omni diſputatione, non ſolum magnum fructum ferre ad doctrinam nobis tradendam ; ſed etiam ad vitam excolendam ; cuius ſuae ſententiae cauſam adfert : cum enim inquit, conueniunt factis, nec diſſentiunt vllam in partem ab ipſis, creduntur : quapropter addit hortantur eos, qui accipere potuerint, vitam degere ex monitis, praeceptiſque ipſarum : ſed ſatis ſuperque dictum a ſe ait eſſe de his rebus : quare opus nunc eſſe exponere, quae ab alijs edita ſunt de voluptate.

Εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τἀγαθὸν ᾤετο εἶναι, διὰ τὸ πάνθ' ὁρᾶν ἐφιέμενα αὐτῆς, καὶ

ἔλλογα, καὶ ἄλογα: ἐν πᾶσι δ' εἶναι τὸ αἱρετὸν, ἐπιεικές: καὶ τὸ μάλιστα, κράτιστον: τὸ δὲ πάντ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ φέρεσθαι, ὡς πᾶσιν ἄριστον μηνύειν: ἕκαστον γὰρ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν εὑρίσκειν, ὥσπερ καὶ τροφήν: τὸ δὴ πᾶσιν ἀγαθὸν, καὶ οὗ πάντ' ἐφίεται, τἀγαθὸν εἶναι.

Eudoxus quidem igitur voluptatem ſummum bonum arbitrabatur eſſe, quia cuncta videbat appetere ipſam, & quae ratione praedita ſunt, & quae ipſius expertia: in omnibus autem rebus quod appetendum eſt, bonum eſſe: & quod maxime, optimum omnium: cuncta autem ad idem ferri, quod omnibus optimum indicare: vnumquodque enim id, quod ſibi bonum eſt, inuenire, quemadmodum etiam cibum: quod igitur omnibus bonum eſt, & quod omnia appetunt, ſummum bonum eſſe.

PRIMVM ſententiam Eudoxi Cnidij commemorat, qui dixit, voluptatem eſſe ſummum bonum, in quam opinionem illum veniſſe narrat, quia aſpiciebat, animantes cunctas, & participes rationis, & expertes eiuſdem, appetere ipſam: deſiderioque ipſius voluptatis fruendae incenſas eſſe, qui addebat, id quod cunctis in rebus optabile eſt, boni vim, poteſtatemque obtinere: quod vero maxime optabile eſſet, id eſſe optimum praeſtantiſſimumque omnium: cuncta vero animalia ad idem ſe conferre, indicium eſſe eximiae bonitatis illius: nullas enim animantes extare, quae non valeant indagare, inuenireque id, quod ipſis valde accommodatum, optimumque eſt, veluti inquit, naturae ſuae, corporique idoneum cibum: quare, rationem concludens, ait, id quod cunctis bonum eſt; quodque omnia ardenter cupiunt, ſummum bonum eſt. Laërtius quoque in vita Epicuri memoriae prodidit Nicomachum, Ariſtotelis filium dixiſſe, voluptatem eſſe ſummum bonum: vnde perſpicitur, ipſum putaſſe, libros hos de moribus, non a patre, ſed a filio ipſius ſcriptos fuiſſe; quod etiam, vt notum eſt, M. Cicero tetigit.

Ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι διὰ τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μᾶλλον, ἢ δι' αὑτούς: διαφερόντως γὰρ ἐδόκει σώφρων εἶναι: οὐ δὴ ὡς φίλος τῆς ἡδονῆς ἐδόκει ταῦτα λέγειν, ἀλλ' οὕτως ἔχειν κατ' ἀλήθειαν.

Fides autem habebatur ſermonibus ipſius propter morum virtutem magis, quam per ſe: egregie enim exiſtimabatur eſſe temperans: non igitur vt amicus voluptatis videbatur haec dicere, ſed vt qui vere ita ſentiret.

QVAE res fidei tantum, auctoritatiſque his rationibus compararet, adiungit: inquit enim, homines magis credidiſſe illis, ob naturam moreſque viri, alieni ab omni praua cupiditate, quam quod eas ſatis firmas exiſtimarét, cum egregie Eudoxus temperans eſſe videretur: non enim tantum tribuere volupati, ferreque ipſam in caelum putabant, quod eam amaret, ſed quod ipſum hoc verum eſſe arbitrabatur. Hic autem eſt Eudoxus ille, egregius mathematicus, multiſque alijs virtutibus praeditus, de quo C. Caeſar apud Lucanum ita locutus eſt, „Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. confidens, ſe illum ſuperaturum in praeclaro illo opere conficiendo, quod poſtea praeſtitit, ac iam tunc animo verſabat. Duos autem hos & ipſe, quibuſcunq; rebus potuit: potuit autem maximis, ſtudioſus publicorum commodorum imitatus eſt noſtra aetate Gregorius XIII. Pont. Max. hic enim quoque, adhibita in hoc plurima cura ac ſtudio, annum, valde perturbatum ac plenum magnorum incommodorum, correxit, atque emendauit: vt alia etiam multa, magis propria ipſius perſonae, ſumma laude digna geſſit, & adminiſtrauit.

Οὐχ ἧττον δ' ᾤετο εἶναι φανερὸν ἐκ τοῦ ἐναντίου: τὴν γὰρ λύπην καθ' αὑτὸ πᾶσι φευκτὸν εἶναι: ὁμοίως δὲ τὸ ἐναντίον, αἱρετόν: μάλιστα δὲ εἶναι αἱρετὸν, ὃ μὴ δι' ἕτερον, μηδ' ἑτέρου χάριν αἱρούμεθα: τοιοῦτον δ' ὁμολογουμένως εἶναι τὴν ἡδονήν: οὐδένα γὰρ ἐπερωτᾶν, τίνος ἕνεκα ἥδεται, ὡς καθ' αὑτὴν οὖσαν αἱρετὴν τὴν ἡδονήν: προστιθεμένην τε ὁτῳοῦν τῶν ἀγαθῶν, αἱρετώτερον ποιεῖν, οἷον τῷ δικαιοπραγεῖν, καὶ σωφρονεῖν, καὶ αὔξεσθαι δὴ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ ἑαυτῷ.

Non

Non minus autem putabat eſſe perſpicuum a contrario: dolorem enim per ſe omnibus fugiendum eſſe, contrarium autem ſimili modo expetendum: maxime autem eſſe expetendum id, quod non propter alterum, neque alterius gratia expetimus: huiuſcemodi autem eſſe omnium conſenſu voluptatem: neminem enim, poſtquam accepit, quempiam capere voluptatem, quaerere ex illo, cuius rei cauſa capit voluptatem, tamquam ipſa expetenda ſit propter ſe: eandemq́, cum acceſſerit cuipiam rerum bonarum, efficere illam expetibiliorem, veluti iuſte agere, & temperanter. Et creſcere iam bonum ipſum ſemet ipſo.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem conſtituebat Eudoxus, a contrario ipſo ducto: dolor enim aiebat, qui aduerſatur voluptati, per ſe malum, fugiendumque eſt: addidit autem per ſe, vt exciperet dolores illos, qui pariunt aliquam rem honeſtam, atque vtilem vitae: hi namque contra expetendi ſunt, non ſolum minime fugiendi: quare inquit, eodem pacto contrarium expetendum: eſſe autem dolori oppoſitum voluptatem, ideſt expetendum declarat hoc pacto, nec ſolum expetendum, ſed maxime expetendum: tradit enim huiuſcemodi eſſe omne illud, quod ſumimus faciendum, non vt ope ipſius aliud conſequamur, ſed quo ſolo contenti futuri ſimus, ſi impetrare ipſum potuetimus: quin autem huiuſcemodi ſit voluptas, dubitari non poſſe: conſentire enim inter ſe de hoc omnes mortales, ait; quod tamen probat, nota quadam vtens, indicioque huius rei, quod eſt, neminem, cum videt quempiam, accepitue ab ipſo, ſe perſequi voluptatem, quaerere praeterea ex eo, cur id faciat, cum planum apertumq; ſit, voluptatem eſſe per ſe expetendam. Adiungit etiam quod & ipſum bonitatem ipſius ſignificat, voluptatem admotam alicui bono reddere ipſum magis expetendum, veluti inquit, iuſta facta, temperantiaeque propria, ſi libenter geſta fuerint, atque adminiſtrata, fieri meliora, vnde addit, bonum augeſcit, incrementumque capit a ſemet ipſo.

Ἔοικε δὴ οὗτός γε ὁ λόγος τῶν ἀγαθῶν αὐτὴν ἀποφαίνειν, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἑτέρου: πᾶν γὰρ μεθ' ἑτέρου ἀγαθοῦ αἱρετώτερον, ἢ μονούμενον.

Videtur igitur haec ratio ipſam vnum bonorum enuntiare, & nulla re magis, quam aliud: omne enim bonum cum alio bono expetibilius efficere, quam ſi ſolum prius illud fuerit.

INFIRMAT auctor argumentum Eudoxi, qno ille putabat, ſe oſtendere, voluptatem eſſe ſummum bonum; docetque, ipſum non eam vim habere, vt id plane conſtituat, ſed tantum declaret, bonum eſſe; non tamen antecellere ceteris omnibus bonis; quod enim de ipſa dictum eſt, conuenire etiam ceteris rebus bonis: omne enim bonum, quamuis egregium non ſit, vim hanc & poteſtatem habere, vt efficiat, reddatque, cui acceſſit, melius, quam ſi ſolnm prins illud foret: nec ſecum quippiam haberet, quod ipſum ornaret. Videri poteſt, quod Ariſtoteles hic vocanit μονούμενον expreſſiſſe M. Cicero, cum honeſtum quod ſit, definiret: inquit enim id eſſe, quod, detracta omni vtilitate, ſine vllis praemijs, fructibuſue per ſe ipſum poſſit iure laudari.

Τοιούτῳ δὴ λόγῳ καὶ Πλάτων ἀναιρεῖ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τἀγαθόν: αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μετὰ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον, ἢ χωρίς: εἰ δὲ τὸ μικτὸν κρεῖττον, οὐκ εἶναι τὴν ἡδονὴν τἀγαθόν: οὐδενὸς γὰρ προστεθέντος αὐτῷ τἀγαθὸν αἱρετώτερον γίνεσθαι: δῆλον δ' ὡς οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τἀγαθὸν ἂν εἴη, ὃ μετά τινος τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν αἱρετώτερον γίνεται.

Huiuſcemodi igitur ratione Plato quoque interimit, non eſſe voluptatem ſummum bonum: expetendam enim magis eſſe vitam iucundam cum prudentia, quam ſine ipſa: ſi autem quod mixtum melius, non eſſe voluptatem ſummum bonum: nullo enim admoto ipſi, ſummum bonum expetibilius fieri. Planum

autem, & apertum eſt, neque aliud vllum ſummum bonum futurum, quod cum quopiam eorum, quae ſunt bona, per ſe expetibilius ſit.

NARRAT, Platonem, huiuſcemodi quadam ratione vſum, eripuiſſe voluptati ſummum illum gradum bonitatis: dixit enim optabiliorem eſſe iucundam vitam, ſi ſecum habuerit prudentiam, quam ſi vacua ipſa fuerit: quod ſi mixtum addit, iunctumque cum alio bono, melius eſt, ſequitur non eſſe voluptatem ſummum bonum; ſummum enim bonum ait, tale eſſe, vt nullo egeat additamento: nec quicquam extare vult, quod cum admotum fuerit, efficiat ipſum magis expetendum, quod ſi verum foret, inquit, leuiter verbis Platonem perſtringens; re autem grauiter ipſum inſimulans, idem quoque vſu venire omni alij ſummo bono: nullum enim ipſorum extat, cui ſi admotum aliquid fuerit, non reddat ipſa meliora; vimque habeat amplificandi ea: huiuſcemodi enim ſunt humana bona, vt numero: acceſſioneque omni creſcant,

Τί δ' ἐστι τοιοῦτον, οὗ καὶ ἡμεῖς κοινωνοῦμεν· τοιοῦτον γὰρ ἐπιζητεῖται.

Quid igitur eſt huiuſcemodi, cuius & nos participes ſumus: huiuſcemodi enim quiddam perquiritur.

QVAERIT, magis adhuc ipſum vrgens, quodnam huiuſmodi bonum ſit, cuius ſcilicet boni nos ſtudio & opera noſtra participes fieri poſſimus, cui, ſi acceſſerit bonum aliquod, quamuis non omnino magnum ſit, non melius fiat, amplificeturque non nihil: id quod etiam Stoici aiebant, de vita beata, vt teſtatur M. Cicero in IIII. de finibus, cum loqueretur in bibliotheca Luculli pueri de ſententijs Stoicorum cum M. Catone: aiebant enim illi, minutarum etiam rerum, exiliumque acceſſiones vim habere, vt ſapiens potius ſumat eam vitam, ad quam haec adiecta ſint, quam carentem ipſis: exempla autem ponens tenuium harum, appellauit ſtrigilem, & ampullam. Sequitur autem apud noſtrum, huiuſcemodi ſe bonum indagare hoc in opere, in quo vitam noſtram purgauit & excoluit, non ſeiunctum a nobis, aeternumque, quod in nos minime cadit,

Οἱ δ' ἐνιστάμενοι ὡς οὐκ ἀγαθὸν, οὗ πάντ' ἐφίεται, μὴ οὐθὲν λέγουσιν· ἃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ, ταῦτ' εἶναί φαμεν· ὁ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίστιν, οὐ πάνυ πιστότερα ἐρεῖ· εἰ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα ὠρέγετο αὐτῶν, ἦν ἄν τι λεγόμενον· εἰ δὲ καὶ τὰ φρόνιμα, πῶς λέγοιεν ἄν τι; ἴσως δὲ καὶ ἐν τοῖς φαύλοις ἐστί τι φυσικὸν ἀγαθὸν, κρεῖττον ἢ καθ' αὑτὰ, ὃ ἐφίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ.

Qui aduerſantur autem, quod bonum non eſt, quod omnia appetunt, profecto nihil dicunt: quod enim omnibus videtur, hoc eſſe affirmamus; qui autem interimit hanc probationem, non valde probabiliora adferet: ſi namque mentis expertia expeterent ipſam, extitiſſet aliquid, quod dicitur; ſi vero etiam quae prudentiae compotes, quomodo diceret aliquid: fortaſſe etiam in vilibus, abiectiſque eſt aliquid naturale bonum, melius quàm per ſe, quod appetit accommodatum ſibi bonum.

DOCET illos, qui obſiſtunt, aduerſanturque ei, quod ſumpſerat Eudoxus ad concludendum, voluptatem eſſe bonum, ac praeſtantiſſimum omnium bonorum, errare: repugnareque ei, quod non debebant: prorſuſque vt ait, nihil dicere; quod enim inquit, omnibus probatur, & de quo nulla controuerſia eſt, id exiſtimatur eſſe; cum autem addit, neceſſe habere, qui conſtituere, quippiam vult, probatione quapiam vti, & adferre, quod vim faciendae fidei habeat. Qui autem argumentum id, rationemque deſpicit, non facile firmiorem aliquam inueniet: ſi namque ait, quae ſine mente ſunt, animalia ſcilicet, prorſuſque conſilio deſtituta, ſola correpta forent deſiderio voluptatis, quod hi dicunt, aliquid fuiſſet: nec reijci penitus potuiſſet: poſtquam vero non illa tantum, verum etiam, quae praedita conſilio ſunt, de hoc ita ſentiunt: arbitrenturque voluptatem ſummum bonum

eſſe,

eſſe, quomodo hoc contemni poteſt, quomodoque exiſtimari debent, qui hoc aiunt, inania dicere. Adiungit autem, quod non nihil etiam valet ad ſententiam eorum refellendam; cum ſupra vſus tantum fuiſſet teſtimonio, auctoritateque animantium, quae prudentiae compotes ſunt, quis ſcit, an in deterioris quoque notae animantibus, non ſolumque expertibus rationis, verum etiam in illius generis vilioribus (hoc enim puto valere, quod inquit ἐν τοῖς φαύλοις) exiſtat aliquid naturale bonum, quod maius ſit, quam captus ipſorum; vincatque eorum naturam atque genus; quod ipſum etiam incenſum ſit cupiditate ſui proprij boni: neque enim tantus conſenſus tot, tamque variarum animantium eſt contemnendus, ſed potius aliquid in ſe diuini habere putandus. φαῦλα ζῶα ab Ariſtotele multis locis appellata eſſe, quae humilia ſunt, ac vilia, dubium non eſt; quare, peccarunt interpretes, qui crediderunt, ipſum valere hic praua. Interpres quoque Graecus, & ſi primo & ipſe meminit ſuperioris huius nominis declarationis; tamen poſtea videtur, tota ſe melius animaduerſa, hanc illi anteposuiſſe; de qua plenius diſſeruit; affirmauitque in libris de natura animalium, locis multis ita cepiſſe ipſum auctorem; etſi non omnino cum eo ſentio: exiſtimat enim ille ζῶα φαῦλα hic appellata eſſe cunctas animantes, expertis rationis: quia lumine mentis carerent: Ego autem arbitror, ita appellatas eſſe, viles & abiectas, vt ſunt mures, rubetae, lacertae; nemo enim vocaret equos, tauros, leones hoc pacto, φαῦλα animalia.

Οὐκ ἔοικε δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ ἐναντίου καλῶς λέγεσθαι: οὐ γὰρ (φασὶν) εἰ ἡ λύπη κακόν ἐστι, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι: ἀντικεῖσθαι γὰρ κακὸν κακῷ, καὶ ἄμφω, τῷ μηδετέρῳ: λέγοντες ταῦτα δ᾽ οὐ κακῶς, οὐ μὴν ἐπί γε τῶν εἰρημένων ἀληθεύοντες: ἀμφοῖν μὲν γὰρ ὄντοιν κακῶν, καὶ φευκτὰ ἔδει εἶναι ἄμφω: τῶν μηδετέρων δὲ, μηδέτερον, ἢ ὁμοίως: νῦν δὲ φαίνονται, τὴν μὲν φεύγοντες, ὡς κακόν: τὴν δ᾽ αἱρούμενοι, ὡς ἀγαθόν. οὕτω δὴ καὶ ἀντίκειται.

Non videtur autem neque de contrario recte dici: non enim (inquiunt) ſi dolor malum eſt, voluptatem bonum eſſe: opponi enim malum malo, & vtraq; ei, quod neutrum eſt: dicentes haec autem non male, non tamen in his, quae dicta ſunt, verum praedicantes: nam ſi ambo mala ſunt, fugienda etiam oportebat ambo eſſe: cum autem neutra ſint, neutrum, aut ſimiliter: nunc vero perſpiciuntur, hunc quidem fugientes, vt malum hanc, autem ſumentes, vt bonum: ſic igitur & oppoſita.

VALET hoc ad argumentum Eudoxi tuendum, contra id, quod alij non nulli adferebant, ac putabant accommodatum ad ipſum euertendum: inquit enim. Non videri etiam recte dictum eſſe, quod quidam aiebant de contrario: itaque probare conabantur, voluptatem non eſſe bonum. Non enim ſequi dicebant, vt, ſi dolor malum foret, ideo voluptas eſſet bonum: aduerſari enim quoque dicebant malum malo, & ambo illi, quod neque bonum, neque malum eſſet, & mediam quandam naturam inter illa obtineret, in quo non labi ipſos fatetur Ariſtoteles, non tamen id huc facere affirmat: accommodarique poſſe ait ad hanc rem, de qua lis & controuerſia eſt; neque enim ambo haec mala ſunt: ſi namque hoc verum fuiſſet, oportuiſſet inquit, ambo fugienda eſſe, ſeduloque a ſe depellenda: quae vero neutra ſunt ideſt neque mala, neque bona, neutro loco habenda, ſeu ſimiliter, inquit: ideſt, neutro modo erga ipſa affecti ſumus: neque enim ad ipſa magis propenſi ſumus, neque magis inde alieni, ac remoti, verum ſumus erga ipſa in medio quodam ſtatu, non plus declinantes ea, quam appetentes. Quapropter inquit, ſi voluptas foret vnum aliquod malorum fugeremus ipſam: ſi vero vnum quodpiam eorum, quae neque bona ſunt, dimala, ſed neutrorum, neque appeteremus eam, neque declinaremus: nunc autem neque cit, videmus mortales, alterum horum fugere, tamquam malum, ideſt dolorem: alteram vero ſequi ideſt voluptatem, vt bonum, eſtque hoc ita planum vt appareat: hoc enim valet φαίνεται. obuerſeturque nobis ante oculos: ita igitur inquit, haec ſibi aduerſantur, non vt illi falſo putabant.

Οὐ μὴν οὐδ᾽ εἰ μὴ τῶν ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονή, διὰ τοῦτ᾽ οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν: οὐδὲ γὰρ αἱ τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαι, ποιότητές εἰσιν: οὐδ᾽ ἡ εὐδαιμονία.

Non

Non tamen, neque ſi qualitatum non eſt voluptas, ob hoc neque bonorum: neque enim virtutis functiones, qualitates ſunt: neque beatitudo.

CVM Eudoxi ſententiam de voluptate expoſuiſſet, ac non nulla, quae aduerſus ipſam excogitata fuerant, ſuſtuliſſet, nunc aliorum quorundam opinionem adfert, vt Platonis & aliorum, contra quos itidem diſſerit, Primum autem oſtendit, probari non poſſe iudicium illorum, qui dignitatem omnem voluptati eripere conabantur, affirmantes, non eſſe ipſam qualitatem, cum quae naturam, vimq; eam haberent, vt bonae res merito vocarentur, tales forent: in qualitatibuſq; enumerari deberent: inquit enim extare non paucas res, quae plane bonae ſunt: ſummaq; laude dignae, quamuis qualitates non ſint, veluti vſus virtutis: factaque, quae ab vna quapiam ipſarum proficiſcantur, cum vita etiam beata, praeſtantiſſimum omnium bonorum, qualitas non ſit; ſed qualitatis vſus, ac res, quae inde emergit, fluitque, cumulata omni bono.

Λέγουσι δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν, ὡρίσθαι· τὴν δ' ἡδονὴν, ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον.

Dicunt igitur bonum definitum eſſe: voluptatem autem indefinitam, quia recipit magis, & minus.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo pergebant oſtendere, voluptatem non eſſe bonum: aiebant enim, bonum definitum eſſe, & tamquam firmam ſedem, ſtabilemque habere: voluptatem vero indefinitum quiddam, & aliquo modo vagum & incertum; quare minime bonum, cum quae ambo, auctoritate quoque Pythagorae firma putentur, poſteriorem harum propoſitionum, voluptatem inquam indefinitam eſſe, oſtendebant, dicentes, amplificari ipſam & minui: ita igitur his poſitis, quaſi cum ipſis agit, & quaerit, quomodo ita de voluptate exiſtiment.

Εἰ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἥδεσθαι τοῦτο κρίνουσι, καὶ περὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, καθ' ἃς ἐναργῶς φασι μᾶλλον, καὶ ἧττον τοὺς ποιοὺς ὑπάρχειν, καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς ἔσται τὸ αὐτό: δίκαιοι γάρ εἰσι μᾶλλον, καὶ ἀνδρεῖοι: ἔστι δὲ καὶ δικαιοπραγεῖν, καὶ σωφρονεῖν μᾶλλον, καὶ ἧττον.

Siquidem igitur, quia voluptas capitur, hoc exiſtimant, & circa iuſtitiam, & circa virtutes alias, per quas euidenter aiunt magis, & minus quales exiſtere, & ſecundum virtutes erit idem: iuſti enim ſunt magis, & fortes: licet autem, & iuſte ſe gerere, & temperanter viuere magis, & minus.

SI namque inquit, ita de ipſa ſentitis, augeri inquam ipſam, & extenuari, reſpicientes ad eos, qui voluptatem capiunt, qui non vno ſemper pacto ipſam decerpunt, ſed nunc plus ipſius ſumunt, nunc minus: idem etiam vſu venire in iuſtitia ipſa, & ceteris virtutibus, in quibus etiam gradus ſunt, inueniunturque participes ipſarum, qui minus quales ſint, & qui magis, ideſt minus iuſti, ac minus fortes, & contra alij magis iuſti, & magis fortes: id quod, quemadmodum in habitibus ipſis exiſtit, ita etiam in factis, quae inde prodeunt, eadem varietas inuenitur: contingit enim inquit, hos magis ea efficere, molitiq;: hos autem minus. Suſpecta non ſine cauſa lectio huius loci eſſe poteſt, ea parte, qua in excuſis libris ſunt haec verba, καὶ κατὰ τὰς ἀρετάς, etſi ipſa quoque in calamo ſcriptis leguntur: ſuſpecta autem, quia de virtutibus iam locutus fuerat, vna ipſarum nomine appellata, ceteris autem ſignificatis: quare Argyropylus ipſa omiſit; quod ſi auctoritas, conſenſuſque exemplarium contemni non debet, capietur inferiore loco ἀρεταῖς pro ἕξεις, & ἐπιστημῶν, vt alijs non nullis locis auctor fecit, & ſane videtur hoc indicare Graeca huius partis declaratio, in qua crebra mentio eſt ἐπιστημῶν.

Εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς, μή ποτ' οὐ λέγουσι τὸ αἴτιον, ἐὰν ὦσιν, αἱ μὲν, ἀμιγεῖς: αἱ δὲ, μικταί: τί κωλύει δὲ, καθάπερ ἡ ὑγίεια, ὡρισμένη οὖσα, δέχεται τὸ μᾶλλον, καὶ ἧττον,

οὕτω καὶ τὴν ἡδονήν· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ συμμετρία ἐν πᾶσιν ἐστὶν· οὐδ' ἐν τῷ αὐτῷ μία τις ἀεὶ, ἀλλὰ ἀνιεμένη διαμένει ἕως τινὸς, καὶ διαφέρει τῷ μᾶλλον, καὶ ἧττον· τοιοῦτο δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται εἶναι.

Si autem in voluptatibus, numquid non dicunt cauſam? ſi fuerint, hae quidem purae: hae vero mixtae: quid prohibet autem, quemadmodum valetudo, quae definita eſt, recipit magis, & minus; ſic & voluptatem: non enim eadem in omnibus ſymmetria eſt, neque in eodem vna aliqua ſemper, ſed remiſſa permanet ad aliquod tempus, & differt eo, quod magis & minus: huiuſcemodi quiddam igitur & circa voluptatem contingit eſſe.

Si antem inqnit, hoc de ipſa iudicinm facinnt, manentes in voluptate ipſa conſideranda: viq; ipſins, ac natura ſeorſum pondetanda, non in factis inde manantibus, numquid contra eos adfetri poteſt, nō vidiſſe ipſos cauſam huius rei? quae eſt, quod quaedam voluptatum ipſarum putae ſunt, ac ſincerae: aliae vero mixtae, cum doloreque iunctae: quid enim inquit, prohibet, quin id, quod contingit bonae valetudini, quae, etſi definita eſt, tamen recipit magis, ac minus, augeſcitqne, & langueſcit, idem etiam contingat volnptati. Docet autem in corporis ſanitate hoc plane euenire, qnae cum par, aequaliſque menſura ſit, ac temperamentum quoddam noſtri corporis humorum, non eſt eadem conuenientia, ac menſura in cunctis mortalibus: neque etiam in vno, eodemqne omni tenpore eadem, ſed variatur, & ſiue creſcit, ſiue minuitur: cum etiam, remiſſa, & langnidior facta, permaneat adhuc vſque ad certnm quendam terminnm; nam cum vlterius nimis atque multum proceſſit, interit: ſolumque hoc diſcriminis in ipſa eſt, qnod maior, minorque fit, quare addit, rationem concludens, huiuſcemodi quiddam putare debemus vſu venire volnptati.

Τέλειόν τε τἀγαθὸν τιθέντες: τὰς δὲ κινήσεις, καὶ τὰς γενέσεις, ἀτελεῖς: τὴν ἡδονὴν κίνησιν, καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται.

Perfectum autem ſummum bonum ponentes: motus autem, ac generationes, imperfectas: voluptatem, motum, & generationem eſſe conantur enuntiare.

Tertium hoc argumentum eſt, quo & Plato in Philebo, & qni auctoritatem eins ſequebantur, oſtendere ſe pntabant, volnptatem non eſſe ſummum bonum: neqne etiam bonum: Ita enim agebant, fundamentumque hoc erat demonſtrationis ipſorum. Summum bonnm perfectum eſt, motus vero & generationes omnium rerum ſunt res imperfectae, vnde ſequebatur, non eſſe voluptatem bonum: quomodo igitur praeſtantiſſimum omnium bonorum eſſe poteſt: eum ne ad primam quidem collationem boni perueniat. Adiungit auctor, ſtuduiſſe illos patefacere, probareque, voluptatem motum eſſe, & generationem quandam, qnod ſi perfectum eſſet, plane ſententiam ſuam ſtabiliſſent: quod enim mouetur, mutat locum, vt melius, integriuſque fiat: generatio itidem omnis, cum ſit res inchoata, eſt via perueniendi ad integritatem formamque ſuam.

Οὐ καλῶς δ' ἐοίκασι λέγειν, οὐδ' εἶναι κίνησιν: πάσῃ γὰρ οἰκεῖον εἶναι δοκεῖ τάχος καὶ βραδυτής: καὶ εἰ μὴ καθ' αὑτὴν, οἷον τῇ τοῦ κόσμου, πρὸς ἄλλο: τῇ δ' ἡδονῇ τούτων οὐδέτερον ὑπάρχει: ἡσθῆναι μὲν γάρ ἐστι ταχέως, ὥσπερ ὀργισθῆναι: ἥδεσθαι δ', οὔ: οὐδὲ πρὸς ἕτερον: βαδίζειν δὲ καὶ αὔξεσθαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα: μεταβάλλειν μὲν οὖν εἰς τὴν ἡδονὴν ταχέως καὶ βραδέως ἐστὶν: ἐνεργεῖν δὲ κατ' αὐτὴν ταχέως, οὐκ ἔστι: λέγω δὲ ἥδεσθαι.

Non recte autem videntur dicere, neque eſſe motum: omni enim motui proprium, accommodatumque eſſe videtur celeritas & tarditas: & ſi non par eſt, veluti motui mundi, ſi conferatur cum alio motu: voluptati autem neutrum horum ineſt: perfuſum enim eſſe quempiam voluptate, celeriter contingit, quem-

admo-

admodum iratum eſſe : capere autem voluptatem, minime, neque ad alium : vt vadat autem, & augeſcat, & cuncta, quae huiuſcemodi ſunt : mutari igitur in voluptatem celeriter, & tarde licet : fungi autem aliquo munere ipſius celeriter, non licet ; dico autem voluptate perfundi.

PECCARE ipſos docet Ariſtoteles, qui ita argumententur, ſumereque ad probandum, quae vera, firmaque non ſunt: cum duo autem illa fuerint, primum dicit, voluptatem non eſſe motum; quod prius duorum eorum erat teſtatus, motui omni conuenire videri, ſuumque ac proprium ipſorum eſſe celeritatem, ac tarditatem : in mentem enim venire non poſſe alicui quicquam, quod moueatur, niſi alterutrum horũ in ipſum cadat, ſignificat tamẽ extare res quaſdam, quibus, ſi non contingit hoc, vt ſcilicet celeriter, ſiue contra per ſe moueantur, moueri tamen & ipſas ait eodem pacto, ſi conferantur cum alijs quibuſdam motionibus, veluti inquit motui caeli ipſius, qui non variatur, ſimiliſque ſemper ſibi ipſi eſt; qui tamen, & ipſe, ſiquis reſpiciat motum aliorum caeleſtium orbium, velocior exiſtimabitur. Hoc conſtituto, tranſit ad alteram propoſitionem confirmandam : aitque neutrum horum conuenire voluptati, & ſi enim vſu venit, vt quiſpiam ſiue tarde, ſiue celeriter laetatus ſit, veluti ait in ira, in qua certe hoc locum habet, tamen non contingit, vt illo ipſo tempore, quo voluptatem capit, celeriter, aut tarde perfundi ipſa poſſit : conferta namque eſt, totaque ſimul fit, neque etiam ſi cum alio conferatur, qui & ipſe voluptati operam det. Adiungit in alijs motibus idem hoc vſu venire, vt ſcilicet in ipſis exiſtat velocitas, ſiue loci motus ſint, ſiue alia vlla genera motuum : ambulabit enim inquit, hic velociter : hic vero tarde : eodemque pacto augeſcet, incrementumque capiet; quod verum etiam eſſe reperietur in ceteris huiuſcemodi motibus. Ponit in extremo huius partis, vt ſcrupulum omnem euellat, fieri ſane poſſe, vt aliquis e dolore celeriter tranſeat ad voluptatem : alius vero quiſpiam tarde, lenteque, ſed hoc non eſſe docet, vti voluptate : efficereque aliquid, quod inde naſcatur; vimque ipſius gignendae habeat, id quod ſignificat, vt ait, [illegible].

Γένεσίς τε πῶς ἂν εἴη; δοκεῖ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος, τὸ τυχὸν γίγνεσθαι· ἀλλ' ἐξ οὗ γίγνεται, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι, καὶ οὗ γένεσις ἡ ἡδονή, τούτου ἡ λύπη φθορά.

Generatio autem quomodo eſſe poſſet? videtur enim non ex quolibet quodlibet gigni : ſed ex quo gignitur in hoc diſſolui, & cuius ortus eſt voluptas, huius dolor interitus.

ITA loquitur, oſtendere volens, quod ſequebatur, non eſſe quoque voluptatem generationem, vt plane indicet, ita ſentire abſurdum eſſe: quomodo enim inquit, voluptas generatio eſſe poteſt? quaſi ratio nulla exiſtat, qua hoc probetur; duobus autem argumentis refellit opinionem hanc; quorum prius eſt, non ex quolibet gigni quodlibet : verum e certa quadam materia, ſuaque, & ex quo gignitur in idem diſſolui, vt ſcilicet certus, definituſque terminus ſit; vnde proficiſcitur, & ad quem fertur; in quoque deſinit, curſumque ſuum conficit: hoc enim ſeruatur, ſolidumque ita eſt in rebus, quae natura fiunt, vt declaratione non egeat : alterum argumentum eſt id, cuius generatio eſt voluptas, illius interitus erit dolor; aiunt enim, dolorem eſſe inopiam eius, quod natura illi rei conuenit, aptumque eſt : illo namque ſublato, gignitur dolor, ac paena; quia integra amplius, abſolutaſque res non eſt.

Καὶ λέγουσι δὲ, τὴν μὲν λύπην, ἔνδειαν εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν· τὴν δ' ἡδονὴν, ἀναπλήρωσιν· ταῦτα δὲ σωματικά ἐστι πάθη· εἰ δή ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις, ἡ ἡδονὴ, ἐν ᾧ ἡ ἀναπλήρωσις, τοῦτ' ἂν καὶ ἥδοιτο· τὸ σῶμα ἄρα· οὐ δοκεῖ δέ· οὐκ ἔστιν ἄρα ἀναπλήρωσις ἡ ἡδονή· ἀλλὰ γινομένης μὲν ἀναπληρώσεως, ἥδοιτο ἄν τις, καὶ τεμνόμενος, λυποῖτο.

Et dicunt vtiq; dolorem eſſe egeſtatem eius, quod eſt ſecundũ naturam: voluptatem autem, repletionem: hi autem corporis affectus ſunt. Si igitur eſt eius,

quod

quod eſt ſecundum naturam repletio, voluptas, in quo repletio, hoc vtique voluptate afficeretur, corpus igitur: non videtur autem: non eſt igitur repletio voluptas; ſed cum ſit repletio, voluptate afficiatur aliquis, & cum ſecatur, dolorem ſentiat.

Refellit argumentum, quo vtebantur illi, qui aiebant, voluptatem eſſe generationem: etat autem illud huiuſcemodi. Dolor eſt egeſtas, ac penuria eius, quod natura requirit, nec ſinit ipſam integram abſolutamque eſſe: voluptas vero repletio, atque inſtauratio: repletio autem generario: Improbat auctot hoc, docetque, recte concluſum non eſſe: repletio enim ait, fit in corpore: voluptas vero non corporis affectus eſt, ſed animi: corpus enim eſt, quod inane redditum eſt atque expletur, non animus, ad quem cibus non peruenit: ſequeretur autem ex argumento ipſorum, vt corpus laetaretur, non animus, poſitis, rereptiſque definitionibus ipſorum: primum quod pertinet ad voluptatem, ſi volupras foret inſtauratio ac repletio, vt in quo exiſtit repletio, hoc ipſum oblectaretut, caperetque ex ea re voluptatem: corpus igitut hoc eſſet, quod repugnat verae de hoc opinioni, vt ſignificatum eſt: quod cum docuit, probari non poſſe, ipſe, exploſo hoc ettore, aperit, qui ortus verus voluptatis ſit, & quomodo ipſa gignatur: tunc enim inquit fieri, vt aliquis gaudeat, cum pellitur defectus ille, acceditque corpori, quod ad integritatem ipſius deſiderabatur: contrarium autem inquit huius contingit, cum aliquis ſecatur, ſiue vritur: naſcitur enim inde, ideſt ex hac curatione dolor, ac paena: Vſu enim venit, ratioque medicorum poſtulat, vt in curando aliquo corpore, pars illius, quae peſſime affecta ſit, abſcindatur, ſiue alia quapiam de cauſa contingat, vt uulnus corpori imponatur; membrumque abſcindatur.

Ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ γεγονῆσθαι ἐκ τῶν περὶ τὴν τροφὴν λυπῶν καὶ ἡδονῶν: ἐνδεεῖς γὰρ γινομένους καὶ προλυπηθέντας, ἥδεσθαι τῇ ἀναπληρώσει: τοῦτο δ' οὐ περὶ πάσας συμβαίνει τὰς ἡδονάς: ἄλυποι γάρ εἰσι, αἵ τε μαθηματικαὶ, καὶ τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις αἱ διὰ τῆς ὀσφρήσεως, καὶ ἀκροάματα δὲ, καὶ ὁράματα; πολλαὶ δὲ καὶ μνῆμαι, καὶ ἐλπίδες: τίνος οὖν αὗται γενέσεις ἔσονται; οὐδενὸς γὰρ ἐνδεεῖς γεγένηνται, οὗ γένοιτ' ἂν ἀναπλήρωσις.

Opinio autem haec orta videtur e doloribus, atque voluptatibus, qui exiſtunt circa alimentum: cum enim egentes redditi fuerint, & prius inde dolorem ceperunt, contingit capere ipſos voluptatem e repletione: hoc autem non vſu venit circa cunctas voluptates: ſine dolore enim ſunt, quae e mathematicis proficiſcuntur, & e rebus, quae referuntur ad ſenſus illae, quae per olfactum capiuntur, & per auditum, & viſum: multae autem recordationes & ſperatae res iucundae: cuius igitur hae generationes erunt? nullius enim egeſtates extitere, cuius facta ſit repletio.

Indicare etiam voluit caput, ortumque huius opinionis, vt facilius oſtenderet, ipſam falſam eſſe: quod enim vni alicui conuenit, id recte cunctis, quae ſunt diuerſorum generum, accommodari non poteſt: inquit igitue. Sententia haec, quod voluptas ſit repletio, qualem docuit: contrarium autem dolor, orta videtut e dolotibus, voluptatibuſque, qui capiuntur e cibo; rebuſque, quibus alimur: & ſi poſtea ab hoc initio progreſſa eſt ad alios itidem corporis dolores, voluptateſque ob ſimilitudinem quandam, non ſane male; improbeque, vt fecit poſtea cum irrepſit ad animi aegritudines, ac iucunditates. Quomodo autem illic locum habeat, declarat: inquit enim, cum factum fuerit, vt alimento egeamus: indeque prius dolorem acceperimus, contingit, nos voluptatem ſentire ex repletione illa, qua corpus inſtauratut, ac reficitur. Poſt hoc Atiſtoteles ait (non enim, quin ſupetius contingat, inficiatur) non vſu venire omnibus voluptatibus, vt ſcilicet ipſis antecedat dolor, cum extent etiam voluptates non paucae, vacuae penitus a dolore; quales ſunt, inquit, quae capiuntur e mathematicis vocatis ſcientijs, & praeterea aliae, quae capiuntur ex alijs ſenſibus; vſuque ipſorum, ſuis in materijs ſuauiter percipiendis, vt ex odotibus, auditionibus,

nibus, coloribus rerum formoſarum; ſiue ſint illae naturales, ſiue arte confectae. Adiungit etiam recordationes non nullas, & expectationes quoque rerum bonarum parere voluptates, quibus ſignificatis, fontibus profecto magnarum, puraru mque voluptatum, ait, cuius rei hae generationes dici poſſunt: neque enim egeſtates vllius rei extitere, cuius aduentu ſuo expletiones fuerint. De voluptate, quae capitur immenſa à quibuſdam honeſtis ſtudijs & artibus ab ijs, qui valde dediti ipſis ſunt, & ſi dubitari non poteſt: videmus enim cotidie hoc multis vſu venire, tamen exempla multa, & praeclara leguntur apud Plutarchum in libro, quo docuit vitam illam, probatam Epicuro, ne dum honeſta ſit, ne eſſe quidem iucundam.

Πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας τὰς ἐπονειδίστους τῶν ἡδονῶν, λέγοι τις ἂν, ὅτι οὐκ ἔστι ταῦθ' ἡδέα· οὐ γὰρ, εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἡδέα ταῦτ' ἐστὶν, οἰητέον αὐτὰ καὶ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς, πλὴν τούτοις, καθάπερ οὐδὲ τὰ τοῖς κάμνουσιν ὑγιεινὰ ἢ γλυκέα ἢ πικρά· οὐδ' αὖ λευκὰ, τὰ φαινόμενα τοῖς ὀφθαλμιῶσιν.

Aduerſus autem eos, qui obijciunt maxime probroſas voluptates, dicat quis, non eſſe haec iucunda: non enim, ſi male affectis iucunda haec ſunt, putandum eſt, ipſa eſſe ſimpliciter iucunda, praeterquam his, quemadmodum neque aegrotantibus ſalubria ſiue dulcia, ſiue amara: neque vtique alba, quae videntur lippientibus.

QVI quacunque ratione poſſent, criminabantur voluptatem, in alijs etiam, quibus vtebantur argumentis ad iudicium ſuum conſtituendum accommodatis, aiebant; capi etiã voluptates e rebus, quae forent valde turpes, & obſcénae, & quae infamabant eos, qui in ipſas incumberent, ſolitaeque eſſent ipſis obijci & exprobari, vnde perſpiceretur, voluptatem nõ eſſe expetendam. Confutat opinionem hanc tribus argumentis noſter philoſophus. Primum igitur negat, has eſſe voluptates, & ſi quibuſdam augere numerum voluptatum falſo putantur, qui illis capiuntur, turpibus hominibus, ac nefarijs: neque enim inquit, id quod quibuſdam hominibus ſuaue; iucundumque eſt, ſimpliciter, omnibuſque mortalibus iucundum eſt. Similibus autem duobus hoc confirmat ideſt aegrotorum, & lipporum, quibus etiam credi non debet, iudicium facientibus his, de ſaporibus; alteris autem illis, de coloribus, quae aperte narrat.

Ἢ οὕτω δὴ λέγοιτ' ἂν, ὅτι αἱ μὲν ἡδοναὶ, αἱρεταί εἰσιν, οὐ μὴν ἀπό γε τούτων· ὥσπερ καὶ τὸ πλουτεῖν, προδόντι δ', οὔ· καὶ τὸ ὑγιαίνειν, οὐ μὴν ὁτιοῦν φαγόντι.

An ſic vtique dicat aliquis; voluptates quidem expetendas eſſe, non tamen ab his rebus profectas: quemadmodum diuitem fieri, non tamen prodendo: & ſanum corpore, non tamen quodlibet comedendo.

ALTERVM argumentum eſt, quo concedit res illas, factaque iucunda ſane eſſe, cum manifeſto oblectent, non tamen inde hauſtas, id quod etiam, vt ſupra fecit, ſimilibus comprobat: eodem pacto ait, quo fatemur, rem quaerere, diuitiaſque conſequi, eſſe rem bonam, vtilemque vitae, non tamen quacunque ratione aliquis ipſas adeptus fuerit. Veluti etiam tueri valetudinem, non tamen ex omni cibo: cum praeſtet mori potius, quam viuere, corporeque ſano eſſe, remedijs nefarijs, probroſiſque vtentem.

Ἢ τῷ εἴδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί· ἕτεραι γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν καλῶν, τῶν ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν· καὶ οὐκ ἔστιν ἡσθῆναι τὴν τοῦ δικαίου, μὴ ὄντα δίκαιον· μὴ δὲ τὴν τοῦ μουσικοῦ, μὴ ὄντα μουσικόν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

Siue ſpecie differunt voluptates: aliae namque ſunt a rebus honeſtis, ab illis, quae a rebus turpibus: & fieri non poteſt, vt fruatur voluptate iuſti viri, qui

iuſtus

iuſtus homo non ſit, neque ea, quae muſici, qui muſicus non ſit: eodem autem pacto ſe res habet in alijs.

Tertium argumentum eſt, quo diſtingui oportere voluptates affirmat, docerique quaſdam oriri a rebus honeſtis: quaſdam vero a turpibus; quas turpes inquam, guſtare, percipereque nequeunt probi viri, eodem pacto, quo voluptatem, quae proficiſcitur e factis iuſtis haurire non poſſit, niſi vir iuſtus, quod & in cantu, ceteriſq; rebus vſu venire tradit.

Ἐμφανίζειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ φίλος, ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος, οὐκ οὖσαν ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν, ἢ διαφόρους εἴδει: ὁ μὲν γὰρ, πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁμιλεῖν δοκεῖ: ὁ δὲ, πρὸς ἡδονήν: καὶ τὸ μὲν, ὀνειδίζεται: τὸ δ᾽, ἐπαινοῦσιν, ὡς πρὸς ἕτερα ὁμιλοῦντα.

Patefacere autem videtur etiam amicus, qui alius eſt ab aſſentatore, non eſſe bonum voluptatem, aut differre ſpecie: eorum enim vnus, ad iuuandum eum, congredi videtur cum amico: alter vero, ad voluptatem ipſi adferendam: & hoc quidem, obijciunt: hoc autem, laudant, tamquam ad res diuerſas ipſis congredientibus.

Confirmat voluptatem non eſſe per ſe bonum, oſtendens & e bonis ſtudijs, & e malis artibus naſci voluptates: vnde ſequitur, non vnum, idemque genus eſſe cunctarum voluptatum: ait enim indicare patefacereq; nobis, voluptatem non eſſe bonum, ſiue ſpecie voluptates inter ſe diſcrepare, amicum, qui alius, diuerſuſq; eſt ab aſſentatore: cum alter horum conſuetudine vtatur patium ſibi virorum, & loquatur cum ipſis, propoſita ſibi eorum vtilitate: alter vero ad voluptatem, & quae putat ipſis placere adfert: vnde addit, natum eſt, vt alterum horum obijciatur ipſis: vitioque detur, aſſentatoribus inquam: alterum vero laudetur ab hominibus, quia, qui ita ſe gerit, longe aliud propoſitum habet, quã aſſentator.

Οὐδεὶς τ᾽ ἂν ἕλοιτο ζῆν, παιδίου διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ᾽ οἷς τὰ παιδία, ὡς ἥδονται μάλιστα: οὐδὲ χαίρειν ποιῶν τι τῶν αἰσχίστων, μηδέποτε μέλλων λυπηθῆναι.

Nemoq; optaret viuere, ſi animum infantis habiturus eſſet tota vita, etiam ſi laetaretur, ijs omnibus, quibus infantes vt opinantur, maxime: neque gaudere efficiens aliquid eorum, quae turpiſſima ſunt, ſecurus etiam de nullo vmquam dolore accipiendo.

A communi iudicio hominum, conſenſuque idem probabant; non eſſe inquam voluptatem bonum: nemo enim inquit, optaret viuere hac condicione, vt non plus ſaperet, quam puer, omnique ſua vita ſe delectaret etiam illis rebus, quibus puerorum animi, vt putant maxime, laetantur: neque etiam gauderet, perpetuo eum turpitudine vitam gerens, quamuis ſecuri animi eſſet de tali perpetuo vita ſibi degenda: exploratumque illi foret, doloris nihil vmquam in ipſum incurſurum eſſe. Quod autem ſcribi volui, ὡς οἴονται μάλιστα, hanc arbitror veram eſſe huius loci lectionem; ſenſumq; hunc inde elicio, vt oſtẽdere voluerit auctor in hoc ipſos magnopere decipi, atque errare, qui exiſtiment, eas maximas eſſe voluptates, quae inanes ſunt, ac futiles. Confirmat autem & lectionem hanc meam, & iudicium, quod de ipſa feci, quod de voluptatibus puerorum eodem pacto ſenſit Ariſtoteles infra in hoc ipſo libro: eſſe inquam ipſas leues, peccareque valde eos in ipſis exiſtimandis: illos enim inquit, quas amant, optimas putare. Ita autem perſpexi in cunctis calamo exaratis libris ſcriptum eſſe, ac veterem etiam interpretem ipſam ſecutum. Quomodo vero irrepſerit haec macula in librum, quem olim excudendum curaui, neſcio, ac valde miror.

Περὶ πολλά τε σπουδὴν ποιησαίμεθα ἂν, καὶ εἰ μηδεμίαν ἐπιφέροι ἡδονήν: οἷον ὁρᾶν, μνημονεύειν, εἰδέναι, τὰς ἀρετὰς ἔχειν: εἰ δ᾽ ἐξ ἀνάγκης ἕπονται τούτοις ἡδοναί, οὐδὲν διαφέρει: ἑλοίμεθα γὰρ ἂν ταῦτα, καὶ εἰ μὴ γίνοιτ᾽ ἂν ἀπ᾽ αὐτῶν ἡδονή: ὅτι μὲν οὖν οὔτε

τἀγαθὸν ἡ ἡδονή, οὔτε πᾶσα αἱρετή, δῆλον ἔοικεν εἶναι: καὶ ὅτι εἰσὶν αἱρεταί τινες καθ' αὑτὰς, διαφέρουσαι τῷ εἴδει, ἢ ἀφ' ὧν: τὰ μὲν οὖν λεγόμενα περὶ τῆς ἡδονῆς, καὶ λύπης, ἱκανῶς εἰρήσθω.

In multis etiam rebus ſtudium poneremus, quamuis nullam adferrent voluptatem; veluti in videndo, memoria tenendo, intelligendo, virtutes conſequendo: ſi autem neceſſario his comitantur voluptates, nihil refert: expeteremus enim haec, quamuis nulla ex his exoriretur voluptas. Voluptatem igitur non eſſe ſummum bonum: neque omnem expetendam, perſpicuum eſſe videtur: eſſeque itidem expetendas non nullas per ſe, quae differunt ſpecie, vel rebus, a quibus naſcuntur. Quae igitur dicuntur de voluptate & dolore ſatis tradita ſunt.

POSTREMVM hoc argumentum eſt, quo idem confirmat; eſt autem huiuſmodi: futurum prorſus fuiſſe, vt nos plurimum ſtudij poneremus in non nullis rebus nobis parandis, quamuis inde nihil voluptatis perciperemus, impulſi vtilitate, quae inde capitur, ac dignitate earum rerum, quod non faceremus, ſi voluptas ſola bonum eſſet: non nulla autem eorum exponit: veluti enim inquit, cernere, recordari, ſcire, virtutis participem eſſe, quibus & ſi neceſſario comitatur voluptas, idem tamen ait, nos facturos fuiſſe, ſi vacua etiam prorſus ipſa a voluptate forent: ita enim quoque nos incubituros in ea eſſe. Adiungit, poſt haec, concludens, teſtatis ijs, quae confecerat, perſpicuum inde eſſe, neque ſummum bonum eſſe voluptatem, neq; etiam omnem expetendam; declaratumq; itidem eſſe extare quaſdam ipſarum per ſe expetendas, quae duobus modis diſcrepent a voluptatibus, cum ſint alterius generis, & praeterea maneut, ducanturque ex alijs rebus. Expoſitis igitur his omnibus, quae ferebantur, quaerique ſolita erant de voluptate, indicat, ſe ad aliam de ipſa quaeſtionem modo acceſſurum.

Τί δ' ἐστὶν, ἢ ποῖόν τι, καταφανέστερον γένοιτ' ἂν ἀπ' ἀρχῆς ἀναλαβοῦσι: δοκεῖ γὰρ ἡ μὲν ὅρασις καθ' ὁντινοῦν χρόνον, τελεία εἶναι: οὐ γάρ ἐστιν ἐνδεὴς οὐδενὸς, ὃ εἰς ὕστερον γενόμενον, τελειώσει αὐτῆς τὸ εἶδος: τοιούτῳ δ' ἔοικε καὶ ἡ ἡδονή: ὅλον γάρ τι ἐστι, καὶ κατ' οὐδένα χρόνον λάβοι τις ἂν ἡδονὴν: ἧς, ἐπὶ πλείω χρόνον γινομένης, τελειωθήσεται τὸ εἶδος.

Quae autem illa ſit, & quale quiddam, manifeſtius eſſe poterit, ſi a principio repeterimus: videtur enim aſpectus quolibet tempore perfectus eſſe: non enim eget aliquo, quod ſi poſtea acceſſerit, perficiet ipſius formam: huiuſcemodi autem ſimilis videtur etiam voluptas: totum enim quiddam eſt, & nullo tempore nanciſcetur aliquis voluptatem, qua ad longius tempus porrecta, forma ipſius perficietur.

CVM commemorarit ſententias ſuperiorum de voluptate: ſeduloque contra ipſas diſputarit, nunc ait ſibi videndum eſſe, quae natura ipſius ſit, & qualis demum ea exiſtat, quod ſignificat ſe planius, apertiuſque oſtenſurum eſſe, ſi ab initio quaeſtionis huius quaedam reuocarit; indeque exorſus fuerit: nam videtur omnis diligens diſputatio de aliqua re a definitione, naturaque ipſius euoluta, proficiſci debere; quae cauſa eſt, vt nunc, cum ipſe quid de voluptate ſentiat, explanare velit, inde ordiatur: vtitur igitur ſimili, ope cuius arbitrabatur, ſe quod vult, quaeque natura voluptatis ſit, facilius, meliuſque declaraturum: aitque, viſum quolibet tempore, parteque eius, abſolutum, perfectumque eſſe: neque indigere aliqua re, quae, ſi admoueatur ipſi, poſteaque ſuccedat, perficiat ipſum, & integram vim eius, formamque reddat. Huic igitur rei, talique omni, ſimilem eſſe, paremque voluptatem affirmat; cum ſit totum quoddam, neque contingere poſſit, vt quiſpiam voluptatem capiat; quae opera, quodque munus, gignens eam, ſi longius progrederetur, efficiat formam ipſius perfectam; valeatque quippiam ad eam abſoluendam.

Διόπερ οὐδὲ κίνησίς ἐστιν: ἐν χρόνῳ γὰρ πᾶσα κίνησις καὶ τέλους τινὸς, οἷον ἡ οἰκοδομικὴ

πλεία

τελεία, ὅταν ποιήσῃ, οὗ ἐφίεται, ἢ ἐν ἅπαντι δὴ τῷ χρόνῳ ἢ τούτῳ: ἐν δὲ τοῖς μέρεσι τοῦ χρόνου πᾶσαι ἀτελεῖς: καὶ ἕτεραι τῷ εἴδει τῆς ὅλης, καὶ ἀλλήλων: ἡ γὰρ τῶν λίθων σύνθεσις, ἑτέρα τῆς τοῦ κίονος ῥαβδώσεως: καὶ αὗται, τῆς τοῦ ναοῦ ποιήσεως: καὶ ἡ μὲν τοῦ ναοῦ, τελεία: οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς πρὸς τὸ προκείμενον: ἡ δὲ τῆς κρηπῖδος καὶ τοῦ τριγλύφου, ἀτελής: μέρους γὰρ ἑκατέρα: τῷ εἴδει οὖν διαφέρουσι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ λαβεῖν κίνησιν τελείαν τῷ εἴδει: ἀλλ' εἴπερ, ἐν τῷ παντί.

Quapropter neque motus eſt: in tempore enim omnis motus & finis alicuius, veluti ars aedificandi perfecta eſt, quando effecerit, quod cupit: ſiue in omni igitur tempore, ſiue hoc: in partibus autem temporis omnes imperfectae & diuerſae ſpecie a tota, & ipſae inter ſe: lapidum enim compoſitio alia eſt a columnae collocatione, atq; haec a templi fabrica: & effectio templi perfecta: nullius enim rei indigens eſt ad id, quod propoſitum eſt: crepidinis autem & triglyphi imperfecta: partis enim vtraque: ſpecie igitur differunt, & non licet in quolibet tempore adipiſci motum perfectum ſpecie: quod tamen ſi poteſt, in toto poteſt.

His quaſi fundamentis iactis, incipit diſtinguere voluptatem: ſeiungereque ipſam ab iis, quae ſimilitudinis aliquid cum ea habet, cuius ſtudij ſui ratio haec eſt, vel rationes potius: geminae namque videntur. Primum igitur dicit, ex iis, quae iam de voluptate tradita ſunt, percipi, voluptatem non eſſe motum: omnis namque motus tempore fit, & refertur ad aliquem finem: quarum duarum rerum neutram vſu venire docuit in voluptate: tempus autem requiri in omni motu: propoſitumq; ipſi eſſe finem aliquem declarat, exemplo eorum, qui fanum, domumque aliquam aedificandam ſuſceperunt: artiſque, ſiue muneris ipſorum, quam perfectam eſſe inquit, cum effecerit, molitaque fuerit id, quod voluit ſibiq; efficiendum propoſuit: eſſe autem illam docet, perfectam inquam eam, quae in vniuerſo illo tempore abſoluitur, cum in partibus temporis eius, quod collocatur in vniuerſo opere moliendo, cunctae, vt loquitur, ſcilicet οἰκοδομήματα, ideſt curae, laboreſque poſiti in opere aedificando ſint imperfectae, ſi conferantur cum toto, integroque opere: nam ſpectatae, vt partes eius, & ipſae quoque perfectae ſunt. Adiungit, ipſas etiam diuerſas eſſe a tota illa, plenaque, ſi formam attendas: neque ſolum diſcrepare a tota, verum etiam a ſemet ipſis partes eius, quae cuncta exemplis confirmat, cum breuiter nimis expoſita forent; ait enim ſtructuram, compoſitionemque lapidum, cum paries videlicet conſtruitur, aliam eſſe, ac ſit columnae recta collocatio: eodemque adiungit, has omnes collocationes columnarum (ſunt enim plures in fanis) longe alias eſſe, ac fani totius conſtructio, atque opera. Quid ῥάβδωσις ſit, non videtur plane tradi poſſe: nuſquam enim mentionem fecit vllam huius Graeci nominis Latinus architectus: Graeci autem, qui plures extitere, cuncti interierunt; fortaſſe a baculo olim vocata fuit haec columnae recta collocatio. Nec me fallit, aliter quoque a non nullis acceptam fuiſſe hanc vocem. Pergit autem rem explanare, atque ait, opera, quae ponitur, laborque in fano aedificando, perfecta, integraque eſt: nihil enim illic deſideratur, quod valeat ad id abſoluendum, quod primo ſibi architectus propoſuit: crepidines vero addit, & triglypha, functiones videlicet inchoatae ſunt, & imperfectae, appellat vero imas partes, & ſummas templi, quin crepidines imae partes ſint, ac fundamenta aedificij totius, dubitari non poteſt, cuius ipſe rationem reddit: partes enim inquit ſunt. Triglypha appellantur (quod verbum vſurpauit crebro Vitruuius) ornatus ſuperioris partis aedificiorum: addit quoque, in parte nulla temporis contingere poſſe, vt ſumatur aliquis motus, qui perfectus ſit, ſi ſpectetur forma, integritaſque totius operis, quod ſi inquit, exiſtit aliquando integer hic, plenuſque motus, is eſt, cum opus abſolutum eſt. quod vt opinor, addidit: neque enim dubitari poteſt; quin hic perfectus ſit, quia aliquando non nulla opera inchoata omittuntur.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ βαδίσεως καὶ τῶν λοιπῶν: εἰ γάρ ἐστιν ἡ φορὰ κίνησις πόθεν ποῖ, καὶ ταύτης διαφοραὶ κατ' εἴδη: πτῆσις. βάδισις. ἅλσις, καὶ τὰ τοιαῦτα: οὐ μόνον δὲ οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βαδίσει: τὸ γὰρ πόθεν ποῖ, οὐ ταὐτὸν ἐν τῷ σταδίῳ καὶ ἐν τῷ μέρει, καὶ ἐν ἑτέρῳ καὶ ἑτέρῳ μέρει: οὐδὲ τὸ διεξιέναι τὴν γραμμὴν, τήνδε, κἀκείνην: οὐ μόνον γὰρ

γραμμὴν διαπορεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ οὖσαν· ἐν ἑτέρῳ δ' αὕτη ἐκείνης. δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται.

Simili autem ratione & in inceſſu & alijs: ſi enim eſt latio, motus vnde quo: atque huius differentiae ſpecie inter ſe diſcrepantes; volatus, inceſſus, ſaltus, & cetera huiuſcemodi: non ſolum autem ſic, ſed etiam in ipſo inceſſu: motus enim vnde quo, non eſt idem in ſtadio, & parte, & in alia & alia parte; neque tranſire lineam hanc & illam: non ſolum enim lineam perambulat, ſed etiam in loco exiſtentem: in altero autem haec ab illa: exquiſite igitur de motu in alijs dictum eſt.

QVOD verum eſſe docuit in hoc genere motus, qui proprius eſt artium; idem etiam tradit vſu venire in motu, quo variamus locum: relictoq; in quo prius ſtabamus, ad alium proficiſcimur: ſunt enim hic quoque rationes plures eo perueniendi, vt natura eſt variarum animantium, qui motus etiam diſcrepant a ſemetipſis, diſtinguuntur que: hoc huiuſcemodi eſſe oſtendit, definitione huius motus poſita; ſi enim inquit, latio (ſic enim, quam Graeci φορὰν, recentiores Latini appellarunt, expreſſa voce) motus eſt, quo aliquis alicunde ad alium locum ſe confert: huius quoque rei diſcrimina erunt, quae ſpecie inter ſe diſſentiant: volatus enim inquit, proprius motus auium, vnus horum erit, & profectio, qua vtuntur homines, aliaeque non paucae animantes, & ſaltatio, ranarum motus, ac locuſtarum; eodemque pacto inquit, alij non nulli & curſus, & huiuſcemodi alia. Oſtendit variari praeterea motus, ac diuidi aliter, atque aliter: modos enim plures breuiter exponit: veluti in ambulatione, vno ſuperiorum motuum contingit: poteſt enim inquit, relicto priore loco, in alium ſe conferre aliquis, non eodem pacto: neque enim idem motus eſt, qui fit in ſtadio toto, & in parte ipſius: fines enim alij ſunt; neque etiam ſi exercentur in diuerſis ſtadij partibus: variae enim quoque partes ſtadij variant motus, alioſque reddunt. Vtitur etiam alio exemplo: non enim inquit pertranſire hanc, & illam lineam, idem motus exiſtimari debet: neque enim ait qui hoc facit, lineam tantum luſtrat, ſed ipſam luſtrat in loco deſcriptam: fieri igitur poteſt, vt locus alius ſit, in quo deſcripta linea haec eſt, atque illa. Perſpiciens autem accuratus ſcriptor non conuenire huic loco exquiſitam de loco praeceptionem, teſtatur ſe alibi de hoc, ſuo inquam tempore, & loco diſſeruiſſe; qui locus ſatis notus eſt: quaeſtio namque haec eſt, & difficilis, & obſcura: propriaque eius, qui inueſtiget arcana naturae; non vitam, & mores emendet, ac perpoliat.

Ἔοικε δ' οὐκ ἐν ἅπαντι χρόνῳ τελεία εἶναι, ἀλλ' αἱ πολλαὶ ἀτελεῖς καὶ διαφέρουσαι τῷ εἴδει, εἴπερ τὸ πόθεν ποῖ εἰδοποιόν· τῆς ἡδονῆς δ' ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ τέλειον τὸ εἶδος· δῆλον οὖν ὡς ἕτεραί τε ἂν εἶεν ἀλλήλων· καὶ τῶν ὅλων τι καὶ τελείων ἡ ἡδονή.

Videtur autem non in omni tempore perfectus eſſe, ſed multi imperfecti & differentes ſpecie, ſiquidem motus vnde quo ſpeciem gignit: voluptatis autem in quolibet tempore perfecta eſt ſpecies: planum igitur & apertum eſt, quod diuerſae ſunt inter ſe, & quod totorum quiddam & perfectorum eſt voluptas.

CVM quantum opus eſſet, & locus hic poſceret, diſſeruiſſet de motu, nunc paucis monſtrat, quibus in rebus diſcrepet a voluptate, recolligens ea, quae de motu tradita ſunt: docenſq; ea diſcrepare a natura voluptatis; vnde falſa opinio illa eſſe intelligebatur, quae aiebat, voluptatem eſſe motum, & generationem: inquit igitur. Videtur motus non in omni tempore, quo colitur, perfectus eſſe: multoſque extare motus, qui imperfecti, inchoatique ſint: diſſentiantque inter ſe ſpecie, quod planum eſſe inquit ex vi, naturaque loci ſpectata, qui locus fingit, atque informat motum; vt enim ipſe varius eſt, ita varium in ſe gignit motum: ſpeciem contra voluptatis, naturamque ipſius in quolibet tempore perfectam eſſe: vnde concludit, planum, apertumque eſſe affirmans, voluptates diſſimiles inter ſe eſſe, voluptatemque ipſam vnum eorum eſſe, quae tota integra, perfectaque ſunt.

Δῆλον

Δόξειε δ' ἂν τοῦτο κἀκ τοῦ, μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖσθαι μὴ ἐν χρόνῳ: ἥδεσθαι δέ: τὸ γὰρ ἐν τῷ νῦν, ὅλον τι.

Videretur autem hoc ex eo quoque, quod non contingit moueri non in tempore: voluptate autem affici contingit: quod enim in puncto temporis, totum quiddam eſt.

ALTERVM hoc argumentum eſt, quo idem probatur, voluptatem non eſſe motum: neque generationem, inquit igitur. Videri poſſe, cognoſcique idem inde qnoque, ſiquis inquam cogitet, moueri non poſſe aliquid ſine tempore: voluptatem autem momento temporis ſubitoque ſentiri; quod enim ait nunc, hoc ipſoque tempore, id totum, plenumque eſt, nec expectat aliquid, quod ipſum abſoluat.

Ἐκ τούτων δὲ δῆλον, καὶ ὅτι οὐ καλῶς λέγουσι, κίνησιν ἢ γένεσιν εἶναι τὴν ἡδονήν: οὐ γὰρ πάντων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ τῶν μεριστῶν καὶ μὴ ὅλων: οὐδὲ γὰρ ὁράσεώς ἐστι γένεσις, οὐδὲ στιγμῆς, οὐδὲ μονάδος: οὐδὲ τούτων οὐδὲν κίνησις, οὐδὲ γένεσις: οὐδὲ δὴ ἡδονῆς: ὅλον γάρ τι.

Ex his autem perſpicuum eſt, quod non recte dicunt, motum vel generationem eſſe voluptatem: non enim omnium rerum haec dicuntur, ſed ſolum earum, quae partitioni expoſita ſunt, & non totarum: neque enim aſpectus eſt generatio, neque puncti, neque vnitatis, neque horum vllum motus, neque generatio: neque igitur voluptatis: totum enim quiddam.

HIS omnibus repetitis concludit, affirmatque quod dictum eſt: male ſentire, peccareque illos, qui dicunt, voluptatem motum eſſe, ſiue generationem, cum duo haec recte dicantur de rebus, quae ſingillatim fiunt, & ita vt pars parti alij ſuccedat, & non totae ſimul conflantur, quod huiuſcemodi eſſe confirmat, exemplo multarum, quae tales aperte ſunt, vt viſus vnus ipſorum eſt, qui non paulatim gignitur, ſed totus confertim fit: nominat alias, quarum etiam motus, ortuſque non exiſtit, vt neque ſigni, puncti ve, neque etiam vnitatis, cuius eadem in alia materia vis eſt; quare inquit, neque etiam voluptatis erit, cnm voluptas totum quiddam ſit.

Αἰσθήσεως δὲ πάσης πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐνεργούσης, τελείως δὲ τῆς εὖ διακειμένης πρὸς τὸ κάλλιστον τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν κειμένων: τοιοῦτον γὰρ μάλιστ' εἶναι δοκεῖ ἡ τελεία ἐνέργεια.

Cum autem ſenſus omnis ad ſuum ſenſile ſuo munere fungatur: perfecte autem is, qui bene affectus eſt ad pulcherrimum eorum, quae poſita ſunt ſub ſenſum: huiuſcemodi enim maxime videtur eſſe perfecta functio.

CVM probaſſet, voluptatem non eſſe motum, neque generationem; modo imcnmbit in hanc curam, vt aperiat natnram ipſius: oſtendit enim, quid voluptas ſit, in quo ſeruat ordinem hunc. Declarat primnm, quae ſit functio, vſuſque integer ac perfectus: cniuſque potentiae, quae percipiat aliquid; voluptatemque eſſe perfectionem vſus, eiuſque ipſius muneris, quod obit, integritatem ait: exponit denique reliquam omnem ſeriem huius exquiſitae doctrinae, inquit igitur, cum ſenſns omnis verſetur in ſuo proprioque munere, quod abſolute tunc geritur, cum ſenſus integer eſt, beneque conſtitutus: ſimulque ſenſile, in quo verſatur, pulcherrimum praeſtantiſſimumque omninm, quae cadunt ſub illum ipſum ſenſum: huiuſcemodi enim qniddam addit in primis videtur eſſe perfectus vſus, ac functio, cum inquam duo haec concurrerint, hic ſcilicet erit meritoque exiſtimari poterit perfectiſſimus, ac iucundiſſimus.

50 Αὐτὴν δὲ λέγειν ἐνεργεῖν, ἢ ἐν ᾧ ἐστι, μηδὲν διαφερέτω: καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἡ

ἐνέργεια τοῦ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν: αὕτη δ' ἂν τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη: κατὰ πᾶσαν γὰρ αἴσθησίν ἐστιν ἡδονή: ὁμοίως δὲ καὶ διάνοιαν, καὶ θεωρίαν: ἡδίστη δὲ ἡ τελειοτάτη: τελειοτάτη δὲ ἡ τοῦ εὖ ἔχοντος πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὐτήν.

Ipſum autem dicere, fungi munere, ſiue in quo eſt, nihil interſit: in vnoquoque autem optima eſt functio eius, qui optime affectus eſt ad id, quod optimum eſt eorum, quae ſub ipſa ſunt: haec autem perfectiſſima eſſet, & iucundiſſima: per omnem enim ſenſum eſt voluptas: ſimiliter autem & cogitationem & contemplationem: iucundiſſima autem, quae perfectiſſima eſt: perfectiſſima autem eſt, quae bene affecta eſt ad id, quod optimum omnium, quae ſub ipſa ſunt.

ANTE tamen quam extremum hoc ponat, inculcat duo quaedam, quae videbantur requiri vt plenius, quod tradit, cognoſceretur; quorum prius eſt, intereſſe nihil, ipſum ſenſum dicere efficere aliquid, ſiue id, cuius eſt ſenſus ille, ideſt animans: quemadmodum locutus eſt in IIII. horum librorum, incipiens de magnitudine animi diſſerere, intereſſe nihil, habitum ipſum, ſiue eum, qui habitum ſequitur, videre; attendereque: voluit enim illic quoque nullius momenti eſſe, praecipere de habitu ipſo animi, ideſt magnanimitate, ſiue de magnanimo viro, & qui praeditus ipſa eſt. Alterum autem eſt, quod ait, & quod vſu venire dixit in hac re, idem etiam contingere in ceteris omnibus, vt optimus ſcilicet vſus, functio que ſit optime conſtituti, cum verſatur in optimo omnium opere, quae ſub ipſum cadunt. Adiungit, concluſo illo, quod monſtraui, in omni ſenſu exiſtere voluptatem: eodemque pacto cogitatione, quae verſat animo materiam rei gerendae, mentiſque eius propria eſt; & inueſtigatione rerum obſcurarum, quas curat mens, ab illis ſtudioſe intuendis nomen nacta. Omnium harum functionum iucundiſſimam eſſe inquit, quae perfectiſſima eſt; perfectiſſimam autem illius, quod bene conſtitutum eſt, cum verſatur, munuſque ſuum obit, in eo ſtrato, quod praeſtantiſſimum eſt maximoque ſtudio dignum. Citat autem omnem hunc locum Alexander in XIIII. capite libri quarti quaeſtionum; quo quaerit quomodo defendi poſſit, ſtante definitione voluptatis, eſſe quippiam interiectum inter voluptatem, ac dolorem.

Τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή: οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἥ, τε ἡδονὴ τελειοῖ καὶ τὸ αἰσθητόν τε, καὶ ἡ αἴσθησις, σπουδαῖα ὄντα: ὥσπερ οὐδ' ἡ ὑγίεια καὶ ὁ ἰατρὸς ὁμοίως αἴτιά ἐστι τοῦ ὑγιαίνειν.

Perficit autem functionem voluptas: non eodem autem modo voluptas perficit & ſenſile & ſenſus, cum optima ſunt: quemadmodum neque bona valetudo & medicus ſimiliter cauſa ſunt, vt aliquis valeat.

CVM tribuiſſet multum voluptati, affirmans ipſam perfectum reddere conatum, functionemque ſenſus, nequis error hinc naſceretur, putaretque aliquis vno, & eodem pacto ab ambobus hoc fieri, docere voluit, quo ſenſu verba ſua ſint accipienda. Primum igitur affirmat, quod dixi, deinde quid diſcriminis in his verſetur, oſtendit; non ſolum autem ſenſum appellat, verum etiam ſenſile, & id quod ſenſum excitat: additque id fieri, ſi integra ipſa, & tamquam vegeta fuerint. Vt autem magis rem explanaret, vtitur ſimili: atque ait, vſu venire idem in hac re, quod contingit in medico, & corporis ſanitate, quae & ipſa praeſtat id, quod dicimus ſanum eſſe & medicus; non tamen eodem pacto: medicus enim tamquam cauſa eſt agens: ſanitas vero tamquam forma: ſimili autem modo voluptas perficit functionem, ſed alia ratione ac via, qua ſenſus ſcilicet, ac ſenſile: hi namque tamquam agentes, voluptas vero tamquam forma.

Καθ' ἑκάστην δ' αἴσθησιν ὅτι γίνεται ἡ ἡδονὴ δῆλον: φαμὲν γὰρ ὁράματα, καὶ ἀκούσματα εἶναι ἡδέα: δῆλον δὲ καὶ ὅτι μάλιστα, ἐπειδὰν ἥ, τε αἴσθησις ᾖ κρατίστη, καὶ πρὸς

διοῦτον αὐτήν: τοιούτων δὲ ὄντων, τοῦ τε αἰσθητοῦ, καὶ τοῦ αἰσθανομένου, ἀεὶ ἔσται ἡδονή, ὑπάρχοντός γε τοῦ ποιήσοντος καὶ τοῦ πεισομένου.

Per omnem autem ſenſum voluptatem exiſtere, perſpicuum eſt: dicimus enim, quae ſpectantur, & quae auſcultantur, eſſe iucunda: perſpicuum autem & quod maxime; poſtquam & ſenſus fuerit optimus, & ad tale ſuo munere fungetur: quando autem talia ſunt, & ſenſile, & id quod ſentit, ſemper exiſtet voluptas, cum ſit & id, quod effecturum eſt, & id quod perpeſſurum.

VERVM eſſe docet, quod dixit, nec dubitari poſſe, quin vi, operaque ſingulorum ſenſuum gignatur voluptas: idque conſenſu hominum, qui de hoc eodem pacto ſentiunt, confirmat: dicimus enim inquit, quae cernuntur a nobis, iucunda eſſe, & eodem pacto quae audiuntur: duobus enim ſolis his ſenſibus ad hoc demonſtrandum, contentus fuit: neque tamen cuncta: ſunt enim quoque, quae moleſta ſunt, ac dolorem inurunt; & praeterea non omnia, quae voluptatem adferunt, eandem paremque nobis adferunt; ſed quaedam, maiorem: alia non nulla, minorem: vnde autem proficiſcatur maior, puriorque voluptas, oſtendit: tunc enim inquit hoc fieri, cum, & ſenſus ipſe optimus extiterit, & functus munere ſuo fuerit in ſenſili tali, ideſt, & ipſo optimo & iucundiſſimo. Addit, idem aſſeuerans, cum contigerit, vt ſenſile tale ſit, quale oſtendit, ideſt color, ſonus, ſapor; eodemque pacto, quod ſentit, ideſt oculi, aures, lingua, numquam non inde voluptatem extituram: quomodo enim inquit, hoc aliter ſe habere poteſt, quod additum fuit ad eos retundendos, qui diſſentire vellent; cum praeſto ſit & id, quod accepturum, perpeſſurumque? Themiſtocles, cum ex eo quaeſitum eſſet, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſime audiret, reſpondit eius, a quo ſua laus optime praedicaretur, voluptatem propriam animi, non corporis intellexit, quare ἀκρόαμα ipſam M. Cicero, qui hoc memoriae prodidit, appellauit, non ἄκουσμα, vt hic Ariſtoteles locutus eſt.

Τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ, οὐχ ὡς ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγινόμενόν τι τέλος: οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα.

Perficit autem muneris functionem voluptas, non vt habitus, qui inſit, ſed vt quidam finis, qui adueniat: veluti iis, qui florent aetate, pulchritudo.

EXPONIT auctor, quod a me ſupra tactum fuit, & ipſe quoque admonuerat, quippe cum iiſdem etiam verbis initio vtatur: accuratius autem nunc id explicat, & ſimili etiam declarat: inquit igitur, perficit autem, abſoluitque vſum illum ſenſus, qui vſus eſt primus ortus voluptatis; a qua tamen abeſt, tanquam condimentum; perficit inquam illum voluptas, non tamen inquit, veluti habitus, qui haereat ipſi, innatuſque ſit, ſed finis, qui acceſſerit extrinſecus, admotuſque ſit, non aliter inquit, atque forma, pulchritudoque, cum adiungitur adoleſcentibus, in viridique aetate conſtitutis: nam aetas illa florens, venuſtatem & leporem non paruum ſecum habet; vnde dictum, πάντα νέα καλά, a docto viro olim fuit; quae valde poſtea creſcit, cum adiungitur ipſi ſpecies, hoc videtur hic valere ὥρα, pulchritudo inquam, etſi Dionyſius Halicarnaſſeus non ſine cauſa putaretur, aliter cepiſſe hoc nomen; contraque demum, vbi narrat in vita, quam ſcripſit, Lyſiae, extare quaſdam res, quarum vis cum intelligatur, ac quid in nobis efficiant, planum eſt: earumdem tamen ratio vix reddi poteſt, & verbis explicari, veluti inquit in corporis pulchritudine quid potiſſimum ſit, quod vocamus ὥραν: videtur enim potius hoc nomen apud eum valere viriditatem & florem aetatis, quam pulchritudinem; diſſerit autem illic de ſuauitate, & Venere, quae conſpicitur in ſcriptis Lyſiae, quam venuſtatem, etſi multi imitari, vt ait, conati ſunt, neminem tamen ipſorum affirmat, penitus reddere & exprimere potuiſſe.

Ἕως δ' οὖν ἄν ποτε τὸ αἰσθητὸν ἢ νοητὸν ᾖ, οἷον δεῖ, καὶ τὸ κρῖνον ἢ θεωροῦν, ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή: ὁμοίων γὰρ ὄντων, καὶ πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν τρόπον ἐχόντων, τοῦ τε παθητικοῦ, καὶ τοῦ ποιητικοῦ, τὸ αὐτὸ πέφυκε γίνεσθαι.

Donec autem ſenſile tale fuerit, vel quod ſenſu aut mente percipitur, quale opor-

le oportet, atque id quod exiſtimat, vel contemplatur, erit in functione voluptas: ſimilibus enim exiſtentibus, & inter ſe eodem pacto ſe habentibus, eoq́, quod ad perpetiendum factum eſt, & illo, quod ad faciendum, idem natura effici ſolet.

CVM videret, quaerere poſſe aliquem, vſquequo permaneat voluptas? nam minui ipſam tempore, ac debilitari planum eſt, ad extremumque penitus extingui, non tamen tam ipſius vitio, quam culpa rerum earum, cum quibus inde proficiſcitur, docere hoc voluit, quod cum paucis patefecerit, euellit deinde non nullos alios ſcrupulos, qui orirentur in animo alicuius de natura voluptatis. Primum igitur ait, donec id, quod ſenſu percipitur, ſiue mente (tãgit enim duo haec genera voluptatis) fuerit, quale requiritur, ad voluptatemq; gignendam valde accommodatum: ſimulque quod exiſtimat de ſenſili illo, ſiue videt animo, contemplaturque, quod ſibi propoſuit cognoſcendum, & ipſum vegetum fuerit firmumque, erit voluptas actu, nec conteretur. Declarat autem aliter fieri non poſſe: ſi namque inquit, id, quod efficit, moliturque, ſuo in ſtatu ſeruatur: ſimulque quod accipit non variatur, idem quod prius inde exiſtere natura ſolet.

Πῶς οὖν οὐδεὶς συνεχῶς ἥδεται; ἢ κάμνει: πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν: οὐ γίνεται οὖν οὐδ᾽ ἡδονή: ἕπεται γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ.

Quomodo igitur nemo continenter voluptate fruitur? an aegrotat: cunctae namq́ res humanae nequeunt continenter fungi munere: non gignitur igitur neque voluptas: comitatur enim illa functioni.

APTA eſt e ſuperiore quaeſtio haec: videbatur enim fieri poſſe, vt nihil ſui roboris amitteret voluptas inuenirenturque aliqui, qui ſine intermiſſione gauderent: in quorumque animis perpetua voluptas exiſteret; ſoluit hunc nodum Ariſtoteles argumentis duobus, quorum prius commune omnium huiuſcemodi rerum eſſe affirmat: fieri enim hoc poſſe putat; quia laborat homo continenter, & tamquam aegrotat, cum humanae nullae res valeant continenter in eodem aliquo munere verſari: eſſeque hoc proprium imbecillitatis noſtrae affirmat, quare cum remittatur vſus, functioque, neceſſario etiam langueſcit, quae inde exoritur, voluptas, ac tandem interit. Citat hunc quoque locum, vt ſuperiorem, quem monſtraui, in eodem XIIII. capite eiuſdem libri, Alexander.

Ἔνια δὲ τέρπει, καινὰ ὄντα: ὕστερον δὲ οὐχ ὁμοίως διὰ ταῦτα: τὸ μὲν γὰρ πρῶτον παρακέκληται ἡ διάνοια, καὶ διατεταμένως περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖ, ὥσπερ κατὰ τὴν ὄψιν οἱ ἐμβλέποντες: μετέπειτα δὲ οὐ γίνεται τοιαύτη ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ παρημελημένη. διὸ καὶ ἡ ἡδονὴ ἀμαυροῦται.

Quaedam autem delectant, cum ſunt noua: poſterius autem non ſimiliter propter hanc cauſam: primum enim totus eo conuerſus eſt animus, & contenta mente in ipſa occupatur, non aliter atque qui intentis oculis aliquam rem aſpiciunt: poſtea autem non gignitur talis functio, ſed negligentior. Quapropter & voluptas obſcuratur.

ADVERT aliam cauſam remiſsionis huius voluptatis, languoriſque, qui non manat omnino ab infirmitate virium noſtrarum: neque communis eſt omnium, ſed certarum, quod aliquo modo res non nullae, quae pariunt in nobis uoluptatem, flacceſcunt tempore ac vetuſtate: inquit igitur, extare quaſdam res, quae nouae delectant: poſtea autem non tanta nos voluptate perfundunt, quod vſu uenire inquit ob ea, quae nunc exponit. Primum enim inquit, animus noſter totus conuerſus eſt in eas, & quaſi contento curſu in ipſas incumbit, quod uerum eſſe teſtatur; confirmatque ſimili: hoc enim plane uſu uenire in aſpectatione rerum ſignificat, & ijs qui dirigunt oculos in ipſas: primo enim hoc faciunt attente, capti nouitate & admiratione ipſarum, poſtea remittunt multum muneris illius,

illius, attentioniſque, & negligentius id faciunt; unde inquit, naſcitur, ut obſcuretur uoluptas: languidiore enim facto ſtudio, quod ponitur in illis rebus, neceſſario langueſcit, conteriturque uoluptas, quae inde naſcitur. Indicaui olim antiquam lectionem: alteriq; antepoſui, in quo peccatum a librarijs, ut arbitror, fuerat, una in littera: illa autem eſt ἀπομαραίνεται: nunc autem audentius de ipſa diſputabo, damnata. quae irrepſerat in eius locum, ac ſine cauſa probata fuerat ab Arretino & Argyropylo: faciam autem id duobus uſus magnis teſtimonijs. Primum enim interpres Graecus ipſam exprimit, ac declarat, nulla mentione alterius facta: deinde cum Alexander in quaeſtionibus ſuis hunc locum citet, apud eum ἀπομαραίνεται ſcriptum eſt; praeter autem auctoritates has, ualde me in hac ſententia confirmat ſimile, quo utitur Ariſtoteles ad rem illuſtrandam, quae omni ſua parte reſpondere debet, ut ἐμβλέποντες igitur extra rem ſiti ſunt; conuerſoſque oculos habent in eam, quam ſtudioſe intuentur, ita qui mentem totam defixam in ea habent, non ab ipſa alliciuntur.

Ὀρέγεσθαι δὲ τῆς ἡδονῆς οἰηθείη τις ἂν ἅπαντας, ὅτι καὶ τοῦ ζῆν ἅπαντες ἐφίενται: ἡ δὲ ζωὴ, ἐνέργειά τίς ἐστι, καὶ ἕκαστος περὶ ταῦτα, καὶ τούτοις ἐνεργεῖ. ἃ καὶ μάλιστα ἀγαπᾷ: οἷον ὁ μὲν μουσικὸς, τῇ ἀκοῇ, περὶ τὰ μέλη: ὁ δὲ φιλομαθὴς, τῇ διανοίᾳ, περὶ τὰ θεωρήματα: οὕτω δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστος: ἡ δὲ ἡδονὴ τελειοῖ τὰς ἐνεργείας, καὶ τὸ ζῆν δὲ, οὗ ὀρέγονται: εὐλόγως οὖν καὶ τῆς ἡδονῆς ἐφίενται: τελειοῖ γὰρ ἑκάστῳ τὸ ζῆν, αἱρετὸν ὄν.

Appetere autem voluptatem putaret aliquis omnes, quia viuendi deſiderio omnes tenentur: vita autem functio quaedam eſt, & ſinguli homines circa haec & his funguntur, quae maxime diligunt. (ut muſicus quidem, auditu circa cantilenas: cupidus autem diſcendi, ſtudio animi circa percepta: ſic autem reliquorum vnuſquiſque: voluptas autem perficit functiones, ac viuere ipſum, quod appetunt: non ſine cauſa igitur & voluptatis deſiderio incenſi ſunt: perficit enim vnicuique vitam, quae expetenda eſt.

Docet, unde naſcatur in pectoribus quorundam haec opinio: ut omnes homines uideantur vehementer appetere uoluptatem, qui tamen, ſi recte exiſtimentur, non tam uoluptatis deſiderio incenſi ſunt, quam uitae. Dat operam igitur, ut hunc ſcrupulum euellat, ac uerum ortum huius uoluptatis aperiat: inquit igitur hoc fieri, quia cuncti mortales amãt uitam: tuenturque ipſam diligenter: uitam autem adiungit eſſe functionem alicuius muneris quandam; ſi enim uere uiuere dici debent ij, qui munus aliquod obeunt proprium hominis, cui ſententiae addit, ſingulos mortales uerſari in ijs rebus, atque illas ipſas tractare, quas amant: ualdeque caras habent, id quod inductione firmat: uerumque eſſe declarat: hoc enim ſeruare muſicum ſignificat, itidemque ſtudioſum bonarum artium perdiſcendarum: eodemque pacto ceteros omnes, captos deſiderio aliquarum rerum, occupari in illis ſtudijs, quae amant: fungique illis muneribus libenter, & non ſine magna uoluptate. Addit autem, quod iam accurate fieri docuerat, in omnibus rebus uoluptatem perficere, & tamquam cumulare gaudio illa munera, & facta: uitamque facere iucundiorem, quam amant: unde naſci inquit, id quod res poſtulat, ut homines non ſolum uitam ament, uerum etiam uoluptatem, quae tamquam condimentum ipſius eſt, ſua ui, & per ſe etiam expetenda. Monſtrauit etiam M. Cicero diligenter, quod hic dictum eſt, in libro de finibus, miro quodam amore teneri mortales uitae tuendae. Citauit autem particulam hanc omnem Alexander in altero ſuo libro de anima, extremo capite, quo accuratiſſime diſſeruit περὶ τοῦ πρώτου οἰκείου, quod cum aliud eſſe uoluiſſent diuerſae familiae philoſophorum, quid de ipſo exiſtimaret princeps peripateticorum expoſuit: in clauſula enim ſuae doctae diſputationis ait. [illegible] τὸ τέλος, τὸ κατ' Ἀριστοτέλην [illegible] Νικομαχείων ἠθικῶν Ἀριστοτέλης οὕτω περὶ τούτου. ὀρέγεσθαι τῆς ἡδονῆς οἰηθείη τις ἂν ἅπαντας: & quae ſequuntur; peccatum autem eſt apud eum in numero libri; eſt enim locus in X. hoc, non in IX. librorum horum, ut apparet.

Πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἱρούμεθα, ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονὴν, ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι: συνεζεῦχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται, καὶ χωρισμὸν οὐ δέχεσθαι: ἄνευ τε γὰρ

ἐνε-

ἐνεργείας οὐ γίνεται ἡδονή : πᾶσάν τε ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή.

Utrum autem ob voluptatem conſequendam viuere expetimus, ſiue ob vitam, voluptatem, omittatur praeſenti tempore: iuncta enim haec inter ſe eſſe apparet, nec ſeiungi poſſe alterum ab altero: ſine enim alicuius muneris functione non gignitur voluptas; atque omnem functionem perficit voluptas.

HIC alter ſcrupulus eſt, qni non ſine cauſa moleſtus aliquibus eſſet: dictum enim eſt, homines amate vitam, eoſdemque itidem teneti deſiderio magno voluptatis: quare orireṭur in animo aliquorum cupiditas intelligendi verum principium; cauſamque duatum harum; vtrum inquam expetimus, caramque habemus vitam, vt fruamur voluptate, ſine qua guſtare ipſam; perciperéque non valemus: eum nequam etiam homines ſaepe dicant ſine voluptate ſe vitam repudiaturos, intelligentes etiam turpes, & obſcenas voluptates; ſiue contra voluptate ſequimur, quia ipſa iuuat vitam, impellitque nos ad eam magis fouendam. Cum igitur quaeſtionem hanc dubitationemque animi noſtri monſtrarit, differt huius nodi accuratam diſſolutionem in aliud tempus; tantum teſtatur modo; has duas res ita inter ſe nexas, copulataſque eſſe, vt ſeiungi non poſſint; id quod, ratione etiam reddita huius rei, confirmat: ait enim, ſine vſu, munereque aliquo obito, non exoriri voluptatem; omnemque operam, ac functionem alicuius muneris perficere, plenamque ac cumulatam reddere voluptatem.

Ὅθεν δοκοῦσι καὶ τῷ εἴδει διαφέρειν: τὰ γὰρ ἕτερα τῷ εἴδει, ὑφ' ἑτέρων οἰόμεθα τελειοῦσθαι: οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ τὰ φυσικὰ, καὶ τὰ ὑπὸ τέχνης: οἷον ζῶα, καὶ δένδρα, καὶ γραφὴ, καὶ ἀγάλματα, καὶ οἰκία, καὶ σκεῦος: ὁμοίως δὴ καὶ τὰς ἐνεργείας, τὰς διαφερούσας τῷ εἴδει, ὑπὸ διαφερόντων τῷ εἴδει τελειοῦσθαι: διαφέρουσι δὲ αἱ τῆς διανοίας τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις: καὶ αὗται ἀλλήλων κατ' εἶδος, καὶ αἱ τελειοῦσαι δὴ ἡδοναί.

Unde videntur etiam ſpecie differre: quae namque ſpecie differunt, ab alijs arbitramur perfici: ſic enim apparet, & quae naturalia ſunt & quae ab arte conficiuntur: cuiuſmodi ſunt, ceu animalia, & arbores, & tabulae pictae, & ſtatuae, & domus, & vas: ſimiliter iam videmus & functiones alicuius muneris differentes ſpecie, a differentibus ſpecie perfici: differunt autem quae rationis ſunt, ab ijs, quae ſenſibus gignuntur, atque hae inter ſe ſpecie, & quae perficiunt ipſas voluptates.

VNDE inquit factum eſſe (eſt autem hoc corollarium, etſi aliter a non nullis acceptnm eſt) vt voluptates putentur inter ſe ſpecie diſcrepare; quae namque inquit, ſpecie diſſentiunt inter ſe, exiſtimamus a diſſimilibus, longeque alijs rebus, non ab ijſdem perfici. Confirmat autem quod dixit, inductione, affirmans hoc ita fieri, nulloque negotio intelligi poſſe verum eſſe, in rebus, quae natura fiunt, & in his, quae arte, operibuſque variorum opificum, & quemadmodum illa differunt inter ſe ſpecie, ita abſolutio ipſorum manet in rebus, officijſque, quae differunt inter ſe ſpecie: id quod ſatis apertum eſt: alia enim expectantur ab hominibus, ceteriſq; animantibus, veluti etiam alia ab arboribus: ijſq; omnibus, quae oriuntur e terra, quae propria naturae ſunt, alia perfectio eſt picturarum, & ſtatuarum, nec non domus, vt ait, & vaſis; quae variarum artium ſunt opera. Idem etiam adiungit ſeruari: ſimilique modo fieri, in functionibus, muneribuſque vitae: differentes enim inter ſe ſpecie, a differentibus officijs perficiuntur, cum vero de differentibus hominum functionibus locutus eſſet: homo autem conſtat ex animo, & corpore, tradit differentes eſſe, & ipſae quoque ſpecie functiones mentis, a functionibus corporis & ſenſibus ipſis: quibus ſuis membris tanquam inſtrumentis animus vtitur ad aliquod ſentiendum: addit autem, vt meotis functiones differunt ſpecie a functionibns ſenſuum, ita quoque functiones ſenſuum differre inter ſe ſpecie; vt viſus functio differat a functionibns auditus, eodem pacto auditus, & odoratus, reliquorumque duorum: eodemqne pacto voluptates, quae cumulant; perficiuntque ſuperiores omnes functiones, & ipſas ſpecie inter ſe di-

ſe diſcrepare. Alexander quoque capite XIX. ſui quarti libri quaeſtionum, cuius index eſt, ὅτι μὴ ὁμοειδεῖς αἱ ἡδοναί, id ſignificauit: tribuſque argumentis conſtituit.

Φανείη δ᾽ ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ συνῳκειῶσθαι τῶν ἡδονῶν ἑκάστην τῇ ἐνεργείᾳ, ἣν τελειοῖ: συναύξει γὰρ τὴν ἐνέργειαν ἡ οἰκεία ἡδονή: μᾶλλον γὰρ ἕκαστα κρίνουσι καὶ ἐξακριβοῦσιν, οἱ μεθ᾽ ἡδονῆς ἐνεργοῦντες: οἷον γεωμετρικοὶ γίνονται, οἱ χαίροντες τῷ γεωμετρεῖν, καὶ κατανοοῦσιν ἕκαστα μᾶλλον: ὁμοίως δὲ καὶ φιλόμουσοι, καὶ φιλοικοδόμοι, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστοι ἐπιδιδόασιν εἰς τὸ οἰκεῖον ἔργον, χαίροντες αὐτῷ: συναύξουσι δὲ αἱ ἡδοναί: τὰ δὲ συναύξοντα, οἰκεῖα: τοῖς ἑτέροις δὲ τῷ εἴδει, καὶ τὰ οἰκεῖα, ἕτερα τῷ εἴδει.

Appareret autem hoc & ex eo quod ſingulae voluptates affines fiunt functioni muneris, quam perficiunt: auget enim functionem ſua & propria voluptas: magis enim ſingula exiſtimant, & accuratius conficiunt, qui cum voluptate opus aliquod moliuntur: veluti periti geometriae fiunt, qui ſtudijs geometriae delectantur, & intelligunt ſingula, propria eius ſcientiae, melius; eodem autem pacto & ſtudioſi muſices, & cupidi aedificandi, & aliarum artium cuncti meliores fiunt ſuo quiq; proprio in munere, cum laetitiam capiunt ex ipſo: augent autem voluptates: quae autem augent, ſua propriaq; ſunt: illis autem, quae ſunt diuerſa ſpecie, ſua quoque ac propria, ſpecie diuerſa ſunt.

ALTERVM argumentrum hoc eſt, quo idem firmat: poſſe enim inquit, intelligi hoc verum eſſe hinc quoque, quod ſingulae voluptates affines ſunt, & propinquae illi muneri ac functioni, quam perficiunt; quam affinitatem, & quaſi coniunctionem ipſarum perſpici poſſe oſtendit, quia voluptas ſua & propria illarum functionum, & quae inde manat, auxilio eſt ad augenda, & exquiſitiora reddenda illa ipſa facta, & tamquam ſociam ſe addit ſtudio illius, qui incumbit in illud opus: hoc enim valet, quod inquit συναύξει, addita particula σὺν huic verbo. Probat etiam hoc, affirmans, eos omnes, qui gerunt aliquid libenter; indeque percipiunt voluptatem, exiſtimare melius de illis factis, ac muneribus: ipſaque integriora, & abſolutiora conficere. Inductione autem & exemplis allatis plurium, qui honeſtam aliquam artem tractant, & opificum etiam, fabrorumque hoc probat, qui cum delectentur illis, facilius euadunt periti ipſarum, & poſtquam didicerunt, melius intelligunt, quidquid vitij, aut laudis in illis obeundis extiterit. In extremo concludens, ponit vim hanc eſſe voluptatis, ac gaudij, vt amplificet ſtudia illa, atque opera, vnde emergit: illa autem, quae amplificant, non poſſe non eſſe ſua, & propria illorum munerum, ac factorum, cum contra, quae diſparibus ac differentibus ſpecie ſunt apta, ſuaque propria ipſorum, & ipſa ſpecie diſſimilia inter ſe eſſe, neceſſe ſit. Totum autem hunc locum explanat, & nouis etiam argumentis, exemplisque illuſtrat Alexander in IIII. eodem libro quaeſtionum de vita & moribus, capite XIII. cuius index videtur eſſe debere, non ſimpliciter περὶ ἡδονῆς, vt legitur in excuſis, ſed vt habent meliores, calamo ſcripti, libri, ὅτι οἰκεία ἡ ἡδονὴ τῇ ἐνεργείᾳ, ἐφ᾽ ᾗ γίνεται. Vtitur autem hic Ariſtoteles eodem verbo, quo vſus fuit initio huius libri, cum incepit diſſerere de voluptate, quam propriam admodum, & propinquam eſſe dixit noſtri generis, ac naturae.

Ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦτ᾽ ἂν φανείη ἐκ τοῦ τὰς ἀφ᾽ ἑτέρων ἡδονὰς ἐμποδίους ταῖς ἐνεργείαις εἶναι: οἱ γὰρ φίλαυλοι ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν, ἐὰν κατακούσωσιν αὐλοῦντος, μᾶλλον χαίροντες αὐλητικῇ, τῆς παρούσης ἐνεργείας: ἡ κατὰ τὴν αὐλητικὴν οὖν ἡδονὴ, τὴν περὶ τὸν λόγον ἐνέργειαν φθείρει: ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν ἅμα περὶ δύο ἐνεργῇ: ἡ γὰρ ἡδίων τὴν ἑτέραν ἐκκρούει.

Amplius autem magis hoc inde appareret, quod voluptates, quae aliunde oriuntur, impedimento ſunt muneribus, quae obeunt: qui enim capti ſunt amore tibiarum, nequeunt ſtudioſe audire diſputationes ſapientium, ſi audiuerint tibicinem, magis gaudentes cantu tibiarum, quam illa functione, in quam

prius incumbebant : voluptas enim, quae capitur e ſono tibiarum interimit munus illud doctrinae : eadem autem ratione hoc in alijs vſu venit, cum aliquis eodem tempore in duobus occupatus fuerit : quae namque iucundior eſt, ea aliam extrudit.

TERTIVM hoc argumentum, alterumque ſignum, quo idem non ſolum probatur, ſed, vt ipſemet ſignificat, magis adhuc planum, perſpicuumque fit : eſt autem huiuſcemodi : docet enim, voluptates alienas, & quae proficiſcuntur ex alio quopiam ſtudio, impedimento eſſe voluptatibus, quae capiuntur ex ſuis, proprijſque functionibus alicuius habitus, ac ſtudij : id quod comprobat etiam inducendo. Simile, quod explicat, eſt, eos, qui tibijs delectantur, non poſſe attente auſcultare diſſerentem quempiam de re graui, pertinenteq; ad ſtudium alicuius doctrinae, ſtatim vt audiuerint tibiae ſonum, quod fit inquit, quia magis gaudent arte illa, quam re, in quam prius incumbebant; quare inquit, voluptas illa vera, quae capitur e ſtudio tibicinis perdit, corrumpitque priorem illam voluptatem : idem autem vſu venire docet, quod in hac, in ceteris rebus ac ſtudijs, cum contigerit, vt ſimul aliquis operam det duabus rebus, ambabus etiam aptis ad pariendam voluptatem : ſuauior enim inquit, & magis accepta animo alicuius opera, alteram minus iucundam, eijcit inde, atque extrudit. Alexander, cum idem hoc probaret in XIX. quaeſtione IIII. libri, cuius ſupra mentionem feci; tribuſque argumentis vteretur, primum eorum hoc ipſum fuit : eodem autem exemplo hoc declarauit, quo hic infra Ariſtoteles; conuertit tamen ipſum, vt apparebit, inquit in theatris hoc quoque vſu venire, vt voluptas, quam capiunt ſpectatores, eum comoedus eximie fungitur munere ſuo, corrumpat voluptatem, quam antea capiebant, comedentes bellaria. Sed M. Cicero etiam idem hoc fieri, contingereque ſolere narrauit his verbis, vſus exemplo propinquiore ſimili noſtri doctoris : inquit enim. Quorum auditores diſcum audire, quam philoſophum malunt, qui, ſimul vt increpuit, philoſophum diſputantem relinquunt.

Καὶ ἐὰν πολὺ διαφέρῃ κατὰ τὴν ἡδονὴν, μᾶλλον, ὥστε μηδ' ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἑτέραν : διὸ χαίροντες ὁτῳοῦν σφόδρα, οὐ πάνυ δρῶμεν ἕτερον : καὶ ἄλλα ποιοῦμεν, ἄλλοις ἠρέμα ἀρεσκόμενοι : οἷον καὶ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τραγηματίζοντες : ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρῶσι.

Et ſi multum praeſtiterit voluptate, magis : ita vt ne muneris quidem aliquid obeat in alia. Quapropter cum gaudemus quolibet vehementer, non valde gerimus aliud : & alia facimus, cum alijs parum delectamur : veluti in theatris, qui bellaria comedunt, quando mali actores fabularum fuerint, tunc maxime id faciunt.

VALET hoc ad idem confirmandum, voluptates inquam ſibi impedimento eſſe : maioremque aliquam valde frangere atque extinguere minorem. Cum igitur hoc contingere docuiſſet, vt vna vehementior leniorem laederet, inquit nunc, rem augens, ſi altera functio maiorem vim habuerit ad efficiendam voluptatem, quod dixit, magis fore, ideſt minorem magis imminutum iri, & eo denique ita rem peruenturam, vt alterum munus ſtudiumque penitus intereat. Addit autem tamquam cumulum documento huic, hanc cauſam eſſe, vt, cum laetamur aliqua re vehementer, non facile geramus aliud quippiam, & omnes alias curas ex animo dimittamus : contraque cum parum aliqua re delectamur, in aliud quippiam incumbamus; poſt quam conſuetudinem noſtram expoſitam, confirmat eam, more narrato ſpectatorum. Perſpicitur igitur, Alexandrum hinc ipſum ſumpſiſſe; non tamen de egregijs actoribus fabularum loquitur Ariſtoteles, verum de malis, a quibus minime delectati inde penitus oculos, mentemque auertimus; conſumimuſque tempus illud in leui voluptate, quae tamen prae opera illa mala, malorum actorum non contemnitur.

Ἐπεὶ δ' ἡ μὲν οἰκεία ἡδονὴ ἐξακριβοῖ τὰς ἐνεργείας καὶ χρονιωτέρας, καὶ βελτίους ποιεῖ, αἱ δ' ἀλλότριαι, λυμαίνονται, δῆλον ὡς πολὺ διεστᾶσι : σχεδὸν γὰρ αἱ ἀλλότριαι ἡδοναὶ ποιοῦσιν ὅπερ αἱ οἰκεῖαι λῦπαι : φθείρουσι γὰρ τὰς ἐνεργείας αἱ οἰκεῖαι λῦπαι : οἷον ἐάν τῳ τὸ

γράφειν

γράφειν ἀηδὲς, καὶ ἐπίλυπον, ἢ τὸ λογίζεσθαι: ὁ μὲν, οὐ γράφει: ὁ δὲ, οὐ λογίζεται. λυπηρᾶς οὔσης τῆς ἐνεργείας.

Quia autem ſua quidem propriaq́; voluptas exacuit functiones, & diuturniores, & meliores reddit: alienae autem deprauant, planum eſt, multum ipſas diſſentire: ferme enim alienae voluptates praeſtant idem, quod ſui proprijq́; dolores: corrumpunt enim functiones ſui proprijq́; dolores: veluti ſi cuipiam ſcribere iniucundum, ac moleſtum eſt, ſiue ratiocinari: hic quidem non ſcribit: hic vero non ratiocinatur, quia plena doloris eſt functio eius muneris.

OSTENDIT ſigno, notaque huius rei, voluptates valde inter ſe diſcrepare; magnopereq; vnas aliquas ipſarum ab alijs ſeiunctas eſſe, non ſolum non vno, eodemque genere contineri. Vtitur autem tamquam ſolo ac fundamento huius ſuae rationis, ijs, quae iam probauerat: vnde initio collocauit particulam, quae hoc indicat, id quod ipſum ſemper facere, cum rebus aliquibus iam demonſtratis vtitur, ad ſuam ſententiam confirmandam non ſemel indicaui, inquit igitur. Quia ſua & propria voluptas exacuit functiones & ſtudia hominum, redditque ipſas diuturniores & meliores: alienae autem voluptates inquinant ipſas, ac corrumpunt; perſpicuum eſt, ipſas valde diſtantes eſſe ac ſeparatas. Confirmare autem hoc volens, vel potius diſſimilitudinem ipſarum amplificare, ait, idem ferme praeſtare alienas voluptates, quod efficiunt ſui, ac proprij dolores, qui manifeſto ipſas interimunt: nec veſtigium vllum ipſarum relinquunt, cum perdant, corrumpantque functiones, vnde ipſae proficiſcuntur. Exemplis autem declarat, quod praecepit, quae valde nota ſunt: veluti enim inquit, ſi eſt aliquis, cui ſcribere iniucundum, moleſtumque ſit, & ſicut ſcribere, ita etiam rationem rei familiaris ſubducere; alter horum non ſcribit, quia opera, curaque illa ipſi dolorem inurit, alterque ille idem facit, moleſtiam eam, paenamque vitans. Idem igitur in his rebus contingit. Alexander cap. XIII. libri IIII. quaeſtionum cum oſtendere vellet voluptates eſſe propinquas, affineſque functionibus, e quibus exoriuntur, argumento etiam vſus eſt ſimili huic ipſi; inquit enim, Praeterea, ſi quod facimus, cum verſamur in functionibus, quae dolorem nobis inurunt (deſinimus enim in eas incumbere) hoc ipſum conſilium capimus, quando verſamur in quibuſdam alijs functionibus, perſpicuum hinc eſt, eſſe ſuas, propriaſque voluptates, & affines denique functionibus, vnde exiſtunt.

Συμβαίνει δὴ περὶ τὰς ἐνεργείας τοὐναντίον ἀπὸ τῶν οἰκείων ἡδονῶν τε καὶ λυπῶν: οἰκεῖαι δ' εἰσὶν, αἱ ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ καθ' αὑτὴν γινόμεναι: αἱ δ' ἀλλότριαι ἡδοναὶ εἴρηνται, ὅτι παραπλήσιόν τι τῇ λύπῃ ποιοῦσι: φθείρουσι γὰρ, πλὴν οὐχ ὁμοίως.

Contingit igitur circa functiones munerum contrarium a ſuis, proprijsq́; voluptatibus, ac doloribus: propriae autem ſunt, quae ex functione, quae fit per ſe, naſcuntur: alienae autem voluptates vocatae ſunt, quia ſimile quiddam efficiunt dolori: corrumpunt enim, niſi quod non eodem modo.

CONCLVDIT, quod pertinet ad vſus ipſos, & functiones voluptatum ſuarum, ac propriarum, ac dolorum, contrarium inde prodire, ac naſci, quod cum expoſuiſſet, declarat, quas intelligat, vocans ipſas οἰκείας ideſt ſuas ac proprias. aitque eas eſſe, quae oriuntur ex illis muneribus per ſe, non ex accidenti: contingit enim aliquando, vt e munere, quod aliquis obit, efficiatur quippiam, quod inde expectari non poterat, quare haec excipit. Admonere quoque voluit, quod & ſi prius dictum fuerat, non tamen ipſum plene tradiderat, adiungit igitur id, quod ſacit ad totam rem perfecte intelligendam: id autem eſt, quod etſi aſſimile quiddam ac par praeſtant alienae voluptates, ac proprij dolores: ambae enim violant, atque morantur ſuam illam, ac propriam ipſarum voluptatem, non tamen id efficiunt ſimili modo. Puto, quia dolores id faciunt propter ſe, vique ſuae naturae: dolor namque aduerſatur voluptati: inimicaque ipſi res eſt: voluptas vero ſuperueniens ex accidenti; neque enim ſua vi voluptas volnptatem frangit. Praeterea longe aliter affectum, quem occupant, ambae relinquunt, potientem prius voluptate: dolor enim accedens mae-

rentem relinquit: voluptas vero maior, iucunde affectum, laetantemque, ſed alio genere voluptatis, aut ſi eadem illa, longe maiore, ac vehementiore.

Διαφερουσῶν δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικείᾳ, καὶ φαυλότητι: καὶ τῶν μὲν, αἱρετῶν οὐσῶν: τῶν δὲ, φευκτῶν: τῶν δὲ, οὐδετέρων, ὁμοίως ἔχουσι καὶ αἱ ἡδοναί: καθ' ἑκάστην γὰρ ἐνέργειαν οἰκεία ἡδονὴ ἐστιν: ἡ μὲν οὖν τῇ σπουδαίᾳ οἰκεία, ἐπιεικής: ἡ δὲ τῇ φαύλῃ, μοχθηρά: καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι, τῶν μὲν καλῶν, ἐπαινεταί: τῶν δ' αἰσχρῶν, ψεκταί.

Cum autem differant functiones munerum probitate & culpa: & hae quidem, expetendae ſint: hae vero, fugiendae: hae autem, neutrae, eodem pacto ſe habent etiam voluptates: in vnaquaque enim functione, ſua & propria voluptas eſt: quae igitur ſtudioſae ſua propriaq́ eſt, bona: quae autem malae, praua: cupiditates enim, rerum quidem honeſtarum, laudabiles ſunt: turpium autem, vituperabiles.

Docet, voluptates comitari functionibus, quod pertinet ad laudem ipſarum, aut vituperationem oſtendendam: idemque, quod in ipſas cadit, has etiam ornare, aut infamare: ponit autem, quod exploratum eſt, vſus ipſos, ac functiones diſſentire inter ſe, bonitate atq; improbitate, cum ipſarum quaedam ſint expetendae: aliae fugiendae: tertium vero ipſarum genus, mediae atque interiectae inter has. Fieri igitur hinc ait, vt idem eueniat in voluptatibus ipſis, cum e ſingulis actibus exiſtat ſua quaedam, & propria ipſorum voluptas: quare inquit, concludens, voluptas, quae ſua ac propria functionis ac muneris recti, proba erit: quae vero mali ac vitioſi, praua, Addit, quod valet ad rem explanandam, deſideria rerum honeſtarum laude digna eſſe: turpium vero, vituperatione: quale igitur initium fuit harum rerum, tale etiam, parque illi exitum, extremumque futurum, veriſimile erat.

Οἰκειότεραι δὲ ταῖς ἐνεργείαις, αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναί, τῶν ὀρέξεων: αἱ μὲν γὰρ διωρισμέναι εἰσὶ, καὶ τοῖς χρόνοις, καὶ τῇ φύσει: αἱ δὲ, σύνεγγυς ταῖς ἐνεργείαις, καὶ ἀδιόριστοι οὕτως, ὥστ' ἔχειν ἀμφισβήτησιν, εἰ ταὐτόν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῇ ἡδονῇ.

Magis autem propriae, affinesq́ ſunt functionibus, quae in ipſis ſunt voluptates, quam appetitiones: hae namque definitae ſunt, & temporibus, & natura: hae autem propinquae ſunt, & indefinitae ita, vt controuerſiam in ſe habeant, an idem ſit functio, ac voluptas.

Addit, quod vires auget ſuperioris huius argumenti; voluptates, quae inde proficiſcuntur, e functionibus videlicet, magis affines eſſe, propinquaſque muneribus illis, ac functionibus, quam ſint deſideria, appetitioneſq; earum rerum, id quod probat dicens, deſideria illarum rerum eſſe diſtincta, ſeparataq; temporibus, ac natura: antea namq; incipimus aliquid appetere, quam ipſi operam demus: ac ſaepe longo interuallo ſeiunctae: nam quin natura etiam diſcrepét inter ſe cupiditates, ac voluptates, dubitari non poteſt: hae vero inquit, voluptates ſcilicet, vicinae ſunt, & ita propinquae; atq; ita indiſtinctae, & quaſi confuſae, vt controuerſiam gignant, faciantque aliquos dubitare, an vnum, idemque functio ſit, quae parit voluptatem, ac voluptas ipſa. Alexander in II. capite ſuarum de moribus quaeſtionũ, quo probat, non contineri eadem ſpecie voluptates cunctas; in alijs multis, quibus vtitur argumentis, id refellens, hoc quoq; vſus eſt, quod etiam dum exponeret, magis explicauit: inquit enim. Si quod appetit aliquid, cupitq;, neq; adhuc adeptũ eſt ipſum, ac tenet, magis ab ipſo remotum eſt, quam id, quod tenet iam, habetq; ſecum, cupiditas magis remota etit a functione, actuq;, vnde manat voluptas, quam voluptas, quae inde naſcitur: cupiditas enim inquit, eſt appetitio voluptatis: voluptas vero vna cum ipſa manet; comitatur enim ipſi, & tamen illic adiunxit, id quod infra docuit Ariſtoteles.

Οὐ μὴν ἔοικέ γε ἡδονὴ διάνοια εἶν, οὐδ' αἴσθησις: ἄτοπον γάρ: ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χωρίζεσθαι, φαίνεταί τισι ταὐτόν: ὥσπερ οὖν αἱ ἐνέργειαι, ἕτεραι, καὶ αἱ ἡδοναί.

Non tamen videtur voluptas dianoea eſſe, neque ſenſus: abſurdum enim foret: verum quia non ſeparatur, exiſtimatur a quibuſdam idem eſſe, quemadmodum igitur functiones diuerſae, & voluptates.

Cvm voluptatem iunctam eſſe oſtendiſſet, cum functione muneris, vnde oritur: voluptatum autem ſint duo fontes atque ortus, mens inquam, ſiue potius ratio, ac ſenſus: quaſdam enim ipſarum percipimus ratione: multo fortaſſe plures ſenſu; nequis in hoc labatur ac peccet, admonet non eſſe omnino idem voluptatem, ac rationem, ſenſumque: additque eum, qui ita ſentiret, magno errori affinem futurum: purgat tamen illum, vt poteſt, indicans, quae res decipere ipſum valeat, ideſt ſimilitudo ingens, quae eſt inter voluptatem ac functionem muneris, vnde ipſa naſcitur, cum videantur non poſſe ſeparari, quemadmodum etiam functiones ipſae, ac voluptates.

Διαφέρει δὲ ἡ ὄψις ἁφῆς, καθαριότητι, καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις, γεύσεως: ὁμοίως δὲ διαφέρουσι, καὶ αἱ ἡδοναί; καὶ τούτων, αἱ περὶ τὴν διάνοιαν: καὶ ἑκάτεραι ἀλλήλων.

Differt autem viſus a tactu, puritate, & auditus & olfactus a guſtatu: ſimiliq; ratione differunt etiam voluptates: & harum, quae circa dianoeam ſunt, & vtraeque inter ſe.

Distingvit nunc voluptates diſcrepareque inter ſe ipſas docet, quod quaedam earum ſunt magis purae ac liquidae, quam aliae: incipit autem a voluptatibus, quae percipiuntur ſenſibus; quarum omnium puriſſimã indicat eſſe illam, quae capitur oculis, cum ab ipſa ordiatur: confert tamen eam cum voluptate tactus, vincereque ipſam affirmat; vnde autem hoc fiat, non quaerit: neque enim loci huius eſt, temporiſque tradere cauſam huius rei: licet tamen putare voluptatem illam eſſe puriorem, quae fungitur munere ſuo abſque materia, ſiue parum ipſius attingens, tantumque natura ſua, ac poteſtate; eodemque pacto verſatur in re minus craſſa, ac quae plus ſpiritus habet, quam materiae: tranſitque per medium, & ipſum integrum, minuſque inquinatum, & vnde nequeat facile ſordis aliquid accipere. Lucretius quoque, vbi amorem accuſat: diſſeritque de voluptatibus, quae inde percipiuntur, vtitur hoc nomine atque affirmat, quas incenſi amore magis ſectantur, anteponuntque ceteris, non eſſe veras, integraſque voluptates, ſed potius contaminatas: mixtaſque cum dolore, ac paena, quod declarare putat, motus eos corporis, & quaſi ardorem illum animi: inquit enim id inde exoriri, quia non eſt pura voluptas. Eodem etiam pacto ait noſter doctor: auditum, & olfactum puritate vincere guſtatum: non poteſt enim aliquis guſtare quippiam, niſi ſumat aliquid ore, quod humore quopiam praeditum ſit, cuius indicio intelligit vim, naturamque eius rei; quod non contingit in ſuperioribus quattuor ſenſibus: adiungit autem ſimili modo diſſentire inter ſe voluptates, quae ab his ipſis ſenſibus exoriuntur: eiuſdemque rationis eſſe diſcrimina ipſarum. Admonet quoque, quod breuiter tangit, voluptates, quae ratione percipiuntur, diſcrepare a voluptatibus ſenſuum, ſed etiam gradum quendam & ordinem inter ſe habere, ipſarumque quaſdam puriores eſſe; alias vero non nullas minus puras: quamuis in hoc vincant omnes voluptates ſenſiles.

Δοκεῖ δ᾽ εἶναι ἑκάστῳ ζώῳ καὶ ἡδονὴ οἰκεία, ὥσπερ καὶ ἔργον: ἡ γὰρ κατὰ τὴν ἐνέργειαν: καὶ ἐφ᾽ ἑκάστῳ δὲ θεωροῦντι, τοῦτ᾽ ἂν φανείη: ἑτέρα γὰρ ἵππου ἡδονή, καὶ κυνὸς καὶ ἀνθρώπου, καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν: ὄνους σύρματ᾽ ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν: ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις: αἱ μὲν οὖν τῶν ἑτέρων τῷ εἴδει, διαφέρουσιν εἴδει: τὰς δὲ τῶν αὐτῶν, ἀδιαφόρους εὔλογον εἶναι.

Videtur autem ſingulis animantibus ſua & propria voluptas eſſe, quemadmodum & opus: ea namque, quae proficiſcitur ab eius muneris functione: atque in vnoquoque illi, qui accurate ſpectarit, hoc apparere poterit: alia enim equi voluptas eſt, alia canis, alia hominis, quemadmodum Heraclitus ait: Aſinum magis paleas ſumpturum eſſe quàm aurum: iucundius enim auro

pabulum aſinis: voluptates igitur eorum, quae diuerſa ſunt ſpecie, differunt ſpecie: eorundem autem ſpecie indifferentes eſſe, conſentaneum eſt.

VT idem comprobet, voluptates inquam ſpecie inter ſe diſcrepare, ſignificat hoc ita ſe habere in cunctis animantibus, vt ſcilicet, quemadmodum opera ipſarum, muniaque diuerſa ſunt, ac valde inter ſe diſſimilia, ita etiam earundem voluptates diſſimiles, quod verum eſſe plane intelligitur, conceſſo illo, quod negari non poteſt, voluptatem comitari muneri, ac functioni: variatis enim muneribus ſtudijſque animantium, variantur earundem voluptates. Quod ſi inquit, aliquis diligenter viderit naturam animantium, moreſque, hoc verum eſſe, facile cognoſcet: perſpicitur enim equum, canem, hominem alijs rebus delectari, quodque gratum eſt vni horum animalium, alij ſaepe diſplicere. Videtur autem loqui de voluptatibus, quae capiuntur e cibo, quod etiam intelligere licet ex Heracliti voce; nam ſi de animi, non corporis voluptatibus loqueretur, hoc verum non foret, cum improbi homines non capiant voluptates ex ijſdem rebus, quibus graues, honeſtique viri capiunt, quin potius has fugiunt, moleſtaſque ſibi putant vt ipſe paulo poſt accurate docet. Sed etiam in corporis voluptatibus, cibiſque non paruum diſcrimen eſt in naturis hominum varijs, cum beluae euoctae eiuſdem generis ijſdem alimentis vtantur, etſi in ipſorum quoque ingenijs veſtigia non nulla viſuntur huius varietatis, ſed non tanta, quanta in hominibus. In vocem autem hanc Heracliti nuſquam alias incidi, qui dixit, aſellum antepoſiturum eſſe paleam auro, cum cibus ſit ipſi palea; ex auro vero fructum nullum capiat. Concludit autem poſt hoc, voluptates animalium, quae differunt inter ſe ſpecie, & ipſas eodem pacto, ſpecieque inter ſe diſcrepare. Cum interpres Graecus vocet hic Heraclitum ciuem ſuum, qui Heraclitus Epheſius fuit, vt notum eſt, ſuſpicari aliquis poſſet, declarationem huius libri Michaelis Epheſij, non Euſtratij eſſe, vt notata illa initio eſt.

Διαλλάττουσι δὲ οὐ μικρὸν ἐπί γε τῶν ἀνθρώπων: τὰ γὰρ αὐτὰ, τοὺς μὲν λυπεῖ: τοὺς δὲ, τέρπει: καὶ τοῖς μὲν, λυπηρὰ καὶ μισητά ἐστι: τοῖς δὲ, ἡδέα καὶ φιλητά: καὶ ἐπὶ γλυκέων δὲ τοῦτο συμβαίνει: οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ τῷ πυρέττοντι δοκεῖ καὶ τῷ ὑγιαίνοντι: οὐδὲ θερμὸν εἶναι τῷ ἀσθενεῖ, καὶ τῷ εὐεκτικῷ: ὁμοίως δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων τοῦτο συμβαίνει.

Diſſentiunt autem in hominibus non parum: eadem enim, hos quidem, dolore afficiunt; hos autem, oblectant, & his quidem, moleſta odioſaque ſunt: his autem, iucunda & amabilia: idemque hoc in rebus dulcibus vſu venit: non enim eadem ei, qui febrim habet & valenti videntur, neque calidum ei, qui imbecillus eſt, & illi, qui bonae habitudinis ſit: ſimili modo ſe res habet etiam in alijs.

QVAS in beluis paria fere ſunt, eundemque tenorem ſeruant, affirmat in hominibus non parum inter ſe diſſentire: cum contingat, eadem ſtudia his quidem, dolorem ignere, alijs vero, voluptatem gignere: atque his moleſta, odioſaque eſſe, non nullis vero alijs iucunda & amabilia, quae diſſimilitudo non tantum ad animum variandum faciat, verum etiam ad ſenſus, quod docet, exemplo duorum vſus: idem autem in reliquis vſu venire facile cognoſcitur: idem igitur inquit, contingit in rebus dulcibus: neque enim eaedem res, ſi ore ſumantur, pariter dulces ſunt ei, qui in febrim inciderit, & illi, qui corpore valeat, ſed ſaepe, quae ſua vi dulces ſunt, amarae videntur. Adiungit, idem etiam fieri in tactu, cum tenui corpori & imbecillo, contraque firmo, ac vegeto, non eadem aqua calida videatur, quod in balneum, fluuiumque ingredientibus vſu venire perſpicitur: tenues enim homines iubent balneatorem calidiorem fundere; robuſtis, quae illis frigida, ſatis accommodata videtur: idem in ceteris ſenſibus vſu venire affirmat, veluti in odoribus, quod Plutarchus plano exemplo, atque illuſtri perſpectum aliquando fuiſſe narrauit in duabus, diſſimilis admodum fortunae feminis, quae cum ſibi in via occurriſſent, ipſarum vna, quae paupercula, & ſordida foret, non minus auerſata eſt ſuauitatem odorum, & aromatum ſumptuoſae, ac mollis, quam diſplicuerint alteri diuiti atque opulentae, faetor ceparum & aliorum, quibus mendica illa paſta erat.

Δοκεῖ δ' ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις εἶναι τὸ φαινόμενον τῷ σπουδαίῳ: εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται, καθάπερ δοκεῖ: καὶ ἔστιν ἑκάστου μέτρον, ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ ἀγαθὸς, ᾗ τοιοῦτος, καὶ

ἡδοναὶ

ἡδοναὶ εἶεν ἂν, αἱ τούτῳ φαινόμεναι· καὶ ἡδέα, οἷς οὗτος χαίρει· τὰ δὲ τούτῳ δυσχερῆ, εἴ τῳ φαίνεται ἡδέα, οὐδὲν θαυμαστὸν· πολλαὶ γὰρ φθοραὶ καὶ λῦμαι ἀνθρώπων γίνονται· ἡδέα δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τούτοις, καὶ οὕτω διακειμένοις.

Videtur autem in omnibus huiuſcemodi eſſe id, quod apparet ſtudioſo: ſi autem hoc recte dicitur, quemadmodum videtur & ſane eſt, atque vniuſcuiuſque rei menſura eſt, virtus & vir probus, qua ratione talis eſt: voluptates quoque erunt, quae huic videntur & res iucundae, quibus hic gaudet: quae vero huic triſtia & aſpera ſunt, ſi cuipiam iucunda videntur, mirari non oportet: multae namq; corruptelae ac labes in hominibus naſcuntur: iucunda autem illa non ſunt, ſed his ipſis, atque ita affectis.

CVM varietas tanta, obſcuritaſque ſit in his rebus, quid ſequi nos potiſſimum oporteat in ipſis, ſiue perſequendis, ſiue fugiendis ſignificat ac monſtrat, quae tamquam norma ſit harum rerum, quae liberent nos ab omni errore, ac culpa; ait igitur non peccaturos illos, qui exiſtimarint de ipſis, ſenſerintque cum probo, moderatoque viro; id quod videri tradit, probarique ijs, qui de hoc iudicare poſſunt, quod addit, ſi vere dictum eſt, vt putatur, ac profecto eſt, vt ſcilicet virtus menſura ſit omnium rerum; virque probus, ſi ſpectetur, vt talis, nec diſcedat a ſemet ipſo: nam probos etiam viros contingit aliqua in re labi, voluptates etiam erunt, quae putatae ab ipſo fuerint, eſſe voluptates ac dignae, quae hoc nomine appellentur: eodemque pacto iucunda, quibus hic ſtudioſus homo laetatur: contraque altera, quae ipſi diſplicent, ſi cuipiam plena voluptatis videntur, mirari non debemus, cum multae ſint deprauationes labeſque in vita hominum, quae rapiunt mortales in magnas culpas. Non ſunt igitur ait, haec iucunda, quae, nedum talia merito haberi debeant, ſunt potius multis triſtia & odioſa, ſed illis tantum, corruptis hominibus, iucunda & referta voluptate eſſe, confitenda a nobis ſunt. Cum multas autem corruptelas, & maculas extare hic dixerit Ariſtoteles, quae inquinant ac deprauant vitam hominum, ſenſuſque: neque tamen quae ipſae ſint aperuerit. M. Cicero, cum idem oſtendere vellet, plures cauſas huius mali indicauit in proemio tertiae Tuſculanae; cuius diſputationis initium hoc eſt: Nunc autem, ſimul atque editi in lucem, & ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauitate, & in ſumma opinionum peruerſitate verſamur, vt paene cum lacte nutricis, errorem ſuxiſſe videamur, & quae ſequuntur.

Τὰς μὲν οὖν ὁμολογουμένως αἰσχρὰς, δῆλον ὡς οὐ φατέον ἡδονὰς εἶναι, πλὴν τοῖς διεφθαρμένοις· τῶν δ' ἐπιεικῶν δοκουσῶν εἶναι, ποίαν ἢ τίνα φατέον τοῦ ἀνθρώπου εἶναι; ἢ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν δῆλον; ταύταις γὰρ ἕπονται αἱ ἡδοναί· εἴτ' οὖν μία ἐστὶν, εἴτε πλέους, αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρὸς, αἱ ταύτας τελειοῦσαι ἡδοναὶ, κυρίως λέγοιντ' ἂν ἀνθρώπου ἡδοναὶ εἶναι· αἱ δὲ λοιπαὶ, δευτέρως καὶ πολλοστῶς, ὥσπερ αἱ ἐνέργειαι.

Turpes igitur omnium conſenſu, perſpicuum eſt, non eſſe appellandas voluptates, praeter quam deprauatis hominibus: earum vero, quae videntur eſſe probae, qualem, aut quam potiſſimum hominis dicendum eſt? an e functionibus ipſarum hoc perſpicuum eſt? his namque comitantur voluptates: ſiue igitur vna eſt, ſiue plures, quae ſunt perfecti, & beati viri, eae, quae perficiunt has voluptates, proprie dicerentur hominis eſſe voluptates: reliquae autem ſecundo loco & multis varijſque modis, quemadmodum functiones.

POST longam & accuratam diſputationem de voluptate, tradit, quid generatim de ipſis ſentire debeamus: primumque teſtatur, de quibuſdam ipſarum, ijs inquam, quae conſenſu magno hominum turpes putantur; dubitandum nobis non eſſe, quin illae voluptates non ſint, niſi deprauatis, perditiſque mortalibus, & qui, incenſi ardore ipſarum, verum iudicium amiſerint de natura voluptatis. Vt autem de ſuperioribus exiſtimari, ſententia-

que ferri ſubito poteſt, ita de probis, proprijſque moderatorum virorum putatis, non facile ſtatuitur, quae qualiſque ſit propria voluptas hominis; quare inquit, cum reſtet hic ſcrupulus, videndum, quomodo euellatur. An inquit, intueri hoc, iudicareque poſſumus ex vſibus ipſis factiſq;, quae ſi diligenter attenderimus, ipſa nobis hoc monſtrabunt, cum voluptates comitentur muneribus, vſibuſque, vnde manant: planius autem nobis eſt, procliuiuſque, intelligere vim, naturamque factorum, quàm eorum, quae inde emergunt; quis autem dubitet, quin e turpibus, foediſque factis proficiſcantur turpes, obſcenaeque voluptates; ſiue igitur addit, vna eſt actio, ſiue plures perfecti viri, ac beati, voluptates, quae perficiunt ipſas, cumulantque, proprie, vereque dicentur hominis voluptates: reliquae vero ſecundo quodam modo, ac ſi plures extiterint, ita denique ſe habebunt, vt facta, quae inde profecta ſunt.

Εἰρημένων δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετάς τε, καὶ φιλίας, καὶ ἡδονάς, λοιπὸν περὶ εὐδαιμονίας τύπῳ διελθεῖν: ἐπειδὴ τέλος αὐτὴν τίθεμεν τῶν ἀνθρωπίνων: ἀναλαβοῦσι δὴ τὰ προειρημένα, συντομώτερος ἂν εἴη ὁ λόγος.

Traditis autem his, quae ad virtutes & amicitias, & voluptates, reliquum eſt de vita beata craſſo modo perſequi: quia finem ipſam eſſe volumus rerum humanarum: ſi repeterimus igitur ea, quae dicta ſunt, breuior erit diſputatio.

PERVENTVM eſt ad finem, & quaſi σκοπόν, totius huius ſcriptionis, & pulcherrimi, ſanctiſſimique de vita & moribus operis: vt enim in extremo primi libri docuit, propoſitum ipſi fuit initio tradere, quae res vitam beatam efficerent, quibus iam expoſitis, copioſe, atque exquiſite in ipſam beatitudinem explicandam incumbit. Dicit igitur, repetens paucis, quae praeſtitit, vel potius capita ipſorum indicans, cum a ſe expoſita ſint, quae ad virtutes pertinent, non diſtinguens morum virtutes ab illis, quae rationis ſunt, nec non declaratis ijs, quae ad amicitiam, itidemque voluptates, reſtare, vt opus abſoluatur, differere de beatitudine: teſtatur etiam cuiuſmodi futura ſit haec de ipſa praeceptio ac doctrina, parem ſcilicet ac ſimilem reliquae omni ſuperiori huic morum diſciplinae: multis enim locis ſignificauit, ſe non ſubtiliter naturam rerum, quas hic tradit, explicaturum, ſed craſſo quodam modo, & quantum requirit ratio rerum, quas hic tangit, vſus etiam hoc ipſo nomine τύπῳ. Oſtendit etiam, cur omittere non debeat diligentem de beatitudine diſputationem, quod eſſe inquit, quia finem ipſam eſſe vult humanorum omnium conſiliorum, atque actionum: cognito autem & perſpecto fine, quo peruenire nolumus, facilius, ac ſine vllo errore curſum omnem conficere poſſumus. Conſtituit etiam uiam, rationemque, quam in tractanda ipſa nunc ſequi uult, teſtans, eam magis accommodatam huic tempori futuram, cum conciſior, breuiorque futura ſit, repetitis non nullis, quae huc faciunt; ſummaque ipſorum, & non a capite examinatis.

Εἴπομεν δ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξις: καὶ γὰρ τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἄν, φυτῶν ζῶντι βίον, καὶ τῷ δυστυχοῦντι τὰ μέγιστα.

Diximus autem non eſſe ipſum habitum: ſi namque foret, dormienti tota vita adfuiſſet, qui ſane ſtirpis vitam viuit: parque illi foret, qui incidiſſet in maximas calamitates.

FACIT, quod indicauit modo ſe facturum: inquit enim beatitudinem non eſſe habitum; quod prius quoque oſtenderat: argumenta etiam iterat, quibus illic idem probarat, docens incommoda, quae naſcerentur, ſi hoc concederemus: duo autem ſunt, quorum prius eſt, quod hoc pacto contingeret, illum, qui toto uitae ſuae tempore dormiret, beatum fore, ſi uirtutis habitum ſemel conſecutus eſſet: duobus autem uerbis declarat auctor inſulſitatem huius ſententiae, ſignificans, eum non ſolum uitam propriam hominis non uicturum, ſed ne beluae quidem, cum ſtirpis, & unius alicuius, quod ſine ſenſu ſit: tantumque communem cum homine habeat animi partem, ac uim, qua alitur creſcitque: alterum eſt, quod ita beatus etiam foret, qui in graues, aſperoſque admodum caſus incidiſſet: a qua opinione ipſe toto animo abhorruit: etſi poſt eum, dura admodum, & nimis ſeuera familia Stoicorum, ipſam amauit.

Εἰ δὴ

Εἰ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἐνέργειάν τινα θετέον, καθάπερ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται: τῶν δ' ἐνεργειῶν, αἱ μὲν, ἐσὶν ἀναγκαῖαι καὶ δι' ἕτερα αἱρεταὶ: αἱ δὲ, καθ' αὑτάς: δῆλον, ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν τῶν καθ' αὑτὰς αἱρετῶν τινα θετέον, καὶ οὐ τῶν δι' ἄλλο: οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' αὐτάρκης: καθ' αὑτὰς δ' εἰσὶν αἱρεταὶ, ἀφ' ὧν μηδὲν ἐπιζητεῖται παρὰ τὴν ἐνέργειαν.

Quod ſi haec nullo modo placent, ſed potius in functione muneris alicuius collocare ipſam debemus; veluti in his, quae prius a nobis dicta ſunt, expoſitum eſt. Functionum autem, hae quidem neceſſariae ſunt, & propter alia expetendae: hae vero propter ſe: perſpicuum eſt, beatitudinem nos ponere debere vnam earum rerum, quae propter ſe ſunt expetendae, & minime propter aliud: nullius enim rei indigens eſt beatitudo, ſed ſuis bonis contenta: propter ſe autem ſunt expetendae, vnde nihil expetitur praeter functionem muneris.

QVOD ſi inquit, haec nullo modo nobis placent, beatitudinem inquam eſſe habitum: eodemque pacto, quae inde naſcerentur nobis nullo pacto probari poſſunt: potiuſque putamus ad vſum quendam functionemq; alicuius muneris ipſam inde transferendam; quod antea inquit, admonuimus: antequam autem ſententiam abſoluat, inſerit in medium quiddam, propoſito ſuo accommodatum: eſt autem hoc, vſuum, munerumque diuiſionem, quorum inquit, vſuum, quoſdam eſſe neceſſarios, expetendoſque non ſua vi, ſed quia proſunt alijs rebus a nobis obtinendis: alios autem, qui propter ſe expetuntur; ijs autem ita diſtinctis, inquit, perſpicuum eſſe, quod valet ad ſententiam inchoatam perficiendam, beatitudinem vnum eorum actuum eſſe, qui propter ſe expetendi ſunt, & non propter aliud, cum ſit vltimum, extremumque bonorum omnium & vt ipſe inquit, cum nullius rei indiga ſit vita beata, ſed contenta viuat ſuis bonis. Aperuit etiam, conuenire ſignificans ſuae ſententiae de vita beata, & quaſi definitioni ipſius, quod tradidit, propter ſe actus illos expetendos eſſe, e quibus nihil aliud expectatur, capiturque praeter actum ipſum, id quod beatitudini contingit,

Τοιαῦται δ' εἶναι δοκοῦσιν, αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις: τὰ γὰρ καλὰ καὶ σπουδαῖα πράττειν, τῶν δι' αὑτὰ αἱρετῶν: καὶ τῶν παιδιῶν δὲ, αἱ ἡδεῖαι: οὐ γὰρ δι' ἕτερα αὐτὰς αἱροῦνται: βλάπτονται γὰρ ἀπ' αὐτῶν μᾶλλον ἢ ὠφελοῦνται, ἀμελοῦντες τῶν σωμάτων καὶ τῆς κτήσεως.

Huiuſcemodi autem eſſe videntur actiones, quae virtute adminiſtratae ſunt: honeſta enim & ſtudioſa agere, vnum eſt eorum, quae propter ſe expetenda ſunt, & luſionum illae, quae iucundae ſunt: non enim propter alia ipſas expetunt: detrimenti enim potius inde aliquid accipiunt, quam emolumenti: cum corpora non curant, neque rem familiarem ſtudio illarum perſequendarum.

CVM dixiſſet, functiones illas per ſe expetendas eſſe, vnde nihil praeterea commodi expectamus, contenti, expletique muneribus illis; docet nunc, quae ſint illae, quae huiuſcemodi merito videri poſſint: aitque ipſas eſſe, quae e virtute gerantur, nec quicquam diſcedant a praeceptis ipſius, cuius ſtatim cauſam adfert, affirmans, verſari in rebus, quae honeſtae ſunt, dignaeque graui viro, vnum profecto eorum eſſe, quae propter ſe expetuntur. Monſtrat etiam ſtudium aliud, genuſque rerum, quod & ipſum propter ſe amatur: & in quod multi incumbunt, non allecti praemio aliquo ac fructu: eſſeque dicit hos luſus, iocoſque: neque enim inquit, luſiones has ob alias res expetunt, quippe cum inde accipiant potius detrimenti aliquid, quam emolumentum, ſe vero recte de ipſis exiſtimare oſtendit, ſignificans, dum totos dies, noctesque incumbunt in eas voluptates, non curare illos corpus, neque rem familiarem tueri.

Καταφεύγουσι δ' ἐπὶ τὰς τοιαύτας διαγωγὰς τῶν εὐδαιμονιζομένων οἱ πολλοί: διὸ

παρὰ

παρὰ τοῖς τυράννοις εὐδοκιμοῦσιν, οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς εὐτράπελοι· ὧν γὰρ ἐφίενται, ἐν τούτοις παρέχουσι σφᾶς αὐτοὺς ἡδεῖς· δέονται δὲ τοιούτων.

Confugiunt autem ad huiuſcemodi oblectationes non pauci eorum, qui vulgo beati putantur: quare apud tyrannos in pretio & honore ſunt, qui in hac vitae conſuetudine, iociſque verſatum ingenium habent: in rebus enim, quas illi appetunt, praebent ſe ipſos iucundos: egent autem illi his.

Indicare etiam voluit, qui potiſſimum ſint, qui ſectentur hanc vitam, eſſeque inquit hos, bonam magnamque partem eorum, quos imperitum vulgus putat beatos: ipſos enim plerumque narrat confugere ad has voluptates, quod fit, quia veras, puraſque haurire nequeunt. Addidit etiam, eo in illo loco, quod & ipſum valet ad errorem eorum monſtrandum, docendumque ſimul, admirari non oportere ceteros, cum illos vident hoc facere: hanc cauſam eſſe, cur apud iniuſtos principes multum valeant gratia ſcurrae, & qui idonei ſunt huiuſcemodi oblectationibus gignendis: praebent enim inquit ſe faceti homines idoneos ad hanc vitam iuuandam, cuius ipſi cupidi ſunt: egent enim inquit, tyranni huiuſcemodi oblectamentis, vt reficiant animum e multis, maximiſque moleſtijs & angoribus, qui tali vitae comitantur: atque inde abeſſe nullo pacto poſſunt.

Δοκεῖ μὲν οὖν εὐδαιμονικὰ ταῦτα εἶναι, διὰ τὸ ἐν τούτοις τοὺς δυνάστας ἀποσχολάζειν· οὐδὲν δὲ ἴσως σημεῖον οἱ τοιοῦτοί εἰσιν· οὐ γὰρ ἐν τῷ δυναστεύειν ἡ ἀρετή, οὐδ' ὁ νοῦς, ἀφ' ὧν αἱ σπουδαῖαι ἐνέργειαι.

Exiſtimantur autem vitae beatae haec conuenire, quia reguli & fortunati viri in his ſtudijs vitam conſumunt: nullum autem fortaſſe ſignum huius rei huiuſcemodi homines ſunt: non enim in ſumma poteſtate conſtituta virtus eſt, neque mens, vnde ſtudioſae functiones prodeunt.

Aperit fontem huius erroris, & tamquam monſtrat digito, vnde haec falſa opinio nata ſit: putantur enim inquit, haec leuia ſtudia facere ad vitam beatam; quia homines vident fortunatos viros, & qui ſummam poteſtatem in aliqua gente ciuitateque habent, incumbere in has voluptates, honeſtioribus ſtudijs relictis, ingenuiſque oblectationibus ſpretis: inquit autem ſtatim, radicem huius ſtultitiae euellere volens, hoc hominum genus non aptum eſſe ad faciendam fidem: neque ſignum, quod ſequuntur, quicquam valere ad id, quod volunt comprobandum: eſt enim manifeſto argumentum a ſigno: neque enim virtus ait, neque mens, conſiliumque, iuncta eſt cum poteſtate ac dominatu; neceſſarioq; ipſi haeret, a qua mente actiones honeſtae proficiſcuntur.

Οὐδ' εἰ ἄγευστοι οὗτοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου, ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσι, διὰ τοῦτο ταύτας οἰητέον αἱρετωτέρας εἶναι· καὶ γὰρ οἱ παῖδες, τὰ παρ' αὐτοῖς τιμώμενα, κράτιστα οἴονται εἶναι· εὔλογον δή, ὥσπερ παισὶ καὶ ἀνδράσιν ἕτερα φαίνεται τίμια, οὕτω καὶ φαύλοις, καὶ ἐπιεικέσι.

Neque ſi ieiuni hi cum ſint purae voluptatis, ac liberalis ad corporis voluptates confugiunt, ob hoc has exiſtimandum, magis expetendas eſſe: nam pueri etiam, quae apud ipſos in honore ſunt, optima putant eſſe: conſentaneum igitur, veluti pueris & viris alia videntur eſſe pretio digna, ſic & improbis hominibus, & probis, moderatiſque.

Altero hoc argumento probat, non eſſe iudicio eorum de voluptate ſtandum: quia exiſtimare non poſſunt de aliqua re, qui non omne genus ipſius nouerint: hi vero numquam attigerint puram & dignam homine libero voluptatem inquit igitur, ſi hi vides illius, ieiunique,

manique ſe totos conferunt ad corporis voluptates, non debemus arbitrari, ea de cauſa voluptates has magis expetendas eſſe. Simili etiam vtitur ad hos conuincendos: exemploq; puerorum: pueri enim quoque inquit, quae in honore apud ipſos ſunt, caraque habent, ipſa optima omnium eſſe rentur. Adiungit autem, rationem concludens, diſſimilitudinem, quae viſitur inter pneros, & viros, quod facit, ad recte, perperamq; exiſtimandum, eandem eſſe inter improbos homines, & bonos viros ac moderatos.

Καθάπερ οὖν πολλάκις εἴρηται, καὶ τίμια καὶ ἡδέα ἐστὶ τὰ τῷ σπουδαίῳ τοιαῦτα ὄντα: ἑκάστῳ δὲ ἡ κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν αἱρετωτάτη ἐνέργεια: καὶ τῷ σπουδαίῳ δὲ κατὰ τὴν ἀρετήν: οὐκ ἐν παιδιᾷ ἄρα ἡ εὐδαιμονία.

Quemadmodum igitur ſaepe dictum eſt, & honore digna & iucunda ſunt ea, quae ſtudioſo viro talia ſunt: vnicuique autem homini ea, quae ſecundum ſuum propriumq; habitum maxime expetenda functio: & ſtudioſo autem, quae eſt ſecundum virtutem: non in luſione igitur eſt beatitudo.

Declaravit, non manere vitam beatam in ludo, ac ioco: neque oportere nos tantum tribuere opulentis viris, vt cuncta ipſorum inſtituta, factaque recta putemus: idem autem nunc probat argumentis pluribus, quorum primum eſt: debere nos ſequi, in rebus honore dignis, iucundiſque exiſtimandis, ſententiam virtute praediti viri: id quod a ſe ſaepe ſignificatum fuiſſe commemorat, ac nunc repetere voluit, oportuno loco; ſumit autem, ſingulis hominibus operam illam, functionemque, quae reſpondet habitui ipſorum, maxime expetendam eſſe, atque ipſos praecipue ea delectari; viro autem probo, ac virtute praedito grata, acceptaque erunt, quae cum virtute geſta, adminiſtrataque ſunt. Concludit igitur, vi huius rationis, beatitudini locum non eſſe in luſionibus; id quod magis adhuc explodit, eijcitque, indicans incommodum, quod inde naſceretur, in quo ſignificando, ponendoque ipſo ante oculos, non parum ſtudij poſuit.

Καὶ γὰρ ἄτοπον τὸ τέλος εἶναι παιδιάν, καὶ πραγματεύεσθαι, καὶ κακοπαθεῖν τὸν βίον ἅπαντα τοῦ παίζειν χάριν: ἅπαντα γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἑτέρου χάριν αἱρούμεθα, πλὴν τῆς εὐδαιμονίας: τέλος γὰρ αὕτη: σπουδάζειν δὲ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἠλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν: παίζειν δ', ὅπως σπουδάζῃ κατ' Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ: ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδιά: ἀδυνατοῦντες δὲ, συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύσεως δέονται: οὐ δὴ τέλος ἡ ἀνάπαυσις: γίνεται γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας.

Abſurdum enim eſt, finem eſſe luſionem, & tot negotia ſuſcipere, conflictariq; multis malis vniuerſa vita ludendi gratia: cuncta enim, liceat mihi ita loqui, propter aliud facienda nobis ſumimus, praeter beatitudinem: finis namque haec: adhibito autem multo ſtudio ac labore multa facere in vita luſionis gratia, inſulſum prorſus perſpicitur eſſe, ac valde puerile: ludere autem, vt ſtudioſe aliquid gerere poſſis, vt Anacharſis aiebat, rectum eſſe videtur: requieti enim ſimilis eſt luſio: cum autem nequeant mortales continenter laborem ferre, requietis indigent: non eſt igitur finis requies: quieſcimus enim, vt fungi aliquo munere poſſimus.

Inquit abſurdum eſſe, putare finem noſtrum eſſe luſionem: noſque multas curas in vita ſuſcipere, conflictarique multis incommodis, vt ad extremum ludere, iocarique valeamus. Videtur affinis fuiſſe huic magnae culpae Pyrrhus rex, meritoque eo nomine reprehendi poſſe, qui ſiquis vmquam opulentus vir verſatus eſt in continentibus magnis laboribus, ac periculis, is profecto fuit: non enim ceſſauit vmquam bella ex bellis ſerere, tandem in vno eorum vitam amiſit: enim autem ex eo quaeſitum eſſet a Cynea familiari, quem tandem finem habitura eſſet illa vita, ita moleſta; quidque geſturi eſſent, cum omnia ex ſenten-

ſententia confeciſſent, ac multas gentes ſubegiſſent; reſpondit ille, otium plenum amplexabimur: vinoque & iocis nos oblectabimus: quid autem Cyneas attulerit contra tantum animi errorem, mirifice aptum ad eum lepide, amiceque conuincendum, notum eſt. Quod autem ad verba pertinet, M. Cicero pro Archia aliquo modo vim duorum horum verborum expreſſit, πραγματεύεσθαι, & κακοπαθεῖν, cum & ipſe duram condicionem noſtram; maximamque molem moleſtiarum, quam ſuſtinemus, dum viuimus, oſtendere vellet, & ſi aliud eodem argumento, ac facit Ariſtoteles, ſignificare volebat, animum inquam noſtrum eſſe immortalem, inquit igitur. Nec tantis ſe laboribus frangeret: neque tot curis, vigi-
„ lijſque angeretur, nec totiens de vita ipſa dimicaret; priore vero Graecorum horum vſus
„ quoque eſt auctor τῆς ἀσχολίας, etſi videtur illic valere, ſuſcipere aliquam rem agendam, & quaſi exordiri ipſam: cuncta autem in vita gerimus, vt ope ipſorum quippiam aliud conſequamur, excepta beatitudine, in quam incumbimus per ſe: eſt enim inquit finis, extremumq; noſtrarum actionum: multum autem ſtudij in rebus ponere, perpetiq; multos labores, vt ludere, iocarique tandem valeas, inſulſum profecto eſt, & valde puerile conſilium. Vt ſtulti autem hominis ac fatui proprium eſſe docuit, ſerio multa agere: puerileq; admodum conſilium, vt iocari poſtea aliquis poſſit: ita contra nunc oſtendit, reprehendi non poſſe, nec habere in ſe culpam vllam, aliquando ludere, vt poſtea in rem aliquam grauem toto animo incumbas, quod laudare ſolitum commemorat Anacharſin illum Scytham, acuti ingenij virum, ac ſummae ſapientiae, qui Athenas venit, admirationeq; ſui impleuit multos mortales: cauſam autem attulit Ariſtoteles ſuae ſententiae, dicens, luſionem ſimilem eſſe requieti; cum enim hominum natura nequeat tolerare continuos labores, ita reficitur. Concludit poſt hoc, quaſi oſtendens ſe probaſſe, requietem non eſſe finem hominum, cum ſuſcipiatur alterius rei cauſa: potiuſque ſit via ad finem, quam finis: exemplo autem, & auctoritate quorundam grauium; illuſtriumque virorum, qui feruntur ſe oblectaſſe leuibus curis, ſtudijſque puerilibus poſt multos, magnoſque labores ſuſceptos, idem hoc conſtituitur. Tales certe fuerunt, honeſti admodum & graues viri, itaque ſe gerere conſueuerunt, vt narrat Cicero in II. libro de oratore, C. Laelius,
„ ac P. Scipio; haec enim de ipſis edita ab eo ſunt. Saepe ex ſocero meo audiui, cum is di-
„ ceret, ſocerum ſuum Laelium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari: eoſque incre-
„ dibiliter repuераſcere eſſe ſolitos, cum rus ex vrbe tamquam ex vinculis euolauiſſent.
„ Non audeo dicere de talibus viris: ſed tamen ita ſolet narrare Scaeuola, conchas eos, &
„ vmbilicos ad Caietam, & ad Laurentum legere conſueſcere, & ad omnem animi remiſ-
„ ſionem, ludumque deſcendere.

Δοκεῖ δ' ὁ εὐδαίμων βίος κατ' ἀρετὴν εἶναι: οὗτος δὲ, σπουδαῖος, ἀλλ' οὐκ ἐν παιδιᾷ: βελτίω τε λέγομεν τὰ σπουδαῖα, τῶν γελοίων, καὶ μετὰ παιδιᾶς, καὶ τοῦ βελτίονος ἀεὶ καὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου, σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν: ἡ δὲ τοῦ βελτίονος, κρείττων, καὶ εὐδαιμονικωτέρα ἤδη.

Videtur autem vita beata a virtute proficiſci: haec autem in ſtudio, & cura poſita eſt, verum non in luſione: meliora autem dicimus eſſe, quae cum ſtudio geſta ſunt, quam ridicula, quae cum luſione geſta ſunt, & melioris ſemper partis, & hominis magis ſtudioſam functionem omnis muneris: quae autem melioris viri, praeſtantior: quare magis beata eſt.

Aliud argumentum, quo idem probat, ludos inquam, iocoſque non efficere vitam beatam, inquit igitur, exiſtimari a prudentibus vitam beatam eſſe illam, quae virtutem colit vitam vero talem, non poſſe ſeiunctam eſſe a ſtudio, curaque, cui contraria eſt, quae degitur in iocis ac luſionibus: relaxant enim animum, qui illam amplexantur, vel potius nihil vmquam cogitant viro dignum. Sunt exemplaria plura, in quibus pro σπουδῆς, μετὰ σπουδῆς: legitur. Vetus tralatio, quae magis adhuc diſcedit, altera ſui parte, a peruulgata lectione, videtur expreſſiſſe μετὰ χαρᾶς. quae fortaſſe, ſi aliquod veſtigium ipſius reſtaret in graeco codice, non eſſet penitus explodenda, & ſignificare, quamuis non careat laetitia, ac voluptate beatitudo, non eſſe tamen illam oblectationem, quae capitur e iocis, & ridiculis, ſed grauiorem, & honeſtiorem. Amplius inquit, melioris ſemper partis hominis, & hominis quoque probioris, cenſemus eſſe actionem, quae traducitur cum maiore ſtudio, atque cura; quare ita quoque perſpicitur, vitam remotam ab otio, ac ioci

melio-

meliorem eſſe : ideoque magis accommodata ad praeſtandam vitam beatam.

Ἀπολαύσειέ τ' ἂν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ὁ τυχὼν καὶ ἀνδράποδον, οὐχ ἧττον τοῦ ἀρίστου· εὐδαιμονίας δ' οὐδεὶς ἀνδραπόδῳ μεταδίδωσιν, εἰ μὴ καὶ βίου· οὐ γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις, καθάπερ πρότερον εἴρηται.

Potiretur autem corporis voluptatibus quilibet homo & mancipium etiam, non minus quam vir optimus: beatitudinis autem nemo participem facit ſeruum hominem, niſi etiam vitae: non enim in huiuſcemodi vitae ſtudijs beatitudo poſita eſt, ſed in functionibus, quae virtutum ſunt, veluti prius dictum eſt.

VLTIMVM hoc argumentum eſt, quo ponit nobis ante oculos vilitatem corporis voluptatum, quibus non minus frui poteſt quilibet mortalis, tenuis homo, & nulla laude commendatus, quin etiam famulus infimus ac manicipium, quam grauis & honeſtus vir: ac fortaſſe etiam magis, cum plerumque firmiore corpore ſint: id autem cuius participes ſunt ignaui homines & abiecti, non eſt aptum ad tam praeſtantem vitam gignendam: inquit auctor: nemo in talem hominem vmquam diceret cadere beatitudinem, quod confirmat addens, quemadmodum neque vitam, quae hoc ponit, cum ſui etiam iuris non ſit, poſt quod adiungit, ſuperiorem omnem rationem concludens, merito hoc fieri, quia in huiuſcemodi vita, dedita otio ac iocis, locum non habet beatitudo, ſed in factis, muneribuſque obeundis, proprijs virtutis.

Εἰ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια, εὔλογον κατὰ τὴν κρατίστην· αὕτη δ' αὖ ἂν τοῦ ἀρίστου· εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο· εἴτε ἄλλο τι, ὃ δὴ κατὰ φύσιν δοκεῖ ἄρχειν καὶ ἡγεῖσθαι, καὶ ἔννοιαν ἔχειν περὶ καλῶν, καὶ θείων· εἴτε θεῖον ὂν καὶ αὐτό· εἴτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον, ἡ τούτου ἐνέργεια κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν· εἴη δ' ἂν ἡ τελεία εὐδαιμονία· ὅτι δ' ἐστὶ θεωρητικὴ, εἴρηται.

Si autem eſt beatitudo functio muneris proprij virtutis, conſentaneum eſt optimae illius eſſe: haec autem eſſe exiſtimanda eſt optimae partis: ſiue iam mens haec eſt, ſiue aliud quippiam: quod igitur naturae ui videtur imperium habere, ac dux eſſe, atque rerum honeſtarum, ac diuinarum notionem in ſe habere, ſiue diuinum ipſum ſit, ſiue omnium, quae in nobis ſita ſunt, diuiniſſimũ, functio muneris huius, quae ſuam propriamq; virtutem ſequitur, eſſe debet perfecta beatitudo: eſſe autem ipſam poſitam in contemplando, traditum eſt.

IACIT fundamentum alij rei conſtituendae, quam veram putabat, & quam ornare in animo habebat, quae haec eſt. Cum ſint inquit, duo genera vitae beatae, illa inquam, quae incumbit in res agendas, & altera, quae contenta eſt accurata cogitatione, intelligentiaque rerum occultarum, earundemque maximarum, poſteriorem hanc meliorem eſſe, atque alteri anteponendam, inquit igitur, vtens eo, quod probauerat. Si beatitudo eſt vſus, functioque muneris, virtute adminiſtrata, conſentaneum eſt, eam optima omnium virtute geſtam, adminiſtratamque eſſe: haec autem optimae noſtri partis ſit, neceſſe eſt. Quia autem obſcurum, difficileque erat ſtatuere, quae optima foret, ideo condicione vſus eſt, dubitanterque dixit, ſiue hoc quod optimum in nobis eſt, mens eſt; ſiue aliud quippiam, quod videtur imperium habere debere, & ducem ſe in noſtris rebus obeundis praebere. Addit etiam tertium quoddam, quod conuenire ipſi videtur, decere. ipſum ita inſtructum eſſe, vt res honeſtas, praeclaraſque, nec non diuinas cognoſcat: rurſus autem, tamquam haeret animo, dubitatque, ſit ne hoc per ſe, ſuaque vi diuinum; ſiue diuiniſſima noſtrarum omnium partium haec ſit; atq; id, ſi non ſua vi, & propter ſe diuinum ſit, proxime tamen accedat ad naturam rerum, quae vacuae ſunt a materia, ſeparataeque manent: huius igitur ipſius adiungit, rationem concludens, munus, cum fungitur ſua, & propria virtute, nec

diſce-

diſceſſit a ſemet ipſo, eſſe debebit abſoluta, perfectaque beatitudo: eſſe vero, quae verſatur in contemplando, iam dictum eſt.

Ὁμολογούμενον δὲ τοῦτ' ἂν δόξειεν εἶναι, καὶ τοῖς πρότερον, καὶ τῷ ἀληθεῖ: κρατίστη τε γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια: καὶ γὰρ ὁ νοῦς, τῶν ἐν ἡμῖν, καὶ τῶν γνωστῶν, περὶ ἃ ὁ νοῦς.

Conſentiens autem videretur hoc eſſe, & ijs, quae prius a nobis dicta ſunt, & veritati: praeſtantiſſima enim haec eſt functio: mens enim eorum, quae ſunt in nobis, & quae cognita habemus, in quibus videndis mens verſatur.

QVOD modo dixit, ſummam beatitudinem hominis eſſe functionem mentis, tradit conuenire illis ſententijs, quae ſupra de ipſa editae ſunt: nec vllam in partem ab illis diſcrepare, ac veritati denique aſſentiri; id quod conſtituit pluribus argumentis, quae numero ſex eſſe videntur. Eorum autem primum hoc eſt, quod ait optimam hanc omnium eſſe functionem, quod confirmat a nobilitate partis, e qua proficiſcitur, cum mens optima noſtrarum partium ſit, cunctorumque illorum, quae peruenerunt ad aures noſtras; quorumque vim, ac naturam plane cognitam, perceptamque habemus, quod videtur addidiſſe, caute, rutoque, tamquam non omnino certus ſit, an quippiam inueniatur in rebus humanis occultum nobis, quod dignitate ſuperet humanam mentem, materiam etiam ipſam, reſq;, in quibus contemplandis ſtudium omne ſuum ponit, digniſſimam, ac praeſtantiſſimam eſſe, perſpicuum eſt.

Ἔτι δὲ συνεχεστάτη: θεωρεῖν τε γὰρ δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον, ἢ πράττειν ὁτιοῦν.

Amplius autem maxime continens eſt: contemplari enim valemus ſine intermiſſione magis, quam quippiam aliud agere.

SECVNDVM hoc argumentum eſt. Amplius inquit, maxime continua eſt functio, operaque mentis: valemus enim ait fungi munere mentis magis continenter, ac ſine intermiſſione, quam alio quopiam munere, ſtudioque noſtro: huius autem cauſa aperta eſt: partes enim noſtri, & quaſi inſtrumenta, quibus vtimur ad res contemplandas, firmiores ſunt, minuſque defatigantur ſuo in munere obeundo, quam corporis membra, etſi mentis quoque non omnino vacuae ſunt a labore: neque enim funguntur munere ſuo ſine ope quapiam, & adminiculo corporis: inde namque ad ipſam manant viſa: quare & ipſae quoque aſſidue perpetuoque verſari ſuo in illo munere nequeunt.

Οἰόμεθά τε δεῖν ἡδονὴν παραμεμῖχθαι τῇ εὐδαιμονίᾳ: ἡδίστη δὲ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν, ἡ κατὰ τὴν σοφίαν ὁμολογουμένως ἐστί: δοκεῖ γοῦν ἡ σοφία θαυμαστὰς ἡδονὰς ἔχειν καθαριότητι, καὶ τῷ βεβαίῳ: εὔλογον δὲ τοῖς εἰδόσι τῶν ζητούντων ἡδίω τὴν ἀγωγὴν εἶναι.

Arbitramurque oportere voluptatem admixtam eſſe cum beatitudine: iucundiſſima autem eſt cunctarum functionum, quae virtute adminiſtrantur, ea, quae ſapientia geritur conſenſu omnium: videtur profecto ſapientia mirificas voluptates in ſe continere & puritate, & firmitate: conſentaneum autem eſt his, qui iam ſciunt, quàm illis, qui quaerunt, curſum vitae iucundiorem eſſe.

TERTIVM hoc argumentum eſt, ductum e ſententia maxime probata auctori, & quae aliena penitus non fuit ab illis, qui poſt ipſum, pluſquam ſuſtinere ipſa poſſet, tribuerunt virtuti: putaruntque eam, omni alio bono deſtitutam, poſſe tamen efficere hominem beatum: ipſi enim quoque exiſtimarunt in duris illis, & aſperis rebus ſapientem ſentire voluptatem, ſed hoc relicto nunc, inquit Ariſtoteles. Arbitramur etiam, oportere permixtam eſſe vitae beatae voluptatem, nec poſſe carere hoc ipſam, tamquam condimento quodam ſuo. Sumit autem alterum hoc, ad id probandum, quod vult, e numero munerum omnium quae virtutis vi obeuntur, cunctorum conſenſu mortalium, iucundiſſimum eſſe illius,

quod

quod ſapientia parit; quippe cum illa gignat admirabiles voluptates, quarum ſuauitatem ipſius ortus etiam indicat: eos autem geminos eſſe vult, puritatem, & ſtabilitatem illarum voluptatũ: βέβαιον enim valet ſtabile, ſolidumque, non vt accepit interpres quidam, certum, & exploratum. Cum geminas autem ſuauitates capi ſignificet e ſapientiae ſtudijs, quae pares, inter ſe non ſunt, tradit voluptatem, quae percipitur e rebus iam cognitis, animo verſatis, ac repetitis, ampliorem eſſe, quam quae ducitur ex inueſtigatione ipſarum, antequam ſcilicet peruenerimus ad plenam cognitionem earum, ſed adhuc occupati ſumus in diligenti illa indagatione: vnde intelligitur e perſcrutatione quoque, & ſi non ſine labore id contingit, elici ſuauitatis non parum; id quod valet ad homines hortandos, vt laborem hunc aequo animo ferant.

Ἥ τε λεγομένη αὐτάρκεια περὶ τὴν θεωρητικὴν μάλιστ᾽ ἂν εἴη: τῶν μὲν γὰρ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων, καὶ σοφὸς, καὶ δίκαιος, καὶ οἱ λοιποὶ δέονται: τοῖς δὲ τοιούτοις ἱκανῶς κεχορηγημένων, ὁ μὲν δίκαιος δεῖται πρὸς οὓς δικαιοπραγήσει, καὶ μεθ᾽ ὧν: ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων, καὶ ὁ ἀνδρεῖος, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος: ὁ δὲ σοφὸς καὶ καθ᾽ αὑτὸν ὢν, δύναται θεωρεῖν, καὶ ὅσω ἂν σοφὸς ᾖ, μᾶλλον: βέλτιον δ᾽ ἴσως, συνεργοὺς ἔχων, ἀλλ᾽ ὅμως αὐταρκέστατος.

Et quod dicitur contentum eſſe ſuis bonis, in vita poſita in contemplando maxime exiſteret: rebus enim ad vitam neceſſarijs & ſapiens & iuſtus, & reliqui indigent: his autem rebus, id quod ſatis ſit, quaeſitis paratiſq́, iuſtus quidem eget hominibus, erga quos iuſtitiam colat, & cum quibus etiam, adminiculoq́ quorum: eodem pacto autem & temperans & fortis, & ceterorum vnuſquiſque: ſapiens autem ſolus etiam, per ſeq́, valet contemplari, & quanto ſapientior fuerit, magis: melius autem fortaſſe, ſocios habens: verumtamen maxime omnium ſemet contentus eſt.

PRAETEREA inquit quae vocata eſt: maximeq; laudatur αὐτάρκεια (valet autem hoc, paruo contentum eſſe; ſuaque bona, quaecunque illa ſint, ſatis ſibi eſſe ducere; demumque nulla re extra ſe poſita egere) praecipue in hac vita, ſtudioque reperitur, ſtatim tamen fatetur ac concedit, ſapientem quoque, qui hanc vitam colit, egere quibuſdam, vt toto pectore, ac recte poſſit incumbere in hoc ſtudium, rebus inquam vitae neceſſarijs, quod ipſi commune eſt cum reliquis omnibus, qui alicuius virtutis participes ſunt, quorum appellat non nullos: declarat autem quid interſit, inter hunc, & illos: ſignificat enim praeter res vitae neceſſarias, quibus omnibus pariter opus eſt, egere iuſtum virum, ijs hominibus, erga quos virtutem illam ſuam exerceat, atque etiam ſocijs non nullis illorum honeſtorum munerum, quod vſu quoque venire tradit temperanti homini, & forti: ſingulisque: neque enim virtutes; quarum laus omnis in agendo conſiſtit ſine factis, vſuque habituum eorum poſſunt magnopere commendari: ſapiens vero ſine comite vllo, ac per ſe ſolus videt res obſcuras, ac munere ſuo fungitur. Neque tamen negat Ariſtoteles, quin ipſe quoq;, ſi pares ſibi nactus erit, ſocioſque praeclari ſui operis aliquos habuerit, melius id praeſtare valeat; verum tamen adiungit ſolus etiam praeter ceteros, ſemet ipſo contentus eſſe poteſt. Excuſi libri, & calamo exarati cuncti, quos vidi, hic habent ἴσω ἂν σοφὸς, quod videtur repugnare praecepto grammaticorum, vnde in margine eorundem emendatum ſecunda collatione σοφώτερος, quod vſitatum eſt. ipſe vero mutare hoc nolui, praeſertim cum apud Phalereum vox haec Ariſtotelis eodem pacto relata videatur, ὅσῳ γὰρ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα.

Δόξειε δ᾽ ἂν αὐτὴ μόνη δι᾽ αὑτὴν ἀγαπᾶσθαι: οὐδὲν γὰρ ἀπ᾽ αὐτῆς γίνεται παρὰ τὸ θεωρῆσαι: ἀπὸ δὲ τῶν πρακτικῶν, ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον, περιποιούμεθα παρὰ τὴν πρᾶξιν.

Videretur autem haec ſola propter ſe diligi: nihil enim ab ipſa gignitur praeter contemplationem: ab ijs autem rebus, quae materia actionis ſunt, plus, minuſve, conſequimur aliquid praeter actionem.

QVINTVM hoc argumentum putatur, cuius vis haec eſt. Videri merito poſſe alicui ſtudium, quod ponitur in contemplando, omniſque illa muneris ipſius functio amari, caraque eſſe ijs, qui eam colunt, propter ſe, quia nullus fructus vtilitaſque inde capitur, praeter functionem ipſam muneris, admirabileſque ſuauitates, quae inde proficiſcuntur: opera vero, quae collocatur in rebus agendis, virtutibuſque morum & reip. adminiſtranda, parit emolumenti aliquid, bonique, ſiue praemium id fuerit honeſtorum factorum, ſiue laus, dignitaſque aliqua, & charitas ciuium; nam compenſari etiam dono aliquo ſolet reſp. bene geſta, quod verum eſſe perſpicitur ex vſu virtutum omnium, vnde praeterea quiddam redundat, ſiue maius id fuerit, ſiue minus. Vt enim conuenit omnibus in ferendo aliquo fructu, ita diſſentiunt inter ſe in magnitudine ipſius: neque enim nunc ſuſcipere hanc curam vult, vt accurate oſtendat, quid diſcriminis inter illa praemia commodaque ſit. Quod autem inquit ἐπὶ πλεῖον ἢ ἔλαττον vſitatus eſt modus loquendi, ac frequens apud Graecos auctores, vt apud noſtrum etiam hunc: in extremo enim XXIX. ſegmenti problematum haec ipſius verba ſunt: καὶ πάντες πλεῖον ἢ ἔλαττον αὐτοῦ μετέχουσιν: vt in extremo itidem primae quaeſtionis de atra bile, ὥσπερ ὁ οἶνος πλείων καὶ ἐλάττων κεραννύμενος τῷ σώματι ποιεῖ τὸ ἦθος ποιούς τινας ἡμᾶς.

Δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία ἐν τῇ σχολῇ εἶναι: ἀσχολούμεθα γὰρ, ἵνα σχολάζωμεν: καὶ πολεμοῦμεν, ἵνα εἰρήνην ἄγωμεν: τῶν μὲν οὖν πρακτικῶν ἀρετῶν, ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἢ τοῖς πολεμικοῖς, αἱ ἐνέργειαι: αἱ δὲ περὶ ταῦτα πράξεις δοκοῦσιν ἄσχολοι εἶναι.

Videtur autem beatitudo in otio manere: ſuſcipimus enim negotia, vt otio fruamur: & bellum gerimus, vt in pace viuamus: virtutum igitur, quae in agendo poſitae ſunt, functiones operum manent in ciuilibus, ſiue in bellicis rebus: actiones autem propriae ipſarum videntur eſſe plenae negotij.

SEXTVM argumentum, quo probat beatitudinem, quae naſcitur e contemplatione rerum maximarum, anteponendam eſſe illi, quae ortum ducit a rep. recte, ordineque adminiſtranda: ſumit enim, accommodatum eſſe vitae beatae otium, & requietem, ac ſine ipſa non poſſe conflari vitam beatam: ſtatimque docet, reperiri otium ac requietem in vita tota dedita cauſis rerum optimarum cognoſcendis: ab altera autem illa remotam eſſe atque alienam: inquit igitur, videtur omnibus, qui exiſtimare de hoc poſſunt, vita beata in otio ſita eſſe: confirmat autem hoc dicens: incumbimus enim in negotia, & noſmet ipſos quaſi priuamus otio ſuſcipimuſq; magnos labores: hoc enim valet ἀσχολούμεθα, eo conſilio, vt poſtea quieſcamus: eodemque pacto bella gerimus, in quo multae, magnaeque erumnae ſuſtinentur, vt pace tandem fruamur: cum autem vita, in agendo poſita, conſumatur in rep. regenda atque ordine adminiſtranda, cum tempora tranquilla ſunt: turbatis autem rebus, & periculo inſtante libertati, atque in bello gerendo, oſtendit ambas has vitas plenas laborum eſſe, ac moleſtiarum, virtuteſque ambarum cum laboribus exerceri, magis tamen bellicas, quas primum eſſe tales ſignificat, inquit igitur,

Αἱ μὲν οὖν πολεμικαὶ, καὶ παντελῶς: οὐδεὶς γὰρ αἱρεῖται τὸ πολεμεῖν, τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα: οὐδὲ παρασκευάζει πόλεμον: δόξαι γὰρ ἂν παντελῶς μιαιφόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίγνοιντο.

Bellicae quidem vndique tales, & vacuae penitus ab otio: nemo enim expetit bellum gerere, belli gerendi cauſa: neque apparare bellum: videretur enim penitus ſanguinarius quidam eſſe, ſi amicos hoſtes faceret, vt pugnae & caedes fierent.

BELLICAS actiones penitus vacuas eſſe ab otio teſtatur, nec poſſe alicui, bene ſano, placere ſuo nomine: neminem enim inquit inuentum iri, qui bellum faciat, propoſito ſibi bello tamquam fine: neque qui cauſas belli faciendi, ſeminaque ferat: exiſtimari enim merito poſſet huiuſcemodi omnis caede & ſanguine laetari, ſi ex amicis populis ſtuderet inimicos & hoſtili odio inter ſe praeditos facere, vt inde pugnae, caedeſque naſcerentur, ele-

cto e pectoribus eorum amore, ac communi beneuolentia. Quod appellauit tam inhumanum & ferum hominem μιαιφόνον ſumpſit hoc iunctum nomen ab Homero, apud quem, accuſans ipſum vehementer Pallas vocauit Martem, vna cum alijs non nullis nominibus, accommodatis factis ipſius ſaeuis notaudis, μιαιφόνον.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ τοῦ πολιτικοῦ ἄσχολος, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ πολιτεύεσθαι περιποιουμένη δυναστείας καὶ τιμὰς, ἢ τήν γε εὐδαιμονίαν αὑτῷ καὶ τοῖς πολίταις, ἑτέραν οὖσαν τῆς πολιτικῆς, ἣν καὶ ζητοῦμεν: δῆλον ὡς ἑτέραν οὖσαν.

Hominis quoque, qui domi in rep. verſatur, vita vacua ab otio eſt, & praeter quam quod nauat operam reipublicae, trahit ad ſe poteſtates & honores, ſiue vitam beatam ſibi & ciuibus, aliam exiſtentem a ciuili, quam etiam quaerimus, plane diuerſam exiſtentem.

HANC etiam, quae profecto minus turbida eſt, minoribuſque laboribus ac periculis expoſita, vitam hominis, qui verſatur in republica regenda, non eſſe omnino quietam, tranquillamque ſignificat, quippe cum contenta non ſit munere illo ſuo, pleno ſolicitudinis ac moleſtiae, ſed praeterea quippiam aliud adipiſci ſtudeat: id autem eſt, ciuilem potentiam, & auctoritatem in rep. adminiſtranda, atque honores ex bene geſta republica conſequendos, An inquit poſt hoc, tota re verius ſubtiliuſque animaduerſa, incumbit ille in vitam beatam ſibi, ciuibuſque comparandam, quae longe alia eſt, quam haec, quae primum quaeritur a dantibus operam reipublicae, & propria eſt illius curae ac ſtudij: intelligit autem, quam ſupra indicauit, honeſtam ſane illam & laude dignam, etſi inferior eſt hac, quam modo, vt ait, inueſtigat, aliam ſane ab ipſa, & profecto honeſtiorem. Vitam harum intellexerit M. Cicero, cum in epiſtola quadam ad Atticum, accuſans Cn. Pompeium & C. Caeſarem, inquit: Neutri σκοπὸς eſt ille, vt nos beati ſimus, videndum eſt. ego ſane arbitror ſignificaſſe eum beatitudinem, quae capitur a ciuibus ex officio illius, curaque, qui recte adminiſtrat rempublicam: haec autem eſt, vt tuto illi viuere poſſint: fortunaeque ipſorum, ac familiae ſolutae ab omni graui malo, iniuriaque ſint.

Εἰ δὴ τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ, καὶ πολεμικαὶ, κάλλει, καὶ μεγέθει προέχουσιν: αὗται δὲ, ἄσχολοι, καὶ τέλους τινὸς ἐφίενται, καὶ οὐ δι' αὑτάς εἰσιν αἱρεταί: ἡ δὲ τοῦ νοῦ ἐνέργεια σπουδῇ τε διαφέρειν δοκεῖ, θεωρητικὴ οὖσα, καὶ παρ' αὐτὴν οὐδενὸς ἐφίεσθαι τέλους: ἔχειν τε ἡδονὴν οἰκείαν: αὕτη δὲ συναύξει τὴν ἐνέργειαν: καὶ τὸ αὔταρκες δὴ, καὶ σχολαστικὸν, καὶ ἄτρυτον: ὡς ἀνθρώπινον, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα: ἡ τελεία δὴ εὐδαιμονία αὕτη ἂν εἴη ἀνθρώπου, λαβοῦσα μῆκος βίου τέλειον: οὐδὲν γὰρ ἀτελές ἐστι τῶν τῆς εὐδαιμονίας.

Si igitur actionum quidem, quae virtutibus adminiſtrantur, ciuiles & bellicae pulchritudine & magnitudine praeſtant: hae autem, plenae negotij ſunt, finemq; aliquem propoſitum habent, neque per ſe expetendae ſunt: mentis autem functio ſtudio antecellere videtur, cum ſit poſita in contemplando, & praeter ipſam nullum finem expetat: habeatq; ſuam ac propriam voluptatem: haec autem auget ſui muneris functionem: ſe igitur contentum eſſe, & otioſum, ſolutumq; à defatigatione, vt homini conceſſum eſt, & cuncta alia, quae beatae tribuuntur, in hac functione perſpiciuntur eſſe: perfecta igitur beatitudo haec hominis eſſe debet, ſi conſecuta fuerit longitudinem vitae perfectam: nihil enim imperfectum eſt, quod cadat in vitam beatam.

STANTIBVS inquit ſuperioribus ſententijs, nec loco, ſedeque ſua motis, integra perfectaque beatitudo erit hominis, quae modo monſtrata eſt, & accurate expoſita: Adiungit

autem quiddam, ſupra non tactum, quod tamen facile intelligebatur, requiri: & vt alijs de cauſis, ita etiam ex definitione vitae beatae, in qua fingenda, & plene conſtituenda, idem neceſſarium eſſe ſignificatum fuerat, ideſt longitudo vitae, ac iuſtus ipſius modus, cuius appendicis cauſam hic quoque affert, quae eſt, nihil inchoatum, & quod perfectum non ſit, cadere in vitam beatam: in medio autem initij, atque extremi huius ſententiae, reuocauit quae ſupra, confirmare hoc volens, tradiderat, atq; etiam comprobarat, ordiens ab extremo, quod in illis commemorandis expoſuerat: plura tamen modo de voluptate dicit, quae comitatur vitae, poſitae in contemplando, & ſi antea hoc fecerat: ait enim habere ipſam ſuam ac propriam voluptatem, quae auget vſum ipſius ac ſtudium, & vt hanc, copulatam cum ea eſſe affirmat, ita etiam reliqua, quae conſequuntur vitam beatam.

Ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη κρείττων βίος, ἢ κατὰ ἄνθρωπον: οὐ γὰρ ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτω βιώσεται, ἀλλ' ᾗ θεῖόν τι ἐν αὐτῷ ὑπάρχει: ὅσῳ δὲ διαφέρει τοῦτο τοῦ συνθέτου, τοσοῦτῳ καὶ ἡ ἐνέργεια, τῆς κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν: εἰ δὴ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος, θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Huiuſcemodi autem vita praeſtantior eſſet, quam ſecundum hominem: non enim qua homo eſt, ita vitam deget, ſed qua diuinum quippiam in ipſo exiſtit: quanto autem praeſtat hoc compoſito, tanto functio muneris ipſius functioni, quae proficiſcitur ab alia virtute: ſi igitur diuinum quiddam eſt mens, ſi collata fuerit cum homine, & vita, quae agitur ex praeceptis ipſius diuina erit, ſi collata fuerit cum vita hominis.

CVM ornaſſet hanc vitam; & vim ipſius, bonaque explicaſſet, nunc ſummis laudibus ipſam effert, ac vere in caelum tollit, quippe cum captum noſtrum & condicionem humanam ſuperare ipſam tradat: hortatur igitur, inflammatque ad eam capeſſendam: illum enim, qui hanc vitam coluerit, ait non tamquam hominem ita victurum, qui conſtat ex animo & corpore, nec facile poteſt ſe affectibus corporis ſpoliare, ſed ea ratione, qua diuini quippiam in ipſo eſt, ad quam ſui partem, totum ſe accommodaturum: vnde inquit, quanto praeſtat hoc parti alteri, cum qua iunctus, concretuſque eſt, tanto vſus, munuſque ipſius praeſtabit vſibus, qui naſcuntur ab alia virtute: poſito igitur inquit hoc, ac ſi tuemur, mentem collatam cum homine, iuncto cum corpore, diuinum quiddam eſſe, vita etiam, quae degitur, vt vis, naturaque mentis requirit, diuina erit, ſuperabitque vitam compoſiti; terrenum enim, quod admixtum eſt, minuit non parum in muneribus obeundis, violatq; facta ipſius, ſuae imbecillitatis multum ei admiſcens.

Χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν, ἄνθρωπον ὄντα: οὐδὲ, θνητὰ τὸν θνητὸν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται, ἀπαθανατίζειν, καὶ ἅπαντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ: εἰ γὰρ καὶ τῷ ὄγκῳ μικρόν ἐστι, δυνάμει καὶ τιμιότητι πολὺ μᾶλλον ὑπερέχει πάντων: δόξειε δ' ἂν καὶ ἕκαστος εἶναι τοῦτο, εἴπερ τὸ κύριον καὶ ἄμεινον.

Oportet autem, non vt quidam ſuadent, humana ſapere, hominem exiſtentem, neque mortalia mortalem; verum quantum fieri poteſt, immortalem ſe reddere, & omnia moliri, quae impellunt hominem viuere obtemperantem ei, quod optimum in ipſo eſt: ſi namq; mole etiam paruum eſt, poteſtate & dignitate multo magis omnibus antecellit. Videri autem merito poſſet vnuſquiſque eſſe hoc, ſiquidem principatum obtinet, ac melius eſt.

VIDEBAT Ariſtoteles aduerſari iudicio ſuo ac ſententiae, quam modo probarat id, quod peruulgatum erat, & congruebat opinioni, ac vitae mollium hominum, deditorumque ſtudijs leuioribus: vt enim ipſe hortabatur ad vitam perſequendam plenam dignitatis, & quaſi caeleſtem, ita illi contra ad humilem & terrenam; refellit igitur ipſam, quae erat, oportere hominem, cum hominem ſe eſſe ſciat, cogitare, verſareque animo conſilia, fa-

etaque humana, quam ſententiam etiam confirmabant iubentes, ipſum, cum mortalis ſit, mortalia itidem ſapere, & non diſcedere a natura, condicioneque ſua: ipſe autem contra exiſtimat, decere hominem, cum compoſitus ſit ex animo & corpore, ſpectate animum, totumq; ſe ad illum, melioremq; ſui partem accommodare, ſpreta illa, quae tota dedita eſt deſiderijs corporis explendis: omnis enim diſſenſio in hoc poſita eſt. Cuius fuerit ſententia illa tenera, mihi exploratum non eſt: plures enim auctores ipſius feruntur: citat ipſam auctor, vt hic, ita etiam in II. libro de arte dicendi. Reſpexiſſe etiam ad illam Horatium in ode ad Q. Hirpinum, cum cecinit. Quid aeternis, minorem. Conſilijs animum fatigas. notum eſt, Ariſtoteles, cum quid de hoc ſentiret, expoſuiſſet, diſſerere contra illam incipiens, inquit, decere potius hominem, quantum res patitur, in ipſoque poſitum eſt, ſe immortalem reddere; cunctaque in vita facere, quae quadrent, reſpondeantque optimae ipſius parti, quam partem animi Ariſtoteles ornat, & quantum poteſt, laudat, docens ipſam, & ſi ſpectata ipſius tamquam mole puſilla eſt, vi tamen ſua, & dignitate ſuperare cetera omnia, quae ſunt in homine, cui laudi ipſius addit, videri merito poſſe vnumquemque eſſe id ipſum, ideſt mentem & conſilium.

Ἄτοπον οὖν γίνοιτ' ἄν, εἰ μὴ τὸν αὑτοῦ βίον αἱροῖτο, ἀλλά τινος ἄλλου: τὸ λεχθέν τε πρότερον ἁρμόσει καὶ νῦν: τὸ γὰρ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει, κράτιστον, καὶ ἥδιστον ἐσθ' ἑκάστῳ: καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὴ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος, εἴπερ μάλιστα τοῦτο ἄνθρωπος: οὗτος ἄρα εὐδαιμονέστατος.

Abſurdum igitur foret, ſi non ipſius vitam expetat, ſed cuiuſpiam alius: atque id quod prius dictum eſt, congruet etiam nunc: quod enim aptum & accommodatum eſt vnicuique natura, optimum & iucundiſſimum eſt vnicuique: & homini igitur vita, quae ſequitur mentem, ſiquidem maxime hoc eſt homo: haec igitur vita eſt beatiſſima.

Cvm opinionem ſuam confirmaſſet, ac quid fieri in hoc oporteat, docuiſſet, nunc refellit iudicium illorum, qui aliter ſe gerunt, &, vt ait, eligunt aliam vitam, non veram, propriamque hominis, ſed potius alterius cuiuſpiam animantis: peccare igitur eos valde affirmat, ac rem prorſus abſurdam facere, qui meliore relicta, deteriorem ſequantur, & colant: repetit enim, ac reuocat huc, quod dixerat: conuenireque huic quoque loco tradit. Quod inquam aptum, accommodatumque eſt natura cuique, illud eſſe ipſi optimum, ac iucundiſſimum: vnde ſequitur, vt vita, quae obtemperat rationi, ſequiturque mentem tamquam ducem, ſit ei optima, ac iucundiſſima, cum homo haec ipſa mens exiſtimari maxime debeat, neque enim omnino mens eſt. Conſtituta autem iam vita, in contemplatione poſita: tributoq; ipſi priore loco ac gradu dignitatis, maiore, concludit rationem praedicatq; de ipſa, eam eſſe beatiſſimam.

Δευτέρως δ', ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν: αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι, ἀνθρωπικαί: δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεῖα καὶ τὰ ἄλλα, τὰ κατὰ τὰς ἀρετάς, πρὸς ἀλλήλους πράττομεν, ἐν συναλλάγμασι, καὶ χρείαις, καὶ πράξεσι παντοίαις: ἔν τε τοῖς πάθεσι τὸ πρέπον ἑκάστῳ διατηροῦντες: ταῦτα δ' εἶναι φαίνεται πάντα ἀνθρωπικά.

Poſteriore autem loco ea, quae proficiſcitur ex alia virtute: functiones enim propriae ipſius munerum humanae ſunt: iuſta enim facta & fortia, & alia, quae propria ſunt aliarum virtutum inter nos agimus in contractibus & vſibus & actionibus omnis generis, & in perturbationibus id quod decet vnicuique tribuentes: haec vtique perſpiciuntur cuncta humana eſſe.

Secvndvm locum, proximumque ipſi ſuperiori tribuit alteri beatae vitae, quae proficiſcitur ab alijs virtutibus, a moribus appellatis: cum illarum ipſarum vſus, operaque ſint propria hominum, nec ortum ducunt reguntur que a ſapientia, verum a prudentia, quae moderatur ipſis; id quod probat inductione, nominatis factis duarum virtutum, ideſt iu-

ſtitiae ac fortitudinis : ceteris autem intellectis : huiuſcemodi enim inquit, omnia gerimus inter nos, cum contrahimus aliquid, quod iuſtitiae proprium eſt, atque in alijs mortalium vſibus manemus : omnique demum factorum genere occupamur inter nos. Adiungit etiam in motibus animorum idem nos cuſtodire, cum extent virtutes, quae non factorum, ſed motuum horum turbidorum mediocritates ſint, quibus in omnibus ait, nos tantum tribuere debere, quantum decet : exempli cauſa non plus, aut minus iraſci, quam res poſtulet, & iniuria, qua affecti fuimus : ἑκάστῳ enim quod ait, accipio πάθει, addit autem haec omnia, quae expoſuit a natura hominum proficiſci, humanaque prorſus eſſe, nec quicquam pertinere ad alteram illam virtutem, ac vitam, in quam incumbimus ſimiles Deo.

Ἔνια δὲ καὶ συμβαίνειν ἀπὸ τοῦ σώματος δοκεῖ, καὶ πολλὰ συνῳκειῶσθαι τοῖς πάθεσιν ἡ τοῦ ἤθους ἀρετή.

Quaedam autem a corpore quoque videntur exoriri, multiſque modis affinis familiariſque motionibus animi morum virtus.

Cvm de habitibus, motibuſq; animorum diſſeruiſſet, ac virtutibus, quae inde proficiſcuntur, tamquam ab animante, & vt compoſito ex animo, & corpore; nunc adiungit extare quaedam, quae non a communi hoc manare videntur, ſed ortum ducere a corpore, propriaque ipſius eſſe, non copulae, coagmentationiſque ſuperioris, quae & ipſa in humanis enumerari debere exiſtimat : nec quicquam facere ad vitam occupatam in rebus contemplandis. Videtur autem intelligere, reperiri quoſdam homines, qui natura procliues ſunt ad temperantiam : alios, qui ad liberalitatem, & non nullos etiam, qui ad fortitudinem; quae cuncta proficiſcuntur a corpore ſolo, accommodato factis illis gignendis ipſius temperamento; quod ſignificat verbis, quae ſequuntur : multis enim in rebus vſu venire inquit, vt virtus morum accommodata ſit, affiniſque motibus his turbidis.

Συνέζευκται δὲ καὶ ἡ φρόνησις τῇ τοῦ ἤθους ἀρετῇ, καὶ αὕτη τῇ φρονήσει· εἴπερ αἱ μὲν τῆς φρονήσεως ἀρχαὶ κατὰ τὰς ἠθικάς εἰσιν ἀρετάς· τὸ δ᾽ ὀρθὸν τῶν ἠθικῶν, κατὰ τὴν φρόνησιν· συνηρτημέναι δ᾽ αὗται καὶ τοῖς πάθεσι· καὶ περὶ τὸ σύνθετον ἂν εἶεν· αἱ δὲ τοῦ συνθέτου ἀρεταὶ, ἀνθρωπικαί· καὶ ὁ βίος δὴ ὁ κατ᾽ αὐτὰς, καὶ ἡ εὐδαιμονία· ἡ δὲ τοῦ νοῦ, κεχωρισμένη· τοσοῦτον γὰρ περὶ αὐτῆς εἰρήσθω· διακριβῶσαι γὰρ μεῖζον τοῦ προκειμένου ἐστί.

Copulata autem eſt prudentia cum virtute morum, atque ipſa cum prudentia : ſiquidem initia prudentiae ſe habent, vt virtutes vocatae morales : id autem, quod rectum eſt in morum virtute, ortum habet a prudentia : connexae autem hae ſunt cum motibus turbidis, & circa iunctum concretumq; ex animo & corpore ſedem habent; virtutes autem compoſiti humanae ſunt, & vita vtiq; quae geretur ex ipſis : eodemq; pacto etiam beatitudo : quae autem mentis eſt, ſeiuncta eſt a corpore : tantum enim de ipſa dictum eſt : exquiſite autem de ipſa aliquid tradere maius eſt, quam illud, quod modo nobis propoſitum eſt.

Hoc etiam ad idem conſtituendum valet, quod videri aliquibus falſo poſſet, alienum eſſe a vita poſita in rebus agendis : iuuareque ſolum ſtudium rerum contemplandarum, & ipſum quoque pertinere ad alteram vitam, atque id, quia prudentia, quae errorem hunc gignit, copulata eſt cum virtute morum, magnaque affinitas ipſis eſt inter ſe : ipſa enim quoque morum virtus eget prudentia; ambaeque ſtudium ſuum ponunt in communi illo opere efficiendo. Auctor hoc comprobat, dicens; perſpici poſſe hoc verum eſſe, quia initia prudentiae, quaſi fundata, ſunt in virtutibus morum : indeque conflantur, eodemque pacto rectum moralium virtutum ſtatuitur, definiturque a prudentia : hae autem inquit, morales inquam virtutes, aptae ſunt, pendentque a motibus animorum, & in compoſito ſpectantur, non in altera ipſius parte : virtutes autem addit, compoſiti, iuncti inquam ex animo & corpore, quod reſtabat ad concludendum, ſunt humanae, non caeleſtes, nec paene diuinae : eodemque pacto vita etiam, quae ducitur e ratione, naturaque ipſarum, & ipſa

quoque

quoque humana eſt : itidemque beatitudo , quae ipſi , praeclare actae , comitatur : contra autem ait, & virtus, & vita, & beatitudo mentis, quae res nihil commune habent cum corpore, ſeiuncta eſt, remotaque prorſus a corpore . Poſt hoc ait, ſe exiſtimare , quod de beatitudine hac praecepit , ſatis eſſe, conuenireque huic diſciplinae de moribus : velle autem exquiſite de ipſa praecipere, eſſe alius temporis : magiſque arduum opus , quam id , quod ſibi nunc propoſuit.

Δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρὸν, ἢ ἐπ' ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς: τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία, καὶ ἐξ ἴσου ἴσω: (εἰ καὶ μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικὸς, καὶ ὅσα τοιαῦτα) μικρὸν γὰρ ἄν τι διαφέροι : πρὸς δὲ τὰς ἐνεργείας, πολὺ διοίσει : τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ, δεήσει χρημάτων, πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια, καὶ τῷ δικαίῳ δὴ, εἰς τὰς ἀνταποδόσεις : αἱ γὰρ βουλήσεις , ἄδηλοι; προσποιοῦνται δὲ καὶ οἱ μὴ δίκαιοι βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν: τῷ ἀνδρείῳ δὲ, δυνάμεως: εἴπερ ἐπιτελεῖ τι τῶν κατ' ἀρετὴν, καὶ τῷ σώφρονι ἐξουσίας: πῶς γὰρ δῆλος ἔσται ἢ οὗτος. ἢ τῶν ἄλλων τις.

Videretur autem & vbertate externa parum , aut certe minus quam ea , quam mores conſtant , egere : neceſſarijs enim rebus ambabus opus eſt : ponaturq́ aequaliter : (etſi enim magis elaborat in corpore , qui ſe ad remp. contulit , & in ijs, quae huiuſcemodi ſunt :) paruum enim quiddam referat : ad munera autem obeunda multum differet : liberali enim homini opus erit pecunia , ad gerenda munera, quae propria eius virtutis ſint : & iuſto vtique ad ea, quae acceperit , reddenda : voluntates enim animiq́ obſcuri ſunt : fingunt autem & qui iuſti non ſunt , ſe velle res iuſtas agere : forti autem viro , opibus viribusq́ opus eſt, ſi velit efficere aliquid eorum, quae ſuae virtutis ſint : & temperanti facultas, copiaq́ peccandi : quomodo enim aliter plane intelligi potuerit talis ne ſit, ſiue alius quiſpiam e numero reliquorum .

Cvm oſtendiſſet iam , multiſque argumentis probaſſet , anteponendam eſſe beatitudinem, quae poſita eſt in contemplandis rebus admirabilibus, beatitudini illi, quae tota occupata eſt in rebus agendis : dignitatemque eius vitae, quantum locus hic patitur, declaraſſet, addit nunc, idem videri poſſe inde, quod haec vita paruis eget adiumentis externiſque rebus ac paene nullis, cum altera multa, magnaque requirat . Cum autem de ea, quae verſatur in contemplando ſeorſum pronuntiaſſet , parum ipſam egere extra ſe poſitis bonis , correxit aliquo modo ſententiam hanc: addiditque, ſi non per ſe, ſuaque vi, ſi conferatur cum altera illa, quae a moribus conflatur, indeque laudem inuenit , ab vſu inquam optimo ipſorum , quae profecto plura, maioraque requirit, atque etiam varij generis · nam de ijs, quae vitae tuendae neceſſaria ſunt , dicere non oportet : vno enim , eodemque pacto ipſis vtrique vitae opus eſt, nec tamen non, qui verſatur in rep. plus curae, ſtudijq; ponit in ipſis parandis: ornatuque omni: ſplendorem enim & cultum corporis elegantiorem requirit vita ante oculos poſita, quam illa, quae potius fugit oculos multitudinis , de quo etiam M. Cicero in I. libro de officijs diſputauit, cum domum etiam honeſtiorem, magnificamque prorſus poſtulare ipſam ſignificaſſet ; quae omnia indicantur a noſtro verbis illis . Et quaecunque alia huiuſcemodi ſunt . Reperit tamen, quod prius dixerat, non magni omnino ponderis haec eſſe . Nam Epaminondas, ille Thebanus, clarus in primis imperator, & in omni parte reip : ſumma cum laude verſatus, fertur & pauper, & tenui admodum victu contentus fuiſſe; Contra addit, in muneribus proprijs harum virtutum obeundis magnum intererit, id quod inductione probat : exemploque quattuor virtutum . Quomodo enim inquit homo liberalis, ſine vi magna pecuniae poterit virtutem illam ſuam colere : eodemque pacto ait , viro iuſto opus ipſa erit , vt valeat beneficia accepta compenſare . Occurrit autem ei , quod contra diceretur ab aliquo : implere hos poſſe officium ſuum, tuerique perſonam illam, ſi oſtenderint ſe paratos futuros fuiſſe hoc facere, niſi exilitas patrimonij impediſſet, quod refellit , obſcuras eſſe tradens & incertas hominum voluntates , cum illi etiam ipſi, qui ab omni parte iuſtitiae alieni ſunt , aiant ſe velle, cupereque efficere, quae ab ea virtute expectantur . Idem quoque in forti viro teſtatur : neque enim ſtatim , vt praeditus eſt

aliquis

aliquis hac virtute, moliri poteſt fortia facta, ſed eget viribus, ac copijs. Temperantem etiam intelligi non poſſe affirmat, niſi facultatem nactus peccandi, a ſcelere, flagitioque ſibi temperarit: idem etiam vſu venire ceteris tradit, qui aliter, ſineque operibus intelligi nequeant, quales vere ſint.

Ζητεῖται δὲ, πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις, ὡς ἐν ἀμφοῖν οὔσης: τὸ δὴ τέλειον δῆλον, ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη: πρὸς δὲ τὰς πράξεις πολλῶν δεῖται, καὶ ὅσῳ ἂν μείζους ὦσι καὶ καλλίους, πλειόνων: τῷ δὲ θεωροῦντι, οὐδενὸς τῶν τοιούτων, πρός γε τὴν ἐνέργειαν, χρεία: ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ ἐμπόδιά ἐστι, πρός γε τὴν θεωρίαν: ᾗ δὲ ἄνθρωπός ἐστι καὶ πλείοσι συζῇ, αἱρεῖται καὶ τὰ κατ' ἀρετὴν πράττειν: δεήσεται οὖν τῶν τοιούτων πρὸς τὸ ἀνθρωπεύεσθαι.

Quaeritur autem, vtrum in virtute exprimenda maiorem vim habeat electio, ſiue actiones, tamquam ipſa in ambabus his rebus maneat: id ſane, quod perfectum eſt, in ambabus his rebus conſiſtere perſpicuum eſt: ad res autem agendas, multis opus eſt, & quanto maiores fuerint & honeſtiores actiones ipſae, tanto pluribus: ei autem, qui contemplatur, nulla rerum harum opus eſt ad munus ipſius obeundum: quin potius, vt ita loquar, ad res vtique cognoſcendas, impedimento ſunt: qua vero homo eſt, & ſtatuit cum pluribus viuere, deligit ſibi agenda, quae virtutis ſunt: egebit igitur huiuſcemodi ad conſuetudinem hominum colendam.

NACTVS occaſionem hanc, dicit ſolere quaeri, vtrum duorum horum magis proprium ſit virtutis, maioremque vim habeat ad eam declarandam voluntas inquam electioque, ſiue facta, quae inde proficiſcuntur, tamquam in ambobus his ipſa maneat: nec poſſit altera rerum harum, ſine altera plenam ipſam abſolutamque reddere; diſtinguit igitur haec accuratus ſcriptor: traditque in vtraque harum rerum uim magnam eſſe, quae tamen variatur, uariatis partibus, ac temporibus. Primum igitur inquit, ſi integrum ac perfectum vndiq; opus cogites: tibique proponas, non eſt dubium, quin ambo haec concurrere debeant, & animus enim paratus ſemper, inſtructuſque ad opera virtutis molienda requiritur; & facta praeterea, quae reſpondeant ipſi, exiguntur. Vt ad facta autem perueniatur, multa praeterea poſtulantur, quae variari etiam dicit: pluraque aut pauciora eſſe tradit, pro ratione, naturaque factorum illorum, ita vt quanto maiora, honeſtioraque facta ea futura ſint, in quae incumbitur, tanto maiore apparatu opus futurum: illi vero, qui vitam colit in viſendis rebus naturae obſcuris, cauſiſque earum adferendis poſitam, nullis harum rerum opus eſt ad munus illud obeundum, contemplandumque: quin potius addit, vbertas ipſarum impedit: cogitque inde ſaepe auocare animum; quod ſi ſit, ſpectetur vt homo, & qui cum alijs viuat, frequenterque coetus hominum, aliter ſe res habebit: ſuperior enim ille exuit uitam humanam, ac ſe, quantum potuit, ſimilem Deo reddidit; hic vero facta virtutis obibit, quae declarata ſunt, extra ſe poſitis rebus egere: quare inquit ſine praeſidijs virtutum commode ea adminiſtrare non poterunt; ita igitur quomodo nos ſentire de hoc oporteat, declarauit, & ſcrupulum, quem monſtrauit, euellit. Quod dixit, impedimenti potius aliquid adferre, quam commodi, opiſque, vitae ἀπράκτου, amplitudinem patrimonij, exemplo Democriti, verum eſſe perſpicitur, quem veteres omnes memoriae prodiderunt ſpreuiſſe fructus agrorum, & amplas fortunas, relictas ipſi a patre, aut, ſi non ſpreuiſſet, conſumpſiſſe in longinquis terris luſtrandis, inflammatum deſiderio ſcientiarum percipiendarum: id quod M. Cicero etiam inquit, idem probare volens, his verbis.
„ Aut, ni ita ſe res haberet, Anaxagoras, aut hic ipſe Democritus agros & patrimonia ſua re-
„ liquiſſent, huic diſcendi, quaerendique diuinae delectationi toto ſe animo dedidiſſent.
Hoc ipſum etiam memoriae prodidit Plutarchus in Pericle de Anaxagora, qui, quod M. Cicero de ambobus protulit, de illo ſolo edidit; declarare volens, quid ei perſuadere potuiſſet, vt contemneret patrimonium: inquit enim hoc ipſum feciſſe ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ, καὶ μεγαλοφροσύνης, quo etiam in loco perſpicitur, grauem illum ſcriptorem ſenſiſſe cum noſtro de diſcrimine duarum harum inter ſe vitarum, quare vna paruo contenta eſſet, altera vero mul

tis rebus egeret, vt muneribus ſuis fungi poſſet: ipſe enim quoque diligenter de hoc diſputauit, & cauſas etiam huius rei attulit.

Ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία, ὅτι θεωρητική τις ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ ἐντεῦθεν ἂν φανείη: τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους, καὶ εὐδαίμονας εἶναι: πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς; πότερα τὰς δικαίας, ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα: ἀλλὰ τὰς ἀνδρείας; ὑπομένοντας τὰ φοβερὰ, καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν: ἢ τὰς ἐλευθερίους; τίνι δὲ δώσουσιν; ἄτοπον δ' εἰ καὶ ἔσται αὐτοῖς νόμισμα, ἤ τι τοιοῦτον: αἱ δὲ σώφρονες, τί ἂν εἶεν; ἢ φορτικὸς ὁ ἔπαινος; ὅτι οὐκ ἔχουσι φαύλας ἐπιθυμίας: διεξιοῦσι δὲ πάντα, φαίνοιτ' ἂν τὰ περὶ τὰς πράξεις μικρὰ καὶ ἀνάξια θεῶν.

Perfectam autem beatitudinem eſſe functionem quandam, poſitam in contemplando, hinc etiam perſpici poteſt: deos enim maxime cenſemus eſſe beatos: actiones autem quales ipſis tribuere opus eſt? vtrum iuſtas? an ridiculi eſſe apparebunt, permutantes inter ſe res, & depoſita reddentes, & cetera, quae huiuſcemodi ſunt ſeruantes: an fortes? quod res formidoloſas non fugiant, & periculis ſe obijciant propter honeſtatem: an liberales? cui autem pecuniam dabunt? abſurdum autem, ſi erit ipſis nummus, ſiue quippiam aliud eale: ſi autem temperantes, quid vtique eſſent? an grauis & importuna haec laus foret? neque enim habent prauas cupiditaces: perſequentibus aueem cuncta, apparerent, quae faciunt ad actiones, parua & indigna Dijs.

IDEM probat hoc etiam, ſatis firmo, argumento, anteponendam inquam eſſe vitam in contemplando poſitam, vitae, quae tota dedita eſt rebus agendis: inquit igitur, pleuam, abſolutamque beatitudinem eſſe, quae tota dedita eſt rebus obſcuris accurate videndis, cauſiſq; ipſarum cognoſcendis, hinc etiam facile intelligeretur: Deos enim in primis, conceptum animo habemus, firmiterque credimus, beatos eſſe: videre igitur oportet, quam potiſſimum vitam ipſis tribuamus: neque enim ipſos otioſos eſſe, inerteſque exiſtimandum eſt; quod ipſe infra teſtatur. Au igitur inquit iuſtitiam colere ipſos dicemus? quod nou cadere in Deos immortales videtur: ſpectaculo enim mortalibus forent, planeque irriderentur, ſi in permutationibus inſtos ſe praeberent, ac commiſſum aliquid ſuae fidei, depoſitumque redderent. An addit, poſtquam perſpectum eſt, has minime conuenire diuinae naturae, tribuemus ipſis facta fortitudinis? quod magno animo ſuſtineant caſus grauium periculotum, nec ipſis deterreantur, viciuis ſibi atque inſtantibus, dignitatis cauſa. An, his quoque relictis, inquit liberalitatis muneribus ipſos fungi dicemus? quod ipſum etiam alienum eſſe a perſona eorum docet: cui enim iuquit dabunt? nam ſui generis naturae, diuinaeque non egent rebus vllis: neque Dij pecuniam habent, huiuſcemodique aliquid, quud poſſit eſſe materia liberalitatis. Adiungit etiam ipſos multum dignitatis ſuae amiſſuros, ſi temperantes dicerentur; hocque potius notam ipſis inureret, quam laudis aliquid adferret: quod ſi inquit, facta reliquarum moris virtutum euoluemus, nullo negotio cognoſcemus, ipſa tenuia eſſe, atque indigna Dijs immortalibus. M. quoq; Cicero eundem hunc locum perſecutus eſt in III. libro de Natura Deorum, qui tamen eripuit ipſis vſum etiam aliarum virtutum, ideſt rationis: nam quod ad has morum pertinet, tres, & ipſe eaſdem appellauit cum his noſtri auctoris, & iiſdem paene argumentis, non cadere in Deú
" ſignificauit: ait enim. Nam iuſtitia, quae ſuum cuique diſtribuit, quid pertinet ad Deos?
" hominum enim ſocietas, & communitas, vt vos dicitis, iuſtitiam procreauit: temperantia
" autem conſtat ex praetermittendis voluptatibus corporis, cui ſi locus in caelo eſt, eſt etiam
" voluptatibus: nam fortis Deus intelligi qui poteſt? in dolore? an iu labore? an in pericu-
" lo? quorum Deum uihil attingit.

Ἀλλὰ μὴν ζῆν τε πάντες ὑπειλήφασιν αὐτούς, καὶ ἐνεργεῖν ἄρα: οὐ γὰρ δεῖ καθεύδειν ὥσπερ τὸν Ἐνδυμίωνα: τῷ δὴ ζῶντι, τοῦ πράττειν ἀφῃρημένῳ: ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ

ποιεῖν,

ποιεῖν, τί λείπεται πλὴν θεωρίας; ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη: καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη.

Quin etiam viuere omnes exiſtimauere ipſos, fungi igitur aliquo munere: neque enim decet ipſos dormire, quemadmodum Endymionem: viuenti igitur, eodemq́ orbato rebus agendis, magiſq́ adhuc efficiendis, quid reliqui eſt, niſi contemplatio? quapropter functio Dei, quae beatitudine antecellit, ſita in contemplatione exiſtimari debet, & humanarum actionum ea, quae huic maxime affinis eſt, beatiſſima eſt.

RESTABAT oſtendere, Deos agere aliquid: nam ſi vita orbati fuiſſent, non oportuiſſet quaerere, quae ſua, ac propria ipſorum vita foret; quod conſtituit, affirmans iudicio & conſenſu omnium mortalium Deos viuere, quo conceſſo, ſequitur illos agere aliquid: neque enim vita manere videtur poſſe ſine actione aliqua; qui enim inquit, putaret, Deum perpetuo dormire, veluti fabulae ferunt Endymionem? vitae autem, quae careat actione omni virtutis, ac praeterea remota ſit a moliendis operibus artium, a quibus magis remotam eſſe vitam Deorum exiſtimandum, quid facere inquit, reſtat, niſi contemplari? quare, concludens, functio operaque Dei, quae praeſtat reliquis ſtudijs, functionibuſque, poſita in contemplatione erit, atque humanarum omnium actionum ea, quae maxime affinis huic eſt, ac proxime ad ipſam accedit, ipſa quoque maxime beata, ac magis, quam reliquae inferiores, efficere hominem beatum poterit. Endymionis etiam exemplo vſum fuiſſe M. Ciceronem, cum longum ſomnum oſtendere vellet, notum eſt.

Σημεῖον δὲ καὶ τὸ, μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῷα εὐδαιμονίας, τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἐστερημένα τελέως: τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς πᾶς ὁ βίος μακάριος: τοῖς δ' ἀνθρώποις, ἐφ' ὅσον ὁμοίωμά τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει: τῶν δ' ἄλλων ζώων οὐδὲν εὐδαιμονεῖ: ἐπειδὴ οὐδαμοῦ κοινωνεῖ θεωρίας.

Signum autem huius rei etiam eſt, quod ceterae animantes participes non ſunt beatitudinis, cum orbatae ſint penitus hac ipſa muneris functione: Dijs enim omnis vita beata: hominibus autem, quatenus imago quaedam ineſt illis huiuſcemodi functionis: reliquorum autem animalium nullum beatam vitam degit, quia nullam in partem particeps eſt contemplationis.

ARGVMENTATVR a ſigno: atq; eo, quod ſequitur: inquit enim, perſpicuum etiam eſſe poſſe, functionem hanc cauſam eſſe beatitudinis: indeque etiam cognoſci anteponendam vitam, in ea occupatam, vitae, quae verſatur in rebus agendis, quia ceterae animantes expertes ſunt vitae beatae, cum nequeant fungi hoc munere: funditusq́ue orbatae ſint facultate res obſcuras animo videndi. Adiungit autem hominem interiectum eſſe, quod ad hoc pertinet, & quaſi in medio ſitum Deorum ac beluarum, cum Dij perpetuo munus hoc obeant, nec vmquam ceſſent contemplari aliquid dignom ſua natura: ideoque beati ſint: hominibus vero comitetur hoc quantum ſimulachrum aliquod ipſis adeſt huius functionis: reliquarum animantium nullam beatam vere vocari poſſe, cum nullam in partem cadat in ipſam functio haec mentis: neque participes ipſae ſint contemplationis rerum.

Ἐφ' ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία: καὶ οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ εὐδαιμονεῖν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ κατὰ τὴν θεωρίαν: αὐτὴ γὰρ καθ' αὑτὴν τιμία: ὥστ' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία, θεωρία τις.

Quatenus igitur extenditur contemplatio, eatenus & beatitudo: & quibus magis data eſt contemplandi facultas, iiſdem etiam beatam vitam degendi, non ex accidenti, ſed ſtudio illius contemplationis: ipſa namq; per ſemet ipſam honore digna eſt. Quapropter eſſet vtique beatitudo contemplatio quaedam.

Concludit, hoc etiam pacto beatitudinem eſſe contemplationem quandam ideſt rerum maximarum, atque optimarum: ait enim quantum progreditur dilatatúrque contemplatio haec, tantum porrigi beatitudinem: cunctiſque naturis quibus tributa eſt contemplatio, iiſdem etiam tributam, conceſſamque eſſe vitam beatam: cumque conuenire ipſis in finibus oſtendiſſet, addit idem etiam fieri ſeruarique in magnitudine, menſuraque, vt maior ſcilicet beatitudo conſequatur maiorem accuratioremque inueſtigationem rerum, quod fieri dicit non temere, neque fortuito, ſed vi ipſius, operaque contemplationis, cum ſuo nomine ſtudioſa ſit, atque omni honore digna. Concludit poſt hoc ſtatim, quod dictum eſt.

Δεήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας, ἀνθρώπῳ ὄντι: οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ σῶμα ὑγιαίνειν, καὶ τροφὴν, καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν ὑπάρχειν.

Opus autem erit externa quoque proſperitate; cum ſit homo: non enim ſemetipſa contenta eſt natura ad contemplandum, ſed oportet & corpus valere, & cibum, & reliquum cultum adeſſe.

Docet huic magnanimo viro, & inflammato amore ſapientiae, opus tamen fore rebus quibuſdam extra ſe poſitis & proſperitate, quibus rebus penitus nudatus, commode non poſſet munus ſuum explere: cogitare enim inquit oportet, ipſum hominem eſſe, & imbecillae condicionis: neque enim inquit, natura nobis cuncta ſuppeditat, quae requiruntur ad res contemplandas, vel potius ſine quibus in hoc praeclarum munus toto animo incumbere non poſſemus. In exponendis autem illis, primum nominat ſanitatem corporis, quod tamen bonum extra poſitum non eſt, & vt hanc, ita etiam cibum, quo alatur, & reliqua, quae ad cultum corporis requiruntur, vt domicilium, quo ſe conferat foedis tempeſtatibus, ac veſtimenta: vnde etiam fertur, Franciſcum Petrarcham Ioanni Boccacio, pauperi homini, dilargitum fuiſſe pelliceam veſtem, qua poſſet frigus a ſe depellere: illa autem vix videntur carere poſſe ſtudioſi litterarum, artiumque liberalium.

Οὐ μὴν οἰητέον γε πολλῶν καὶ μεγάλων δεήσεσθαι τὸν εὐδαιμονήσοντα, εἰ μὴ ἐνδέχεται ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, μακάριον εἶναι: οὐ γὰρ ἐν τῇ ὑπερβολῇ τὸ αὔταρκες, οὐδ' ἡ κρίσις, οὐδ' ἡ πρᾶξις: δυνατὸν δὲ καὶ μὴ ἄρχοντα γῆς καὶ θαλάττης, πράττειν τὰ καλά: καὶ γὰρ ἀπὸ μετρίων δύναιτο ἄν τις πράττειν κατὰ τὴν ἀρετήν: τοῦτο δ' ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς: οἱ γὰρ ἰδιῶται τῶν δυναστῶν οὐχ ἧττον δοκοῦσι τὰ ἐπιεικῆ πράττειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον: ἱκανὸν δὲ τοσαῦθ' ὑπάρχειν: ἔσται γὰρ ὁ βίος εὐδαίμων, τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐνεργοῦντος.

Non tamen putandum eſt, multa & magna neceſſaria ipſi fore, qui beatus futurus ſit, ſi vſu non venit, vt quiſpiam ſine bonis poſitis extra nos beatus ſit: non enim in nimia copia, quod ſatis ſit, poſitum eſt; neq; exiſtimatio, neque actio: fieri autem poteſt, vt aliqui, etſi non habent imperium maris ac terrae, gerant res honeſtas: nam mediocribus etiam fortunis ornatus valeret aliquis agere, quae virtutis propria ſunt: hoc autem licet plane videre: priuati enim homines non minus quam principes ciuitatum videntur gerere res probas, & omni laude dignas, immo etiam magis: ſatis namque eſt huiuſcemodi ineſſe: erit autem vita beata eius, qui fungatur muneribus virtutis.

Liberat nos magna parte illarum curarum, quas abeſſe penitus non poſſe ſignificarat a vita etiam poſita in contemplando; etſi enim ipſae neceſſariae ſunt, modicae tamen illae ſatis erunt, inquit igitur. Non tamen putandum eſt, eum multis, & magnis abundaturum, qui beate victurus ſit: etſi affirmauimus ſine externis bonis non poſſe quempiam beatum eſſe: neque enim in vbertate, & copia nimia bonorum manet, ſuis rebus contentum eſſe, & quantum ſatis ſit eorum tenere; neque inde exiſtimare de vita beata, neque ſine

ipſis

ipſis aliquis etiam non valet agere aliquid honeſte; amplificat autem ſententiam hanc, & tamquam irridet, dicens. Fieri enim poteſt, vt aliquis, qui terrarum ac maris imperium non habeat, agat tamen, quae honeſta ſunt, & multum dignitatis in ſe habeant: paruis enim praeſidijs inquit, aliquis vſus, gerere poteſt, quae propria virtutis ſunt, quod confirmare, ac verum eſſe oſtendere volens, ad exempla confugit: cum enim primum id perſpici poſſe dixiſſet, ac plane cognoſci, ita ſe habere, e vita priuatorum hominum, factiſq; ipſorum, collatis cum factis principum virorum, & qui ſummam poteſtatem habent in aliqua gente: Se ita ſentire, quemadmodum hic facit, de hominibus, qui apta materia ſunt ad conſequendam vitam beatam, praedicauit etiam Solon in elegia quadam ſua, verſu hoc, qui valde notus, & celeber eſt. πολλὰ μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι. poſtea vtitur auctoritate quorundam, qui ſapientes ſunt habiti. inquit igitur, priuatos homines non minus ſe moderate gerere, quam principes viri, ac reguli faciant, ſed potius magis operam dare rebus honeſtis, ac ſtudijs bonarum artium. Quare concludit, ſatis eſſe tot poſſidere, quot oporteat, expleantque condicionem ſuam: neque enim vita beata e diuitijs, opibuſque ponderatur, ſed e factis virtutis.

Καὶ Σόλων δὲ τοὺς εὐδαίμονας ἴσως ἀπεφαίνετο καλῶς, εἰπὼν μετρίως τοῖς ἐκτὸς κεχορηγημένους: πεπραγότας δὲ τὰ κάλλιστα ὡς ᾤετο. καὶ βεβιωκότας σωφρόνως: ἐνδέχεται γὰρ μέτρια κεκτημένους πράττειν, ἃ δεῖ.

Et Solon etiam beatos viros fortaſſe ſignificat recte, qui dixit mediocriter bonis externis inſtructos, & qui egerint ea, quae ſunt agenda, vt ille putabat, vixerintque temperanter: contingit enim mediocres fortunas tenentes agere, quae oportet.

CONSTITVIT, quod ſentit de hac re, iudicium & auctoritatem ſapientum ſequutus, qui & ipſi videntur exiſtimaſſe, neceſſarium nullam in partem eſſe amplum admodum patrimonium, aut imperium, ad beatitudinem gignendam, hominibuſque comparandam; id quod elicit e vocibus ipſorum. Primum igitur Solonem, inquit, videri beatum virum informare, cum ait, mediocriter homines copijs externis inſtructos, & qui in vita geſſerint res honeſtas, ijdemque vixerint temperanter: quare Ariſtoteli viſum eſſe ipſum laudare, recteque ſenſiſſe, reddita ratione ſuae iuſtae de illo laudis; exiſtimare; inquit enim fieri poſſe, vt qui mediocres fortunas habeant, praeſtent, quae rectum eſt. Nam quod addidit Ariſtoteles. Vt ille putauit, arbitror oſtendere, non omnino ipſum probare iudicium Solonis, qui voluerit nimis tenues, & obſcuros homines eſſe participes tanti boni, & quales demum ſignificauit in ſermone illo cum Lydorum rege, aſtante vafro homine, Aeſopo, qui ipſum, vt nimis liberum, accuſauit: admonuitque, vt cum regibus & opulentis viris cautius loqueretur, & ſane videtur Ariſtoteles requirere in illa vita ſplendoris aliquid, ac dignitatis & ſi ingentes diuitias, & regna nihil ipſam iuuare affirmat. Non poſſum autem probare ſententiam Lambini, qui penitus contempſit hanc lectionem, nec dignam, de qua declaranda curam aliquam ſuſciperet, exiſtimauit.

Ἔοικε δὲ καὶ Ἀναξαγόρας, οὐ πλούσιον, οὐδὲ δυνάστην ὑπολαβεῖν τὸν εὐδαίμονα, εἰπών, ὅτι οὐκ ἂν θαυμάσειε, εἴ τις ἄτοπος φανείη τοῖς πολλοῖς: οὗτοι γὰρ κρίνουσι τοῖς ἐκτός, τούτων αἰσθανόμενοι μόνων.

Videtur autem & Anaxagoras, non diuitem, neque regulum aliquem exiſtimare beatum eſſe, qui dixit, ſe miraturum non eſſe, ſiquidam abſurdus homo videretur multis: hi namque exiſtimant, ſpectatis rebus externis, has tantum ſentientes.

E voce, quam ille edidit, videri poſſe ait, Anaxagoram quoque exiſtimaſſe, non eſſe beatum diuitem omnem, & principem ciuitatis, quemadmodum imperita multitudo cenſet: cum enim ex eo quaeſitum foret, quem vellet beatum eſſe, reſpondit ſe, ſi ſenſum ſuum aperiret, & tamquam digito ipſum monſtrare vellet, eum indicaturum eſſe, qui fortaſſe

taſſe a ceteris haberetur inſulſus & abſurdus homo: quod ſi fieret, nihil id ſibi admirationis allaturum, cum videat opinionem ſuam de ipſo tantopere a ſententia reliquorum diſcrepare. Hoc igitur eſt, quod Ariſtoteles ſignificare voluit, in quo Argyropylus lapſus fuiſſe videtur, qui tamen error fluxit a Graeco expoſitore: ille enim ipſum ſequitur, putauitque, ita de ſe Anaxagoram locutum: oſtendereque ſe ſtultum habitum iri a multitudine, quia neglecta re familiari incumberet in ſtudium inutile: neque enim vſquam hoc legitur, contemptum fuiſſe, & ludibrio habitum doctiſſimum hunc, & maximi ingenij virum: verum autem eſſe, quod dixi, perſpicitur ex verbis Ariſtotelis ipſius, qui in primo libro de motibus ad Eudemum, idem hoc apertius ſignificauit, cuius verba ponam, vt res omnino plana ſit. Ἀναξαγόρας μὲν, ὁ Κλαζομένιος, ἐρωτηθεὶς, τίς ὁ εὐδαιμονέστατος, οὐθεὶς εἶπεν, ὧν σὺ νομίζεις, ἀλλ' ἄτοπος ἄν τις σοι φανείη. Superſedebo tamen ijs, quae poſtea addidit, opinionem ipſius, ac vocem laudans, cum praeclare Anaxagoras videret, cum quo homine loqueretur.

Συμφωνεῖν δὲ τοῖς λόγοις ἐοίκασιν αἱ τῶν σοφῶν δόξαι: πίστιν μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχει τινά: τὸ δ' ἀληθὲς ἐν τοῖς πρακτοῖς ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου κρίνεται: ἐν τούτοις γὰρ τὸ κύριον: σκοπεῖν δὲ τὰ προειρημένα χρὴ, ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τὸν βίον ἐπιφέροντας: καὶ συναδόντων μὲν τοῖς ἔργοις, ἀποδεκτέον: διαφωνούντων δὲ, λόγους ὑποληπτέον.

Conuenire autem rationibus his videntur opiniones ſapientum: continent igitur huiuſcemodi quoque quippiam, quod ad fidem faciendam valeat: veritas autem in rebus agendis ex operibus ac vita exiſtimatur: in his enim manet quod firmum, ac ratum eſt: attendere autem oportet ea, quae ante dicta, ad opera, vitamq́; referentes, & cum ipſa operibus conueniunt, decet ea probare: cum vero diſſident, verba exiſtimandum eſſe.

AD extremum auctor inquit, facere cum argumentis ſuis, diſputationeque, de hoc habita, ſententias ſapientum virorum, vt exemplo duorum, quos nominauit, demonſtratum eſt. Cum igitur teſtimonio, vocibuſque duorum ſapientum & doctorum virorum comprobaſſet, quod antea rationibus demonſtrarat de vita beata, videretque non omnino firmas eſſe has auctoritates, docet, non eſſe, quibus ipſe vſus eſt, repudiandas, cum vita ipſorum, factaque reſponderint vocibus, ac ſententijs: quod cum non contingit, concedit, ipſas nullius momenti eſſe ad fidem faciendam, quia veritas in rebus agendis ſpectatur ex factis vitaque, non ex verbis, cum in ipſis robur maneat, ac firmitas: erudire autem nos voluit, & tradere, quomodo voces has perpendere debemus, atque ipſas eſſe comportandas ad opera, vitamque eorum, qui illas ediderunt, & cum ipſa conferendas, cumque inuentae fuerint conuenire ipſis, tunc eſſe recipiendas: cum vero diſcreparint, eſſe abiegendas, atque inanes, fabulaſque putandas, exempli cauſa, ſiquis foret, qui in omni ſua vita commendaret caſtitatem, eſſeque illam cuſtodiendam affirmaret: idem autem luxuriae pareret, quid ille faceret, non quod loqueretur, animaduertendum. Non aduerſatur autem hoc ſententiae noſtri conſeruatoris, vt falſo aliquis putaret, id quod admonet etiam Argyropylus.

Ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν, καὶ τοῦτον θεραπεύων, καὶ διακείμενος ἄριστα, καὶ θεοφιλέστατος ἔοικεν εἶναι: εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ: τοῦτο δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς, καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτο καὶ τιμῶντας, ἀντευποιεῖν: ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους, καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας: ὅτι δὲ ταῦτα πάντα τῷ σοφῷ μάλιστα ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον: θεοφιλέστατος ἄρα: τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς, καὶ εὐδαιμονέστατον: ὥστε κἂν οὕτως εἴη ὁ σοφὸς μάλιστ' εὐδαίμων.

Qui autem, vt iubet mens, ſe gerit in vita obeunda, atque hanc colit, optimeq́; affectus eſt, is cariſſimus Deo exiſtimandus eſt eſſe: ſi namq́; cura aliqua ſuſcipitur a Dijs rerum humanarum, quemadmodum videtur, conſentaneum etiam

foret gaudere ipſos re optima, ſibiq; maxime affini: hoc autem eſſet mens, atque eos, qui diligunt maxime hoc, atque honorant, compenſare, vt qui curam gerant rerum ipſis amicarum, & recte, honeſteq; ſe gerant: haec autem omnia ſapienti viro maxime ineſſe, non eſt obſcurum: cariſſimus igitur Deo erit: eundem autem veriſimile eſt, beatiſſimum quoque eſſe. Quapropter hoc etiam pacto ſapiens maxime beatus.

INFLAMMAT nos vehementer auctor ad hanc vitam colendam, oſtendens eximia bona, vel diuina potius, quae inde capiemus, ſi obtemperare ipſi voluerimus, & quibus nullum maius cogitari poteſt: atque impetrari ab hominibus: inquit igitur in extremo hoc, vt videri poterat, huius operis, exacuens nos & acerrimum ſtimulum mortalibus admouens. Qui autem cuncta gerit in vita ex praeceptis mentis, atque hanc colit; optimeque affectus animo eſt, exiſtimari poteſt carus dijs eſſe, atque ab ipſis maxime diligi, quod probat hoc pacto: ſi enim inquit ſuſcipitur aliqua cura de rebus humanis a dijs, vt ſane videtur; probabile etiam eſſet, gaudere ipſos optimo omnium; ſibique maxime cognato ac propinquo, quod profecto nihil aliud eſt, niſi mens. Poſt hoc addit, conſentaneum etiam eſſe, deos ipſos homines eos, qui maxime diligunt atque honorant hoc, quod optimum appellauit, ideſt mentem, munerari, ac beneficio aliquo compenſare, quia fouent, coluntque rem ſibi gratam, & acceptam: hoc enim vnum eſt eorum, quae hortantur deos ad ipſos amplexandos. alterum, quod recte ſe gerunt in hac vita, atque honeſte: quid enim praeclarius, ac maiore laude dignum mortales facere poſſunt, quam diligere, ac fouere quod optimum in ipſis eſt, cuncta vero haec requiri in ſapiente, atque ab eo abeſſe non poſſe perſpicuum eſſe inquit. Quare ſtatim concludit cariſſimum ipſum Deo eſſe, vnde etiam veriſimile inquit Argyropylus, an quod ſupra dicit auctor, recte, atque honeſte agentes, transferri poſſit ad alteram vitam, ne videatur ipſam excluſiſſe, quod non placet, ac nimis durum videtur: ſi enim eam quoque, quae tota verſatur in rebus gerendis, diſſimiliſque admodum eſt, intelligere voluiſſet, veriſimile non eſt, vno tantum verbo eam indicaturum fuiſſe, quod verbum commune ipſi eſt cum vita poſita in contemplando. πράξεις enim quoque munera ipſius vocari poſſunt, vt videtur ſupra Ariſtoteles locutus. Praeter quam quod totus modo occupatus eſt in altera celebranda.

Ἆρ' οὖν, εἰ περὶ τούτων, καὶ τῶν ἀρετῶν: ἔτι δὲ καὶ φιλίας, καὶ ἡδονῆς, ἱκανῶς εἴρηται τοῖς τύποις, τέλος ἔχειν οἰητέον τὴν προαίρεσιν; ἢ καθάπερ λέγεται, οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πρακτοῖς τέλος τὸ θεωρῆσαι ἕκαστα καὶ γνῶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πράττειν αὐτά: οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἱκανὸν τὸ εἰδέναι, ἀλλ' ἔχειν, καὶ χρῆσθαι πειρατέον, ἢ ὅπως ἄλλως ἀγαθοὶ γινόμεθα.

Numquid igitur, ſi & de his, & de virtutibus: praeterea autem & de amicitia, & voluptate ſatis dictum eſt, quod ad formas pertinet, finem adeptum eſſe, quod nobis propoſuimus, putandum eſt? an, vt fertur, non eſt in rebus agendis finis, ſingula contemplari & cognoſcere, ſed potius gerere ipſas: neque igitur de virtute ſatis eſt intelligere, ſed tenere, atque vti ipſis enitendum eſt, vel ſi alia quapiam ratione probi viri reddimur.

NON omnino ſine cauſa putaſſet aliquis, hunc terminum eſſe librorum de moribus: peruentumque iam eſſe ad extremum huius operis: quippe cum, vt ipſe oſtendit, expoſuerit partes ipſius cunctas, vt diſciplina haec requirit, quas partes ipſe nominat. Eripit igitur hunc errorem illis. ac monſtrat, quae res ipſos induxerit, qui ita exiſtiment: neque enim ſciebant, qui verus finis eſt horum librorum: quodque conſilium fuerit auctoris, cum purgandam vitam hominum, perpoliendamque ſuſcepit: inquit enim, ſatis non eſſe haec tenere, & vitia, ac virtutes cognitas habere: in rebus enim gerendis, & doctrina, quae traditur de vita & moribus, finis non eſt videre haec, & cognoſcere, ſed potius gerere ipſa, & adminiſtrare: quare inquit, eodem pacto de virtute ipſa putandum eſt, ſatis non eſſe intelligere,

ligere, ſed habere, tenereque ipſam oportere totoque pectore hoc enitiopus eſt, aut ſiqua aliqua ratio eſt, qua poſſimus probi fieri.

Εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς, πολλοὺς ἂν μισθοὺς, καὶ μεγάλους δικαίως ἔφερον, κατὰ τὸν Θεόγνιν, καὶ ἔδει ἂν τούτους πορίσασθαι: νῦν δὲ φαίνονται προτρέψαι μὲν καὶ παρορμῆσαι τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίους, ἰσχύειν: ἦθός τε εὐγενὲς, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόκαλον, ποιῆσαι ἂν κατακώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς: τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν πρὸς καλοκαγαθίαν προτρέψασθαι: οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖ πειθαρχεῖν, ἀλλὰ φόβῳ: οὐδ᾽ ἀπέχεσθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας: πάθει γὰρ ζῶντες τὰς οἰκείας ἡδονὰς διώκουσι, καὶ δι᾽ ὧν αὗται ἔσονται: φεύγουσι δὲ τὰς ἀντικειμένας λύπας: τοῦ δὲ καλοῦ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἡδέος, οὐδ᾽ ἔννοιαν ἔχουσιν, ἄγευστοι ὄντες.

Si igitur verba ſatis fuiſſent ad efficiendos homines moderatos, Multas vtique mercedes & magnas merito reportaſſent, vt cenſuit Theognis, & oportuiſſet vtique has parare: nunc autem perſpiciuntur, illa quidem hortari & inflammare valere e numero adoleſcentium eos, qui ingenui ſunt, naturamq́ generoſam, ac vere ſtudioſam dignitatis, correptam reddere amore virtutis: tardos autem, quales multi ſunt, neque ad honeſta ſtudia adhortari: neque enim hi natura facti ſunt ad pudori obſequendum, ſed metui: neque temperare ſibi a rebus improbis propter turpitudinem, ſed propter timorem legum: nam cum ſeruiant in vita motibus animi turbulentis, ſuas ac proprias voluptates ſectantur, atque eas res, vnde hae pariuntur: fugiunt autem contrarios ipſis dolores: honeſti autem ac verae iucunditatis nullam cogitationem in animo habent, cum eam ne guſtauerint quidem vmquam.

SIGNIFICAT, non tantam vim ac poteſtatem poſitam eſſe in verbis atque in oratione, vt ope ipſorum homines probi efficiantur, a ſeque omnem maculam ac vitium abſtergant: exponit autem hoc ſuauiter, ita tamen, vt cum venuſtate ſermonis, auctoritatis etiam non parum admixtum ſit in ſententia grauis poetae, qui & ipſe plurimum ſtudij poſuiſſet in perpolienda vita humana, & a grauibus culpis ipſa vindicanda: is autem eſt Theognis, cuius etiam paruum poema in manibus eſt, quod optimarum ſententiarum plenum eſt. Totam autem eius loci ſententiam exprimam. Si Aeſculapij liberis medicis Deus poteſtatem dediſſet, vt ſanarent morbos animorum ac vitia, vt corporis ſcilicet curant, multas & magnae mercedes domum comportaſſent. Ariſtoteles contentus fuit inferiore verſiculo, qui minor eſt: inſeruitque in ipſum aduerbium δικαίως, pentameter, quem dixi, eſt, cum appendice eſt: & ſane addit Ariſtoteles, oportuiſſet mortales praetia haec ipſis praebere: nunc autem inquit, poſtquam hoc verbis, documentiſque conceſſum non eſt, aliam rationem ineundam eſſe: declarat autem, quid verba moliti valeant: neque enim praecepta optima non proſunt: eſſe vero hoc inquit, quod valent hortari, atque excitare ad virtutem colendam, non omnes ſane adoleſcentes, ſed ingenuos tantum: indolemque, ac naturam nobilem, veraeque dignitatis ſtudioſam: ingeniumque tale inflammare deſiderio virtutis, quos, quemadmodum iuuare ipſa poſſe affirmat, ita contra diſſimiles ſuperioribus, quales multi ſunt. non poſſe illa narrat, ad honeſta facta impellere: cuius etiam ſuae ſententiae rationem reddit: neque enim illi tales nati ſunt, vt pudori pareant, ſed metui: neque ſibi temperant ab improbis factis propter turpitudinem, ſed formidine paenae: cum enim totos ſe tradant in vita motibus animorum explendis, ſectantur voluptates corporis, & vnde ipſae manant, illa ipſa amant: vitant autem cuncta, vnde oppoſitae ipſis aegritudines doloreſque naſcuntur: dignitatis autem inquit, atque eius, quod ſolidam voluptatem, ac veram gignat, ne vmbram quidem vmquam viderunt, cogitaruntque aliquid de ipſa, vt qui ieiuni ipſius ſint. Quos quaſi inquit, non verbis; ſed verberibus coercendos, qui ſemina nulla in ſe habent virtutis: metuque ipſos ſe abſtinere a ſcelere, non verecundia.

Τοὺς δὴ τοιούτους τίς ἂν λόγος μεταρυθμίσαι; οὐ γὰρ οἷόν τε, ἢ οὐ ῥᾴδιον, τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἤθεσι κατειλημμένα, λόγῳ μεταστῆσαι: ἀγαπητὸν δ' ἴσως ἐστὶν, εἰ πάντων ὑπαρχόντων, δι' ὧν ἐπιεικεῖς δοκοῦμεν γίνεσθαι, μεταλάβοιμεν τῆς ἀρετῆς.

Huiuſcemodi igitur homines quae oratio immutare valeret? non enim fieri poteſt, aut ſaltem non eſt facile, ea, quae longo temporis ſpatio moribus impreſſa ſunt, oratione depellere: pulchrumq́ fortaſſe foret, earumq́ habendum, ſi cuncta nobis tenentibus; vi quorum probi viri videmur fieri, parcicipes virtutis fieremus.

Confirmat iudicium ſuum, aitque, huiuſcemodi omnes nullo pacto perſuaderi poſſe oratione, vt mores, vitamque mutent, cuiuſetiam rei cauſam adfert: ait enim, fieri non poſſe, aut ſaltem non facile id eſſe: corrigit enim leuiter, quod nimis aſſeueranter dixerat, ea, quae antiquitus moribus impreſſa ſunt, verbis variare, atque inde quaſi extirpare, quin imo addit pulchrum eſſet: contentique eo eſſe deberemus, nec condicionem hanc reſpuere, ſi, cum omnia nobis prompta, parataque ſint, quae ad virtutem capeſſendam accommodata putantur, quibuſque probi, ac moderati fieri poſſemus, ipſa potiremur, quibus verbis non dehortatur nos a virtute aucupanda, ſed ſtimulum admouet ad eam maiore ſtudio perſequendam. Quod μεταρυθμίσαι inquit, apparet verbum eſſe tranſlatum a numeris, cantuque, qui numeri ῥυθμοὶ a Graecis vocantur: ipſo quoque vſus eſt Phalereus in libello, qui ipſius teſtitit e multis, doctiſque, quae ſcripſit voluminibus. Sed etiam Ariſtoteles in II. naturalis auſcultationis dixit, ἀρρύθμιστον, cum informe ſignificare vellet, verba eius ſunt, δοκεῖ δ' ἡ φύσις, καὶ ἡ οὐσία τῶν φύσει ὄντων, ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ, ἀρρύθμιστον καθ' αὑτό. vnde, quod infra eodem loco poſitum eſt in Antiphontis argumento explicando, κατὰ νόμον διάθεσιν, narrat Simplicius, extitiſſe quoſdam, qui pro νόμον, legerent ῥυθμόν, quorum indicium probat, affirmans ῥυθμὸν, dici μορφὴν, ideſt formam. Κατοκώχιμον, quod hic apud auctorem eſt, valere inflammatum, & quaſi diuino ſpiritu afflatum, conſtat, quo itidem nomine vſus eſt in erudito illo problemate de atra bile, vbi inquit, διότι δὲ οὐ πάντες οἱ μελαγχολικοὶ σκληροὶ, οὐδὲ οἱ μέλανες, ἀλλ' οἱ μᾶλλον κατοκώχιμοι, ἄλλος λόγος: ita enim legi debet, non κακόχυμοι, vt ſane ſcriptum eſt in antiquo, & fideli libro, quod verbum etiam manifeſto Theodorus expreſſit.

Γίνεσθαι δ' ἀγαθοὺς οἴονται, οἱ μὲν, φύσει: οἱ δὲ, ἔθει: οἱ δὲ, διδαχῇ: τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως, δῆλον, ὡς οὐκ ἐφ' ὑμῖν ὑπάρχει, ἀλλὰ διά τινας θείας αἰτίας τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν ὑπάρχει: ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδαχὴ μήποτε οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύει, ἀλλὰ δεῖ προδιειργάσθαι τοῖς ἔθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν, καὶ μισεῖν, ὥσπερ γῆν τὴν θρέψουσαν τὸ σπέρμα: οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειε λόγου ἀποτρέποντος, οὐδ' αὖ συνείη ὁ κατὰ πάθος ζῶν: τὸν δ' οὕτως ἔχοντα, πῶς οἷόν τε μεταπεῖσαι; ὅλως δ' οὐ δοκεῖ λόγῳ ὑπάκειν τὸ πάθος, ἀλλὰ βίᾳ: δεῖ δὴ τὸ ἦθος προϋπάρχειν πως οἰκεῖον τῆς ἀρετῆς, στέργον τὸ καλὸν, καὶ δυσχεραῖνον τὸ αἰσχρόν.

Bonos autem viros fieri, putant, hi quidem, natura; hi vero, conſuetudine: non nulli autem, doctrina: quod igitur a natura manat, planum eſt, non eſſe in noſtra poteſtate, ſed vi alicuius diuinae cauſae, his, qui vere fortunati ſunt, ineſſe: ratio autē, & doctrina numquid in omnibus vires non habēt. ſed oportet prius moribus excultum eſſe animum auditoris, vt diſcat recte gaudere, & odiſſe, veluti tellurem, quae ſemen alere debet: non enim aliter audiret orationem eius, qui dehortaretur, a prauaque ratione reuocaret: neque etiam intelligeret, qui in vita pareret perturbationi: eum autem, qui ita affectus ſit, quomodo valebit oratio in aliam ſententiam traducere? demum autem non videtur motus turbidus verbis, orationiq ue cedere, ſed vim eſſe illi adhibendam: oportet igitur indolem

natu-

naturamque eſſe prius aliquo modo idoneam redditam accommodatamque virtuti; vt amet honeſtatem, ſtomacheturque turpitudinem.

Exponit plures, variaſque opiniones de virtute ac probitate, vel potius de via, rationeque, qua homines probi, moderatique euadunt: ſunt autem illae tres; quarum prima eſt, qua commemorat, inuentos quoſdam, qui arbitrarentur, natura hoc fieri, ſine opera vlla, ac ſtudio noſtro: alios autem, qui vellent conſuetudine & more hoc obtineri. tertium genus eorum erat, qui doctrina hoc bonum parari & a doctore, magiſtroque huius, tamquam artis, hoc accipi putarent. Diſſerit igitur primum contra primos; eiſque planum, apertumque eſſe, quod natura fit, non eſſe in noſtra poteſtate, neque iuuare nos hoc poſſe. Vnde addit, quibus contingit hoc, vere illos felices ac fortunatos eſſe, cum a diuina cauſa proficiſcatur, quae ſine vllo noſtro merito ornare nos voluerit. Poſt hos, relictis medijs, tranſit ad tertios, quorum ſententiam in omnibus locum non habere, tradit, cum ratio, ac doctrina in omnibus idem non efficiat & moliatur. Quid autem requiratur, vt veros fructus gignat, docet: ait enim, oportuiſſe prius, animum eius, qui audire debet optima illa praecepta, & argumenta, excultum & quaſi ſubactum eſſe, inſtitutis ac moribus, vt recte gaudeat, atque odio habeat, veluti tellurem, quae ſemen ipſi mandatum, altura ſit: vtitur enim ſimili, vt rem illuſtret, ac quod vult, nobis ponat ante oculos, verbis autem accommodatis ſimili coepit vti, cum inquit, προδιειργάσθαι. Adfert autem rationem ſtatim poſt ſimile huius ſtudij poſiti in purgando pectore eius, qui imbui debet optima diſciplina: dicit enim aliter ipſum auditurum non eſſe monita, quae auertunt ipſum ab ea vita, neque perciperet vllo pacto is, qui obtemperat voluptati, ceteriſque motionibus animi turbidis. Adijcit deinde, ad confirmandam ſententiam ſuam aptum: eoſque, qui aduerſari vellent, conturbandos, mortalem talem, qualem deſcripſit, quo pacto poſſet aliquis e ſua ſententia vitaque, quam amat, in alienam oratione transferre: demumque ait, non eſt ea vis, naturaque perturbationis, vt cedat, vincique ſe ab ea patiatur, ſed vi ſibi allata. Quare inquit, perſpicitur, iudicium noſtrum verum eſſe, opuſque eſſe, vt indoles, naturaque prius ſit inſtructa ad virtutem; quod efficietur, cum ipſa dignitatem diligat, abhorreatque a turpitudine.

Ἐκ νέου δὲ ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς ἀρετὴν, χαλεπὸν, μὴ ὑπὸ τοιούτοις τραφέντα νόμοις: τὸ γὰρ σωφρόνως ζῆν καὶ καρτερικῶς, οὐχ ἡδὺ τοῖς πολλοῖς, ἄλλως τε καὶ νέοις: διὸ νόμοις δεῖ τετάχθαι τὴν τροφὴν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα: οὐκ ἔσται γὰρ λυπηρὰ, συνήθη γινόμενα.

Ab adoleſcentulo autem rectam inſtitutionem adipiſci ad virtutem capeſſendam, difficile eſt, niſi aliquis, vbi vigent huiuſcemodi leges, educatus fuerit: temperanter enim viuere, ac duriter, minime iucundum eſt multis, praeſertim adoleſcentibus: quare oportet legibus educationem definitam eſſe, & ſtudia: non enim erunt moleſta, ſi fuerint viſitata, atque e conſuetudine. H

Mvnit ſibi viam ad oſtendendum, ſine legibus non poſſe hoc obtineri: nec tantum virium poſitum eſſe in educatione, vt omni aetati plenum fructum ferat, etſi illa valde prodeſt, praeſertim adoleſcentibus: requiriturque in omni bene inſtituta ciuitate; inquit igitur. In pueris, adoleſcentibuſque nanciſci rectam educationem, & quae ſine vllo errore ad virtutem ducat, arduum eſſe: ſignificat autem, vt opinor, quae naſcatur a parentibus, & diſciplina bona domus: nam ſtatim docet, proficiſci illam debere a publicis legibus, non tamquam a priuatis inſtitutis. Reddit autem rationem, cur hoc difficile ſit, ſubijciens: temperanter enim viuere, conſtanterque manere in ea voluntate, nec pati ſe illecebris voluptatum deprauari, minime iucundum eſt maiori parti mortalium, praeſertim autem adoleſcentibus, qui flagrant deſiderio explendarum ſuarum cupiditatum; quare inquit, vt occurratur huic malo, firmioribus remedijs vti oportet, legibuſque educationem ſtabilire & ſtudijs, rationibuſque honeſtae vitae, quod ſi factum fuerit, citoque obuiam itum inſtanti periculo, quae aliter moleſta fuiſſent, ac triſtia, conſuetudine variata, non odioſa amplius: conſuetudo enim, vt ille ait, concinnat amorem.

Οὐχ ἱκανὸν δ' ἴσως νέους ὄντας τροφῆς καὶ ἐπιμελείας τυχεῖν ὀρθῆς, ἀλλ' ἐπειδὴ,

καὶ ἀνδρωθέντας δεῖ ἐπιτηδεύειν αὐτὰ, καὶ ἐθίζεσθαι, καὶ περὶ ταῦτα δεοίμεθ' ἂν νόμων, καὶ ὅλως δὴ περὶ πάντα τὸν βίον: οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον, ἢ λόγῳ πειθαρχοῦσι, καὶ ζημίαις, ἢ τῷ καλῷ.

Non ſatis autem fortaſſe eſt, cum adoleſcentes adhuc ſunt, educationem, & curam adipiſci rectam, verum poſtquam etiam viri facti fuerint, opus eſt colere ipſa & exercere: in his etiam rebus, legibus egeremus, demumq́ in omni vita: magna enim pars hominum neceſſitati magis, quam rationi obtemperat, & paenis potius quam honeſtati.

Adiungit, ſatis fortaſſe non eſſe, ilico a pueris nanciſci educationem idoneam, ſtudiumque publicum, poſitum in tuenda lubricae illius aetatis vita, verum etiam, quia opus eſt, viros quoque ipſos factos eadem illa inſtituta colere, vſuque longo cogi ea amare, in his etiam rebus, quae ab illa grauiore aetate tractantur, libenter gerendis, opus erit legibus, cum bona, & magna pars mortalium exter, quae potius neceſſitati pareat, quam rationi, ac paenae magis, quam dignitati atque honeſto.

Διόπερ οἴονταί τινες τοὺς νομοθετοῦντας δεῖν μὲν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ προτρέπεσθαι, τοῦ καλοῦ χάριν, ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐπιεικῶν τοῖς ἔθεσι προηγμένως: ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυεστέροις οὖσι, κολάσεις τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι: τοὺς δ' ἀνιάτους ὅλως ἐξορίζειν: τὸν μὲν γὰρ ἐπιεικῆ, καὶ πρὸς τὸ καλὸν ζῶντα, τῷ λόγῳ πειθαρχήσειν: τὸν δὲ φαῦλον, ἡδονῆς ὀρεγόμενον, λύπῃ κολάζεσθαι, ὥσπερ ὑποζύγιον: διὸ καὶ φασὶ δεῖν τοιαύτας γίνεσθαι λύπας, αἳ μάλιστα ἐναντιοῦνται ταῖς ἀγαπωμέναις ἡδοναῖς.

Quapropter arbitrantur non nulli, eos, qui leges ſcribunt, oportere ad virtutem cohortari, & impellere honeſtatis cauſa, ſpe, quod auſcultaturi ſint modeſti viri in primis & moribus inſtructi: illis autem, qui non paruerint, agreſtioresq́ fuerint, animaduerſiones & ſupplicia adhibere; eos autem, qui ſanari nequeunt, penitus e ciuitate eijciendos; modeſtus enim homo, quique in vita propoſitam ſibi habeat honeſtatem, orationi obtemperet: improbum autem, incenſum deſiderio voluptatis, dolore caſtigatum iri, non aliter atque iumentum: qua de cauſa etiam aiunt, opus eſſe huiuſcemodi dolores ipſis adferri, qui maxime aduerſentur voluptatibus, quarum amore correpti ſunt.

Hoc eſt corollarium: ſententiam enim quorundam adfert, iudiciumque, quos videbat ſecum magna ex parte facere: inquit igitur, extare quoſdam, qui putant, hoc officium eſſe illorum. qui leges ſcribunt: oportere enim ipſos ad virtutem colendam quaſi vocare, atq; hortari, quos ornate ſtudent. vt dignitatis cauſa hoc faciant, nullis primum propoſitis minis, ac nullo metu: ſui autem conſilij rationem hanc reddebant: fore enim ita arbitrabantur, vt moderati homines, bonique ingenij primum obſequentes ſe praeberent: illis autem, qui perſuaderi ſe non paterentur, agreſtioreſque homines forent, putabant adhibendas eſſe caſtigationes verberum, ac paenas: tertium genus ipſorum, quod prorſus corrigi & ſanari non poterat, exiſtimabant e ciuitate eijciendum, atque exterminandum eſſe: non dubitandum enim hi cenſebant, quin vir probus, & qui propoſitam ſibi in vita habet dignitatem, obtemperaturus eſſet: improbum autem contra, & qui ardenter appetit voluptatem, dolore iuſto emendari volebant, tamquam iumentum atque aſellum. Addere etiam ipſos ſolitos eſſe huic ſententiae, quo potiſſimum ſupplicij genere ipſos caſtigari vellent, & quo genere doloris, illo inquam, quod maxime aduerſatur voluptatibus ab ipſis cupitis, exempli cauſa, vitio gutturis, ac ventris deditum, corrigere tenui victu ac ieiunio.

Εἰ δ' οὖν, καθάπερ εἴρηται, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν τραφῆναι καλῶς δεῖ, καὶ ἐθισθῆναι: εἶθ' οὕτως ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἐπιεικέσι ζῆν, καὶ μήτε ἄκοντα, μήτε ἑκόντα πράττειν τὰ φαῦ-

λα: ταῦ-

λα: ταῦτα δὲ γίγνοιτ' ἂν βιουμένοις κατά τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθὴν, ἔχουσαν ἰσχύν: ἡ μὲν οὖν πατρικὴ πρόσταξις οὐκ ἔχει τὸ ἰσχυρὸν: οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον, οὐδὲ δὴ ὅλως ἡ ἑνὸς ἀνδρὸς, μὴ βασιλέως ὄντος, ἤ τινος τοιούτου: ὁ δὲ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν, λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως, καὶ νοῦ.

Si igitur, quemadmodum dictum eſt, eum, qui vir probus euaſurus ſit, oportet bene educari, & aſſuefieri: deinde ſic honeſtis ſtudijs teneri, & neque inuitum, neque volentem res malas, culpaeq́ affines gerere: haec autem obtinebuntur, ſi in vita ſecuti fuerint aliquam mentem, & ordinem rectum, robur habentem: paterna igitur praeceptio non habet vires, ac firmitatem, neque neceſſitatem imponit, neque etiam omnino vnius hominis, niſi rex ſit, aut alicuius talis: lex autem vim ac poteſtatem habet cogendi, cum ratio ſit, quae proficiſcitur ab aliqua prudentia, ac mente.

Aptum hoc eſt e ſuperioribus, quae repetit, vt addat, quod neceſſarium putat: reſtareque adhuc exiſtimat, ad firmiter ciuitatem bonis moribus inſtruendam: conſilium enim ipſius eſt, perpolire ita vitam ciuium, vt idonea materia futuri ſint optimae reip. recipiendae, atque etiam amandae ac tuendae. Si igitur inquit, vt dictum eſt, opus eſt, eum, qui vir probus euadere debet, educari recte, aſſueſcereque vitam illam amare, quamuis primo duram, deinde reliquam omnem vitam in ſtudijs honeſtis, atque inſtitutis degere, & neque inuitum, recuſantemque efficere, quae improba ſunt, & a virtute aliena, neque etiam ſponte, haec obtinebuntur ab illis (eſt autem haec redditio eorum, quae modo repetiuit) qui vixerint, vt mens quaedam, & recta ratio, ordoque poſtulat, ac iubet hanc modo, quam vocauit mentem, & ordinem ciuitatis, e multis, quae potiſſimum ſit, quaerit: reijcit igitur duo genera huius mentis, ac conſilij, non quod penitus inutilia ſint, & praeſtare aliquid boni nequeant, ſed quod non ſolida ſint, nec tantum virium roboriſque in ſe habeant, quantum oportet ad hoc munus obeundum. patris inquam imperium, & vnius cuiuſlibet hominis, niſi ille rex ſit, ſiue alio quopiam modo ſummam poteſtatem in ciuitate habeat: contra autem inquit, lex vim tantam, & auctoritatem habet, vt cogere valeat, & neceſſitatem imponere eius faciendi, quod iubet, quae lex nihil aliud eſt, niſi ratio profecta a prudentia quadam ac mente. Quare ai, qui legem ſequitur, atque ipſi paret, paret menti, quod dictum eſt, facere oportere.

Καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐχθραίνουσι τοὺς ἐναντιουμένους ταῖς ὁρμαῖς, κἂν ὀρθῶς αὐτὸ δρῶσιν: ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθὴς, τάττων τὸ ἐπιεικές.

Et hominum quidem, eos inimicorum loco habent, qui repugnant appetitionibus, etſi recte hoc faciunt: lex autem non eſt ipſis odioſa, praecipiens quod probum, ac moderatum eſt.

Addit praeterea quiddam, ductum ex ingenio, & natura hominum, quod hortatur ad leges vtiles, & quae modum imponant huic rei, recipiendas: hoc autem eſt, quod homines odio proſequuntur eos, qui aduerſantur ſuis voluntatibus, ac libidinibus, quamuis id recte, atque ordine faciant, abſterreantque ipſos ab improbis factis ac flagitijs: lex vero vacua eſt ab hoc periculo, ac malo: neque enim inuiſa eſt, cum praecipit, quod rectum eſt: neque inimicitias aliqui cum legibus gerunt. Accedit huc, quod recte admonitum eſt ab Argyropylo, qui leges ſcripſerunt, plerumque abeſſe, & aut vita functos eſſe, aut in illis locis non manere, quae res fecit, quod etiam memoriae proditum eſt, vt Solon, eum leges Athenienſibus ſcripſiſſet, diſceſſerit ex vrbe, & ſpatio multorum annorum peregrinatus ſit.

Ἐν μόνῃ δὲ τῇ Λακεδαιμονίων πόλει μετ' ὀλίγων ὁ νομοθέτης ἐπιμέλειαν δοκεῖ πεποιῆσθαι τροφῆς τε καὶ ἐπιτηδευμάτων: ἐν δὲ ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἐξημέλη-

ται

τοῦ παιδὸς τῶν ποιούντων, καὶ ζῇ ἕκαστος, ὡς βούλεται, κυκλωπικῶς θεμιστεύων παίδων, ἠδ' ἀλόχου.

In ſola autem Lacedaemoniorum ciuitate, cum paucis alijs, qui ſcripſit leges, curam ſuſcepiſſe videtur educationis, & ſtudiorum: in plurimis autem ciuitatibus omnis cogitatio de huiuſcemodi rebus penitus neglecta eſt, & viuit vnuſquiſque, vt ipſi commodum eſt, more Cyclopum instituens liberos, & vxorem.

Q u o d ſentit de educatione puerorum, libere loquitur: in hac enim parte publicae diſciplinae, tradit, laudem magnam conſecutos Lacedaemonios: neque enim vniuerſam, totiuſq; vitae inſtitutionem ceteras ciuitates neglexiſſe narrat, ſed ſolum tantum ſtudij eius aetateque in ea aetate excolenda non poſuiſſe tradit: vt enim Lacedaemonij Lycurgum, qui ornaret ciuitatem optimis legibus, ita Athenienſes Solonem nacti ſunt, & aliae ciuitates ſuos quoſdam & ipſae nomothetas habuerunt. Auget autem incuriam ipſarum in hac parte, exemplo Homerico, narrans in eis vnumquemq; viuere more Cyclopum, agreſtis ac ſeuae nationis: quemlibet enim illorum, poeta, quibus inſtitutis vellet, ſolitum eſſe, praedicauit, regere ex ſe natos, & vxores, cum communiter etiam non viuerent, ſed ſparſi ac diſſeminati per eam tellurem, in qua viuerent, forent; ideſt in Sicilia. Cum autem cuncti, qui verterunt hos libros, quorum etiam ipſe vnus fui, exprimere volentes hanc vocem τροφὴν, reddiderint educationem, videndum puto, an potius rationem victus, & cibum hic valeat hoc nomen, cum a Graecis plerumque educatio ἀγωγὴ παίδων vocetur: vix enim poſſum exiſtimare, Athenienſes nihil ſtudij adhibuiſſe in liberis educandis, tam grauem & ſapientem ciuitatem, & quae optimum nomotheten nacta ſit: nam Lacedaemonios amaſſe tenuem admodum victum, notum eſt, atque in hoc ſuperaſſe morem, & conſuetudinem reliquarum omnium ciuitatum conſtat, veluti etiam menſas diuitum a dapibus, eſciſq; pauperum non diſcrepaſſe. Sed cum etiam perſpicuum ſit, hoc ipſum quoque nomen, ideſt τροφὴν, vocatam fuiſſe educationem, quemadmodum hic, vt videtur paulo ſupra, non reprehendo, qui exiſtimarint τροφὴν hic quoque valere educationem, de quo tamen breuiter diſſeruiſſe non importunum, vt arbitror, fuit.

Κράτιστον μὲν οὖν τὸ γίγνεσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ὀρθήν, καὶ δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι: κοινῇ δὲ ἐξαμελουμένων, ἑκάστῳ δόξειεν ἂν προσήκειν τοῖς σφετέροις τέκνοις, καὶ φίλοις εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι, ἢ προαιρεῖσθαί γε: μάλιστα δ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἐκ τῶν εἰρημένων, νομοθετικὸς γενόμενος.

Optimum igitur foret adhiberi communem diligentiam, & eam quidem rectam, poſſeq; id efficere: quod ſi haec publice negligentur, videretur vnicuique conuenire, filijs ſuis & amicis ad virtutem capeſſendam opem ferre, aut ſaltem huic rei toto animo ſtudere: praecipue autem hoc efficere poſſe ac praeſtare videretur ille, qui ex ijs, quae tradita a nobis ſunt, vim ac poteſtatem ſcribendarum legum adeptus eſſet.

E x p o n i t, quod optimum eſſe cenſet: quodque in primis optandum putat, ideſt, vt communis ſit inſtitutio liberorum, atque ea quidem recta, quorum vtrumque valde aberat a moribus, & conſuetudine Cyclopum: propria enim ipſorum erat ac ſingularis diſciplina, ſi graui hoc & honeſto nomine vocari poterat tam incōſiderata vitae conſuetudo, eademq; vitioſa, & inhumanis: aliud etiam requiri ait, vt poteſtas ſit, viſq; hoc faciendi: neq; enim promptum eſt, perſuadere tātae multitudini, vt eandem vitam, victumq; colat, ſiue inueniri quempiam, qui tantam ingenij vim, conſilijque habeat, vt hoc praeſtare valeat. Quod ſi publice huic rei prouiſum non eſt, quod multo melius foret, tunc ait, debere vnumquemque patrem familiae ſuae domui prouidere: liberiſque & amicis auxilium ferre ad virtutem conſequendam: quod ſi omnino effici non poteſt, ſaltem eniti, ac velle: totoque animo in

hanc

hanc rem incumbere. Cum dixiſſet autem, parui negotij non eſſe inſtituere etiam priuatam domum, liberiſque atque amicis hac parte prodeſſe, quomodo aliquis euadat par atque idoneus huic muneri obeundo, ſignificat, ſi non omnino perfecte, ſaltem ita, vt ferri poſſit ſtudium eius. Viam autem futuram inquit, ſi dederit operam, vt ſecutus, quae tradita, & praecepta ſunt, fiat idoneus ferendis legibus.

Αἱ μὲν γὰρ κοιναὶ ἐπιμέλειαι δῆλον ὅτι διὰ νόμων γίγνονται: ἐπιεικεῖς δὲ, αἱ διὰ τῶν σπουδαίων, γεγραμμένων δὲ ἢ ἀγράφων, οὐδὲν ἂν δόξειε διαφέρειν, οὐδὲ δι' ὧν εἷς, ἢ πολλοὶ παιδευθήσονται, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ μουσικῆς, καὶ γυμναστικῆς, καὶ τῶν ἄλλων παιδευμάτων: ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα, καὶ τὰ ἤθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ πατρικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἤθη, καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς εὐεργεσίας: προϋπάρχουσι γὰρ στέργοντες, καὶ εὐπειθεῖς τῇ φύσει.

Publicas quidem curas planum, apertumq́ conſici praeſidio legum: probae autem erunt, quae per leges bonas vtilesq́ inſtitutae erunt, ſiue ipſae ſcriptae ſint, ſiue non ſcriptae, nihil differre videtur, neque per quas vnus, ſiue multi inſtituuntur, veluti neque in muſica, & gymnaſtica, & alijs ſtudijs: quemadmodum enim in ciuitatibus robur magnum, & firmitatem habent leges, & mores, ita & priuatis in domibus paternae orationes, & mores: & adhuc magis propter generis ſocietatem, & beneficia collata: inceperunt enim multo prius diligere, & ſunt procliues ad parendum naturae ipſius vi.

CAVSAM huius ſui conſilij adfert dicendo: communes enim curae, diligentiaeq; adhibitae in aliqua re, efficiuntur ope legum: ad ipſaſq; ſe conferre oportet, qui commode aliquid efficere volunt: erunt autem illae probae, ſi a rectis, probiſq; legibus manarint, ſiue leges illae ipſae litteris mandatae fuerint, ſiue non ſcriptae, ſed memoriae hominum commiſſae: neq; enim hoc quicquam valere indicat ad oſtendendum, facultatem legum ferendarum nihil iuuare ad ornandam, perpoliendamq; priuatam domum. Alterum etiam hoc adfert, quod & ipſum, nihil valere putat ad ſententiam ſuam, ſimilitudinemq; labefactandam: aiebant enim, qui diſſentiebant, non iuuare facultatem legum ſcribendarum, diſciplinam domeſticam, quia in hac eruditur, emendaturq; vnus, in illa vero multi. exemplo igitur ſcientiarum, artiumq; non nullarum id refellit, ideſt ſtudij muſices, artiſq; exercendorum corporum, alijſq; huiuſcemodi praeceptionibus. Quin potius longe aliter ſe rem habere oſtēdit: quemadmodū enim inquit, in ciuitatibus vires magnas habent leges, & mores, ſic etiam in domibus patris oratio, & documenta, nec non mores; poſt quod adiungit, quod dixi, & adhuc magis ob propinquitatem, coniunctionemque ſanguinis, & beneficia a parentibus in filios nepoteſque collata: quomodo enim poſſunt filij non ſequi auctoritatem patris, moniſque ipſius obtemperare, a quo ſati, & alti ſunt: vetus enim amor in ipſis eſt, liberique facile patiuntur ſe perſuaderi a parentibus naturae ipſius vi.

Ἔτι δὲ καὶ διαφέρουσιν αἱ καθ' ἕκαστον παιδεῖαι τῶν κοινῶν, ὥσπερ ἐπὶ ἰατρικῆς: καθόλου μὲν γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία: τινὶ δὲ, ἴσως οὔ: ὅ, τε πυκτικὸς ἴσως οὐ πᾶσι τὴν αὐτὴν μάχην περιτίθησιν: ἐξακριβοῦσθαι δὲ δόξειεν ἂν μᾶλλον τὸ καθ' ἕκαστον, ἰδίας τῆς ἐπιμελείας γινομένης: μᾶλλον γὰρ τοῦ προσφόρου τυγχάνει ἕκαστος.

Amplius autem praeſtant inſtitutiones ſingulares communibus, veluti in arte medicorum: vniuerſe enim ei, qui febrim habet, prodeſt inedia, & quies: alicui autem fortaſſe nullo pacto: magiſterq́ pugilum fortaſſe non eandem pugnam omnibus imponit: exquiſite enim tradere videtur, perficereq́ ſingulas artes, ſua propriaq́ cura in ipſis adhibetur: magis enim ita quod ipſi accommodatum eſt, adipiſcitur vnumquodque.

Hoc

Hoc quoque exiſtimari poterat valere ad documentum ſuum, iudiciumque temptandum, quare ipſum refellit, atque inane eſſe docet. inquit igitur. Amplius praeſtant ſingulares, definitaeque praeceptiones communibus & vniuerſis: magiſque prodeſſe creduntur, id quod exemplo artis medicorum probat: in curandis enim aegrotis ſpectantur accommodatae illis ipſis, non quae in vniuerſum opitulantur cunctis eo morbo oppreſſis. vtitur autem exemplo vnius: in vniuerſum enim inquit omni homini, qui inciderit in febrim, conducit inedia & quies: cuipiam autem inquit fortaſſe hoc minime prodeſſet. Eſſe autem hanc vnam e ſelectis illis ſententijs principis medicorum, notum eſt. Non contentus autem hoc exemplo medicorum, alio vtitur, eius inquam, qui pugiles erudiret, quem etiam oſtendit, videre vires corporis omnium illorum, & cetera, quae varia in ipſis ſunt, nec vno atque eodem tenore omnibus eundem laborem, contentionemque virium mandare, idem in alijs ſtudijs & artibus valere, planum eſt: quis enim non videt inductione hoc firmare auctorem, & ſi ſatis eſſe putauit ad id, quod vult, declarandum, duo haec adferre? Addit, quod pertinet ad ſententiam ſuam infirmandam: inquit enim, videri omne illud, quod nactum eſt ſuam, peculiaremque praeceptionem ac curam, exquiſitius, integriuſque confici, cuius etiam cauſam adfert: ita enim inquit, ſingulas res, parteſq; certi alicuius conſequi, quod ipſi accommodatum eſt: Vſque ad hunc locum auctor non ceſſauit excogitare omnia, quae contra ſe facere exiſtimari poterant: voluit enim tamquam aduerſarium armare, vt poſtea ipſum, & ſi validum ſuaq; opera etiam munitum, ſubigeret, etſi proſternere ipſum, frangereque numquam cogitauit, ſed tantum oſtendere, explanareque, ſtante etiam illo, ſuperiorem ſuam ſententiam veram, certamq; eſſe: πρόσφορον valere, quod aptum accommodatumque alicui eſt, teſtimonio etiam hoc Euripidis perſpicitur, qui in extremo Hecubae ita induxit Agamemnonem cum Polymeſtore loquentem: λέγοις ἂν σαυτῷ πρόσφορ᾽, εἰ κακ-κοινὸν ᾖ.

Ἀλλ᾽ ἐπιμεληθείη μὲν ἄριστα τὸ καθ᾽ ἕν, καὶ ἰατρὸς, καὶ γυμναστὴς, καὶ πᾶς ἄλλος, ὁ τὸ καθόλου εἰδὼς, ὅτι πᾶσιν ἢ τοῖς τοιοῖσδε: τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι λέγονταί τε, καὶ εἰσίν.

Sed conficere optime, curareque ſingulas res, & medicus, & magiſter exercendorum corporum, & quiuis alius, qui ſciret vniuerſum, conuenireq; ipſum omnibus, ſiue talibus: eius enim, quod commune eſt, ſcientiae dicuntur, & ſunt.

INCIPIT hic, ſi non, vt dictum eſt, quae contra dicta ſunt, conuellere, & falſa eſſe oſtendere, ſaltem inanem contra ipſa probare ſuperiorem ſuam ſententiam: concedit igitur, illa probari poſſe aliquo modo, ſed tamen firmiora, exploratioraque fore, ſi, quod illa ſingillatim praecipiunt, cognitum fuerit, in vniuerſum valere: inquit enim, quaſi ita ordiens, non inficior quod ais, verum eſſe, ſed tamen, qui praecepta communia cognoſcunt, quae infra ipſa ſunt, continenturque communibus illis, melius adminiſtrare poſſunt, vel potius egregie, optimeque tractare, quae ſingularia etiam ſunt, quod ijſdem duobus illis magiſtris artium confirmat. quibus etiam alios pares ipſis, quod ſupra non fecerat, adiungit: non tamen nominatim, ait eodem pacto illos ſe praebituros, qui didicerint omnibus illud accommodatum eſſe. aut ſi non penitus omnibus, ſine dubio talibus. cuius etiam rationem reddit: inquit enim ſcientiae vocatae ſunt, quae in vniuerſum aliquid praecipiunt, & ita ſane de ipſis exiſtimari debet.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑνός τινος οὐδὲν ἴσως κωλύει καλῶς ἐπιμεληθῆναι, καὶ ἀνεπιστήμονα ὄντα: τεθεαμένον δὲ ἀκριβῶς τὰ συμβαίνοντα ἐφ᾽ ἑκάστῳ δι᾽ ἐμπειρίαν, καθάπερ καὶ ἰατροὶ ἔνιοι δοκοῦσιν ἑαυτοῖς ἄριστοι εἶναι, ἑτέρῳ οὐδὲν ἂν δυνάμενοι ἐπαρκέσαι: οὐδὲν δ᾽ ἧττον ἴσως τῷ γε βουλομένῳ τεχνικῷ γενέσθαι καὶ θεωρητικῷ, ἐπὶ τὸ καθόλου βαδιστέον εἶναι δόξειεν ἄν, κἀκεῖνο γνωριστέον ὡς ἐνδέχεται: εἴρηται γὰρ ὅτι περὶ τοῦθ᾽ αἱ ἐπιστῆμαι.

Nihil tamen fortaſſe prohibet, quin vnius alicuius curam optime gerere poſſit, qui ſcientiam non perceperit; videret autem accurate ea, quae eueniunt in vnaquaque re propter vſum, & periculum ſaepe factum rerum; quemadmodum medici quidam videntur ſibi ipſis optimi eſſe: alij autem, qui minime

valeant

valeant opitulari : nihil autem minus fortaſſe ei, qui vellet peritus alicuius artis eſſe, ac vim habere, poteſtatemq́ contemplandi, ad id, quod in vniuerſum eſt, adeundum videri poteſt: illudq́ cognoſcendum, vt fieri poteſt: dictum enim eſt, circa hoc verſari ſcientias.

Cvm ornaſſet modo intelligentiam rerum, quae vniuerſe tales ſunt; prodeſſeque eam multum oſtendiſſet rebus ſingillatim gerendis, nunc docet, non eſſe contemnendam ſcientiam, oppoſitam illi, rerum ſingularium; eumque, qui multum ſtudij in ipſis percipiendis collocarit, poſſe etiam aliquos iuuare, certaſque quaſdam res commode tractare, etſi ſcientiam illarum non didicerit, ſi tamen viderit accurate, quae contingunt, euentumque ipſorum magno vſu, periculoque multorum eius generis facto. Conſtituit hoc exemplo quorundam medicorum, non tamen eorum, qui empirici vocantur, etſi tunc hoc ipſum nomen appellarat, ſed qui, vt narrat, ſe aegrotantes optime curabant, ceteris autem, morbo aliquo laborantibus, nihil auxilij ferre poterant. ſignificare videtur, ipſos cognitione ſui corporis, poſſe ſibi prodeſſe, alijs, quos ita cognitos non haberent remedij nihil certe praebere. Redit poſt hoc ad ſuperius illud: aitque, illi quoque, qui ſtudeat peritus eſſe artis alicuius, poſſitque animo videre, quae in ea ſunt, fierique opifex bonus, ad ea, quae in vniuerſum in ipſa praecipiuntur, accedendum eſſe, atque in ipſa incumbendum, & quomodo poſſint ſi exquiſite non licet, cognoſcantur: repetit autem quod multis locis, & paulo etiam ſupra dixerat.

Τάχα δ' αὖ καὶ τῷ βουλομένῳ δι' ἐπιμελείας βελτίους ποιεῖν, εἴτε πολλούς, εἴτε ὀλίγους, νομοθετικῷ πειρατέον γενέσθαι, εἰ διὰ νόμων ἀγαθοὶ γενοίμεθ' ἄν: ὅντινα γὰρ οὖν, καὶ τὸν προτεθέντα, διαθεῖναι καλῶς, οὐκ ἔστι τοῦ τυχόντος: ἀλλ' εἴπερ τινός, τοῦ εἰδότος, ὥσπερ ἐπ' ἰατρικῆς, καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ἔστιν ἐπιμέλειά τις, καὶ φρόνησις.

Fortaſſe autē & ei, qui vellet cura, diligentiaq́ ſua ſiue multos, ſiue paucos meliores efficere, enitendum eſſet fieri idoneo ad ſcribendas leges: ſi ope legum probi viri redderemur: quemlibet enim & illum ipſum, qui tibi traditus in manum ſit, recte confirmare, non eſt cuiuslibet, ſed ſi alicuius eſt, illius eſt, qui didicerit; veluti in arte medicorum, & ceteris, quarum cura aliqua & prudentia eſt.

Decernit diligens doctor, eadem tamen modeſtia vtens, qua plerumque ſolet, dandam operam eſſe illi, qui aliquos ſua cura erudire velit, & vtiles reip: reddere, vt idoneus legibus ferendis fiat: quod enim ſupra admonuerat, repetit. Probat hoc oſtendens, quod videtur negari non poſſe; ipſe tamen hoc edit non omnino hoc affirmans, ſed cum condicione quadam, vi opeque legum eos poſſe probos euadere: non eſt enim opus cuiuſlibet, quemuis, qui traditus ipſi ſit, informare: quod ſi alicuius eſt, illius eſt, qui ſtudium illud, artemque tenet: is enim praecipue videtur cum laude hoc efficere poſſe: id quod conſtituit exemplo aliarum artium, in quibus requiritur cura aliqua, & ſcientia: prudentiam enim hic, vt alias, vocauit ἐπιστήμην ideſt cognitionem & intelligentiam: earum enim ratio accipitur a doctore magiſtroque ipſarum, appellat autem vnam tantum, ideſt artem medicorum ſiue equeſtrem, vt Euſtratius legit, id quod olim admonui.

Ἆρ' οὖν μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον πόθεν ἢ πῶς νομοθετικὸς γένοιτ' ἄν τις: ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων παρὰ τῶν πολιτικῶν: μόριον γὰρ ἐδόκει τῆς πολιτικῆς εἶναι.

Numquid igitur poſt hoc conſiderandum eſt, vnde & quomodo aliquis efficiatur idoneus ad ſcribendas leges: an veluti in alijs, ab ijs, qui regendae reip. periti ſunt: pars enim viſa eſt eſſe ciuilis facultatis,

Cvm docuiſſet modo, erudire ciues, & optima diſciplina ipſos imbuere, proprium eſſe eius, qui idoneus foret legibus ferendis, paraſſetque ſibi eam facultatem, nunc quaerit a·

quibus

quibus accipiatur haec facultas, & quomodo ipſa paretur: ſtatimque viam quandam, rationemque oſtendit, qua hoc confici poſſe arbitratur, nihil tamen aſſeuerans. An enim inquit, vt vſu venit in alijs artibus perdiſcendis a peritis reip. adminiſtrandae? quod videtur ſtatim conſtituere voluiſſe, addens: munus enim hoc proprium eſt diſciplinae ciuilis: vnaque haec pars earum eſt, quae ſunt in ea facultate.

Ἢ οὐχ ὅμοιον φαίνεται ἐπὶ τῆς πολιτικῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν τε, καὶ δυνάμεων; ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις, οἱ αὐτοὶ φαίνονται τάς τε δυνάμεις παραδιδόντες καὶ ἐνεργοῦντες ἀπ' αὐτῶν: οἷον ἰατροὶ, γραφεῖς: τὰ δὲ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταὶ: πράττει δ' αὐτῶν οὐδεὶς, ἀλλ' οἱ πολιτευόμενοι, οἳ δόξαιεν ἂν δυνάμει τινὶ τοῦτο πράττειν, καὶ ἐμπειρίᾳ μᾶλλον, ἢ διανοίᾳ: οὔτε γὰρ γράφοντες, οὔτε λέγοντες περὶ τῶν τοιούτων φαίνονται.

An ſimilis res non eſſe perſpicitur in ciuili diſciplina, & reliquis ſcientijs, ac facultatibus: in ceteris enim ijdem perſpiciuntur vim & poteſtatem tradentes, & munia, quae ab ipſis proficiſcuntur, molientes, quales ſunt medici, pictores: praecepta autem ad remp. regendam accommodata profitentur ſe tradere ſophiſtae: agit autem ipſorum nemo; ſed qui verſantur in rep. regenda, qui videri poſſent vi quadam, ac poteſtate hoc agere & vſu magis quàm cogitatione: neque enim ſcribere, neque loqui ipſi de huiuſcemodi rebus perſpiciuntur.

NEGAT ſimilitudinem, qua vſus fuerat, cum dixiſſet. idem in hac facultate vſu venire, quod videmus contingere in reliquis diſciplinis facultatibuſque aliarum rerum: nunc enim docet, rem non eandem, paremque eſſe, cum longe alia conſuetudo ſit tradendae ciuilis diſciplinae, atque aliarum ſcientiarum, ac facultatum, quam diſſimilitudinem monſtrat: in alijs enim inquit, ijdem perſpiciuntur docere alios, tradereque ipſas ſtudioſis earum percipiendarum, & illa ipſa praecepta colere, verſatique in vſu ipſarum, veluti inquit, medici pictores: praecepta vero inquit, ciuilis facultatis, totamque eam diſciplinam, non tradunt alijs, ſed pollicentur, ſe tradituros ſophiſtae: nec tamen ipſorum quiſquam id gerit attingitque vllam partem reipublicae, ſed verſantur in ipſis obeundis tractandiſque ciues, qui ſane, ſi ſpectentur, videri magis poſſent id quod agunt, agere facultate quadam, quam adepti ſunt vſu earum rerum potius, quam ratione & ſcientia, quam doctrinam, ſi vmquam illi percepiſſent, declaraſſent ſe ipſam tenere, vel ſcriptis ſuis, vel accurata diſputatione de illis rebus.

Καίτοι κάλλιον ἦν ἴσως, ἢ λόγους δικανικούς τε, καὶ δημηγορικούς: οὐδ' αὖ πολιτικοὺς πεποιηκότες, τοὺς σφετέρους υἱεῖς, ἤ τινας ἄλλους τῶν φίλων: εὔλογον δ' ἦν, εἴπερ ἐδύναντο: οὔτε γὰρ ταῖς πόλεσιν ἄμεινον οὐδὲν κατέλιπον ἄν: οὔθ' αὑτοῖς ὑπάρξαι προέλοιντ' ἂν μᾶλλον τῆς τοιαύτης δυνάμεως, οὐδὲ δὴ τοῖς φιλτάτοις.

Atqui pulchrius erat fortaſſe, quam orationes iudiciales & accommodatas concionibus ſcribere: neque etiam intelliguntur filios ſuos opera ſua ad remp. regendam inſtruxiſſe, aut alios quoſpiam ex amicis: conſentaneum autem hoc fuiſſet, ſi valuiſſent: neque enim ciuitatibus ſuis quicquam melius reliquiſſent, neque ſibi ipſis adeſſe quicquam melius expetiſſent, quàm haec ipſa facultas ſit: neque etiam cariſſimis ſibi perſonis.

VALERE putat ad oſtendendum, ciues, qui dant operam reipublicae, totoque animo incumbunt in eam, partem ve ipſius aliquam regendam, non ſcientia percepta, rationeque cognita illius adminiſtrandae id facere, quod, cum ſcribant, litteriſq; mandent defenſiones quaſdam ſuas, atq; orationes habitas ad multitudinem, nihil tamen attingunt, memoriaeq; produnt, quod aptum ſit ciuili facultati explicandae, quod prorſus illos facturos fuiſſe exi

ſtimat, ſi eam tenerent, inſtructique ipſa ad remp. acceſſiſſent, cum ſcribere de rep. honeſtius ipſis fuiſſet, quam forenſes orationes, contionaleſque ſcribere. Adiungit huic argumento, quod ijdem etiam non tradunt facultatem illam filijs, quod profecto feciſſent, ſi cognitam eam habuiſſent: mos enim parentum eſt conſulere liberis, & omni honeſta re, vtiliq;, ſi valent, eos ornare, naturaq; ipſos hoc facere impellit, & vt liberos ea non ornant, ita etiam amicos caraſq; ſibi perſonas. Quomodo autem, addit, hoc omiſiſſent; cum cognitum habere potuiſſent, ſe multo maius bonum ſuis ciuitatibus, quam hoc ſit, adferre non potuiſſe: neque etiam optare ſibi ipſis quicquam praeclarius, quam haec facultas ſit.

Οὐ μὴν μικρόν γε ἔοικεν ἡ ἐμπειρία συμβάλλεσθαι: οὐ γὰρ ἐγίγνοντο ἂν διὰ τῆς πολιτικῆς συνηθείας μᾶλλον πολιτικοί: διὸ τοῖς ἐφιεμένοις περὶ πολιτικῆς εἰδέναι, προσδεῖν ἔοικεν ἐμπειρίας.

Non tamen parum videtur vſus opitulari; non enim euaſiſſent quidam conſuetudine reip. tractandae magis idonei ad illam: quapropter illis, qui incenſi ſunt deſiderio cognoſcendi ciuilem diſciplinam, opus praeterea videtur eſſe vſu.

Cvm intelligentiae, doctrinaeque regendae reip. multum tribuiſſet: eoſque, qui vſum tantum ipſius haberent, non ſatis inſtructos eſſe ad alios docendos ſignificaſſet, nunc oſtendit, illis etiam, qui multum in ipſa verſati forent, vſum non paruum prodeſſe: confirmat autem hoc dicens, ſi verum id fuiſſet, vt ſcilicet vſus nihil iuuaret: periculumque factum multarum rerum, & variorum caſuum, qui in ipſa contingunt, nullum fructum ferrent; qui diu incubuerunt in eam, meliores facti non eſſent, nec magis parati ad illam adminiſtrandam, quemadmodum multos factos eo pacto videmus, ideſt conſuetudine illius tractandae: quare inquit, explorato hoc, & comperto, illis, qui cupidi ſunt, ciuilis facultatis plene intelligendae, videtur praeterea opus eſſe vſu, atque exemplis ſimilium rerum.

Τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι λίαν φαίνονται πόῤῥω εἶναι τοῦ διδάξαι: ὅλως γὰρ οὐδὲ ποῖόν τι ἐστιν: οὐδὲ περὶ ποῖα ἴσασιν.

Sophiſtarum autem illi, qui pollicentur valde intelliguntur longe eſſe ab ea docenda: funditus enim neque quidnam ipſa ſit: neque circa quas res verſetur, nouerunt.

Cvm eos, qui, freti vſu, remp. adminiſtrant, recepiſſet: ſtudiumque ab ipſis in ea re poſitum, valere aliquid ad ipſos inſtruendos docuiſſet, nunc accuſat genus quoddam hominum, qui prae ſe ferebant ſcire, ac docere poſſe alios, quae non tenebant, exagitatum etiam multum a Platone, ac reliquis doctiſſimis viris: ij autem ſophiſtae appellabantur: inquit igitur, e numero ipſorum, eos, qui pollicebantur, ſe rationem reip. regendae tradituros valde impares eſſe illi diſciplinae docendae, quam prorſus ignorant: de his ſe ita recte exiſtimare teſtatur, aperiens inſcitiam mirificam eorum: vtitur autem ad hoc ſignificandum notis quibuſdam rerum, quae hoc declarant: neque enim ipſos nouiſſe inquit, quale ſtudium illud ſit; neque in quibus rebus efficiendis verſetur.

Οὐ γὰρ ἂν τὴν αὐτὴν τῇ ῥητορικῇ, οὐδὲ χείρω ἐτίθεσαν: οὐδ᾽ ἂν ᾤοντο ῥᾴδιον εἶναι τὸ νομοθετῆσαι συναγαγόντι τοὺς εὐδοκιμοῦντας τῶν νόμων: ἐκλέξασθαι γὰρ εἶναι τοὺς ἀρίστους: ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐκλογὴν οὖσαν συνέσεως: καὶ τὸ κρῖναι ὀρθῶς μέγιστον, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ μουσικήν: οἱ γὰρ ἔμπειροι περὶ ἕκαστα κρίνουσιν ὀρθῶς τὰ ἔργα: καὶ δι᾽ ὧν ἢ πῶς ἐπιτελεῖται, συνιᾶσιν, καὶ ποῖα ποίοις συνᾴδει: τοῖς δ᾽ ἀπείροις, ἀγαπητὸν τὸ μὴ διαλανθάνειν, εἰ εὖ, ἢ κακῶς πεποίηται τὸ ἔργον, ὥσπερ γραφικῆς.

Non enim vnam eandemq; cum arte dicendi eſſe ſtatuiſſent, neq; deteriorem etiam: neq; etiam exiſtimauiſſent, procliue eſſe leges ſcribere ei, qui collegiſſet leges valde probatas: licere enim ſeligere optimas, tamquam delectus non requi-

 ras exi-

rat eximiam cognitionem, atque exiſtimare recte maximum non ſit: quemadmodum in his, quae propriae quaeſtiones muſicae ſunt: qui enim periculum fecerunt ſingularum rerum, exiſtimant recte de ipſarum operibus, & ope quorum, & quomodo conficiuntur, quae oportet, nouerunt, & qualia qualibus conueniunt: inexperti autem contenti eſſe debent, ſi non fallit ipſos bene ne, an male opus confectum ſit, veluti in pictura.

PERGIT declarare inſcitiam eorum, id quod intelligi poſſe teſtatur ex iis, quae de ipſa edebant vana prorſus & aliena: ſi namque ait, haec cognita ipſis fuiſſent, numquam putaſſent, eam vnam eandemque eſſe cum arte dicendi; quae diſſimiles valde inter ſe ſunt, vt nullo negotio intelligere licet, & quod peius adhuc eſt, deteriorem ipſa praedicaſſent, quo multo honeſtior eſt: quid enim pulchrius, quam vniuerſam ciuitatem optimis legibus ornare. Neque etiam exiſtimaſſent (colligit enim multa ad eos refellendos accommodata) procliue eſſe bonis legibus ciuitatem ornare: quod ita effici impetrarique poſſe credebantur, vt, qui praeſtare hoc vellet, colligeret multas probatas leges, reiectis minus idoneis: ita enim poſtea in manu ipſius poſitum fore aiebant ſeligere optimas. Contemnens autem hoc auctor, & quaſi irridens tantam eorum inſcitiam, inquit, tamquam res facilis ſit & cuilibet expoſita, eligere quod optimum eſt: & non, praeſtare hoc poſſe, magnum ſit, munuſque eximiae ſcientiae, atque omnino exiſtimare de rebus recte, maximum omnium non ſit. Conſtituit autem hoc exemplo ſcientiae muſicorum; hoc ipſo vero vſus eſt: qui enim rudes ſunt cantus ſuauitatis: agreſteſq; aures habent, nihil minus facere poſſunt, quam iudicare de cantu. Redit poſt ad vſum commendandum: inquit enim, qui multa experti ſunt in rebus omnibus, exiſtimare recte poſſe de operibus, nec fallere ipſos, vi quorum, vel quomodo conficiuntur, & qualia qualibus cõcinunt: contra autem illis qui experti ipſi numquam fuere, ne dum hoc liceat, contenti eſſe debent, non parumque ſe eorum obtinuiſſe putandum, ſi non fefellerit ipſos, rectene, an praue opus cõfectum ſit, vt in arte, inquit, pictorum.

Οἱ δὲ νόμοι τοῖς πολιτικοῖς ἔργοις ἐοίκασι· πῶς οὖν ἐκ τούτων νομοθετικὸς γένοιτ' ἄν τις, ἢ τοὺς ἀρίστους κρῖναι; οὐ γὰρ φαίνονται δ' ἰατρικοὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίνεσθαι· καίτοι πειρῶνταί γε λέγειν οὐ μόνον τὰ θεραπεύματα, ἀλλὰ καὶ ὡς ἰαθεῖεν ἄν, καὶ ὡς δεῖ θεραπεύειν, ἑκάστου διελόμενοι τὰς ἕξεις· ταῦτα δὲ τοῖς μὲν ἐμπείροις ὠφέλιμα εἶναι δοκεῖ· τοῖς δ' ἀνεπιστήμοσιν, ἀχρεῖα.

Leges autem ciuilibus operibus ſimiles ſunt: quomodo igitur vi cognitioneque horum aliquis idoneus ad leges ſcribendas fieri poſſit, ſiue quae optimae ipſarum ſint, exiſtimare: apertum enim, planumque eſt non fieri idoneos ad morbos e corporibus pellendos aliquos ope ſcriptorum, etſi illa enituntur tradere non ſolum medicamenta, verum etiam rationes, viaſque curandi aegrotos, & quo pacto decet ſingulis mederi, diuiſis, diſtinctiſque habitibus ipſorum: haec autem peritis quidem, expertiſque vtilia videntur eſſe: iis autem, qui artem non didicerunt, inutilia, & infructuoſa.

APTVM ſane hoc eſt e ſuperioribus, vt magis tamen probaret, quod vult, clariuſque id redderet, adfert etiam hoc ſimile: ait enim, leges reſpondere, ſimileſque eſſe factis, & tamquam operibus prodeuntibus, exortiſque a ciuili facultate, quo poſito ait. Quomodo igitur vi, auxilioque horum effici aliquis poteſt idoneus ad leges condendas, cum vetiſtus non ſit, neque vſu ſaltem intelligentiam legum habeat? Sine quomodo eorundem, vi facultatem aliquis adipiſcatur exiſtimandi recte de legibus, diſtinguendique rectas a prauis? Declarat hoc, credique debere ita ſe habere teſtatur exemplo medicorum, quos etiam non ſatis erudire tradit, neque omnino perfectos efficere, idoneoſque omni generi morborum ſanando ſcripta, praeceptaque ſuperiorum medicorum: & ſi in ſcriptis illis nihil deſiderari poteſt, quid expectari debeat ab exquiſita doctrina, litteris mandata, vt teſtatur auctor: ait enim, & ſi illa ſcripta nituntur, non ſolum medicamenta tradere, verum etiam quomodo

aegroti

aegroti curari poſſint, & omnem vſum illorum: diuiſis diſtinctiſq; habitibus corporis ſingulorum, qui in quemlibet morbum inciderint. Haec igitur inquit, ſcripta fructum ferre illis, qui verſati ſint in aegrotis curandis: noua enim quaedam remedia oſtendere poſſunt, & veriorem rationem veteribus vtendi: illis autem, qui artem non didicerint, neque vſum habeant, infructuoſa inutiliaque eſſe affirmat.

Ἴσως οὖν καὶ τῶν νόμων, καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ συναγωγαὶ, τοῖς μὲν δυναμένοις θεωρῆσαι, καὶ κρῖναι τί καλῶς, ἢ τοὐναντίον: ἢ ποῖα ποίοις ἁρμόττει, εὔχρηστα ἂν εἴη: τοῖς δ' ἄνευ ἕξεως τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι, τὸ μὲν κρίνειν καλῶς, οὐκ ἂν ὑπάρχοι, εἰ μὴ ἄρα αὐτόματον: εὐσυνετώτεροι δὲ εἰς ταῦτα τάχα ἂν γένοιντο.

Fortaſſe igitur ex omni numero eorum, qui collegiſſent leges, & reſpublicas, illis quidem, qui valerent contemplari, atque exiſtimare, bene ne, an male: vel qualia qualibus congruunt, magnum fructum ferrent: illis vero, qui ſine habitu huiuſcemodi perſecuti fuerint, exiſtimare recte nullo modo inesſet, niſi fortuito id factum eſſet: acutiores autem ad haec fortaße fierent.

C v m oſtendiſſet, quid vſu veniat medicis, & quomodo libri, de ipſorum arte ſcripti, vtiles poſſunt eſſe, reuertitur ad id, cuius explanandi cauſa ſimile attulerat, atque ait. Eodem pacto, legum etiam & rerump. magnum numerum collectum, illis ipſis, qui vim poteſtatemque habeant, ipſas videndi, ſubtiliterque examinandi: exiſtimateque de ipſis valent, bene ne, an male ſcriptae ſint: quaeque leges, ac reſpublicae, quibus ingenijs, naturiſque hominum accommodatae ſint, ac conueniant, vtilem futurum: illis vero, qui habitu hoc animi deſtituti, ea legunt, exiſtimare de ipſis probe, ac ſine errore vllo, nullo pacto contingeret, niſi hoc fieret fortuito & caſu; neque tamen negat, quin cum conſuetudine hac habituqne melius aliquanto intelligere rationem hanc, diſciplinamque ciuis valeat, eruditiuſque etiam ſi oporteat, de ipſa diſſerere.

Παραλιπόντων οὖν τῶν προτέρων ἀνερεύνητον τὸ περὶ τῆς νομοθεσίας, αὐτοὺς ἐπισκέψασθαι μᾶλλον, βέλτιον ἴσως: καὶ ὅλως δὴ περὶ πολιτείας, ὅπως εἰς δύναμιν ἡ περὶ τὰ ἀνθρώπινα φιλοσοφία τελειωθῇ.

Cum igitur maiores noſtri omiſerint ſatis accurate de ratione ſcribendarum legum perſcrutari, nos ipſos magis de hoc conſiderare melius fortaſſe ſit: & demum de rep. vt quantum in nobis ſitum eſt, philoſophia, quae ad res humanas pertinet, perficiatur.

V i d e t v r teſtari voluiſſe poſt exquiſitam hanc doctrinam de moribus, ſe ſubito de optimo ſtatu reip. ſubtiliter diſputaturum eſſe: conſiliumque ipſius hoc ſemper fuiſſe, id quod indicauit etiam primo in libro: nunc autem addit, ſuas partes has eſſe, nec ſe poſſe hoc omittere, praeſertim cum veteres illi accurate nihil de legibus, ac de rep. ſcripſerint, atque id, vt quod ſemel attigit, abſoluat, & quantum a ſe praeſtari poteſt, vireſque ipſius ferunt: ita enim loquitur, abſoluat, ad exitumque perducat doctrinam de humana vita. Quod autem inquit, eos, qui ante ſe extitere, doctos, & ſapientes viros, nihil reliquiſſe quaeſitum, atque inueſtigatum, quod pertineret ad rationem tradendam, explorataṁque viam legum ſcribendarum; cum tamen alij, quos commemorat ipſe, refellens eos, & Plato in primis & de Rep. & de Legibus copioſe ſcripſerint, exiſtimandum eſt, vt opinor, hoc enim dixiſſe, quia non probaret rationem illam diſſerendi de obſcuris rebus, inductis alijs perſonis, ſed vellet de illis rebus certa quadam via & ordine tradi: nam, quin planius ita, certiuſque doceantur res, dubitari non poteſt.

Πρῶτον μὲν οὖν εἴ τι κατὰ μέρος εἴρηται καλῶς ὑπὸ τῶν προγενεστέρων, πειραθῶμεν ἐπελθεῖν: εἶτα ἐκ τῶν συνηγμένων πολιτειῶν θεωρῆσαι τὰ ποῖα σώζει, καὶ φθείρει τὰς πό-

λεις, καὶ τὰ ποῖα ἑκάστας τῶν πολιτειῶν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας, αἱ μὲν, καλῶς: αἱ δὲ, τοὐναντίον πολιτεύονται: θεωρηθέντων γὰρ τούτων τάχα ἂν μᾶλλον συνίδοιμεν, καὶ ποία πολιτεία ἀρίστη: καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις, καὶ ἔθεσι χρωμένη. λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι.

Primum igitur, ſiquid ſingillatim dictum eſt recte a ſuperioribus, conemur perſequi: deinde e collectis rebuſpublicis videre, quales res ſeruant ciuitates, & quales ſingulis rebuſpublicis interitum adferunt: & quas ob cauſas, hae quidem, recte: hae vero, contra adminiſtrantur: cum autem haec diligenter cognita fuerint, fortaſſe melius intelligere poterimus, & qualis reſp. eſt optima, & quomodo vnaquaeque ipſarum inſtituta, & quibus legibus & inſtitutis vtens. Dicamus igitur hinc initio ducto.

PRIMVM igitur ſibi videndum oſtendit, ſiquid a maioribus ſingillatim recte dictum eſt: non defuerunt enim nonnulli, qui quaedam documenta de his rebus ediderant, quae exiſtimat a ſe perpendenda. deinde inquit e rebuſpublicis, quarum ipſe immenſum numerum collegerat, animaduertendum eſſe, ſiquid huc transferri poſſit: & quae res, ſtudiaque interimunt reſpublicas, ſtatuſque ciuitatum: neque enim loquitur de iniuſto regno, reliquiſque vitioſis ſtatibus ciuitatum, qui corrupti iam ſunt, ſed de bonis, rectiſque, qui tamen inſtitutis quibuſdam prauis, contrarijſque ipſis, ad interitum perducuntur: in politicis enim ſuis docet accurate, quomodo extinguitur regnum, tranſitque in tyrannidem, nec non etiam quae cauſa ſint interitus ſtatus optimorum virorum: ſunt autem illae multae; itidemque quomodo mutatur ſtatus reip. vocatae, cuius etiam exitij multas cauſas eſſe dicit, quas ſedulo colligit, atque exponit: & quae conſeruant. quibuſque de cauſis hae ciuitates bene reguntur, & quae praue: quae cuncta inquit, cum diligenter ſpectata erunt, fortaſſe inquit, cognoſcere, ſtatuereque poterimus, quae ſit optima reſpublica: quomodoque ſingulae legibus inſtructae, ornataeque, & quibus vt legibus, ita etiam inſtitutis probari debeant.

NOLO etiam carere ſua, ſibiq; debita laude, Simonem Rotcham, familiarem meum, egregium grammaticum, valdeq; peritum vtriuſq; linguae, qui plurimum laboris ſuſtinuit, vtilemque admodum operam mihi praebuit, in hoc longo meo opere arduoq; ad exitum perducendo: nam & Graecum, & Latinum exemplar Philoſophi exſcripſit, nec non declarationes omnes in hos libros; quae cuncta, adhibito multo ſtudio, curauit, vt, quantum fieri poteſt, integra vacuaque ab omni mendo exirent, ob ſummum amorem, quo me proſequitur, & innatam homini cunctis in rebus diligentiam.

LIBET HIC ADDERE NON NVLLA, QVAE DVM liber excuderetur, neſcio quomodo omiſſa ſunt.

Prior numerus paginam indicat: poſterior verſum, vbi collocari debent.

11. 23. *primae ſatyrae.* Cum autem expoſuiſſet opiniones imperitorum hominum, qui tantum exiſtimabant, bona eſſe, quae ſenſibus perciperent, & tamquam ante oculos poſita haberent, tangit etiam ſententias doctorum. & acutorum virorum, qui longe aliter de hoc exiſtimabant, arbitrabanturque, bonum ſolum eſſe habendum, quod ſua vi, ac per ſe tale foret, ideſt ob naturam ipſam, ac formam bonitatis ſeiunctam a rebus, quae aduentu, & beneficio ſuo, cum participes eius factae fuerint, bonae & ipſe vere poſtea dicerentur.

92. 3. *ordineque obibit.* Quod autem inquit, ſupra a ſe ſignificatum eſſe, quo pacto homo efficiatur probus in ſingulis virtutibus adminiſtrandis; id quod praeſtatur pluribus modis; primus eorum modorum eſt, quod inquit, vſu, & frequentatione cunctorum operum atque actionum noſtrarum, exceptis ijs, quae totae vitio affines ſunt, ſi in ipſis medium cuſtodierimus, efficiemur tales, ideſt fortes, temperantes, liberales, & cum tales redditi fuerimus, faciemus in vita, quae propria ſunt harum virtutum, indeque merito expectari poſſunt.

228. 39. *amplius non quaeramus.* Inquit igitur, oſtendere volens, cur ſibi de hoc modo quaerendum ſit, electionem inquam, ipſam eſſe quiddam maxime proprium, affineque virtuti, maioremque vim ac pondus habere ad ſignificandam, diſtinguendamque virtutem, atque actiones, quae inde proficiſcuntur, quam facta: probi enim viri, cum conſilio & ratione vtantur in rebus ſuis, ſumunt ſibi agenda, quae recta, honeſtaque ſunt, raroque aliquid gerunt, quod inde alienum ſit; atque id, cum contingit, vt aliqua in re, vt homines, labantur, ſiue impediantur: praui autem mortales, ſi quando aliquid agunt, quod ſpeciem virtutis in ſe habeat, non tamen id electione faciunt, ſed metu poenae, aut finem aliquem vitio affinem ſecuti, exempli cauſa, cupiditate inanis laudis, ac gloriae.

165. 40. τὰς ἔμπροσθεν ἐμβαλόντες. Reuertar nunc ad auctoris ſententiam explanandam: vt illi quoque, qui aciem ſtruunt ante foſſam, quae ſcilicet non ſinat eos fugere, ſi velint, ſiue huiuſcemodi aliquid, veluti fluuium, rupem, quidquid demum frenare poteſt fugam eorum: vniuerſi enim inquit, hi cogunt, inuitoſque in officio retinent: decet autem, non ob impoſitam ſibi neceſſitatem hominem fortem ſe praebere, ſed dignitatis cauſa, & quia rectum id atque honeſtum eſt.

525. 20. *ipſarum prodierint.* Adiungit etiam, declarare hoc, quod qui eripuerunt aliquos e grauibus malis, magis amant eos, quos conſeruarunt, quam liberati periculis illis, ac malis conſeruatores ſuos faciant: nam non poſſe depelli a quopiam incommoda ſine multo labore, apertum eſt: illi autem, quibus ſalus data eſt, nullum ſaepe laborem ſuſcipiunt in ſuae incolumitatis auctores.

592. 10. *quae conſequuntur vitam beatam.* Exponit autem illa breuiter, vtiturque tamquam peroratione quadam in ipſis appellandis. Commemorat igitur, ipſam eſſe ſemet ipſa contentam, neque alia re egere, ſine qua non valeat munere ſuo fungi, se praeterea otio frui poſſe, neque talem eſſe, vt defatigetur, frangaturque nimio labore, quantum de humanis

rebus, ſtudijſque aſſirmari poteſt: eodemque pacto de ceteris dici oportere, quae beatae naturae tribuuntur: cuncta namque in hac muneris functione perſpiciuntur eſſe: Perfectam igitur beatitudinem hominis hanc eſſe, exploratum eſſe inquit, concludens, tamquam laudationem ipſius; hac tamen condicione, ſi conſecuta fuerit longitudinem vitae iuſtam, ac perfectam: aliter verum hoc omnino inquit, non foret, quia nihil inchoatum atque imperfectum cadit in vitam beatam, particepſque ipſius eſt.

		Errata	*Corrige*
1	3	[illegible]	[illegible]
66	4	percitur	perſpicitur
66	33	ſunt ita	ſunt; ita
81	6	habitus animorum	motus animorum
100	33	illae	ille
111	45	lillic	illic
113	15	Elenam	Helenam
142	14	quod voluntas noſtra iubet.	quod deliberatio ipſa ſuaſit.
156	36	fortem exempli	timidum, exempli
157	22	cum	ceu
165	22	Et qui in prima acie locant,	Et qui praecipiunt.
172	17	aliquas quod	aliqua, quod
175	33	ſuauitatem	ſuauitatum
199	23	illiberalis.	illiberales.
225	28	vt ſuccurrent	vt ſuccurrant
233	39	ab acumen	ob acumen
268	24	doctore ſuo	doctore ſuo Xenophon,
279	43	ſex Pompeij	Sex. Pompeij
343	18	exiſtimamus. illud	exiſtimamus illud
352	45	ſed ſaepe: etiam	ſed ſaepe etiam
367	32	& incontinentia	& continentia
406	40	temperans	intemperans
425	48	decerperet	decerpere

448 46 Nolo autem omittere, &c. Haec animaduerſio, vſque ad verba, ſecutus ſum. 449. 4. perperam collocata fuit: quare ponatur poſt verba, exiſtimandum eſt. 449. 14.

478	35	extare amicitias	extare iuſtitias
518	40	ſediose	ſeditioſe
548	44	totiuſque	tutiuſque
556	20	Epicuri	Eudoxi

INDEX AVCTORVM QVI IN his commentarijs citantur, aut emendantur, aut explicantur.

AEſchyli in Agamemnone. 5.279
Alexandri. 91.92.97.123.126.215.253.329.355.369.370.373.575.ibid.577.578.
Ammonij. 421
Apollonij. 251
Argyropyli. 1.5.22.100.346.456.469.
Ariſtophanis. 15.150.402
Ariſtotelis. 94.176.182.327.369. Analyt. 342. De animo. 65.217.276. De arte dicendi. 12.20.41.152.150.244.294.299.340.503.604. De arte poëtarum. 62.80. Ad Eudemum. 8.9.10.38.43.45.49.62.63.65.76.81,82.98.136.163.168.169.176.178.181.185.187.188.202.206.208.212.232.234.244.373.379.437.447.450.455.463.464.498.545.601. Ἠθικὰ μεγάλα. 1.6.20.72.110.182.217.319.379.392.395.196.408. De ortu animal. 100.215.226. De partu animal. 227,404. Περὶ πολιτικῶν. 12.84.100.429.435. Περὶ οὐρανοῦ. 16.51.332. Περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως. 37.272.604
Aſpaſij. 227.456.468.469
Athenaei. 414.438

CAtulli. 58.176.392.550
M. Ciceronis. 28.29.34.35.74.80.89.91.101.102.104.175.182.183.186.200.249.257.269.276.292.368.435.456.483.508.520.522.596. Accad. 70. De Amicitia. 435.446.449.450.453.465.485.492. Epiſt. ad Attic. 63.194.202.225.342.591. Famil. 247.488.527. ad Q. Fratr. 130.232.290.299.310.339.341.342.388.391.396. De Finibus. 29.30.38.84.179.180.529.558.573. Pro Archia. 586. In Bruto. 258. Pro M. Caelio. 249.528. In Lucullo. 11.16. Pro M. Marcello. 368. De Natura Deorum. 597. De officijs 119.210.269. De Oratore 64.586.595. In Oratore 25. In Partit. 140.297. In L. Piſonem 527. Pro C. Rabirio. 366. De Senectute. 133. Pro P. Seſtio. 58. Philip. 10.124.169.224.445. In Tuſcul. 67.75.84.170.235.418.424.581. In Verrem. 457
Clementis Alexand. 124.336

DEmetrij Phalerei. 604
Demoſthenis. 124.156.220.402
Diogenis Laërtij. 545.556
Dionyſij Halicarn. 144.571

EVripidis. 19.438.466.488.610
Euſtrathij. 217
Euſtratij. 32.33.44.56.163

A. GElli. 422

HArpocrationis. 262
Hermogenis. 421
Herodoti. 157
Heſychij. 491
Heſiodi. 498.541
Homeri. 108.164.177.180.227.368.396.415.468.541.
Horatij. 37.38.112.170.224.301.593.

ISocratis. 94.161.508

LVcretij. 303.436.579
Lyſiae. 110.298.399

MArtialis. 188.194

PIndari. 56.431
Platonis. 56.94.165.168.194.197.205.206.226.336.369.373.435.453.455.522.552.
Plauti. 111
Plinij. 325
Plutarchi. 42.60.72.82.84. ibid. 97.125.146.166.193.203.205.209.214.215.222.224.339. ibid. 415.436.441.494.498.550.596.
Pollucis. 205
Sex. Pompei. 279
Porphyrij περὶ ἀποχῆς. 14

SAlluſtij. 347
Schol. Hom. 131.194.221.227.368
Simonidis Melici. 53
Simplicij. 51.96.316.330.355.424.604
Sophoclis. 34.375.548

TErentij. 42.106.138.162.198.199.257.261.271.301.373.381.383.424.428.435.449.462.464.475.553.
Theocriti. 282
Theognidis. 603
Theonis. 297
Theophraſti. 78
Thucydidis. 166.218
Tit. Liuij. 54.118.211.220
M. VArronis. 91
Vlpiani. 268
Virgilij. 10.65.72.158.169.171.ibid.482

XEnophontis. 125.162.171.185.217.259.369.483.496.537.546.

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

ACcidens locum habere in ambabus perſonis, ideſt & in eum, qui accipit & in eum, qui facit iniuriam. 303
Accubatione claros viros ornandi morem fuiſſe in epulis. 505
Acer homo prudenti ſimilis. 412
: quomodo a Graecis dictus. ibid.
: incontinens eſſe poteſt. ibid.
Achilles Phaenici cuncta ſua bona vt ſecum partiatur, poteſtatem facit. 468
Achillis conſilium Patroclus non cuſtodiuit. 356
Actio probi viri ſtudioſa eſt. 536
Actionem verſari circa res ſingulares. 340
Actiones cum virtute principes, & quaſi reginae vitae beatae. 52
Actiones quae conficiunt vitam beatam. 38
Actionis & veritatis tria. 322
Actionis principium quid. 324
Actionum & habituum diſcrimen. 154
Actum cur antepoſuerit. 40
Adoleſcens Ariſtophaneus. 264
Adoleſcens quare mathematicus euaderet: ſapiens autem nullo pacto. 344
Adoleſcentem non penitus reijcit Ariſtoteles ab hac diſciplina. 8
Adoleſcentem non eſſe proprium auditorem huius diſciplinae & cur. 8. 9
Adoleſcentes a pudore reuocari a turpibus factis. pag. 256
Adoleſcentes aſſueti vereri turpia facta, & honeſtatem ſequi, fieri fortes. 164
Adoleſcentes breui amici fiunt, & deſinunt. 444
Adoleſcentes cito fieri amicos. 455
Adoleſcentes ex aſpectu & conſuetudine deliciarum voluptatem decerpunt. 444
Adoleſcentes fieri poſſe valde peritos ſcientiae alicuius. 344
Adoleſcentes flagrare deſiderio voluptatum. 605
Adoleſcentes prudentiam non poſſe conſequi argumentis oſtendit. 344
Adoleſcentes inſtitui a voluptate & dolore. 553
Adoleſcentes in quibus ſolitos exerceri a Graecis. pag. 93
Adoleſcentes quare ad voluptatem corporis feruntur. 430
Adoleſcentes quare ad amores molles propenſi ſunt. 444
Adoleſcentes verecundos laudari. 251
Adrianus Turnebus vir excellens in omni genere virtutis. 14
Adulter quis dicitur. 315
Aegritudo omnis, natura malum. 369
Aegrotum non poſſe ſtatim a ſe morbum depellere. pag. 150
Aegrotorum ſimili vſus docet, multos errare. 88
Aeneas Virgilianus reformidabat ne opprimeretur in mari a tempeſtate. 257
Aequale eſſe medium inter nimium & parum. 92
Aequale in duobus minimum exiſtere. 270
Aequale medium. 269. 270. 276
Aequale ſi conferatur cum minore, maius fit; ſi cum maiore, minus. 108
Aequalitas in amicitijs inaequalium quando gignitur. 461
Aequalitas in iuſtis adminiſtrandis & in amicitia colenda non eodem pacto ſe habet. 461
Aequalitas non capitur ſemper eodem pacto. 461
Aequalitatem cuſtodiri debere ex dignitate in quolibet ſtatu ciuitatum. 271
Aequipollentia. 312
Aequitatem & bonitatem aggreditur. 309
Aequitas & bonitas quomodo ſe habet ad iuſtitiam. 309
Aequitas habitus animi. 313
Aequiuocatio fallit multos. 258
Aequiuocatio longiqua non fallit. 258
Aequum & bonum ad multa transferri. 309
Aequum & bonum eſſe emendationem iuſti legitimi. 310
Aequum & bonum melius iuſto, non ſemper. 310. 311
Aequum & bonum quando ſequi oporteat. 311
Aequus & bonus vir quis. 312. 313
Aeſculapij liberi medici. 603
Aeſopus accuſauit Solonem vt nimis liberum. 600
Aetatem non eſſe penitus neceſſariam periculis multarum rerum faciendis. 356
Affectum innatum corpori noſtro delere, eſſe arduum. 83
Affirmationem & negationem in appetitu eſſe perſecutionem & fugam. 322
Agamemnon abſterret ſuos milites ab ignauia, & turpibus factis. 165
Agamemnonem paſtorem populorum. 476
Agathon Platonis deliciae. 325. 330
Agathonis verſus, quo inſimulauit eos, qui ſibi manus

manus adferrent ob declinandos labores. 163
Agere & facere diuerſum eſſe. 328. 329
Agere quid differat ab efficere. 324
Ageſilaum in exercitu plus laboris & incommodi ſibi capere ſolitum. 305
Ageſilaum ob corporis vitium e regno paene exturbatum. 44
Ageſilaus mirifice iuſtitiam celebrauit. 436
Agreſtis qui. 105
Agreſtis hominis natura. 350
Albedinis rationem vnam, atque eandem in niue, & in ceruſſa eſſe. 23
Album & rectum idem ſemper omnibus. 338
Alcibiadis ſenem de virtute diſputantem admiratus eſt. 18
Amici nomen qui amittunt. 461
Amici non deſunt honeſtis poſtulatis amicorũ. 140
Amici pars in amico, rebus malis oppreſſo, ſubleuando. 549
Amici per accidens, qui. 452
Amici plures in amicitia, quae fructus ſectatur, ſunt impedimento ad bene viuendum. 542
Amici probi erga amicos munera. 492. 509
Amici quam plurimi an ſedulo comparandi. 541. 542
Amici, qui ad voluptatem adhibentur, qui. 542
& quot quaerendi. ibid.
Amici qui maxime ſint vocandi. 445
Amici quouſque manent; non eſt terminus. 462
Amici ſimpliciter, qui. 452
Amici ſtabiles, qui & eorum amicitia. 465. ibid.
Amici veri munus. 466
Amici vna cum amicis viuendi deſiderio incenſi ſunt. 551
Amici vtiles & iucundi quouſque manent. 466
Amici vtrum in rebus aduerſis, ſiue ſecundis expetantur. 534
Amici, vtrum oneris partem ſuſcipiant. 546
Amicis expetendum eſſe vna viuere. 550
Amicis fructuoſis non eget beatus, & quibus. pag. 535. 536
Amicis non tanta bona optare. 462
Amicis opus eſſe diuitibus, ac pauperibus. 434
Amicis opus eſſe beato viro. 535
Amicis prodeſſe pulchrius, quam alienis. 534
Amicis vtrum magis opus ſit in rebus bonis, ſiue in malis. 545
Amicitia. 433
Amicitia adoleſcentium voluptatem ſectatur. 443
Amicitia aequalitas. 455. 527
Amicitia bonorum continet eandem vtilitatem, quae ex amicitia vtili capitur. 445
Amicitia bonorum ſtabilis. 446
Amicitia cognatorum à quibus proficiſcitur. 482
Amicitia, communio quaedam. 550
Amicitia conflata e contrarijs, quae potiſſimum. pag. 466
Amicitia eget tempore, & conſuetudine. 447
Amicitia fratrum ſimilis cui. 477
Amicitia, imago quaedam virtutum. 452
Amicitia in communione fundata. 468
Amicitia in quo potius maneat. 464
Amicitia inter hoſpites quid ſectatur. 443
Amicitia iucunda & vtilis quid ſimilitudinis habent cum perfecta. 448
Amicitia iucunda quando deletur. 443
Amicitia legalis, quae & genera ipſius. 488
Amicitia libera a criminatione. 459
Amicitia moralis vtilitatis cauſa conflata. 489
Amicitia non eſt ſeruo cum hero, vt ſeruus. 478
Amicitia parentum erga filios, & eorum, qui dominantur erga illos, qui parent imperio ipſorum non eſt eadem. 460
Amicitia perfecta, quae. 445. 451
Amicitia perfecta complectitur cuncta, quae inueniuntur in omni genere amicitiae. 446. 448. 451
Amicitia perfecta in quibus manet. 446
Amicitia proborum virorum quamdiu maneat. 445
Amicitia quid ſit. 433
Amicitia, quae ſequitur voluptatem, & vtilitatem cum quibus eſſe poſſit. 449
Amicitia, quae virtute conſtat, eſt amicitia. 459
Amicitia, quae antecellit, quare dirimatur. 492
Amicitia regis in praeſtantia beneficiorum. 475
Amicitia vera quid ſibi propoſitũ habet. 442. 454
Amicitia vtrum locum habet in cunctis hominibus. pag. 439
Amicitia vtilis quando diſſoluitur. 449
Amicitiae vtrum vnum genus tantum ſit. 439
Amicitiae tres ſpecies. 442
Amicitiae, quae vtilitatem & voluptatem ſectantur, non ſunt verae amicitiae. 442
Amicitiae, quae facile dirimuntur. 442
Amicitiae perfectae fundamentum. 445. 448
Amicitiae perfectae quare rarae. 446
Amicitiae iocundae cupidi, qui dicantur. 447
Amicitiae perfectae laus. 447
Amicitiae iucundi, & vtilis quamdiu ſtabiles. 448
Amicitiae per ſimilitudinem; in quo diſcrepent a vera. 451
Amicitiae obliuio vnde proficiſcatur. 452
Amicitiae contingit quod virtutibus. 452
Amicitiae quae non ſunt dignae hoc nomine. 459
Amicitiae quae facilius extinguuntur. 459
Amicitiae quae credunt facile criminibus oblatis, & quare. 459
Amicitiae ſpecies καθ' ὑπεροχὴν, dicta. 460
Amicitiae quare diuerſae. 460
Amicitiae inaequalium non ſeruant eadem officia. pag. 460
Amicitiae magis proprium. 464
Amicitiae quibus ſocietatibus comitentur. 471
Amicitiae eximiae quae. 476
Amicitiae veſtigium nullũ in tyrannide. 477. 479
Amicitiae in ſtatu multitudinis, fortaſſe non verae pag. 479
Amicitiae, quae exterminantur a vera amicitia. pag. 479. 480
Amicitiae inter cognatos variae, vt ſunt varia genera ipſorum. 480

Ami-

Amicitiae parentum ac filiorum fundamentum. pag. 483
Amicitiae munera in cognatis proportione ſeruari. 483.
Amicitiae altera legibus, altera moribus continetur. 488
Amicitiae diſpares quomodo adaequentur. 495
Amicitiae quae dirimuntur. 506
Amicitiae verum frangendae. 506
Amicitiae officia videntur profecta ab amicitia, qua quis iunctus eſt. 510. 511
Amicitiae ſimilitudinem habentes quot. 520
Amicitiam eſſe maxime neceſſariam. 434
Amicitiam continere ciuitates. 436
Amicitiam non manere in amatione rerum inanimarum, & quare. 440
Amicitiam non debere eſſe abditam. 441.
Amicitiam, quae vtilitatem ſectatur, exiſtere in ſenibus. 443
Amicitiam, quae ſectatur voluptatem, minus perdurare. 449
Amicitiam & amationem diſcrepare. 442
Amicitiam proborum virorum ſolutam eſſe ab omnibus criminationibus. 450
Amicitiam non diſſolui a diſtantia loci ſed vſum. pag. 452
Amicitiam ſimilem eſſe habitui. 454
Amicitiam minus exoriri in acerbis & ingenij ſenilis hominibus. 455.
Amicitiam quae maxime efficiunt. 455.
Amicitiam iucundam anteponit amicitiae fructuoſae. 457
Amicitiam continere in ſe iucunditatem, atque fructum. 459.
Amicitiam & iuſtitiam manere circa eaſdem res, & in iiſdem perſonis. 467
Amicitiam comitari iuſtitiae in omnibus rebuſq. pag. 475
Amicitiam parentis erga liberos. 476
Amicitiam viri & vxoris ſimilem eſſe ariſtocratiae. 476
Amicitiam non eſſe, vbi nulla pars iuris manet. pag. 477
Amicitiam non exiſtere inter opificem & inſtrumenta. 478
Amicitiam quandam extare inter omnem hominem pag. 478
Amicitiam filiorum ac parentum maximam ſuauitatem atque vtilitatem continere. 483.
Amicitiam fraternam quae firmam conſtant. 482
Amicitiam parit mutua voluptas. 483
Amicitiam viri & vxoris eſſe naturalem. 484.
Amicitiam vtilem habere ſimilitudinem cum iuſto. pag. 488
Amicitiam contentam eſſe iis, quae ab amico fieri poſſunt. 493
Amicitiam nokirinlw quam intelligat. 495.
Amicitiam eorum, qui improbi euaſerint, non eſſe ſtatim frangendam. 507.
Amicitiam per ſe expetendam. 464
Amicitiam ignauam dici beneuolentiam. 516
Amicitiarum interitus. 452
Amicitiarum bona diuerſa, vt diuerſae amicitiae ipſae. 482
Amicitias, quae vtile atque iucundum ſectantur, comparat. 457.
Amicitias per praeſtantiam non eſſe ſimiles. 460
Amicitias non eſſe pares. 468
Amico ſuperiori quid tribuendum. 492
Amico inferiori quid tribuendum. 492
Amicorum ſtudioſos laudari. 437.
Amicorum nomine, qui ab hominibus appellentur. 451.
Amicorum virtus. 465.
Amicorum plurimae diſſenſiones. 506
Amicorum fines quales, & quot. 509
Amicorum communia. 527
Amicorum ſtudioſorum menſuram eſſe ſeruandam. pag. 542. 543
Amicorum aegritudinem quid efficiat. 546
Amicorum aduentum eſſe mixtum. 547.
Amicorum aduentum in rebus bonis efficere vitam iucundam. 548.
Amicorum benignitatem repudiare cauendum eſſe. pag. 549
Amicorum praeſentiam omni tempore expetendam. 546. 550
Amicorum fortunas communes. 468.
Amicorum proprium. 550
Amicos vtiles omni aetati. 434
Amicos appellari in omni communione. 468
Amicos multos habere putari rem honeſtam. 437
Amicos expetere vna viuere. 453. 455.
Amicos oportere periculum facere de amicis. 456
Amicos eſſe poſſe multis propter vtilitatem, atque voluptatem. 456.
Amicos oportere cum amicis familiariter viuere. pag. 456.
Amicos aequales aequaliter ſe diligere oportet. pag. 486.
Amicos beato viro valde vtiles. 536. 537
Amicos tot eſſe conquirendos, quot accommodati ſint ad bene viuendum. 544.
Amicos non inueniri multos in amicitia ſodalicia. pag. 544
Amicos multos a Diis petendum vt adipiſcaris, vt accipi debet. 545
Amicos habere, in rebus malis magis neceſſarium, in bonis, magis honeſtum eſſe. 545. 546
Amicos cauere cauſam eſſe doloris amicis. 547.
Amicos oportere vocare libere in rebus bonis, in malis pigre. 548
Amicum non credere vlli contra eum, quem probauerit longo ſpatio temporis. 450
Amicum amantes amare ſibi bonum. 454
Amicum eſſe multis non contingit, quare. 456.
Amicum am co ſumma bona velle. 462
Amicum optare magis cognoſcere, quam cognoſci, ſe ambo conſequi minime poſſet. 464
Amicum ſibi quempiam nolentem facere velle

qu d

quid ſit. 490
Amicum probum, improbum factum, non eſſe diligendum. 507
Amicum optare amico magna bona, & quae talia videntur. 509. 510
Amicum velle, amicum viuere, & cuius cauſa. 509
Amicum eſſe, qui vna viuit. 509. 511
Amicum maxime diligere. 526
Amicum eſſe vnam rerum expetendarum. 540
Amicum eſſe multis quomodo licet. 544
Amicum nullum, cui multi amici. 545
Amicum gaudere, ſentire amicum eſſe. 550
Amicus beneficium a meliori acceptum, quomodo compenſare debet. 493
Amicus optat bona amico illius cauſa. 440
Amicus egens, inferiorque. 492
Amicus melior factus, an debet tueri conſuetudinem amici inertis, & qui permanſerit, qualis erat. 508
Amicus factus optimus vir non poteſt eſſe amicus illi, qui permanſit animo puerili. 508
Amicus factus optimus an tueri memoriam veteris amici debet. 509
Amicus maxime qui ſit. 526
Amicus quomodo ſe purget, cum ſeiunxerit ſe ab amicitia amici facti improbi. 507
Amicus conſolatur amicum duobus modis. 547
Amicus in rebus bonis amicis quomodo ſe gerere debet. 549
Amor praeſtantia quaedam. 456
Amor mutuus natura cunctis animantibus inſitus. pag. 435
Amor fructum atque emolumentum amat. 497
Amor ſuperabundantia quaedam amicitiae. 544
Amorem decipere nos. 536
Amorem coniugalem continere bona, quae ſunt in amicitia vera. 484
Amores delicati ac teneri in Graecia frequentabantur. 456
Amores queri de amatore ſuo. 496
Amori & irae vix reſiſti. 299
Amoris gradus inter cognatos. 481
Amoris origo, quo ſe fratres amant. 482
Amoris initium voluptas. 516
Amoris magni erga ſemet ipſum, qui ortus. 540
Amoris ſons. 550
Amoris vis ac furor quantus. 381
Amuletum quare appenditur a mulieribus collo infantium. 42
Amphiaraus. 223
Amphion & Zethus fratres magnopere inter ſe diſſenſerunt. 477
Amphipolitae mactarunt victimas Braſidae. 293
Anacharſis Scytha. 386
Anaxagoras. 38. 339. 600. 601
contempſit patrimonium. 596
Anaxandrides comicus illuſit Athenienſibus. 413
Anaxarchus Democritius. 118
Animaduerſiones in improbos homines eſſe vt medicamenta quaedam morborum noſtri corporis. 81
Animantes non percipere voluptatem tribus ſenſibus. 177
Animantes expertes rationis parent naturae. 484
Animal dolorem aliquem ſemper ſentit. 429
Animalia φαῦλα quae. 539
Animi partem quandam expertem rationis, quandam vero participem eſſe. 64. 320. 321
Animi partis diuiſionem hanc vbi videtur non probare. 65
Animi partem vnam expertem rationis communem omnium eſſe, & animantium, & ſtirpium, pag. 66
Animi partem alteram non penitus vacuam a ratione. 67
Animi partem vacuam a ratione duplicem, & nomen. 68
Animi partem rationis participem duplicem. 69
Animi partes compotes rationis quae. 325
Animi partis, quae in contemplando verſatur, munus. 323
Animi partes quattuor. 359
Animus eius, qui optima praecepta audire debet, qualis. 605
Animus vnus. 527
Animus ſemper ad opera virtutis paratus. 596
Annibal quam laudem in Africa conſecutus eſt. 54
uerſum Ennij pronuntiauit. 470
Antipho Rhamnuſius pro ſe cauſam dixit. 218
Antiquitati ſemper multum tributum. 39
Appetitio eſt medij. 467
Apros in ſilua & in palude manere. 169
Aqua abſorpta remedium ſingultui. 376
Aquae ſalubres atque inutiles. 345
Aquilonem Athenis Orithiam ſuſtuliſſe. 116
Aram & arbitratum idem eſſe, qui dixit. 23
Aratus Sicyonius diuinos honores in Graecia adeptus eſt. 60. 293
Arbitrij noſtri, eſſe vt facere, ita etiam non facere. 145
Archytas Tarentinus quare dixit aram & arbitratum idem eſſe. 23
Archytam Tarentinum de voluptate idem exiſtimaſſe quod auctor. 113
Architectonicam quandam extare in rebus humanis. 341
Architectus quidam. 414
Arginos incidiſſe in Lacedaemonios. 171
Argumentatio ab etymologia non eſt certa, neque ſolida. 72
Argumentum κατὰ συγχώρησιν. 359
Argumentum vocatum κατὰ ἔνστασιν, τὸ παρέχασιν. 421
Argyropylus lapſus. 5. 84. 100. 113. 124. 179. 205. 504. 516. 601
lectionis varietatem indicauit. 22
loci interpretatio eiuſdem. 52
vocem ἄσχος non expreſſit. 151
aliter locum interpretatur. 160. 245. 602
quid exiſtimauit. 530
Arida homini prodeſſe. 380

Ari-

5

Ariſtippi Cyrenaici reſponſum. 440

Ariſtocratiae, quae amicitia ſimilis. 476

Ariſtoteles vbi tradit, cuius diſciplinae proprium munus ſit de moribus ſcribere. 6

inſtruit auditorem. 8

quibus argumentis vtitur ad confirmandum, quod vult. 8. 9

quae initio appellauit. 10

quos vocauit φιλάκας. 10

quare ſe aliquo modo purget. 11

Platonem laudat. 12. 80

fuit diuinus, qui multo ante cognouit opiniones ſapientum de virtute, quam exortae fuiſſent. 16

In quam culpam incideret, ſi ſubtiliter omnia comprobare vellet. 35

vſus eſt ſententijs aliorum. 37

Solonis ſententiam interpretatur. 49

eandem temptat. 54

de virtute non nulla praecipit. 62

quod hic dubitanter dicit de ſomnijs vbi audentius proſert. 66

argumentatur a notione nominis. 72. 289

quid conſiderare oportet. 76

quid exiſtimet de diſputatione, quae ad mores factaque humana, pertinet. 77

naturam rerum corrumpi a quibus. 77

quid ad virtutem tuendam & vitia declinanda faciat. 78

idem in virtutibus vſu venire, quod in corporis viribus. 79

quibus indicijs nos adeptos habitus eſſe cognoſcamus, monſtrat. 80

argumentatur a ſigno. 81

a natura hominum. 83

a firmitate rerum, quae nobiſcum quaſi natae, & altae ſunt. 83

non eodem pacto exiſtimari opera artium, ſcientiarumque ac virtutum docet. 86

errorem ſtultum non nullorum oſtendit. 99

quid ſit officium ſuum. 104

peccatum memoriae ipſius. 112. 165

a quo extremo nobis caueamus. 112

argumentatur ab etymologia. 135

refellit non nullos, quorum opiniones ſententiae ſuae aduerſabantur. 151. 152

concludit rationem. 153

ſibi ipſi aduerſari videtur. 157

nomina, quibus appellantur, qui in fortitudine peccant, trad.t. 160

verbis Homeri vſus eſt. 177

laudat auctorem tranſlationis, qua vtebantur in appellanda intemperantia. 185

argumentatur ab euidentia. 256

circa mores quae ſint fugienda, tradit. 367

conſuetudinem ſuam ſeruaturum. 370

adfert opiniones aliorum. 370

dictum ipſius cum inſimularetur. 478

Platonem inſimulat. 558

quid indaget in hoc opere. 558

monſtrat errorem illorum, qui ſententiae Eudoxi aduerſabantur. 558

contra non nullorum opiniones diſſerit. 560. 561. 562.

diſtinguit voluptatem. 564

Arretinus. 150

Ars medicorum medetur corpori, philoſophia animo. 88

Ars circa quas res verſetur. 329

Ars non eſſe rerum quae natura ſiunt. 329

Ars omnis ad medium reſpiciens opus ſuum bene conficit. 94

Artem & virtutem verſari circa difficilius. 84

Artem didiciſſe ſatis eſſe opifici. 87

Artem & fortunam eſſe circa eadem. 330

Artem & prudentiam eſſe habitus diuerſos. 333

Artes atque ſcientias finem vtilem vitae habere, atque honeſtum. 1

Artes ac ſcientiae cum multae ſint, ita etiam fines. 3

Artes minores cuius cauſa percipiuntur. 3

Artes non ſtatim perfectae ſunt, vt inuenitae fuerint. 25

Artes primo ortu rudes fuiſſe. 34

Artes cotidie nouas inueniri. 278

Artes perire, quid incommodi adferret. 278

Artes quid nobis preſtent. 410

Artifex culpa aliqua impeditus non recte conficit munus ſuum. 333

Artifex, qui ſponte ſua peccat, optabilior. 333

Artifex optimus Iouem expreſſit ex Homeri verſu. 25

Artificium opera cuius ope menſurantur. 286

Artis medicorum finis. 3

Artis oratorum finis. 2

Artis definitio. 328. 330

Artis prauae definitio. 330

Artis extat obliuio. 334

Artis eſſe virtutem. 333

Artium atque ſcientiarum fines non eſſe pares. 2

Artium quarundam opera praeſtantiora eſſe, quam functiones. 2

Aſdrubalem laudat Polybius. 55

Aſelli cibus. 580

Aſellos verberibus contuſos non diſcedere a pabulo. 168

Aſpaſy interpretatio. 468

Aſperi qui vocentur. 234

Aſperorum familiaritate vti, eſt plenum periculi. 235

Aſſentator qui. 106

Aſſentator amicus inferior. 463

Aſſentator quare ſit in maiore honore apud quoſdam quam amicus. 463

Aſſentatorem a blando ſeparat. 239

Aſſentatores qui facile ſiant. 224

Aſſentatoribus multi gaudent. 463

Aſſueſieri a pueris ad res honeſtas, eſt totum. 75

Athenienſes legatos ad Apollinem mittebant, quos vocabant θεωρούς. 205

Athenienſibus leges Solon ſcripſit. 608

Athletas

dam rerum. 366
Athletarum genus nullum fructum adferebat. 93
Audacem appellari fortem a timido. 108
Audaces temerarios eſſe. 162
Audacia in quo ſimilis videtur fortitudini. 109
Audax qui. 100. 161
Audire non ſine dolore gigni. 429
Auditor diſciplinae de moribus quomodo conſideratur. 9
Auditorem huius diſciplinae proprium non eſſe adoleſcentem. 8 9
Auditorem proprium huius diſciplinae oportere eſſe bene inſtitutum. 12
Auium carnes eſſe leues. 340

B

BAVCOPANVRGI qui. 244
Beata vita in otio ſita eſt. 590
Beata vita e quibus ponderatur. 60
Beatae vitae duo genera. 587
Beatam vitam iunctam eſſe cum voluptate. 415
Beatam vitam in bonis externis eſſe poſitam noluit Homerus. 415
Beati quibus amicis egeant. 457
Beati qui ſint vocandi. 56
Beati viri vitam oportere eſſe iucundam. 537
Beati qui. 600
Beatitudinem eſſe optimum, atque vltimum finem. pag. 28
Beatitudinem eſſe actionem animi, quae virtutem ſequatur. 28
Beatitudinem ſolam maxime omnium expetendam. pag. 29
Beatitudinem magis declarare aggreditur. 30
Beatitudinem inſitam habere propriam voluptatem. pag. 42
Beatitudinem maximis laudibus ornat. 43
Beatitudinem egere bonis extra nos poſitis. 43
Beatitudinem deformari orbatam non nullis rebus, quas nominat. 44
Beatitudinem ac felicitatem vnum atque idem non nulli cenſebant. 45
Beatitudinem eſſe donum potiſſimum a Dijs hominibus dilargitum. 45
Beatitudinem eſſe vnam rerum diuiniſſimarum. 46
Beatitudinem obtineri ſtudio, & vſu magno. 46
Beatitudinem a mancis ad virtutem conſequendam non poſſe obtineri. 46
Beatitudinem committere fortunae eſt valde graue. pag. 47
Beatitudinem non cadere in animantes expertes rationis. 47
Beatitudinem non inueniri in pueris. 48
Beatitudinem inquinari rebus malis. 54
Beatitudinem finem eſſe, ac perfectum quiddam. pag. 56
Beatitudinem maiorum vita functorum non turbari tantopere a grauibus caſibus poſterorum. 57
Beatitudinem non eſſe vnam quampiam facultatum. pag. 59
Beatitudinem eſſe vnum eorum bonorum, cui honos tribuitur. 62
Beatitudinem impediri nimia copia bonorum. 424
Beatitudinem non eſſe in luſionibus. 585
Beatitudinem a virtute proficiſci. 586
Beatitudinem non cadere in ſeruum. 587
Beatitudinem contemplationis anteponendam illi, quae in agendo verſatur. 590. 591. 592. 597. 598
Beatitudinis definitionem confirmat. 38. 62
Beatitudinis cauſa. 598
Beatitudo eſt is finis ad quem ceteri referuntur. 5
Beatitudo ex quibus conſideranda. 37
Beatitudo quomodo comparetur. 45
Beatitudo an ſit vnum bonorum laudabilium, an cui honos tribuatur. 59
Beatitudo expetitur a cunctis mortalibus, vt finis ſuarum actionum. 62
Beatitudo quid. 47. 62. 423. 536. 583. 586
Beatitudo non eſt habitus. 582. 583
Beatitudo in quibus habet locum. 587
Beatitudo perfecta. 587. 588. 591. 597
Beatitudo humana. 594
Beatitudo contemplationis externis adiumentis minus eget. 595
Beatitudo eſt contemplatio quaedam. 599
Beato viro amicis opus eſſe. 535
Beato viro amicos valde vtiles. 536. 537
Beatos non poſſe appellari, qui in ſenectute in grauia mala inciderint. 48
Beatos viros quos intelligat. 457
Beatos ſolos viuere non debere. 453
Beatum nemo diceret, qui inciderit in grauia mala. pag. 16
Beatum non effici vna aut altera re, exemplis oſtendit. 33
Beatum vocare quempiam, dum viuit, non eſſe tutum. 48
Beatum quempiam ante mortem non poſſe dici quare. 51
Beatum in agendo & contemplando cum virtute ſuperaturum eſſe ceteros mortales. 52
Beatum ac miſerum non diſtingui dimidio vitae. 66
Beatum fieri raro, qui e beata vita in miſeram inciderit. 55
Beatum virum ex aſpectu amicorum voluptatem capere ſimili monſtrat. 540
Beatum non eſſe, qui grauibus caſibus opprimitur. pag. 424
Beatum bene viuere & bene rem gerere. 38
Beatus an ſit aliquis poſt mortem. 49
Beatus vir an amicis egeat. 533
Beatus quibus amicis eget. 535. 536. 541
Beatus quibus rebus eget. 423. 599
Bella quo conſilio gerantur. 590
Bellerophon. 301
Bellicas actiones ab otio penitus eſſe vacuas. 590
Beluae quando inſiliunt in praetereuntes. 168
Beluae poteſtatem habent quandam praeſentiendi

tempeſtates ſuturas. 338
Beluas impetum facere in eos, qui ipſas vulnerarunt. 168
Beluas non eſſe fortes. 168
Beluas non nullas prudentes dictas. 338
Beluas non eſſe incontinentes quare. 383
Beluas non dici temperatas, neque intemperatas. pag. 398
Bene viuere, & bene rem gerere beatum. 38
Benefactores quomodo augent beneficium. 490
Benefactorum opus quod. 522
Beneficentia vti aliquando erga beſtias. 479
Beneficia regis, in quos poteſtatem habet, in praeſtantia eſſe. 475
Beneficia patrum erga filios quae. 482. 483
Beneficia non ſunt eius generis. 499
Beneficia potius reddenda. 501
Beneficia conferre in ſenem non oportere. 444
Beneficium maximum parentis in liberos. 476
Beneficium dare eſſe honeſtum. 489
Beneficium accipere, quare plerique cupiunt. 489
Beneficium qui accipit, reddere debet, ſi facultas ei ſit. 490
Beneficium a quo accipias videndum. 490
Beneficium qui accepit, quomodo conterit illud. pag. 490
Beneficium qui dat, quo animo id facit. 491
Beneficium eadem menſura, aut cumulatiore reddendum. 491
Beneficium conferre in alios, homines fugiunt. 494
Beneficium quod maximum a parentibus acceperunt filij. 504
Beneficium qui dederunt, quibus ſimiles dicantur. pag. 521
Beneficium qui acceperunt, quibus ſimiles. 521
Beneficium qui dedit, magis diligit eum, in quem illud contulit. 521. 522. 523
Beneficium qui contulit, quare laetitiam capit. 523
Beneficium accipere, procliue. 525
Beneficium dare, arduum. 525
Beneficium a meliori acceptum quomodo amicus compenſare debet. 493
Beneuolentia ſimilis amicitiae. 515
Beneuolentia in quam amicitiam tranſit. 517
Beneuolentiae diſcrimina ab amicitia. 515
Beneuolentiam eſſe amicitiam quidam putarunt. 441
Beneuolentiam extare erga ignotos. 515
Beneuolentiam non eſſe amationem quare. 515
Beneuolentiam eſſe principium amicitiae. 516
Beneuolentiam dici amicitiam ignauam. 516
Beneuolentiam tranſire in amicitiam. 517
Beneuoli qui poſſint eſſe. 441
Beneuoli qui appellentur. 441. 453
Beneuoli quibus eſſe poſſumus. 515
Beneuolos cunctos ſibi efficere, amā eos, viros probos. 441
Beneuolos non ſe mutuo amare. 516
Beneuolus ſibi ipſi, qui. 517
Beneuolus ſimilis choro tragoediarum. 517
Biantis voce interpretatur. 262
Blandi qui. 236
Blandi ingenium magis aperit. 238
Blandi materia quae videatur. 238
Blandus cum amico confert, & diſcrimen monſtrat. pag. 237
Blandus quid ante oculos habebit. 239
Blandus ab aſſentatore ſeparat. 239
Bona quot modis dicuntur. 21
Bona, quae propter ſe bona exiſtimantur, qualia. 22
Bona quae in numero bonorum collocantur. 22
Bona quae reijcit ab hoc ſermone. 22
Bona quae gemina de cauſa ad ſe nos alliciunt. 28
Bona in tres partes diſtributa. 37
Bona animi. 38
Bona quae neceſſario requiruntur in beatitudine. pag. 47
Bona quae a Dijs petenda. 259
Bona amicitiarum diuerſa. 482
Bona quae exiſtunt in amicitia filiorum atque parentum. 483
Bona quae naſcerentur in contentione de dignitate. pag. 532
Bonarrotius portitorem inferorum e Dante deſcripſit. 25
Boni definitio. 1
Boni deſiderio cunctos mortales inflammatos eſſe. 1
Boni cognitionem ad noſtram vitam propenſionem magnam habere. 4
Boni vniuerſi ac ſeiuncti cognitionem non efficere artes meliores. 25
Boni viri ſunt per ſe iucundi. 458
Bonorum diuiſionem priſcam eſſe. 38
Bonorum duo genera ad Eudemum. 38
Bonos fieri eſſe in noſtra poteſtate. 145
Bonum ſummum ac praeſtantiſſimum, cur incertum pag. 10
Bonum quot modis dicitur. 19. 417
Bonum in ſingulis praedicamentis locum habere. pag. 20
Bonum non eſſe magis bonum, quia ſempiternum. pag. 20
Bonum aequiuoce dici. 23
Bonum ſeiunctum ab omni materia. 24
Bonum variari, variatis factis, & artibus hominum. 26
Bonum perfectius, quod. 28
Bonum in ordine rerum definitarum qui collocabant. pag. 96
Bonum ſtudioſo viro quod ſit. 144
Bonum, emolumentum. 298
Bonum eſſe amabile. 439
Bonum vtrum homines verum diligant, an quod ipſis tale. 440
Bonum ſine prudentia non poſſe conſtare. 364
Bonum virtutem moralem appellat. 364
Bonum cum poena ac dolore nemo toleraturus eſſet pag. 457
Bonum commune quid praeſtet. 485
Bonum non idem. 487
Bonum exitium gigni e duabus rebus malis. 376

Brachia

Brachia quatientes in curſu celerius currere. 217
Braſidae Lacedaemonio victimas mactaſſe Amphipolitas. 293

C

CAECITAS *ei obijcitur, qui ſibi cauſa fuit illius.* 151
Caelum plenum imbris expetere in terram cadere. pag. 438
C. Caeſar. 556
Callicrates in acie ſtans ſagitta ictus in latere, quid dixit. 157
Canes non gaudere odore leporum ſed carne. 177
Canis in fracto dolio quieſcens. 438
Capilli & pili partes corporis. 480
Carcinus poeta. 402
Cariſſimus Deo qui. 602
Carnes leues, ſalubres eſſe. 340
Carnes auium eſſe leues. 340
Carolus Oricellarius, vir grauis doctrinae ac variae. in epiſt. ad lect. 146
Carum eſſe melius videtur, quam honorari. 464
Caſtigationes quibus adhibendas. 606
Cato Salluſtianus. 223
Catonis priſci inſtitutum reprehenſum. 478
Cauſas duas eſſe dicit, cur extremi non opponuntur medio eodem pacto vna in re, altera in nobis eſt. 110
Celſus. 79
Celsae quomodo ſe ad nihil metuendum aſſuefaciebant. 161
Cerebroſus. 233
Cercyon. 402
Cernere non ſine dolore gigni. 429
Chamaeleon beſtiola lacertae ſimilis ex Africa. pag. 51
Choragi qui dicerentur. 208
Chriſtiana lex negat ſepulturam ijs, qui ſibi manus adferunt. 163
Chriſtiana pietas aduerſatur opinioni Ariſtotelis. pag. 337
Cibi & potus nimij corrumpunt valetudinem. 78
Cicero pertinaces homines notauit. 16
oculorum ſenſum per ſe iucundum eſſe. 22
ideas accepit. 25
ab Ariſtotele diſſentit. 25
quomodo vocem ὀνοματικῶς expreſſit. 28
fabrum accuſauit. 35
videtur peccaſſe, & quomodo defendatur. 38
Cimo maxime diues. 208
Cithariſta illuſus. 497
Ciues ob quae maxime ſubeunt pericula. 164
Ciues in bello magis mori, quam in honeſte viuere volunt. 167
Ciues non ſcribunt facultatem ciuilem. 612
Ciues vſu potius, quam ſcientia tractant reſpub. pag. 612
Ciues in qua rep. pares ſunt. 477
Ciuili facultati vſus prodeſt. 613
Ciuilis diſciplinae cura propria quae. 63
Ciuilis diſciplina non eſt comparanda cum ſapientia. 337.338
Ciuilis diſciplina ſtatuit de omnibus, quae ſunt in ciuitate. 366
Ciuilis communio vtilitatis cauſa excogitata. 469
Ciuilis facultas & prudentia in quibus diſcrepent. pag. 341
Ciuitas quae eſſe videtur. 529
Ciuitatem optimis legibus ornare eſt pulcherrimum pag. 614
Ciuitates ſtatum ſuum tueri mutua benignitate. pag. 280
Ciuitates conſtare ſocietates propter vtilitatem. pag. 451
Ciuitates magnas aedificare, veteres non conſueſſe. pag. 542. 543
Ciuitates ſolitas eſſe honore afficere, qui ipſis in proelio operam ſuam nauarit. 158
Ciuitatis tractandae conſuetudo alia, atque aliarum ſcientiarum. 612
Clearchus vetus ſcriptor. 391
Cogendi vim lex habet. 607
Cognati exiſtimant, quae geruntur a cognatis, eſſe communia toti familiae. 504
Cognatis ac tribulibus ſuum honorem, ac proprium tribuendum eſſe. 505
Cognatorum amicitiam ſeruari proportione. 483
Cognatos ad nuptias vocare, 504
Cognatos adeſſe oportere dolori. 504
Cognatos eſſe genus commune. 504
Cognitio virtutis vtilis futura huic operi. 62
Cognitio multarum rerum requiritur ad res ſuas recte diſpenſandas. 343
Cognitio ſingularium quid efficit. 355
Cognitionis ſpecies quaedam, ſe ipſum cognitum habere, atque res ſuas. 343
Columnae recta collocatio. 567
Commune omnium rerum eſſe, vt quae noſtri arbitrij eſt facere, ita eadem non facere ſit. 145
Communia cuncta fratribus ac ſodalibus. 468
Communiones publicae ac priuatae in quo diſcrepent, & in quo conueniant. 470
Communiones propter voluptatem conflatae. 470
Communionem ciuilem non ſpectare praeſentem fructum. 470
Communiones priuatae eſſe partes publicae communitatis. 471
Communio patris erga filios refert ſpeciem regni. pag. 473
Comoediae priſcae a nobis diſcrepabant. 248
Compenſatio quomodo recte fiat. 281. 499
Compenſatio propria amici. 499
Compenſatio quae tradenda eſt ijs, qui bonas artes aliquibus tradunt. 499
Compenſatio probata omnibus quando facienda. pag. 500
Compenſatione manere ciuitatem. 280
Compenſationem fieri ab eo, qui prius acceperit. pag. 500
Concertatio συνάλλαγμα violentum. 269

Concordare, ac ſentire eſſe aliud. 518
Concordia ſimilitudinem quandam amicitiae habet. pag. 518
Concordia de quibus dicitur. 519
Concordia eſt amicitia ciuilis. 519
Concordia proborum virorum qualis. 519
Concordia prauorum ad paruum tempus eſt. 520
Concordiam eſſe ſimile quiddam amicitiae. 436
Concordiam non eſſe conſenſum opinionis. 518
Coniectatio bona quid. 347
Coniugata dixit Cicero, quae σύζυγα dicuntur. 21
Coniugium ſequi naturam. 484
Coniunctis ſanguine quae tribuenda. 504
Conſcientia ſcelerum vexat mortales. 513
Conſilijs capiendis quot modis peccatur. 345
Conſilium ſenum prope ſe habebat Priamus. 113
Conſilium quando dimittendum. 140
Conſilium bonum vt ſit, quae requirantur. 349
Conſilium Ariſtotelis. 607. 615
Conſuetudo quid valeat ad virtutem. 13
Conſuetudo tractandae ciuitatis alia, atque aliarum ſcientiarum. 612
Conſuetudine homines fieri compotes virtutum. 73
Conſuetudinem virorum proborum eſſe exercitationem virtutis. 537
Conſuetudo improborum mala quare. 551
Conſuetudo proborum proba, quare. 552
Conſuetudinem a ſe abigere eſſe arduum. 414
Conſtans, qui. 399
Conſtantem aduerſari molli. 401
Conſtant a continentiae reſpondere. 385
Conſtantem non migrare a propoſito ob motum prauum. 407
Conſultare de rebus ſempiternis neminem. 135. 331
Conſultare nos de rebus, quae noſtri arbitrij ſunt, & quae agi poſſunt. 136
Conſultare de ſcientijs homines ſolent vario modo. pag. 137
Conſultare magis de artibus homines debent, quam de ſcientijs. 137
Conſultare non de finibus, ſed de ijs, quae ad finem perducunt. 138
Conſultare decere prius. 345
Conſultare ac quaerere diſtinguit. 346
Conſultum o. 135
Conſultatio non cadit in ſcientijs exquiſitis. 137
Conſultationum materia. 138
Conſultatio & omnis quaeſtio. 139
Conſultatio & electio in quo diſcrepent. 141
Conſultatio recta ſimilis prudentiae. 347
Conſultatio recta quae ſit. 347. 349
Conſultationem rectam non eſſe ſcientiam, nec bonam coniectationem. 347
Conſultatio recta non eſt opinio. 348
Conſultationem bonam non eſſe rectitudinem quandam. 348. 349. 350
Conſultationem bonam non manere ſine ratione. pag. 348
Conſultationem bonam quid corrumpat, 349. 350
Conſultationem bonam diuidit. 350
Conſultationis bonae definitio. 350. 351
Conſultator bonus. 340
Contemplatio reddit homines ſimiles Deo. 596
Contemplatio quaedam eſt beatitudo. 599
Contemplatio per ſe honore digna 599
Contemplationem habere miram voluptatem. 592
Contemplationi deditus quibus egeat. 599
Continens agit cum electione. 129
Continens & incontinens homo quare dicantur. 529
Continens non eſt temperans. 374. 412
Continens & conſtans non eſt idem. 375. 377
Continens non ſimpliciter. 376
Continens & incontinens in quibus verſentur. 377
Continens qui dicitur. 399
Continens aduerſatur incontinenti. 401
Continens quam ſimilitudinem habet cum homine durae ceruicis. 409
Continentem dici ex accidenti & per ſe. 408
Continentia non eſt virtus. 253. 370
Continentia. 367. 378
Continentia non omnis proba. 374
Continentiae materia. 385. 390
Continentia magis expetenda quam conſtantia. 401
Continentiam poſſe vocari virtutem. 410
Continentiam eſſe quiddam ſtudioſum. 410
Continentia atque incontinentia in quo conueniunt. pag. 413
Contractus ſponte geſti, qui. 269
Contractus geſti ab inuitis diuiduntur. 269
Contractuum duo genera. 268. 269
Contrarium prodeſſe. 438
Contrarium non appetere contrarium per ſe. 467
Controuerſiae de amicitia. 437
Controuerſiae in qua amicitia naſcuntur. 492
Contumeliam eſſe odioſam. 397
Contumeliam, qui dixit, magis extinguere oportere, quam incendium. 397
Contumelioſi qui ſolent eſſe. 397
Conuentus & ſacra priſca poſt fructus collectos. pag. 470
Coquus in concinnandis dapibus iuſta menſura contentus. 542
Coqui habent ſuas artes ad voluptates efficiendas. pag. 420
Corporis exercitationes nimias, & exiles corrumpere vires. 78
Corpus robuſtum cadere vehementius, quam infirmum. 362
Corpus inſtructum dentibus, ac pilis magis integrum. 480
Corydon Virgilianus. 496
Crantor. 54
Cratilus exiſtimabat non oportere loqui. 379
Creta a centum vrbibus ἑκατόμπολις dicta. 543
Cruor tenuior acriores ſenſus gignit. 227
Cumini ſector qui vulgo dicitur. 202
Cupiditas aduerſatur electioni. 129
Cupiditas eſt rei iucundae. 130. 185
Cupiditas naturalis. 180
Cupiditas vehemens eſt cum dolore. 182

Cupiditas

Cupiditas rei iucundae non poteſt expleri. 186
Cupiditas iuuenilis. 388
Cupiditas voluptatum turpior. 395
Cupiditas aduerſatur rationi. 383
Cupiditates communes. 179
Cupiditates, quae non ſunt naturales, ſed ab ingenio noſtro profectae. 179
Cupiditates vehementes rationem detrudere. 186
Cupiditates oportere eſſe moderatas. 186
Cupiditatum diuiſio. 179
Cupidum honoris non ſemper laudari. 229
Cura operis moralis, & regendae ciuitatis in quibus collocetur. 85
Curae, quas homines ſuſcipiunt in aliqua re efficienda videntur appellatae τέχναι. 31
Cyclopi oculus ab Vlyſſe effoſſus eſt. 363
Cyclopes in qua tellure viuerent. 608
Cyclopum more qui viuant. 608
Cyrus minor temeritate ſuam victoriam corrupit. pag. 106

D

Dantes poeta noſter grandis. 35
Dantem legiſſe hos libros de moribus. 53
Dantis magnus amator. 25
Deambulationes quae ſuperant modum corrumpunt vires. 78
Declaratio Euſtratij. 22
Declaratio verborum [illegible]. 35
Declaratio poteſtatum. 88
Definitio boni. 31
Definitio quid praeſtet. 36
Definitio beatitudinis. 47. 62
Definitio quaedam virtutum non omnino diſſentiens ab Ariſtotele. 81
Definitio virtutis plena, ac perfecta. 96
Definitio eius quod dicitur ſponte geſtum, & quod ab inuito. 116
Definitio electionis. 129. 142
Definitio, quae cuicunque arti conuenit. 328
Definitio motus. 145
Definitio voluptatis. 566
Dei actio. 598
Deianira Herculem nolens necauit. 125
Deliaci epigrammatis ſententiam refellit. 43
Deliberatio tollitur, ſi quid effici non poteſt. 140
Deliberare de quibus dicitur. 340
Deliciae amatorem accuſant. 496
Demadis vox. 363
Demea Terentianus. 182. 445
Demetrius Poliorcetes. 53
Democritus ſpreuit amplas fortunas. 596
Democritus commendauit ἀθαυμασίαν. 224
Demodoci vox in Mileſios. 406
Demoſthenes, quo nomine appellari potuis Dionyſodorus deberet, dixit. 156
Demoſthenes. 342
Deo cariſſimus qui. 602
Deos beatos. 597
Deprauationes multae in vita hominum. 581
Deſideria hominum varia. 551
Deum laudare. 60
Deus vna ac ſimplici voluptate laetatur. 432
Deus quos maxime diligat. 602
Dextera manus validior. 294
Dexteritas. 247
Dicaearchus quid de amicitia ſenſerit. 441
Dicam eſſe exiſtimationem iuſti. 289
Dictum ſalſum. 249
Difficile eſſe aliquando ſtatuere quale pro quali ſumendum. 119
Difficilius ſuſtinere tormenta, quam ſe abſtinere a rebus iucundis. 172
Dijs immortalibus par pro pari nemo vnquam redderet. 495
Dignitatem non eſſe eandem in omnibus rebus. 271
Diligentiam adhibere in rebus tractandis multum prodeſſe. 70
Diogenes. 245
Diogenis Laertij locus emendatus. 545
Diomedes cur ſe conſtantem praebuit in bellicis periculis. 364
Diomedes ſocium popoſcit. 454
Dionyſij vita miſera quare. 535
Dionyſius Lambinus vir doctiſſimus. 14. 120. 111. 125
Lectionem mutat. 195. 293
de varietate lectionis diſſerit. 198
lectionem damnat. 403
locum maculoſum oſtendit. 407
ſententia ipſius non probatur. 600
Dionyſius Siculus quid dixerit. 450
Diſciplina optima puerorum. 80
Diſciplinae ciuilis finis. 47
Diſciplinae moralis finis. 76
Diſcordia ac ſeditio in ciuitate vnde naſcatur. 510
Diſcrimen inter agere propter ignorationem & agere ignorantem. 124
Diſcrimen inter actiones & habitus. 155
Diſputari vtrum opinio, & electio idem ſint. 134
Diſputatio de virtutibus ac vitijs magnos fructus allatura eſt. 19
Diſputatio de principio non fuit aliena a fine ſuo. 37
Diſputationes non ſunt poſtulandae ſupra materiam rei. 77
Diſputationes de factis hominum habitae in vniuerſum ſunt inaniores. 99
Diſputationes quae parum valent ad aliquid probandum. 100
Diſſerere de electione eſſe accommodatum ad hanc diſciplinam. 128
Diſſimulatores glorioſis oppoſitos. 244
Diſſimulatores fugiunt inflationem. 244
Diſtantia loci non frangit amicitiam, ſed vſum tollit. 452
Diſtinctio factorum, quibus ſaepe propter ignorantiam ignoſci ab hominibus ſolet. 124
Diſtinguere oportere in re obſcura examinanda. 517
Diſtinguere eſſe paucorum. 555
Diuiſio partis animi in qua ratio ineſt. 32
Diuiſio bonorum. 37

Diuiſio partis animi, quae rationis expers eſt. 65
Diuiſio virtutum. 69
Diuiſio virtutum non probata ab aliquibus. 69
Diuiſio iucundi. 105
Diuiſio boni. 417
Diuiſio functionum. 582
Diuitiae ſunt e numero rerum, quibus vtimur & recte & praue. 189
Diuitiae, ac poteſtas quid mali pariant. 474
Diuitias mali non nihil aliquando creaſſe. 259
Diuitias conſequi, eſſe rem bonam, non quacunque ratione. 564
Docentis ratio ex quibus proficiſcitur. 327
Doctrina in omnibus idem non efficit. 605
Doctrinae de moribus principium quid ſit. 13
Documenta patris vires magnas habent. 609
Dolor. 414
Dolor aduerſatur voluptati. 426. 577
Dolor, qui aduerſatur voluptatibus, quibus adhibendus. 606
Dolor puſillus voluptati immodicae contrarius. pag. 427
Dolorem & voluptatem in vita nobis comitari. pag. 554
Dolorem homines vt malum fugiunt. 559
Dolorem eripere mentem hominibus. 184
Dolores per ſe expetendi, 557
Dolori quid oppoſitum. 557
Doloris magna vis. 80
Domeſticae diſciplinae finis. 3
Domus ſine ero cus. ſtatui ſimilis. 475
Domus ἀδέσποτος. 475
Domus prior, magiſque neceſſaria, quam ciuitas. pag. 484
Dona puerilia. 111
Dotis magnitudo quid efficiat. 474
Ducis exercitus finis. 3
Dulcia non pariter omnibus. 580
Durius eſſe, ſpretis proprijs vtilitatibus, in commoda aliorum incumbere. 263
Dux exercitus quando victoriam adipiſci non poteſt, quid gerat. 54
Dux exercitus qui eſt eligendus. 501

E

E*Brii duplici paena afficiebantur.* 148
Ebrios videri fortes. 170
Educationem rectam adipiſci ſine legibus, arduum. pag. 605
Educationem τροφὴν ſignificare. 608
Effectionis finis. 332
Efficere quid diſcrepet ab agere. 324
Electio quid ſit. 128. 129. 142. 323. 324. 325
Electio ſeparatur ab ijs, quae homines ſponte gerunt. 129
Electio cur laudatur 133
Electio ſumit, quod ſibi vtile cognouit. 150
Electionem magis declarare mores, quam actiones. pag. 128
Electionem non eſſe iracundiam. 130
Electionem non eſſe voluntatem. 130
Electionem eſſe de rebus, quae fieri poſſunt. 130
Electionem manere in rebus, quae noſtri arbitrij ſunt. 131
Electionem non eſſe opinionem, 132
Electionem non manere ſine deliberatione. 325
Electionem eſſe cum ratione, & deliberatione. pag. 134
Electioni aduerſari cupiditatem. 130
Electionis animantes expertes rationis, participes non ſunt. 129
Electionis materia. 325
Empedocles naturam rerum verſibus explanauit. pag. 438
Empirici medici. 611
Empiricos eſſe magis idoneos ad res gerendas. 340
Emptor in rebus venalibus quid cogitet. 500
Endymionem perpetuo dormiſſe aiunt. 598
Ennius. 548
Epaminondae vni cur pepercerint iniuſti illi viri. 7
Epaminondas. 332
Epaminondas filias quas dixit. 44
Epaminondas patriam cum principibus ciuitatis liberauit. 44
Solus poſtea vicit Lacones duobus proelijs. ibid.
Epaminondas tenui victu contentus. 595
Ephori Cumani ingenium. 551
Ephoros fuiſſe oppoſitos regibus quare. 438
Epicharmus excogitauit formas aeternas. 18
Epicharmi Siculi vox. 251. 508. 522
Epicurus diuiſit cupiditates corporis. 180
nomine fortitudinis a M. Cicerone ornatus. 150
a rep. attingenda diſſuadebat. 342
Epponina integerrima femina. 214
Erorum imperium in ſeruos tyrannicũ quare. 474
Errati ab ignoratione nati exemplum. 124
Erratum quod Graeci ἁμάρτημα dicunt, non eſt iniuſtum factum. 298
Erratum in arte. 333
Error multorum. 88. 525. 424
Eudoxi Cnidij ſententia de voluptate. 556. 557. 559.
rationibus ipſius quare credebatur. 556
mathematicus egregius. 556
Euenus poeta. 414
Euripides duos pudores diſſimiles inter ſe eſſe tradidit, 258
inſimulatus ab Ariſtotele. 301
Euripus qui dictus a Graecis. 359
Euſtratij declaratio. 24
accurata animaduerſio. 39
lapſio in declaranda ſententia verborum. 40
ſententia non probatur. 547
Eutrapeli, qui. 247
Ex accidenti, & per ſe, quid. 408
Excellentiae proprium. 463
Exempla atque res ſingulares magis accommodatas eſſe ad res vitae noſtrae declarandas, 100
Exempla factorum ab ignoratione. 125

Exem-

Exempla addita argumentis multum valent ad fidem faciendam. 396
Exempla ac ſimilia plurimum valere ad res declarandas. 473
Exempla ac ſimulachra rerump. capi poſſe in priuatis domibus. 473
Exercitatione ciues probos fieri. 74
Exercitationem in omni re multum valere. 537
Exercitationes nimiae & exiles corrumpunt vires. pag. 78
Exercitum Alexandri Macedonis, dictum eſſe ſimilem Cyclopi. 363
Exiſtimatio rerum ſingularium, cuius ſit. 114
Exitium rerump. 271
Extrema magnanimitatis. 214
Extrema manſuetudinis nomine carent. 232
Extremi de media ſede litigant. 103.230
Extremi magis oppoſiti ſunt ſibi ipſis, quam medio. 108
Extremi quidam ſimilitudinem quandam habere videntur cum medio. 109
Extremi non aduerſantur medio vno & eodem pacto. 109
Extremorum alterum opponi medio, cur. 100

F

C. FABRICIVS hominem ſibi inimicum conſulem fecit bello magno. 501
Fabrorum naualium finis. 3
Fabrum ſapientem dixit Homerus. 244
Facere dici multis modis. 306
Facere & agere diuerſum. 328
Facetum ſibi in dictis dicendis moderaturum. 249
Facinora immania vnde plerumque naſcuntur. 369
Facta, quae parit virtus, non ſolum iucunda, ſed bona & honeſta. 43
Facta quaedam quae ſtatim vitio affinia ſunt. 98
Facta hominum ſunt cuncta ſingularia. 99
Facta mixta quae dicantur. 117
Facta quae laudentur, & contra. 118
Facta quae nullo modo ſunt adminiſtranda, ſed mortem potius optandam. 119
Facta hominum a quibus ortum ducant. 128
Facta ab ira commotis, non exiſtimantur conſulto geſta. 299
Facta honeſtiora requiri maiorem apparatum. 596
Factum ob ignorantiam quomodo cognoſcitur. 126
Factum ſponte ac voluntarium. 296
Factum inuoluntarium ac non ſponte. 297
Factum inuoluntarium ad quae referret Theon. 297
Factum tranſire in non factum haud poſſe. 325
Factum honeſtum, diuturnum. 524
Famam non eſſe contemnendam. 425
Familiae philoſophorum vnde natae. 424
Fatui hominis proprium. 586
Felicem reddidit M. Cicero ἀτυχῆ. 10
Felicem Virgilius vocauit ὄλβιμον. 10
Felicitas & beatitudo non eſt idem. 45
Felicitas quando non debet amplius dici hoc nomine. 424
Femina, quae infantibus teneris veſcebatur. 391
Feminae diſſimilis fortunae. 580
Feminas non dici incontinentes. 392
Ferini habitus. 391
Feritas. 368
Ferus homo vbi praecipue inuenitur. 368
Feſtos dies a legũ ſcriptoribus quare inſtitutos. 479
Fides requiritur in munere prudentiae obeundo. 333
Filiae Epaminondae quae. 44
Filijs magna commoda matres optare. 509
Filio non licere abdicare patrem. 494
Filiorum amicitia ad parentes, tamquam ad bonum. pag. 482
Filiorum procreationem eſſe communem cum ceteris animantibus. 484
Filios diligere parentes, cum tempus acceſſerit. 481
Filios parentes diligere, vt ex illis ortos. 481
Filios eſſe copulam quandam matrimonij. 485
Filios parentibus cibum ſuppeditare debere. 504
Filius eſt perpetuus debitor patris. 494
Filius patri an omnia tribuere debet. 501
Filius aegrotus an debet parere parenti, ſine medico. 501
Finem, quem propter ſe expetimus, eſſe ſummum bonum, & optimum. 4
Fines artium ac ſcientiarum non eſſe pares. 2
Fines quidam ſunt muneris functiones, qui non perſpiciuntur. 2
Fines quidam ſunt opera, quae cernuntur, atque tanguntur. 2
Fines eſſe varios, & plures, vt ſunt artes diſpares. pag. 3.27
Fines, qui ſint magis expetendi. 3
Fines non nullos eligimus, vt auxilio nobis ſint ad alias res. 27
Fines amicorum quales fixi. 509
Finis operis. 109.602.603
Finis cadit ſub voluntatem. 145
Finis, ad quem ceteri referuntur, qui ſit. 5
Finis ex tempore ſtatuendus. 117
Finis ignoratio. 115
Finis datus eſt probis & improbis. 152
Finis viri fortis, qui. 160
Finis vltimus omnium, qui. 359
Forma virginis eximia quid praeſtet. 130
Formidoloſus metuit, ſi ſorex ſtrepitum edat. 393
Formidoloſus quomodo efficiatur. 75.79
Formidoloſus qui. 100
Formidoloſi plura genera. 159
Formoſi qui nullo pacto dicantur. 213
Fortem non verſari circa omnia mala. 155
Fortem cognoſci in contemnenda morte. 157
Fortem non omne genus mortis aequo animo pati. pag. 157
Fortem verſari in periculo pleniſſimo honoris. 157
Fortem ſine labe debere metuera malum, quod ſuperet naturam humanam. 159
Fortem impauidum ſe praebere debere dignitatis cauſa. 159.160

Fortem minus & magis mala metuere contingit. 159
Fortem contemnere mortem. 173
Fortem percipere voluptatem ex facto fortitudinis. 173
Fortem non libenter videre homines querulos. 548
Fortes & formidoloſi quomodo fiant. 75. 79
Fortes viri a rebuſp. honore decorati. 158
Fortes in mari a tempeſtate oppreſſi, quo crucientur. 158
Fortes qui vocari etiam poſſint. 158
Fortes in quibus exercent virtutem fortitudinis. pag. 158
Fortes acres quando, & quieti. 162
Fortes non eſſe, qui ſibi manus afferunt. 163
Fortes ubi inveniantur plurimi. 164
Fortes non appellari iratos. 168
Fortes non eſſe, qui bene de exitu aliquorum malorum ſperant. 169
Fortes videri qui ignorant mala, quae ſibi impendent. 171
Fortes ignorantes pericula, quibus ſimiles. 171
Fortes ſuſtinere res triſtes. 172
Fortioris viri proprium. 170
Fortis qui ſit. 80
Fortis, ſi conferatur cum timido audax, & contra. 108
Fortis qui proprie dicitur. 158
Fortis quando obibit proprium munus virtutis. pag. 160
Fortis quare vulnera & interitum patitur. 173
Fortitudinem aggreditur. 155
Fortitudinem eſſe mediocritatem circa metum, & audaciam. 100. 155. 162
Fortitudinem videri uſum, & periculum malorum ſaepe factum. 166
Fortitudinem videri maxime naturalem, quae ab ira oritur. 169
Fortitudinis facta non eſſe penitus vacua a dolore. 80
Fortitudinis non eſſe neque plus, neque minus. 99
Fortitudinis non verae ſpecies quinque. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 171
Fortitudinis civilis genera. 164. 165. ibid.
Fortitudinis & irae diſcrimen. 168
Fortitudinis finis videtur iucundus. 172
Fortitudo, quae ab ira oritur, quando efficitur vera fortitudo. 169
Fortitudo verſatur magis circa res formidoloſas. pag. 172
Fortunae caſus varij. 53
Fortunam non habere tantam vim, ut funditus evertat vitam beatam. 51
Fortunam ab hominibus accuſari. 195
Fortunam & artem eſſe copulatas magno amore. pag. 330
Fortunas mortalium variari. 51
Franciſcus Petrarcha Ioanni Boccacio quid dilargitus ſit. 599
Fratres cur ſe mutuo diligunt. 481
Fratres percipere eoſdem fructus, ac ſodales. 483
Fratribus, ac ſodalibus omnia communia. 468
Fratri non opitulari iniquitas eſt. 469
Functio omnium optima. 588. 598
Functio mentis maxime continua. 588
Functio, quae ſapientia geritur, iucundiſſima. 588
Functionem contemplandi amari per ſe. 590
Functiones honeſtae unde. 584
Functiones, quae per ſe expetendae. 583
Functiones quarundam facultatum eſſe praeſtantiores, quam opera. 2
Functiones ſpecie differre. 574. 578
Functionum diviſio. 583
Fur furem cognoſcit. 437

G

GALLIAE duo praeclara lumina. 14
Gaudere una cum multis arduum. 543
Generare quid notet. 329
Genus iure propinquus. 327
Geometres, & faber utuntur angulo recto, ſed alio conſilio. 35
Geometriam leviter attingendam Socrates cenſuit. 5
Geſta quae dici poſſunt ab invitis, ſiue a non volentibus, per ignorationem. 122
Glaucus & Diomedes in bello Troiano mutuo ſe munerati ſunt. 304
Gloriatio quae. 105
Glorioſi homines quo nomine vocarentur. 161. 244
Glorioſi hominis mediocritas. 240
Glorioſo contrarius, qui. 241. 245
Glorioſos non eundem finem habere. 244
Glorioſus qui. 105. 161. 240
Glorioſus fortis videri vult. 161
Glorioſus ſua ſine modo auget. 241
Glorioſus eſt ſimilis mendaci. 243
Gorgias Leontinus qua ratione multas divitias conſecutus eſt. 498
Graeci unde appellarunt fortitudinem. 155
Graecos ſolitos exercere adoleſcentes in curſura, luctatione, ac pugillatu. 94
Grammaticus legere, & ſcribere recte poteſt, & labi. 256
Gratiae proprium. 280
Gratiarum ſacellum in illuſtri loco aedificare ſolitos Graecos. 280
GREGORIUS XIII. Pont. Max. 556
Greſti, a Graecis in noſtrum patrium ſermonem tranſiiſſe. 202
Gubernatores navium tempori ſerviunt. 78

H

HABITUDO bona corporis a malis perſpicitur. 257
Habitudo bona corporis ſoliditas carnis. 257
Habitum contingere nihil moliri. 49
Habitum medium, cui nomen nullum impoſitum eſt, ſtudes aperire. 237
Habitum cum amicitia confert, & diſcrimen oſtendit.

dit. 237
Habitus laude dignos vocari virtutes. 69
Habitus diuerſos gigni a rationibus diuerſis. 75
Habitus animorum ex actionibus conſlari, definiri-que. 76.206
Habitus in nobis inſitos, quibus indicijs cognoſcamus. 80
Habitus malos fieri, quibus rationibus. 81
Habitus appellatos διαθέσεις. 102
Habitus qui ſe habet ad magnanimitatem, vt liberalitas ad magnificentiam. 102
Habitus, qui ſere nomine carent. 104
Habitus cunctos aduerſari ſibi ipſis. 107
Habitus ab actionibus differre. 155
Habitus ſingulos habere quaedam propria iucunda & honeſta. 144
Habitus animorum vitioſi, non tamen probro affines. 212
Habitus animi, qui eſt mediocritas quaedam in honore expetendo, nomine caret. 230
Habitus qui in conuictu cognoſcuntur. 236
Habitus animi vituperationi digni. 237
Habitus partium animi; rationem habentium, qui. pag. 322
Habitus animorum diuerſos. 328
Habitus intellectus, qui. 335
Habitus, quibus verum dicimus. 335
Habitus accommodati conſilijs capiendis, quot. 346
Habitus ἀγχίνοια dictus. 347
Habitus ſimiles inter ſe. 353
Habitus qui in idem tendunt. 353
Habitus, qui naturales videntur. 355
Habitus qui vere vocari virtus poſſit. 362
Habitus oppoſitus feritati. 367
Habitus ferini. 391
Habitus contrarius continentiae, qui raro in paucis reperitur. 410.411
Habituum, & actionum diſcrimen quod. 155
Halicarnaſſeus appellauit Lyſiam verbis tranſlatis. pag. 144
Hariolari. 364
Hebetudo. 351
Hector optat vt immortalis perpetuo ſit. 131
idem conſtans in periculis bellicis. 164
Heracliti vox. 84.580
Heraclitus quid exiſtimauerit. 379
Heroa ac diuinum hominem raro inueniri. 368
Herodotus Solonis ſententiam memoriae prodidit. pag. 49
Heſiodi ſententia. 13
eiuſdem praeceptum. 498
Hieronymus Mercurialis. 125
Hippocrates quidam geometricus. 9
Hippolytus quibus amicis ſe vſum dicat. 466
Hirundo vna non facit ver. 33
Homerus fortitudinis ſpeciem deſcribit. 164
mendici ingluuiem notat. 180
Iouem patrem appellat. 473
Homine alia multo diuiniora. 338
Hominem ſtudioſum eſſe, difficile eſt. 111
Hominem, qui ferat paupertatem, dici per ſimilitudinem fortem. 155
Hominem cum dixerit, quem intellexit. 290
Hominem eſſe partem animi, qua cogitat. 511
Hominem exiſtimari mentem, ac rationem. 529.530
Hominem propenſum in ſtomachum angi ob res ſecundas. 107
Hominem decere ſpectare animum. 593
Homines ob quae laudantur. 59
Homines grauiter peccare in laudibus Deorum, facientes illos ſimiles mortalibus. 60
Homines ob quae laudantur aut vituperantur. 89
Homines probos eſſe vno pacto, improbos multis modis. 96
Homines, qui in metuendo ſuperant modum, nomine carent. 100
Homines, qui affecti ſint erga honorem, aut ab ipſo vacui, quomodo vocentur. 103
Homines qui alieni ſunt a corporis voluptatibus nomen adepti non ſunt. 100
Homines, qui affecti ſunt erga honorem, aut ab ipſa vacui, quomodo vocentur. 103
Homines qui ſtudent nanciſci medium, quid efficere primum debent. 112
Homines non teneri iiſdem cupiditatibus. 112
Homines qui minime vituperentur. 114
Homines in ſuis rebus exiſtimandis, facile decipi. pag. 138
Homines in conſilijs capiendis de rebus magnis ſocios ſibi adhibere. 138
Homines de quibus conſultant. 138
Homines appetere iucundum, & vitare moleſtum. 145
Homines eſſe poſſe bonos & malos. 145
Homines quos increpare ſoleant. 150
Homines quod appetunt. 151
Homines quem finem ſibi proponunt. 153
Homines quae timent. 159
Homines ad iram natura propenſi ſunt. 165
Homines ad iniuriam vlciſcendam, quibus excitantur. 169
Homines qui vicerunt hoſtes & multos, non eſſe fortes. 169
Homines pertinaces in Lucullo notati. 16
Homines compotes virtutum, quomodo fiant. 73
Homines non percipere voluptatem ex factis omnium virtutum. 173
Homines quo gaudent. 175
Homines non nulli abhorrere a dapibus, quos alij ardenter appetunt. 180
Homines qui in cupiditatibus naturalibus labuntur, vno tantum modo peccare. 180
Homines in voluptatibus capiendis, quomodo peccent. 181
Homines diuitijs vtuntur bene & male. 189
Homines, qui benignitatem alicuius repudiant, offendere apud eum. 190
Homines aegrius ſuum effundere, quam alienum ſumere. 191
Homines qui liberaliores. 194
Homines opera ſua magnopere diligere. 194

Homines, qui ſint alieni a pecunia a ſe dimittenda, & quomodo vocentur. 202

Homines qui nullum lucri genus repudiant. 203

Homines magis peccare in illiberalitatẽ. 204

Homines paucos inueniri, qui in rebus ſecundis vtantur conſilio. 220

Homines qui non iraſcuntur, accepta aliqua iniuria, quomodo vocentur. 232

Homines qui promptam habent bilem, appellari ἀκροχόλοι. 233

Homines quales ſunt, talia efficere plerumque. 241

Homines quot modis detrimentum alicui important. pag. 298

Homines expertes omnis ſuauitatis. 443

Homines paucos inueniri, qui omnes numeros bonitatis habeant. 446

Homines triſtes non eſſe factos ad amicitiam. 453

Homines fieri Deos opinabantur. 368

Homines qui infamentur. 369

Homines multi gaudent aſſentatoribus. 463

Homines multi quare gaudent honorari a principibus viris. 463

Homines quoſdam capi poſſe duobus modis. 478

Homines a natura genitos, vt vtantur lege erga homines ſolum. 479

Homines canibus, & equis buſta fabricaſſe. 479

Homines quando abſolutiores. 480

Homines diligere Deos tamquam bonum. 482

Homines non ſolum diligere coniugia ob ſobolem. pag. 484

Homines in amicitia colenda vti more rerump. 493

Homines non eſſe ſolutos remouere a ſe adiumentum promptum. 494

Homines ſtudere ſuis vtilitatibus. 494

Homines fiunt probi crebra virtutum actione & accurata. 87

Homines eiuſdem generis. 505

Homines praui quas res ſumant. 513

Homines improbi propter formidinem ſe abſtinent a rebus malis gerendis. 513

Homines praui, quare ſedulo quaerunt, cum quibus dies terant. 513

Homines viuendo, atque agendo. 523

Homines ſimulare illos, qui ſemet ipſos maxime diligerent. 525

Homines improbos ſuas vtilitates ſectari. 525. 526

Homines in exiſtimando improbo facto magis ignoſcere naturalibus appetitionibus. 396

Homines ad atram bilem procliues labi in incontinentia praecipiti. 404

Homines durae ceruicis. 408. 409

Homines non gaudere iiſdem rebus. 418

Homines cur corporis voluptatibus ſe potius dent. pag. 429

Homines cur tam inconſtantes. 431

Homines priuatos magis operam dare honeſtis rebus. 600

Homines quos odio proſequuntur. 607

Homines incenſos eſſe deſiderio finis. 342

Hominis opus. 31

Hominis officium eſſe actionem animi cum ratione. pag. 32

Hominibus non nullis eadem ſtudia dolorem inurere, aliis voluptatem afferrẽ. 580

Hominum naturam non eſſe ſimplicem. 501

Hominum genus peſſimum, qui ſibi manus adſerunt. 513

Hominum magna pars neceſſitati potius paret quam rationi. 606

Hominum quidam mali a primo ortu, quidam a conſuetudinẽ. 429

Hominum deſideria varia. 551

Hominum ſaeuitia. 391

Hominum ſtultorum genus duplex. 393

Homo ad quod natura factus. 28. 31. 484. ibid. 535.

Homo qui in iucunditate ſuperat modum, quomodo vocetur. 106

Homo prauus ignorat, quae facere oportet, & a quibus ſe abſtinere debet. 123

Homo videtur principium actionum. 141. 146

Homo qui non poſſit appellari. 182

Homo praui animi. 214

Homo factus ad veritatem tuendam, qui. 241

Homo qui dicta dicat, qualis eſſe debit. 248

Homo agreſtis. 250

Homo quomodo iniuſtus princeps fiat. 290

Homo omnis ſibi maxima bona vult. 462

Homo pauper ad locupletis amicitiam ſe adplicat. pag. 466

Homo politus ſtudet reſpondere in benignitate amico. 487

Homo probus non ſolum optat, ſed ſedulo quaerit bona. 510

Homo quidem vocatus. 386

Homo prauus maiora mala efficit, quam belua. 399

Homo durae ceruicis magis ſimilis incontinenti quam continenti. 409

Homo qui minus, quam decet, laetatur corporis voluptatibus 410

Homo antecellit ceteris animantibus. 338

Homo malus qui. 427

Homo qui multos reddere viles reip. velit, quid efficere debet. 618

Honeſtas in beneficio reddendo, quid nos facere iubet. 451

Honeſti viri aliquando deſpiciuntur. 15

cur videntur honores expeterẽ. ibid.

a quibus praecipue ſtudent honorari. ibid.

Honor in quorum manu poſitus eſt. 15

Honor aliquibus habitus, quid boni pariat. 147

Honor cui habendus. 219

Honor merces laborum. 298

Honor eſt commune bonum. 493

Honor qui parentibus habendus ſit. 504

Honore quid maius. 16

Honorem eſſe maximum bonorum externorum. 215

Honorem ex accidenti, non per ſe multitudinem expeterẽ. 463. 464

Honorem qui per ſe expetunt. 463

Honorem

Honorem tribui parentibus. 476
Honorem variari, vt aetas eſt diuerſa. 504
Honorem proprium cognatis, ac tribulibus conferendum eſſe. 605
Honores homines improbi aliquando adipiſcuntur. pag. 15
Honores habiti a rebuſp. viris, qui in proelio interfecti ſunt, quid declarent. 158
Honores publicos atque imperia vbi non ex virtute dantur: 474
Honoris cupidum aliquando laudari, aliquando contra. 229
Honoris cupidos praecipue aſſentatoribus gaudere. pag. 462
Hoſpites inuitos non eſſe retinendos. 541
Humani ingenij magis peculiare. 235
Humanae naturae non homini ſe tribuiſſe pecuniam Ariſtoteles dixit. 478
Humanum bonum quid erit. 33
Hyſtaſpes quid in Aglaitadam dixit. 250

I

IACOBVS Saluiatius vir Illuſtriſſimus domi ſuae multas declarationes habet in Iliada Homeri, veterum doctiſſimorum virorum. 227
Iaſonis Theſſali vox. 350
Ideae munus proprium. 69
Ideas amauit Plato. 68
Ideas non ſolere fingi in rebus, in quibus exiſtat prius & poſterius. 19
Ideas rem commenticiam eſſe. 20
Ideas frangere pergit. 23
Idiotas aliquando vocari priuatos homines, aliquando rudes. 166
Ignominia affici, qui ſemet ipſum obtruncat. 314
Igniculos virtutum, quos Cicero intellexit. 355
Ignorantem agere, & propter ignorationem differunt. 623
Ignoratio rerum vniuerſarum non purgat homines a crimine. 125
Ignoratio alicuius facti quando punitur. 648
Ignoratio finis. 125
Ignorationem ſponte ſuſceptam efficere homines prauos. 623
Ignorationis plura genera extare. 373
Ignoſci ſolet ijs, qui lapſi ſint in quapiam rerum ſingularium. 123
Ignoſci quibus debeat. 402
Illiberales qui vocantur. 188
Illiberalitas quae. 101. 188. 197
Illiberalitas in dando deficit. 197
Illiberalitas maius malum, quam prodigalitas. 204
Illiberalitatem non poſſe ſanari. 201
Illiberalitatem augeri ſenectute. 201
Illiberalitatis multae viae. 201
Illiberalium hominum plura genera, ac nomina. pag. 202. 203
Immanitas. 367
Immanitatem non conſtare in ſaeuitia exercenda, pag. 369
Immanitatis exempla qui collegit. 369
Impenſas variari variatis moribus. 204
Imperatoris finis. 324
Imperiti honeſtarum artium admirantur eruditos, & beatos putant. 61
Imperium parentis apud Perſas tyrannicum. 474
Imperium erorum in ſeruos tyrannicum. 474
Imperium viri & vxoris eſſe imaginem ſtatus optimatum. 474
Imperium patris in filios natura eſſe. 476
Imperium patris quam ſit iuſtum, vox Laconis declarauit. 476
Imperium patris non habet vim cogendi, vt lex. pag. 607
Improbi homines aliquando honores adipiſcuntur. pag. 15
Improbi ſibi ipſis diſſimiles. 466
Improborum amicitia nihil firmitatis habet. 466
Improbos pro optimis in dominatu paucorum imperare. 472
Improbum quo ſupplicio caſtigatum iri. 606
In bello multas res eſſe, quae prae ſe ferunt maxima pericula. 166
In incontinenti conſeruari, quod optimum eſt. 407
Inaequale, & plus, non idem. 266
Inconſtantes homines cur tantopere ſint. 431
Incontinens quaerit ſecum, quomodo poſſit expugnare pudicitiam caſtae mulieris.
Incontinens quomodo eſſe poſſit, qui cognitam habet turpitudinem vitiorum, ac ſplendorem virtutis. 372
Incontinens non ſimpliciter. 376
Incontinens & continens in quibus verſentur. 377
Incontinens & intemperans quomodo diſcrepent. 378. 404. 405. 406. 349
Incontinens qua ratione ſit ſciens. 383
Incontinens quomodo dicitur ſcire ſimul, & ignorare. 384
Incontinens non agit contra id quod ſentit eſſe rectum. 384
Incontinens vtrum quis ſimpliciter ſit. 384. 385
Incontinens irae ob ſimilitudinem. 390. 393
Incontinens qui dicitur. 399. 402
Incontinens corporis voluptates ſectatur praeter rectam rationem non perſuaſus. 406
Incontinens melior intemperante. 407
Incontinentem agere incenſum cupiditate. 129
Incontinentem ſibi ipſi nocere. 303
Incontinentem vinci a voluptatibus. 373
Incontinentem habere exiſtimationem imbecillam. pag. 373
Incontinentem eſſe maiorem partem hominũ, quam continentem. 399
Incontinentem ſimilem eſſe ijs, qui celeriter ebrij fiunt. 405
Incontinentem ſimilem eſſe ciuitati, quae cuncta quidem ſciſcit, quae opus eſt, & leges habet vtiles, non vtitur autem ipſis. 413
Incontinenter ſe gerere quomodo contingat. 382

Incontinentes vtrum quod improbe faciunt, ſciant ſcientes, & quomodo ſcientes. 377.412
Incontinentes qui proprie ſint, docere vult. 385
Incontinentes an in omnibus dicerentur. 386
Incontinentes diuerſos eſſe. 386
Incontinentes, atque intemperantes in quo diſcrepent. 387.394
Incontinentes qui meliores. 405
Incontinentes qui non appellantur. 410
Incontinentes qui facilius curantur. 414
Incontinenti qui aduerſatur. 407
Incontinenti magis ſimilem eſſe hominem durae ceruicis, quam continenti. 409
Incontinentia. 367. 370
Incontinentia omnis mala. 375
Incontinentia, quae minore negotio ſanatur. 414
Incontinentia non eſt vitium. 406
Incontinentiae materia. 385.390
Incontinentiae duo genera. 395.403.405.406
Incontinentiam nullo pacto extare Socrates dicebat. 372
Incontinentiam non nullorum eſſe feritatem. 394
Incontinentiam irae minus turpem, quam cupiditatum. 395
Incontinentiam voluptatum magis vituperandam. pag. 395.397
Incontinentiam ſimilem morbo comitiali. 405
Indignatio eſt mediocritas inter inuidiam, & maleuolentiam. 106
Indoles inſtructa ad virtutem quando efficiatur. 605
Inductionem a ſyllogiſmo diſcrepare. 327
Inductionem eſſe principium ſcientiae. 327
Inedia & quies conducunt eis, qui in febrim inciderint. 610
Infamiam non metuere eſt graue. 155
Infamiam qui metuit, appellatur moderatus vir, ac verecundus. 155
Infantes ſtatim editos ſentire moleſtiam, & iucunditatem. 83
Inflati, mores, captantes vndique honorem. 228
Inflatus qui ſibi honores magnos aſciſcit, quibus indignus. 214
Inflatus homo, quis. 226
Infortunium duum generum. 298
Inimicitias cum legibus nulli gerunt. 607
Iniuria ſemet ipſum an aliquis afficiat. 305.313
Iniuria publica quae putanda. 314
Iniuriam accipere quid ſit. 288.301
Iniuriam facere, quid ſit. 288.301
Iniuriam an aliquis ſponte accipiat. 301
Iniuriam nullus accipit ſponte ſua. 304
Iniuriam volens nullus ab alio accipit. 304
Iniuriam quis accipiat in diuiſione bonorum, vtrum qui plus tribuit alij, an qui plus ſumit ſibi. 305
Iniuriam facere in quo exiſtit. 306
Iniuriam ſponte facere quis dicitur. 314
Iniuriam ſibi nullum facere in proprio genere iniuſtitiae argumentis probat. 314.315
Iniuriam facere, vt quis dicatur, quid requiritur. pag. 314.315
Iniuriam accipere, & facere ambo mala. 316
Iniuriam facere eſſe deterius, quam accipere. 316
Iniuriam accipere per ſe minus malum. 316
Iniuſta facta referri ad certum vitium. 265
Iniuſta facta diuidit, & quibus ignoſci, & quibus non ignoſci homines ſolent. 301
Iniuſta gerere, & iniuriam facere, non eſſe idem. pag. 303
Iniuſtam rem facere non continere in ſe mediocritatem. 99
Iniuſte qui faciat. 264
Iniuſte facere, & iuſte ex accidenti. 297
Iniuſte facere quis dicitur, aut non. 306
Iniuſtitia particularis quo nomine appelletur. 265
Iniuſtitia qualis habitus. 287
Iniuſtitiam eſſe totum vitium. 263
Iniuſtitiam ſingularem aggreditur. 263
Iniuſtitiam eſſe vſum totius vitij ad alium incommodandum. 267
Iniuſtitiam & iniuriam facere non eſſe idem. 290
Iniuſtitiam non habere locum erga ſemet ipſum. 292
Iniuſtum nolle eſſe, qui ſit iniuſtus, eſt a ratione alienum. 149
Iniuſtum & iuſtum quid. 266
Iniuſtum factum a proportione alienum. 273
Iniuſtum quo pacto a iudice adaequetur. 275
Iniuſtum factum, & iniuſtum morem diſtinguit, & nomina ipſorum ponit. 295
Iniuſtum factum, quale ſit, quando perſpicitur. 296
Iniuſtum factum. 299
Iniuſtum fieri ac iuſtum, facile eſſe, confutat. 307
Iniuſtus qui. 249
Iniuſtus quot modis dicitur. 258
Iniuſtus circa quae bona verſetur. 259
Iniuſtus inaequalis ſibi ipſi. 259
Iniuſtus aduerſatur legibus. 260
Iniuſtus in partitione bonorum quomodo ſe gerat. pag. 287
Iniuſtus quando aliquis ſit. 288
Iniuſtus quis merito vocetur. 306
Inſaniens dici poteſt, qui nihil metuit. 160
Inſidias eſſe deteriores, quã apertae culpae ſint. 396
Inſtitutio optima puerorum. 80
Inſtitutionem liberorum eſſe communem, optimam fore. 608
Inſtitutionem vitae non neglexiſſe Lacedaemonios. pag. 608
Intellectus geminus 354. materies amborum. 355
Intemperans fieri nemo amat. 183
Intemperans qui verius vocaretur. 388
Intemperans qui. 400.407
Intemperans quare inſanabilis. 400
Intemperans peior incontinente. 401.407
Intemperans ſectatur voluptates corporis perſuaſus. 406
Intemperantem dolere abſentia rerum iucundarum. pag. 181
Intemperãtem ardere deſiderio rerum iucundarum. pag. 181
Intemperantem dolere quando non obtinet, quod cupit.

cupit. 182
Intemperantes non vocari, qui garruli ſunt. 175
Intemperantes non vocari, qui ſenſu oculorum delectantur. 175
Intemperantes non eſſe, qui oblectantur cantilenis. pag. 175
Intemperantes non dici, qui odoribus delectantur, niſi ex accidenti. 176
Intemperantes quare gaudent odoribus obſoniorum & vnguentorum: 176
Intemperantia quae dicatur. 100
Intemperantia quo nomine a Graecis vocaretur. 185
Intemperantiam magis vituperari, quam timiditatem. 184
Intemperantiam ſimilem videri aquae inter cutim & tabi. 404
Intemperantiam nomine vitij appellat. 405
Intemperantium eſſe, gaudere odore dapum, quamuis non eſuriant. 176
Interitus noſter vnde exiſtat. 431
Interpres peccauit, 8.84.112.431
Inuentor alicuius artis laudatur, etſi non perfecit ipſam. 34
Inuerecundia res turpis. 253
Inuerecundum appellari a quibuſdam fortem. 156
Inuerecundus qui. 106
Inuerecundus dicitur, qui infamiam non metuit. 155
Inuidus qui. 107
Inuiti quae facimus, neceſſitate nobis impoſita, cum dolore, triſteſque facimus. 127
Inuitum aliquem feciſſe duobus modis ſe excuſare poteſt. 116
Inuitus non debet dici facere, qui ignorat id quod prodeſt. 123
Inuoluntarium factum ac non ſponte. 297
Ioannes Acutus a rep. Florentina imagine honeſtatus. 158
Ioanni Boccacio quid largitus ſit Franciſcus Petrarcha. 599
Iocandi nimis cupidos, ſcurras, & importunos vocari. 246
Iocandi genus quoddam odioſum probibere debuiſſent nomothetae. 249
Ioci relaxant animum. 586
Iocis lepide vtentes Eutrapeli appellantur. 247
Iocos continere in ſe nimium, ac parum. 245
Iocos accommodatos eſſe vitae, vel potius neceſſarios. 246
Iocos declinantes quomodo vocentur. 246
Iocos ac luſiones non eſſe alienos a viro probo. 247
Iocos eruditi viri diſcrepare a luſione hominis imperiti, & idiotae. 248
Iocos non efficere vitam beatam. 586
Iocoſus qui. 105.403
Iocoſus homo eſſe debet ſibi norma. 249
Ioui non omnes hoſtias imolari. 504
Iphicrates ignobilitatem non verbis, ſed factis deleuit. 44
Iracundia quae vocetur. 104
Iracundiam eſſe magis naturalem, quam ſint cupiditates rerum, quae oblectant: 396
Iracundorum genera tria. 233.234
Iracundos celeriter iraſci, & celeriter motum illum ſedare. 233
Iracundos quandoque laudari, & aliquando accuſari. 235
Iracundos eſſe ſimiles famulis celeribus, & canibus. 395
Iracundum vituperatione dignum non poſſe verbis aſſignari. 235
Iracundum non eſſe inſidioſum. 397
Iracundus, qui. 104
Irae genus odioſum. 234
Irae terminos figi non poſſe. 235
Irae & amori vix reſiſti. 299
Iram ſua vi paulatim conteri in animo amarorum, eſt arduum. 234
Irati ſubeunt pericula, vt beluae. 168
Irati ſunt pugnaces. 169
Ironia quando vti debet magnanimus. 224
Ironia moderate vtentes videntur lepidi homines. pag. 245
Iucunda hominibus quae ſunt. 41
Iucunda natura quae. 431
Iucunda ex accidenti. 431
Iucundi diuiſio. 105
Iucunditatis pars vna 105. altera. 106
Iucundum eſſe amabile. 439
Iucunda res nulla exiſtit, quae nos ſemper delectet, quare. 431
Iudex eſſe debet quaſi iuſtum animale. 276
Iudicem eſſe medium quendam. 276
Iudices animaduertere in eos, qui ignorant, quae leges iubent. 148
Iudices, quos Graeci μισιδίυς dicunt, quomodo a noſtris appellantur. 276
Iudicio de quibus litibus non fiant apud quaſdam gentes. 488
Iunior aſſurgere debet ſeni aduenienti. 504
Iuris duo genera. 488
Ius legitimum aliud, ac naturale. 306
Iuſta actio circa quae verſetur. 286
Iuſta ſingula quomodo ſe habeant. 294
Iuſta in quibus manent. 309
Iuſta non eſſe eadem erga omnes exemplis confirmat. 468.485
Iuſta quando creſcere dicantur. 469
Iuſte gerere, & iniuſte, quando quis dicitur. 295. 296.
Iuſte gerere, voluntarium eſſe. 302
Iuſti & iniuſti quomodo fiant. 75
Iuſti ac temperantes quando dicantur. 87
Iuſti genus talio, a quibus iuſtitiae generibus diſſentit, & in quibus locum habet. 280
Iuſti ciuilis duo genera. 292
Iuſti qui non dium ſint. 360
Iuſtitia mediocritas quaedam. 256
Iuſtitia & iniuſtitia quales habitus ſint, indicio multitudinis. 256
Iuſtitia, quare perfecta virtus. 261

Iuſtitia & virtus qua in re differant. 263
Iuſtitia vbi maneat. 477
Iuſtitia vbi exilis eſt, puſillam amicitiam eſſe. pag. 477. 479
Iuſtitia cum quibus non maneat. 478
Iuſtitiae primum genus quale. 260
Iuſtitiae auream faciem, & aureum oculum. 262
Iuſtitiae particularis vna ſpecies in diſtributione verſatur. 268
eiuſdem altera ſpecies in corrigendis contractibus, quam bifariam diuidit. 268. 274
Iuſtitiam cur non appellauerit in virtutibus. 107
Iuſtitiam & iniuſtitiam conſiderat. 255
Iuſtitiam eſſe habitum, vi cuius homines parati ſunt ad factum iuſtum adminiſtrandum. 256
Iuſtitiam & iniuſtitiam videri dici multis modis. pag. 258
Iuſtitiam eſſe omnium virtutum praeſtantiſſimam. pag. 261
Iuſtitiam ſplendore ſuo vincere fulgorem Luciferi. pag. 261
Iuſtitiam continere cunctas virtutes. 261
Iuſtitiam bonum alienum putari, quare. 262
Iuſtitiam non eſſe partem virtutis, ſed tota virtus. pag. 263
Iuſtitiam ſingularem aggreditur. 263
Iuſtitiam particularem, & iniuſtitiam eſſe, argumentis probat. 264. 265
Iuſtitiam eſſe vſum totius virtutis ad alium iuuandum. 267
Iuſtitiam diſcrepare ab alijs mediocritatibus. 287
Iuſtitiam ab iniuſtitia habitu contrario diſtinguit. pag. 287
Iuſtitiam eſſe bonum alienum. 291
Iuſtitias plures eſſe. 266
Iuſtum non ſolum iuſta facere, ſed etiam gaudere illo iuſto facto. 42
Iuſtum virum optimum eſſe a contrario argumentatur. 263
Iuſtum factum eſſe medium, & aequale. 270. 272
Iuſtum factum in quattuor minimum manere. 270
Iuſtum factum in diſtributione quid attendat. 271
Iuſtum proportione conſtare. 271. 273
Iuſtum in diſtributione manens, eſt diuerſum ab eo, quod eſt in contractibus emendandis. 274. 275
Iuſtum quod in contractibus adhibetur, cuiuſmodi ſit. 275
Iuſtum ex iniuſto quomodo redditur. 277
Iuſtum ab etymologia conſtituit. 277
Iuſtum atque iniuſtum lineis oſtendit. 278
Iuſtum ciuile quid ſit, & in quibus. 289
in quos magis cadat. 292
Iuſtum quoddam per ſimilitudinem dictum. 289
Iuſtum erile & paternum non eſſe idem ac ciuile, neque recipit in ſe iniuſtitiam. 291
Iuſtum quod conuentu conſtat, eſt ſimile menſuris. pag. 294
Iuſtus qui ſit. 258
Iuſtus ſeruat leges. 260
Iuſtus quando plus boni ſibi ſimpliciter tribuit. 291
Iuuare ingentem numerum mortalium pulchrius eſſe ac diuinius, quam vnum aliquem. 6

L

LABORES quo conſilio ſuſcipiuntur. 590
Lacedaemonij laudantes quempiam, quibus verbis vtuntur. 369
Lacedaemonios in qua re magnam laudem adeptos eſſe. 608
Lacedaemonios amaſſe tenuem victum. 08
Laconis cuiuſdam reſponſum, qui cuſtodiae pueri erat praepoſitus. 80
Laconum legati victi a Thebanis ad Athenienſes. pag. 221
Lamprocles filius a Socrate accuſatus. 483
Latini vnde appellarunt fortitudinem. 155
Latinos interpretes accepiſſe locum aliter. 149
Latio, motus. 568
Latis conditionibus a Graecis [illegible]. 488
Laudari aliquando cupidum honoris, aliquando contra. 103
Laudari aliquando in factis mixtis, qui perpeſſus fuerit rem turpem, aut moleſtam, vt praeſtet aliquam rem praeclaram. 118
Laudatio cuius propria. 61
Laudem non tribui praeſtantiſſimis naturis. 61
Laudem eſſe proprium ornatum virtutis. 61
Laudes ob quae tribuuntur hominibus. 59
Laus quomodo comparetur. 361
Lectio conſeruata. 100. 357
varia. 130. 150. 198. 274. 354 418. 456. 468. 469. 472. 565. 586
gemina apud Graecum interpretem. 445
accommodata. 449
ſuſpecta. 560
antiqua. 573
Lectionis puſilla varietas magnam adfert obſcuritatem. 346
Legati ad Apollinem Pythium appellabantur θεωροί. 205
Leges animaduertunt in improbos, vt medici medentur aegrotis. 81
Leges ſcribere qui valeat. 614
Leges de omnibus praecipere, propoſito ſibi bono cuiuſcunque ſtatus. 260
Leges quid praeſtent. 609
Leges magnas vires in ciuitate habent. 609
Legibus ſtabilire educationem oportet. 605. 606. 607
Legibus ferendis idoneus fieri debet, qui multos erudire vult. 611
Legitimum iuſtum; quid. 292
Legum ferendarum facultas quomodo paretur. 612
Legumlatores quid in animo habuerint, cum leges ſcripſerunt. 63 74
Legumlatores, & qui habent poteſtatem in rep. quos paena afficiunt, & quos honorent. 147
Legumlatores vetant maledicta in alium iacere. pag. 249

Legum-

Legumlatores magis ſtudent, amicitiam inſerere, quam iuſtitiam in ſuas reſpub, 436
Lenitudo quae. 104
Leo non laetatur mugitu bouis, & aſpectu cerui, ſed eſu. 177
Lesbia ratio aedificandi. 312
Lex recta hortatur ad honeſta facta, & a prauis abſterret. 262
Lex reſpicit damnum importatum. 275
Lex vbi requiratur. 289
Lex quare emendatione eget. 311
Lex, quod non iubet, vetat, quomodo interpretes accipiendum dixerunt. 313
Lex vacua ab inimicitijs. 607
Lex habet vim cogendi. 607
Liberalem non eſſe, qui non gaudet factis liberalitatis. 42
Liberalem magis verſari in danda pecunia. 187
Liberalem non dici, qui dat ob aliam cauſam, quam ob honeſtatem. 192
Liberalem non aeſtimare pecuniam per ſe. 194
Liberalem non temere daturum. 195
Liberalem maiorem moleſtiam ſentire, ſi amiſerit occaſionem bene vtendi pecuniam, quam ſi ſumptus fecerit parum debitos. 197
Liberales qui dicantur, 191
Liberales non dici, qui non ſumunt. 191
Liberales maxime amari. 191
Liberales curant ſua vectigalia, vt illis ſuppeditent alijs. 193
Liberales paucos diuites eſſe, 194
Liberaliores qui ſint. 194
Liberalis optime vtitur diuitijs. 189
Liberalis magis eſſe, quibus decet dare, quam accepere vnde oportet, 190
Liberalis animum ſpectari debere in dando. 192
Liberalis non eſt, qui cum dolore dat. 192
Liberalis partes in accipiendo. 193
Liberalis mores in dando qui. 193
Liberalis non aeſtimatur e copia bonorum, quae praebet. 194
Liberalis recta officia, 196
Liberalis in quaerenda pecunia, quomodo ſe geret. pag. 196
Liberalis dolorem ſentit, ſi male pecuniam collocauerit. 196
Liberalis quod bonum obtinet. 487
Liberalitas eſt mediocritas in accipienda, & danda pecunia. 187
Liberalitas quae merito vocetur, & quid in ea requiratur. 191
Liberalitatem differre a magnificentia. 102
Liberalitatis materia. 287.195
Liberi Aeſculapij medici, 603
Liberos nimium amantes reprehenduntur. 389
Liberorum inſtitutionem communem eſſe, optimum fore. 608
Libertas loquendi erga quos. 505
Libidinem praecipue augeſcere in animo dementis hominis. 386
Libri ἐξωτερικοὶ dicti. 64
Ligna tortuoſa quomodo dirigantur. 113
Litigioſi non curant laedere voluntatem ſodalium. pag. 236
Loca non nulla extare, in quibus de rebus ſponte adminiſtratis, iudicia minime fiunt. 500
Loci multi apud interpretes Ariſtotelis corrupti, vitio vnius litterae. 22
Loci duo emendati in 2. libro de moribus ad Eudemum. 98
Loci difficilis ſenſus. 547
Loci obſcuri declaratio. 346
Loci emendati in libris de moribus ad Eudemum. 49. 170.373.520.
Locupletes gerunt rem honeſtam opitulantes miſeris. 546
Locus qui multum negotij exhibuit interpretibus. 29
Locus μονῴδικος a Graecis dictus in fabulis, qui. 26
Locus apud Euſtratium corruptus emendatur. 44
Locus Alexandri reſtitutus in 4. lib. quaeſtionum, pag. 91
Locus aliter ab alijs acceptus. 133.160.458.459
Locus ſuſpectus doctis viris. 265
Locus emendatus, 464.498
Locus declaratus. 497
Locus Diogenis Laertij reſtitutus. 548
Locus culpa impreſſorum maculoſus reſtitutus. 407
Longitudinem vitae requiri in beatitudine. 592
Lucretius quos appellauerit leues, & graues. 10
Lucri & damni nomina, vnde profecta. 279
Lucrum quod Graeci dicunt κέρδος, cur nominauerit in iniuria adaequata. 275
Lucrum quid ſignificet. 276
Luculli miles. 173
Ludere aliquando ſine labe poſſe. 586
Ludouicus Caſtaneus Rupipozaeus, legatus ſui Regis ad Gregorium XIII. Pont. Max. 227
Luſio eſt ſimilis requieti. 586
Luſionem finem noſtrum putare, eſſe abſurdum. pag. 585
Luſiones propter ſe expeti. 583
Luſiones qui potiſſimum ſectantur. 584
Luſiones non facere ad vitam beatam. 584
Lupus lupum cognoſcit. 437
Lycurgi exemplum. 76
Lycurgus Laco clarus & illuſtris. 151
Lycurgus ſcripſit leges Lacedaemonijs. 608
Lyſander Laco a qua voluptate victus. 523
Lyſias quibus verbis tranſlatis vocatus ſit ab Halicarnaſſeo, 144

M

MAGISTRATVM *virum demonſtratu-rum.* 262
Magiſtratus paena afficiunt, quos cognorint, cauſam fuiſſe ignorationis. 148
Magiſtros alicuius artis in illa tradenda medium ſectari, 93
Magnanimi viri peculiare. 216

Magnanimi quare putantur contumaciores. 219
Magnanimi conſuetudo in ſermonibus. 225
Magnanimi ingenium ac natura. 225
Magnanimi motus, vox, & locutio, qualis. 226
Magnanimitatem eſſe mediocritatem circa honorem & contemptum illius. 102
Magnanimitatem verſari in rebus magnis. 213. 215
Magnanimitatem eſſe ornatum virtutum. 217
Magnanimitati vtrum duorum vitiorum magis aduerſetur. 228
Magnanimitatis extrema. 214
Magnanimitatis vitia contraria, quomodo vocentur. 226
Magnanimum verſari circa honores, & ignominias. 215. 217
Magnanimum confert cum extremis. 216
Magnanimum oportere virum bonum eſſe. 216
Magnanimum habere in ſe, quod amplum eſt in qualibet virtute. 217
Magnanimum obiecto metu, fugere non debere demiſſis manibus. 217
Magnanimum eſſe, arduum eſt, ſine cumulo virtutum. 217
Magnanimum verſari etiam circa diuitias, & alia. pag. 219
Magnanimum in rebus bonis non exultare gaudio, nec in malis vehementer dolere. 219
Magnanimum in compenſandis beneficijs, maiora tribuere. 221
Magnanimum libenter meminiſſe eorum, quos iuuerit. 221
Magnanimum iniquo animo pati commemorationem beneficiorum. 221
Magnanimum rogare neminem. 222
Magnanimum debere eſſe apertum. 223
Magnanimum non poſſe viuere alieno arbitratu. pag. 224
Magnanimum non admirari. 224
Magnanimum praeterita mala non recordari. 224
Magnanimus qui ſit. 213
Magnanimus qua ratione ſummus, & qua medius. pag. 215
Magnanimus non temere magna ſibi arrogat. 215
Magnanimus quomodo ſe gerat in omni genere honoris, & circa maculas. 218
Magnanimus quomodo ſe gerat in fortitudine. 220
Magnanimus erubeſcit, cum ab alio beneficium accipit. 220
Magnanimus factus ad beneficia danda. 220
Magnanimus quomodo ſe gerat erga honorem. 221
Magnanimus quando vti debet ironia. 224
Magnificentia verſatur circa pecunia, & quorum mediocritas ſit. 102. 204
Magnificentia differt à liberalitate. 102. 204
Magnificentia virtus quaedam videtur. 204
Magnificentia ſuperat liberalitatem. 204
Magnificentiae extrema quomodo appellentur, & quae. 205. 211. 212
Magnificentiam verſari in ſumptibus maximis. 209
Magnificentiam quae adumbrent. 209
Magnifici viri ſumptus qui eſſe debent. 207. 208
Magnifici viri ſumptus, qui non probantur. 208
Magnifici viri ſumptus ad publicam dignitatem referri debent. 210
Magnificum omnem eſſe liberalem. 205
Magnificus quid ſeruare debet. 205
Magnificus qui non poſſit dici. 209
Magnificus verus quos habere debet, & quae. 206. 207.
Magnificus eſſe non poteſt, qui eſt pauper. 209
Magnificus in quae ſumptus facere debet. 210
Magnificus in ſumptibus faciendis quid ſpectare debet. 211
Cn. Magnus. 356
Mala, quae formidoloſa vocantur quae. 155
Mala, quae non debent reformidari. 156
Mala, quae ab amore proficiſcuntur. 303
Maledictionem videtur Cicero appellaſſe, quam Graeci ὕβριν dicunt. 249
Maleuolus qui. 107
Mali formidoloſi plura ſunt genera. 159
Mali naturam peſſimam declarat. 232
Malorum minima ſumenda. 112
Malum non paucos appetere, qui bonum arbitrantur eſſe. 8
Malum in ordine rerum indefinitarum collocabant Pythagorei. 96
Malum ſimpliciter quod. 259
Mancipij proprium eſſe perpeti, ſuos propinquos contumelijs vexari. 232
Manſuetudini nomen hoc mediocritas, non conuenit. 231
Manſuetudini magis eſt oppoſitum nimium. 235
Manſuetudinis extrema nomine carent. 232
Manſuetudinem non eſſe aequali internallo remotam ab extremis. 231
Manſuetudinem laudari. 231
Manſuetudo eſt quaedam mediocritas in ira. 231
Manſuetum non rapi animi motionibus. 231
Manſuetum modum in ira ſeruare. 231
Manſuetum videri vergere potius ad parum. 231
Manſuetum non eſſe promptum ad iniuriam vlciſcendam. 232
Manſuetus qui. 231
M. Antonius fuit ſpoliatus omnibus fortunis. 58
Margites poema Homeri. 336
Mars a Pallade μιαιφόνος dictus. 591
Martialis luſit in Graeca voce. 188
Mathematicos a Romanis e ciuitate inferioribus temporibus eiectos. 5
Matres filios ſuos amant, nec ſtudent ab ipſis amari. 464
Matres in filijs ſuppoſitis, quo gaudeant. 464
Matres certiores eſſe de ſuis partibus. 481
Matres optare filijs magna commoda in vita. 509
Matres quare magis liberos amant, quam patres. pag. 525
Matrimonia, quae facilius diſſoluuntur. 485
Medici finis. 2
Medici, qui oculis tantum moderentur, ſine alij parti cor-

ti corporis, apud Graecos extitere. 64
Medici tempori ſeruiunt. 77
Medici contrarijs vtentes medentur aegrotis. 81
Medici munus. 308
Medici empirici. 611
Medicorum artē alij didicerūt, alij vſum habent. 340
Medicorum ars medetur corpori, philoſophia animo. 88
Medicorum artem non imperare ſanitati. 365
Medicos non fuiſſe in vrbe apud priſcos illos Romanos. 5
Medicos non effici perfectos a ſcriptis & praeceptis medicorum ſuperiorum. 614
Medicus poteſt curare aegrotum, & illum malis medicamentis tollere. 256
Medio repugnare extrema. 107
Medio vbi nomen non eſt impoſitum, multos decipi. pag. 230
Medio aduerſari ea, ad quae magis natura facti ſumus. 110
Mediocritas quid praeſtet. 79
Mediocritas quaedam eſt virtus. 95.154
Mediocritas omnis laude digna. 104
Mediocritas glorioſi hominis. 240
Mediocritates tres, quae ſimilitudinem quandam inter ſe habent. 104
Mediocritates inueniri etiā in perturbationibus. 106
Mediocritatum, quae in ſermone, ac factis ſunt, diſcrimina monſtrat. 250
Mediocritatum quidam terminus. 319
Medium capi poſſe duobus modis 92. exemplis explanat. 95
Medium in arte tractanda opifex ſectatur. 93
Medium laudari, & qui ipſum nacti ſunt. 95.114
Medium adipiſci eſſe arduum. 96.118.119.318
Medium quomodo nanciſci poſſimus. 114
Medium & alias circumſtantias eſſe in honore expetendo. 219
Medium tenere qui cupit, quid ſequi debet. 318
Medium requiri in cunctis virtutibus. 319
Medium falſum. 350
Medium facile cognoſci, extremis cognitis. 479
Medius in altera parte iucundi, amicus dicitur. 106
Medius, qui nomine caret. 103
Megarenſes inani gloriae deditos. 212
Melancholici cur intemperantes. 430
Melius per ſe optabilius, quam ex accidenti. 464
Memoria honeſti facti iucunda. 514
Menander valde gratus Ptolemaeo. 248
Mendacium ſua vi vituperatione dignum. 241
Mendax gaudet mendacio. 243
Mens & appetitus in homine quid praeſtent. 321
Mens optima noſtrarum partium. 588
Mens eſt quiddam diuinum. 592
Menſurae rerum venalium nō ſunt vbiq; eaedē. 294
Mentem eſſe principiorum. 315
Mentem eſſe terminorum. 345
Mentem eſſe principium & finem. 356
Mentem ſumere ea agenda, quae optima ſunt. 531
Merces laborum, honor. 291
Meropes Creſphontem filium, hoſtem rata, paene obtruncauit. 125
Methodi nomine quid intellexerit. 2
Methodum valere aliquando idem, quod ἐπιστήμη. 2
Methodus antecedit artem & ſcientiam. 2
Metum eſſe expectationem mali. 155
Micio Terentianus. 455
Miles regis, qui, mutato corporis habitu, animum mutarat. 173
Milites in bellicis periculis ob vſum, & periculum factum videri fortes. 166
Milites ob vſum, & periculum magnum, quid praeſtare poſſunt, & vtiliores ſunt, quā fortiſſimi. 166
Milites, qui στρατιῶται dicti ſunt, quando fugiunt, declinantes magis mortem, quam turpitudinem. 167
Milites ſolitos donari ciuitate. 470
Militum communio quid expetat. 470
Minores coram parentibus, ac maioribus verecunde loqui debent. 509
Minus malum habet vim boni. 259.273
Miuta facta. 117
Modios multos ſalis ſimul edendos. 447
Molles qui dicantur. 387.399.402
Mollicies animi. 369
Mollitiē incontinentiae reſpondere. 385
Mollitia a gente profecta. 402.403
Mollitia regum Perſarum. 403
Monedula ad monedulam. 417
Morbum effeciſſe aliquando, vt artem aliquam quis oblitus ſit. 534
Morem Graecorum in mittendis litteris ad amicos, vſurpatum a Latinis. 38
Morem eſſe ſimilem naturae. 414
Morem ſtultum non nullorum damnat. 121
Morū materia non requirit exquiſitā diſputationē. 77
Mores patris magnas vires in domibus habere. 609
Mors eſt maxime terribile. 157
Mors, quam vir fortis non aequo animo fert. 157
Mortales omnes conſentire inter ſe de nomine beatitudinis. 10
Mortales non tanti aeſtimare res, poſtquam nacti ſunt, quanti antea aeſtimabant. 500
Mortales decepi in ſelectu bonorum. 510
Mortales magis amare, quae cū labore quaeſiere. 525
Mortales plerumque alia in ore habere, & alia ſequi. 526
Mortales iuuare, proprium virtutis. 534
Mortales humanis dapibus veſci ſolitos in Ponti locis. 391
Mortales ſolitos mutuos dare, & accipere liberos. pag. 391
Mortales putant voluptatem corporis eſſe leuamen doloris. 428
Mortales amant vitam. 573
Mortales non nulli natura procliues ad temperantiam. 594
Mortalium multorum vitium. 489
Mortem obitam in bello cum virtute decorare honeſtos viros. 157
Mortui an ſentire poſſint res bonas, ſiue malas poſte-

poſterorum. 58
Mos priſcarum rerump. 142
Motum cum dixit M. Cicero, quando de Cn. Magno loquutus eſt, quem motum intellexerit. 226
Motus animorum non reddere nos quales. 89
Motus animi eſt ſine electione. 90
Motus quidam animorum non accipiunt neque plus neque minus neque medium, ſed ſtatim vitio affines ſunt. 98
Motus animi ſi naſcitur ob ignorationem, quaerit. pag. 372
Motus turbidi non efficiunt idem in pectoribus diſſimilium hominum. 407
Motus artium qui perfectus. 567
Motus varij. 568
Mulierculas gaudere vna ſecum plorantibus. 548
Mulieres appendere amuletum collo infantium ad amoliendas faſcinationes. 42
Mulieres molles dictae. 403
Multa, quam Graeci dicunt ζημίαν quae. 275
Multi aſſentatoribus gaudent. 463
Multi quare gaudent honore haberi a principibus viris. 464
Multitudinem corporis voluptatem ſectari. 13
Multitudinem deditam corporis voluptatibus, nomine pleno turpitudinis appellat. 14
Multitudinem honorem ex accidenti expetere. 465
Multitudinem errare in iudicio faciendo de amatore ſui ipſius. 529
Multitudini perſuadere, vt eandem vitam colas, qui poſſis. 608
Multitudinis ſtatus imago in quibus domibus perſpicitur. 475
Multitudo quare magis diligi, quam diligere, ſtudeat. 465
Multitudo quos appellat amatores ſui. 528
Mundum aeternum eſſe aduerſatur noſtrae pietati. pag. 337
Munera eadem, quae a liberis parenti tribuuntur, debent tribui maioribus. 476
Munera viri & vxoris in gubernanda domo, diuerſa. 484
Munus viri atque vxoris in re familiari. 292
Muſicus gaudet cantilenis bonis, & malis angitur. pag. 537

N

NATVRA virtutis conſideranda. 92
Natura mortalium appetit quod iucundum eſt. 145
Natura quaſi domina tribuendarum quarundam poteſtatum. 355
Natura quod ſit non eſſe in noſtra poteſtate. 605
Naturae aduerſari, vt imbecillius ſuperes, quod eſt firmius. 372
Naturale iuſtum. 292
Naturales cupiditates, & quae non. 179
Naturam rerum non variari vſu, & conſuetudine. pag. 72
Naturam rerum omnium corrumpi ab egeſtate, & vbertate, ſimilibus docet. 78
Naturam mali peſſimam declarat. 232
Naturam fugere inſuaue, & appetere iucundum. pag. 453
Naturam hominum non eſſe ſimplicem. 521
Nauigium ſacrum Ἰσιάς appellabatur. 205
Nautae cur, orta tempeſtate, merces abijciant. 127
Nautarum communio quid ſectatur. 470
Nautas in tempeſtate quid impauidos reddat. 158
Neceſſarijs rebus qui indigeant. 589
Neceſſitati magna pars mortalium potius paret, quam rationi. 606
Negotia ſuſcipimus eo conſilio, vt poſtea quieſcamus. 590
Neminem ignorare cuncta, quae in factis verſentur. 124
Neminem conſultare de rebus ſempiternis. 135
Neminem hortari mortales ad ea gerenda, quae non ſunt noſtri arbitrij. 147
Neminem amare fieri intemperantem. 185
Neminem conſulto ſemet ipſum laedere. 291
Nemo eſt paratior ad grauia mala ſubeunda, quam fortis. 157
Nemo in praeterita ius habet. 325
Neoptolemus Sophocleus laude dignus, quare. pag. 410. 575
Nero potuit dici prodigus. 395
Nicomachus Ariſtotelis filius. 556
Nihil dicere, quid. 424
Nimium & parum inueniri in perturbationibus & etiam in humanis actionibus. 95
Nimium & parum vbi inuenitur, illic eſt medium. pag. 230
Niobes. 389
Nobilitatem augere animos. 474
Nomine tertiae collationis, pro nomine ſecundae vſus eſt. 109
Nomine caret, qui modum ſuperet nihil metuendo. pag. 160
Nomine amicorum quos intelligat. 57
Norma plumbea. 312
Normam indefinitam adhibendam ad rem indefinitam. 312
Noua delectare. 573
Numerus amicorum ſtudioſorum qualis. 543
Nummus menſura communis. 495
Nuptias priuatorum videri magnificentiam. 209

O

OBLECTATIO ingenui hominis ducta a iocis, diſſentit a luſione mancipiorum. 248
Obſcuritatem rerum futurarum Pindarus magnam eſſe dixit. 56
Occaſionis & temporis ad rem aliquam gerendam plures ſunt ſcientiae. 20
Octauianus Ferrarius. 281
Oculorum ſenſum per ſe iucundum eſſe declarauit etiam M. Cicero. 22
Oculum dixit mentem, ſiue aliam partem animi. 152

Ocu-

Oculus id quod praeſtat in corpore, idem mens in animo. 23
Offenſionem pedis cõtingere eſſe maiorem morbum, quam morbus lateris. 316
Officium eius, qui ſub eodem genere ſit, eſſe vnum atque idem exemplis probat. 32
Officium citharedi, & boni citharedi in quo differt, pag. 32
Officium doctoris quod. 35
Officium eorum, qui aliquid agere inſtituunt, 77
Officium eius, qui artem, ac diſciplinam tradat, 427. 428.
Officia [illegible] *a Graecis appellata, quae dicantur. pag.* 447
Omnia non omnibus tribuenda. 504
Opera quarundam artium eſſe praeſtantiora, quam functiones. 2
Opera praeclara magnis laboribus confici. 63
Opera artium & ſcientiarum non eodem pacto exiſtimari, ac virtutum opera. 86
Operibus maior fides habetur, quam verbis. 555
Operis finis qui ſit, initio oſtendit. 1
Opifex quare dicitur non amare ſua inſtrumenta. pag. 478
Opifex magis diligit ſuum opus, quam ab ipſo diligatur. 522
Opifex bonus qui fieri ſtudet. 611
Opifices quando inducuntur, vt inter ſe ſua opera permutent. 284
Opifices qui ſapientes dicti. 336
Opificis finis. 324
Opificum opera cuius ope menſurantur. 286
Opinio quae congruit definitioni beatitudinis. 40
Opinio vna quomodo diſtinguitur ab altera. 232
Opinio Socratis de incontinentia. 372
Opinio eſt enuntiatio quaedam. 349
Opinio non nullorum de v rentibus quae. 364
Opinio eadem poteſt eſſe in animis eorum, qui ſe ignorant. 518
Opinio falſa. 427
Opinio, quare de voluptate iterum diſputet. 553
Opinio, quod voluptas ſit repletio, vnde orta. 563
Opinionem eorum falſam declarat, qui nimis tribuebant fortunae. 51
Opinionem videri locum habere in omnibus rebus. pag. 132
Opinionem antecedere electionem nullius momenti eſt ad id, quod quaerit. 133
Opinionem aduerſari rationi ex accidenti. 382
Opiniones doctorum hominum colligit, quae falſo videbantur a ſua diſſentire in definitione vitae beatae. 39
Opiniones de vita beata laudat. 39
Opiniones de propoſito fineque voluntatis. 143
Opiniones doctorum virorum de contrariis inter ſe rebus. 438
Opiniones tres, quae haerebant pectoribus hominum, confutat de iuſtitia atque iniuſtitia. 307. 308.
Opiniones verae ac falſae. 340
Opiniones aliorum adfert. 370
Opiniones de continentia & conſtantia adfert. 371
Opiniones Platonis de voluptate, & non nullorum. pag. 560. 561. 562
Opiniones tres de via, qua homines probi fiunt. 605
Opinionis & prudentiae communio. 314
Opinionis rectitudo quae. 348
Opinionis & ſententiae diſcrimen. 518
Optare, quae fieri non poſſunt, eſſe proprium barbari hominis. 231
Optimo oppoſitum peſſimum. 472
Opulenti quos amicos quaerant. 457
Opulentis viris non eſſe tantum tribuendum. 585
Opulentos increpat quare. 458
Opus hominis. 33
Opus benefactorum quod. 522
Oratio quos ad virtutem valeat hortari, ſiue non. pag. 603. 604
Oratoria finis. 2
Ordinem ſeruat in definitione virtutis. 96
Oreſtes. 544
Origo emptionis, & venditionis. 284
Oſculum formoſi pueri, quorum praemium. 268
Oſculum eſſe magis periculoſum, quam aranei morſus. 268
Otium & requietem accommodatam eſſe vitae beatae. 590

P

P*AENA afficere improbos quid boni adferat.* 147
Paenitere ſaepe improbos multa feciſſe. 514
Parentem caedere iniquius eſt. 469
Parentes laudantes ex ſe natos. 368
Parentes magis diligere filios ſuos, argumentis probat. 480
Parentes magis cognitos habere ex ſe natos, quam ipſi parentes. 480
Parentes diligere filios, ſtatim natos. 481
Parentes diligere liberos tamquam ſeipſos. 481
Parentes nimium amantes reprehenduntur. 389
Parentes conſueſſe arcere liberos a conſuetudine improborum. 537
Parentis imperium apud Perſas, tyrannicum eſſe. 474
Parentum amorem in filios a natura profectum. pag. 494
Parentum mos. 613
Pars animi, quae in ſe continet rationem, quae anteponenda. 32
Pars animi, in qua viget libido, debet obedire rationi, vt puer praecepto ſui cuſtodis. 186
Partem animi, in qua ratio inuenitur, diuidit. 32
Partes animi quatuor quae. 359
Parui animi homo, qui ſe indignum putat honore, quo dignus eſt. 214
Parui animi homo, qui vocetur. 226
Parum & nimium deprauare facta humana. 78
Paſimachus Laco quos intellexerit dicens [illegible]*. pag.* 369
Patrem nullum eiecturum domo filium, quibus argumen-

gimentis probat. 494
Patrem potius redimendum. 502
Patres qui merito accuſantur. 460
Patres accuſare ex ſe natos. 473
Patri licere depellere a ſe filium, ſimili oſtendit. 494
Patri an omnia tribuere filius debet. 501
Patri filius aegrotus parere an medico potius debet. 501
Patris documenta ac mores, magnas vires habent. pag. 609
Patrimonij augendi plures viae. 139
Patrimonij diſſipatio videtur interitus ſui ipſius. pag. 189
Patrimonium amplum aliquibus interitum attuliſſe. pag. 7
Patrimonium opimum requiri in magnificentia. 209
Patris erga filios communio refert ſpeciem regni. pag. 473
Patris imperium natura conſtare. 476
Patrium imperium eſſe debet Regium. 473
Patroclus conſilium Achillis non cuſtodiuit. 356
Patrum beneficia erga filios. 482. 483
Pauper non poteſt eſſe magnificus. 209
Paupertas graue malum. 194
Paupertatem aliquibus saluti fuiſſe. 7
Paupertatem non eſſe reformidandam a viro forti pag. 156
Paupertatem non eſſe exile malum, ſed graue. 163
Peccare multis modis contingit. 96
Peccari in conſilijs capiendis duobus modis. 345
Peccatum memoriae auctoris. 112
Pecunia cur non ſit bonum, quod inueſtigat. 17
Pecunia quare inuenta. 282. 283. 285
Pecunia cuncta metitur. 282. 295
Pecunia eſt tamquam ſponſor. 285
Pecunia manet diutius. 285
Pecuniae nomine quid accipi vult. 188
Pecuniae auctoritatem conſenſu hominum, non natura conſtare. 283
Pecuniae vi recte menſurari, quae ſunt diuerſorum generum. 286
Pecuniam foenori dantes, quare optant incolumes eſſe, quibus crediderunt. 522
Pecuniarum vſus qui. 189
Pelopidae Thebani dictum. 171. 193
Penuria alicuius rei quid praeſtet. 283
Pericles in graui morbo quid paſſus eſt fieri. 42
cur prudens appellatus. 332
idem alebat Thaletem. 339
Pericula & mala, quae ſuſtinentur in bello, eſſe materiam fortitudinis, & cur. 159
Permotiones quae appellentur. 88
Permutatio eſt de rebus, quae conferri poſſunt inter ſe. 282
Permutatio quando tolleretur. 282. 283
Permutatio quando facienda, & quomodo. 284
Permutatio quando perpetua futura. 285
Permutationem fieri ex diſſimilibus artibus. 282
Permutationem eſſe rem dulciſſimam. 432
Permutationem per ſe non eſſe laudabilem. 432
Pernicies nulla maior, quam auerſum eſſe ab amore ſui ipſius. 515
Perſae, gens ſeruituti nata. 474
Perſarum imperium vicio affine. 474
Perſarum regum mollitia. 403
Perſas ad hoſtium munitiones ſuos milites loricatos plagis truſiſſe. 165
Perſes Macedonum rex cur liberalis non ſit habendus. 52
eiuſdem ingenium varium. 211
Perſonae ignoratio quid praeſtet. 125
Perſuaſus melior, quam qui per ratiocinationem. pag. 376
Perturbatio non cedit orationi. 605
Perturbationes quaedam, quae non ſuſcipiunt plus neque nimium, neque medium. 98
Pes in animante, in tripode, & in naui dicitur. 23
Peſſimum oppoſitum eſſe optimo. 472
Petrus Farneſius a rep. Florentina ſtatua equeſtri decoratus. 158
Petrus Victorius in exprimenda voce ἀπαμπίσχειν non ſeruat conſuetudinem huius aetatis 10
oſtendit quomodo capi ſoleat plerumque ἐπιπολάζειν. 11
de ratione ac vi nominis diligenter quaerit. 14
reddidit εὐτυχίαν felicitatem. 45
exiſtimat φύσει ψυχῆς ſignificare ἔστιν. 74
lectionem confirmat. 100. 110. 121. 125. 227
quaerit, an Terentius recte tribuerit morem magnanimi homini humili. 221
locum in II. de partibus animalium emendat. 227
oſtendit plures in vertendo ἀνάξιον peccaſſe. 241
malam conſuetudinem accuſat in varianda ſcriptura. 293
Phaedriae & nutricis ipſius lis. 119
Phaenix Achilli valde carus. 468
Phalaris alebatur infantibus ab vberibus nutricum raptis. 391. 394
Phauorinus philoſophus. 545
Phidias ſapiens dictus quomodo accipitur. 336
Philippus Macedo a Demoſthene aliquando laudatus. 151
quid medico dixerit ludens in nomine κακοῦ 258.
a T. Liuio inſimulatus 246. ipſum culpa vacaſſe. ibid.
Philoctetem miſerabiliter lamentari a ſerpente morſum. 402.
Philoctetes quare dixerit, ſe non poſſe vocari prudentem. 343
Philoctetes ab Hercule ſagittas accepit. 375
Philopoemen ab hoſpita Megarenſi ſpretus. 44
Philoſophi quare officium de voluptate ac dolore videre. 414. 415
Philoſophia medetur animo, vt medicorum ars corpori. 88
Philoſophorum familiae plures vnde natae. 424
Philoxeni vox. 178
Pictor quando dicatur eſſe pictor. 513
Pittacum auctorem fuiſſe, vt ebrij duplici poena afficerentur. 148

vnus

vnus fuit e ſeptem vocatis ſapientibus. 519
Pittheus Troezenius vir caſtus. 498
Pium hominem metuere iurare. 503
Plato ab Ariſtotele laudatur. 2
commemorat Socratem acriter diſputaſſe contra illos, qui voluptatem eſſe finem bonorum ac malorum dicerent. 14
habuit non nullos ſocios inuenti de Ideis. 18
eiuſdem commentum acutum eſſe auctor affirmat. pag. 24
ſenſit cum Solone de vita beata. 56
ſententia illius de voluptate. 558
ſcripſit de rep. & de legibus. 615
Plebiſcitis quae res viam patefecit. 312
Plebiſcitum quid. 341
Plus eſſe inaequale, non tamen omne inaequale eſſe plus. 266
Plus & minus, mediumq; in humanis factis etiam locum habere, vt in perturbationibus. 95
Poetae ſua poemata magnopere diligunt. 194. 522
Politi homines quid ſibi propoſitum habent. 15
Politici veri qui non ſunt. 15. 63
Politici viri officium. 63
Politicos eſſe exiſtimatos prudentes a quibuſdam. pag. 343
Politicum debere plurimum ſtudij ponere in virtute percipienda. 62
Politicum quid cognoſſe decet, & quantum. 64
Politicum non debere ſubtiliter quaerere de partibus animi. 65
Polybius ſummis laudibus in caelum tulit Aſdrubalem. 55
Polybius quid Scipioni Africano inferiori ſuaſerit. pag. 441
Polycletus Sicyonius ſapiens dictus quomodo accipitur. 336
Cn. Pompeius ſpreuit turdos L. Luculli 183. a C. Caeſare victus. 316
Pontanus collegit multa exempla immanitatis. 169.
Poſſeſſio, & vſus non ſunt propria ſummi boni. 40
Poteſtas acris, quandoque ſollertia, quandoque vero verſutia. 361
Poteſtatem ac ſolertiam oculum dici quare. 361
Poteſtates quae ſint. 88
natura accipimus. 90
Poteſtatum declaratio. 88
Praeceptionem ſequi naturam rerum. 503
Praeceptiones ſingulares praeſtare communibus. pag. 610
Praeceptum Heſiodi in referenda gratia. 491
Praetores ac proconſules fanis a prouincijs decorari ſolitos. 291
Praui homines ſecum ipſis diſſident. 513
Praui homines quas res ſumant. 513
Praui nihil habent dignum, quod ametur. 514
Praui erga ſemet ipſos nullo amore affecti ſunt. 514
Praui non vna ſecum laetantur, neque dolent. 514
Prauis hominibus ſuae res nimis placent. 513
Prauitas nulla manet in nimio amore parentum, aut liberorum. 389
Prauitas ſimpliciter, & quae cum appendice. 394
Prauitatem eſſe fugiendam. 515
Prauitati non ignoſci. 373
Prauorum animum diſcordare. 514
Prauorum hominum natura. 520
Prauos exiſtimare ſe probos. 513
Prauos erga ſemet ipſos non eſſe amice affectos. 514
Pretium rerum variari. 285
Priamum non debere appellari beatum. 48
Primitiae, quibus mos eſt venerari Deos, quae. 470
Princeps verus, quomodo ſe gerat, & qui eſſe debet. 290
Principes non poſſe vocari prodigos. 195
Principij ope perſpicua fieri, quae antea obſcura erant. 37
Principium doctrinae de moribus quid ſit. 13
Principium dimidium facti. 37
Principium rerum agendarum quid. 338
Principium non vno modo dici. 406. 407
Priuati poſſunt vocari prodigos. 198
Probis viris viuere in primis expetendum. 540
Probitatem diligi a probis. 515
Proborum virorum concordia qualis. 519
Proborum virorum conſuetudinem eſſe exercitationem virtutis. 533
Probos viros vitam viuere maxime expetēdam. 539
Probos omnia dignitatis cauſa facere. 526
Probum virum ab improbo non diſtingui, cum dormiunt. 66
Probum virum oportere eſſe amatorem ſui. 531
Probum virum obtemperare menti. 531
Probus amicus improbus factus non eſt diligendus. pag. 507
Probus vir quomodo ſit affectus erga ſemetipſum. pag. 510. 511
Probus vir carus probo viro. 536
Probus vir vt quis fiat, quid requiratur. 607
Prodigalitas quae. 101. 188. 197
Prodigalitas in dando exuperat. 197
Prodigalitas non augere poteſt rem. 198
Prodigalitatis munera, quare non poſſint appellari facta liberalitatis. 200
Prodigi quibus culpis affines dicantur. 188
Prodigi qua parte ſint illiberales. 199
Prodigos procliues fieri ad ſumendum quare. 199
Prodigos fieri intemperantes. 200
Prodigum ſanari aetate & penuria. 198
Prodigum tenere aliquas partes liberalis. 198
Prodigum ſuperare modum in dando non eſſe opus improbi hominis. 199
Prodigus qui ſit. 189. 195
Prodigus in quibus peccet. 197
Prodigus ad medium facile peruenit. 198. 200
Prodigus melior eſt illiberali. 199
Proelium commiſſum apud Hermeum. 167
Proportio geometrica. 273
Proportio arithmetica eſt accommodata iuſto, quod in contractibus emendandis adhibetur. 275
Proportionum duo genera. 272

Propo-

Propoſitiones ſingulares cuius initia. 355
Propoſitionum modi duo. 379. 380
Propoſitum auctori quod ſuit. 26
Protagorae ſophiſtae conſuetudo, ac ratio callida. pag. 498
Protagoram multas diuitias conſecutum. 498
Prouerbia quae ſint. 527
Prouerbium, non oportere beneficia conferre vllo tempore in ſenem. 444
Prouerbium. 481
Prouerbium Graecum ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, a M. Cicerone expreſſum. 488
Prudens non eſt dignus hoc nomine, ſi peccat in conſilio dando. 333
Prudens, qui ſponte peccat, deterior. 333
Prudens quis dicitur. 338
Prudens quae cognita habere debet. 354
Prudens eſſe non poteſt, qui vir prudens non ſit. pag. 362
Prudens ad quae factus. 374
Prudentem non poſſe conſtare ſine virtute morali. pag. 364
Prudentem gerere ſponte, quae improbiſſima ſunt. pag. 374
Prudentem ac virum probum ſimul eſſe. 411
Prudentem hominem ſimul & incontinentem non eſſe. 411
Prudentes qui dicantur. 331. 332
Prudentes beluas non nullas dictas. 338
Prudentes vocari viros acutos, ac verſutos. 361
Prudentes qui dicti ſint aliquando incontinentes. pag. 412
Prudenti valde ſimilis, qui a Graecis vocatur δεινός. 412
Prudentia. 330. 332. ibid. 356
Prudentia cuius partis animi virtus. 334
Prudentia ars vitae dicta. 341
Prudentia architectonica. 341
Prudentia politica quae. 341
Prudentia vera ac propria. 342
Prudentia quomodo conficitur. 361
Prudentia quomodo ſe habet ad poteſtatem δεινότητα vocatam. 362
Prudentia eſt copulata cum virtute morum. 594
Prudentiae materia. 331; 334. 340. 356
Prudentiae finis. 332
Prudentiae non eſſe virtutem. 333
Prudentiae & opinionis communio. 334
Prudentiae non extat obliuio. 334
Prudentiae duo genera. 345
Prudentiae nomine quae dicantur. 342
Prudentiae & ſollertiae ſimilitudo. 363
Prudentiae compos cunctas virtutes habet. 365
Prudentiam non eſſe ſcientiam neque artem. 331. 345.
Prudentiam ab arte diſtinguit. 333
Prudentiam eſſe virtutem. 334
Prudentiam non eſſe comparandam cum ſapientia. pag. 337
Prudentiam verſari circa ſingularia. 340
Prudentiam & politicam eundem habitum eſſe, natura tamen diuerſas. 341
Prudentiam conflari vſu, periculoque multarum rerum. 344
Prudentiam oppoſitam eſſe menti. 345
Prudentiam rebus humanis valde neceſſariam. 346
Prudentiam & ſapientiam per ſe eſſe expetendas. pag. 359
Prudentiam eſſe neceſſariam humanae vitae. 359
Prudentiam reddere nos paratiores ad facta virtutis. 360
Prudentiam non eſſe poteſtatem actrem, ſed non manere ſine ipſa. 361
Prudentiam & ſapientiam non eſſe vtiles ad vitam humanam non nulli dicebant. 365
Prudentiam non habere imperium in ſapientiam, ſimili monſtrat. 365. 366
Prudentiam eſſe tamquam ἐπίτροπον ſapientiae. 366
Prudentiam vocat ἐπιστήμην. 611
Prudentis proprium. 330
Prudentis munus. 340
Ptolemaeus cur dictus ἱππομανής. 195
Publicae & priuatae communiones in quo differepent. 470
Pudor potius motus animi, quam habitus eſt. 250
Pudor quomodo gignitur. 251
Pudorem non conuenire omni aetati. 251
Pudorem eſſe alienum a probo viro. 251
Pudorem excitari ob facta improba. 252
Pudorem non eſſe virtutem. 252. 253
Pudores duos diſſimiles tradidit Euripides. 258
Pudoris definitio. 250
Pueri quare dicuntur a non nullis beati. 48
Pueri parent cupiditatibus rei incuudae. 185
Pueri & deliciae quibus delectentur. 448
Pueri ſimplicitas decepta. 506
Puerorum optima inſtitutio, quae. 80
Pueros aſſuefieri a teneris, eſt valde vtile ad reliquam vitam. 75
Pueros vocare parentes quoſcunque aſpexerint. 481
Pulchritudinem incommodi non nihil attuliſſe. 259
Pulchritudo requirit magnitudinem corporis. 213
Pyrrhus rex cui culpae affinis. 585
Pythagoras quid ſolitus dicere. 224
Pythagorei malum in ordine rerum indefinitarum collocabant. 96

Q

QVAERERE & conſultare differre. 346
Quaeſtio, vnde incipere debet, qui ſcientiam aliquam tradit. 12
Quaeſtio, quomodo comparetur vita beata. 45
Quaeſtio de vita beata. 59
Quaeſtio, quomodo dicimus, res iuſtas gerendo fieri homines iuſtos. 85
Quaeſtio vtrum de omnibus rebus homines conſultant, & quod ſit, quod in conſultationem cadit. pag. 135
Quaeſtio non eſt omnis conſultatio. 139
Quaeſtio de rebus terribilibus quas ferre debet conſtanter

ſtanter vir fortis. 157
Quaeſtio in beneficio reddendo, quis ſit ſpectandus. pag. 490
Quaeſtio de continenti, & incontinenti. 337
Quaeſtio de bono, ac iucundo. 440
Quaeſtio, quomodo fiat, vt qui beneficium contulerunt magis diligant eos, in quos beneficium contulerunt. 521
Quaeſtio de voluptate obſcura. 554
Quaeſtionem de bono, quod dicitur aequiuoce, non eſſe accommodatam huic materiae. 24
Quaeſtiones multae ac difficiles nihil faciunt ad hanc de moribus diſciplinam. 7
Quaeſtiones de prudentia, ac ſapientia monſtrat. pag. 357.358
Quaeſtiones ſoluit. 359
Quaeſtiones de continentia, & incontinentia. 372
Quaeſtiones non nullae in officijs amicorum tuendis. pag. 501
Quaeſtionis diſſolutio quid. 377
Qualis quiſque ingenio eſt & moribus, talis finis. pag. 151
Quatientes brachia in curſu, celerius currere. 217
Querelae in amicitijs perſonarum inaequalium quando non exoriantur. 460
Querelae in qua amicitia non exiſtant. 486.487
Querelae quare raro in amicitiam iucundam irrepunt. 487
Querelae quando maxime naſcuntur. 488
Querelae vnde naſcuntur in amicitia morali conflata vtilitatis cauſa. 489
Querelae quae in amicitijs contrariorum hominum naſcuntur. 496
Querelas naſci in vulgaribus amicitijs. 497
Querelis via quomodo obſtruitur. 492
Querimoniae in qua amicitia naſcuntur. 488
Qui ſuperat modum nihil metuendo nomine caret, & quomodo vocari poſſet. 160
Quid requiratur ab his, qui artem & ſcientiam tradunt. 24
Quidam optauit, vt haberet guttur prolixius quam collum gruis. 178
Quintia Catulliana. 213
Quintilianus contempſit argumentationem ab etymologia. 72
T. Quintius diuinos honores adeptus eſt. 60

R

RADIX eadem. 482
Ratio tradendi hanc diſciplinam non debet eſſe exquiſita ac ſubtilis. 7
Ratio ac via duplex explicandarum ſcientiarum. 12
Ratio quid gignat. 376
Rationem exquiſitam non poſtulari in omni genere doctrinae, quemadmodum etiam in artibus. 7
Rationem habere, quomodo accipi velit, ſignificat. pag. 68
Rationem victus potius τροφὴ ſignificet, an educationem. 608
Rationes tres tantum nominat, quae accommodatae ſunt ad principia ſcientiarum aperienda. 36
Rationes ſex, quibus non nulli de voluptate opiniones confirmabant. 415.416
Rationis virtutes. 320
Recordationem rerum honeſtarum eſſe iucundam. pag. 512
Recta ratio. 76
Recta ratio quid praeſtet. 154
Recta ratio obtemperat prudentiae. 363
Rectam rationem ſequendam. 319
Rectitudo, qua in bona conſultatione vtimur, pluribus modis dicitur. 349
Regem ſimilem eſſe paſtori. 476
Regem natura in illos imperium habere, qui ſunt nati in ſuo regno. 476
Reges quomodo ſine cuſtodibus corporis tuto regnare poſſint. 476
Regni ſpeciem prae ſe ferre communionem patris erga filios. 473
Regnum vna ſpecies rerump. 471
Regnum a tyrannide plurimum diſcrepare. 472
Regnum ac tyrannis in quibus conueniant. 472
Regnum in tyrannidem migrare. 472
Regnum eſſe debere imperium patrium. 473
Reip. operam dare, qui dicuntur. 342
Reip. operam dantes non incumbere in res inanes. pag. 343
Reip. ſpecies tres, & quae. 471
Requietem non eſſe finem. 586
Requietem eſſe accommodatam vitae beatae. 390
Rerump. optima quae, & quae peſſima. 471
Rerump. imagines inueniri in domibus perfectis. pag. 471
Rerump. ſimulacra capi poſſe in priuatis domibus. pag. 473
Res bonas aliquando incommoda, & mala mortalibus attuliſſe. 7
Res perfectiores alijs eſſe, quomodo cognoſcantur. pag. 28
Res bonas crebras beatiorem reddere vitam. 53
Res malas impedire honeſta facta. 54
Res iuſtae ac temperantes quando dicantur. 87
Res, quarum principia in noſtra poteſtate ſunt, & ipſas quoque in noſtra poteſtate eſſe. 147
Reſp. non poteſt manere, niſi honor tribuatur bonis ciuibus, & paena afficiantur improbi. 116
Reſp. quae hoc nomine appelletur. 471
Reſpublicas plerumque propter vicinitatem mutari. 473
Reſp. bene geſta compenſatur dono aliquo. 590
Rebuſpublicae quibus honorem tribuunt, aut pecuniam. 493
Reſpublicas & ſtatus ciuitatum aggredi velle oſtendit. 615.616
Rex ante oculos habet commodum eorum, in quos imperium habet. 472.476
Rex qui merito vocetur. 472
Rex forte ductus qui. 472
Rex prauus tyrannus efficitur. 472

Rha-

Rhadamantes Cnoſius. 279
Riſum tenere conati cachinnum ſubito effundunt. pag. 402
Robuſtiſſimi in ludis Olympicis non coronantur, ſed qui vincunt. 41
Romanos priſcos non habuiſſe in vrbe medicos. 5
Romanos inferioribus temporibus mathematicos e ciuitate eieciſſe. 5
Romanos inflammare adoleſcentes ad bellica pericula. 164
Rota tormenti genus hodie apud Gallos. 424
Ruſticitas quae. 105

S

SACRA & feſtos dies inſtitutos a legumſcriptoribus & quare. 470
Sacra priſca inſtituta eſſe poſt fructus agrorum. pag. 470
Sagacitas. 351. 352
Sagacitas a Latinis in malam partem accipitur. 351
Sagacitas circa quae verſetur. 351
Sagacitatem non eſſe ſcientiam, aut opinionem. pag. 351
Sagacitatis & prudentiae diſcrimen. 352
Sagax in rebus exiſtimandis non decipitur. 352
Saltatio, motus ranarum. 568
Salubre ac bonum non eſſe idem hominibus ac piſcibus. 338
Samium ſapientem geminos ordines in tabula ſine pariete deſcripſiſſe rerum bonarum, ac malarum. pag. 21
Sapho mulier magni ingenij. 548
Sapiens quomodo vulgo vſurpetur. 336
Sapiens vt quis merito dicatur, quae requirantur. pag. 336
Sapiens nullus natura. 355
Sapiens eget rebus neceſſarijs. 589
Sapiens ſine comite contemplari poteſt. 589
Sapientes ſolitos dici artifices, qui in aliqua arte praeſtantes fuere. 336
Sapientes qui vere dicantur. 356. 339
Sapientes quae ſtudioſe quaerunt. 339
Sapientia. 335. 356
Sapientia in quibus rebus maneat. 336. 356
Sapientia cuius mentis laus. 356
Sapientia quomodo dicitur facere. 359
Sapientia gignit vitam beatam. 359
Sapientia mirificas voluptates in ſe continet. 589
Sapientiae multae quando dicerentur. 338
Sapientiam eſſe maxime exquiſitam. 336
Sapientiam mentem exiſtimari. 337
Sapientiam a prudentia diſcrepare argumentis probat. 337. 338
Sapientiam ac prudentiam eſſe eandem dicentes, quibus argumentis vtereatur. 338
Sapientiam & prudentiam per ſe eſſe expetendas. pag. 359
Sapientis munus eſt in aliquibus rebus, vti demonſtratione. 335
Sardanapalus cur infamis. 14
Satietas gignitur etiam a rebus ſuauiſſimis. 431
Satyrus patris amator. 389
Sciens quis dicitur. 328
Scientia quid ſit & materia ipſius. 325. 335
Scientia de quibus exiſtimatio. 335
Scientia ſiderum praeſtat geometriae. 337
Scientiae & artes cum multae ſint, ita etiam fines. pag. 3
Scientiae non ſunt contentae ſimplici cognitione. pag. 13
Scientiae principium eſſe inductionem. 327
Scientiae definitionem attingit. 317
Scientiae materia, quare pleniſſima honoris. 337
Scientiae non eſſe rectitudinem. 348
Scientiam litterarum, rationemque, litteras vocat. pag. 137
Scientiam a doctore tradi poſſe. 327
Scientiam non eſſe ſine demonſtratione. 331
Scientiam habere & non vti ipſa. 380. 381
Scientiam ſingularium non eſſe contemnendá. 611
Scientiarum atque artium fines non eſſe pares. 2
Scientiarum materia cuiuſmodi ſit. 321
Scientiarum principia non confirmantur, vt certa a doctoribus. 36
Scientias atque artes habere finem vtilem vitae, atque honeſtum ſignificat. 1
Scientias verſari circa ea, quae ſunt in vniuerſum. pag. 610
Scipio maior. 356
Scire dici duobus modis. 379
Scripta medicorum ſuperiorum quomodo vtilia medicis. 615
Scurra qui. 105. 246
Scurrae ingenium. 249
Scurras dictos iocoſos ac facetos. 247
Scurrilitas quae. 105
Secunda nauigatione vtendum. 112
Seditio in ciuitate vnde naſcatur. 520
Seianus a Tiberio Imperatore vehementer amatus. pag. 159
Sempiterna neque orta, neque interitui expoſita. pag. 326
Senectutem augere illiberalitatem. 208
Senes prudentes quod conſilium Priamo dederunt. pag. 113
Senes ſequi vtilitatem. 443
Senes ad rem attentiores. 443
Senes non eſſe factos ad amicitiam. 453. 455
Senes placides inueniri. 455
Senes congreſſibus minus gaudent. 455
Senex verecundus non laudatur. 251
Senſus reconditos alicuius priuatae perſonae non cognoſci. 262
Senſus nullius actionis principium. 322
Senſus quo vtimur in prudentia. 345
Senſus ac ſenſile. 570
Senſus optimus puriorem voluptatem gignit. 571
Senſus oculorum iucundus per ſe. 22
Senſuum exemplis, probat virtutes in nobis a natura non

ra non

ra non eſſe inſitas; 73
Sententia Heſiodi a T. Liuio, & a M. Cicerone commendata. 13
Sentent a qua ferabatur, probum virum ab improbo nulla re diſcrepare. 66
Sententia poetae aduerſatur iudicio Ariſtotelis. 146
Sententia quid ſit. 353
Sententia non eodem modo capitur. 353
Sententiae mortalium diſcrepant de beatitudine. pag. 10.11
Sententiae de ſummo bono; 13
Sententiae & opinionis diſcrimen. 518
Sententiae tres de voluptate. 415
Sententiam virtute praediti in exiſtimandis rebus nos ſequi debere. 585
Sentire eſt commune hominibus cum animantibus expertibus rationis. 31
Serui cuncta euertunt in domibus ſine ero relictis. pag. 475
Seruo vt ſeruus, amicitia cum ero eſſe non poteſt. pag. 478
Seruos infirmi corporis & ſenes ſolitum Catonem e domo exturbare, non eſſe probatum. 478
Seruus dicitur inſtrumentum animale. 478
Seueritatem a ſe depellere familiares. 453
Seueros ac triſtes non eſſe factos ad amicitiam. 453
Sgangaſciare a Graeco in noſtrum ſermonem veniſſe. 402
Simili ſenteatiam ſuam confirmat. 41
Similia atque exempla plurimum valere ad lucem rebus adferendam. 473
Similis ad ſimilem. 437. 438
Similitudinibus percipi res obſcuras. 326
Simonidis melici verba ad Scopam Theſſalum. 53
Simondis vox de duabus arcis non probata. 197
Simplicium expreſſiſſe locum Ariſtotelis de moribus. 96
Simulatio vel fictio duplex & quomodo appelletur. pag. 105
Singularia continere in ſe multa diſcrimina. 121
Singularia qui optime tractare poſſunt, 610
Singularium rerum ſcientiam non eſſe contemnendam. 613
Sitis rationes ſibi comparare homines. 429
Smindrides Sybarites comes Sardanapalo adiunctus ab Ariſtotele in primo de moribus ad Eudemum. 14
Societates omnes priuatarum perſonarum ſimiles eſſe partibus ciuilis facultatis. 469
Socrates quid de geometria cenſuerit. 5
diſputauit acriter contra eos, qui voluptatem eſſe finem bonorum ac malorum dicerent. 14
cenſebat virtutes eſſe ſcientias. 70
fortitudinem eſſe ſcientiam exiſtimauit. 166
cur in cuſtodia multos dies damnatus fuit. 205
ironia in omni ſermone vſus eſt. 223. 244
accaſabat Lamproclem filium. 487
Ariſtarchum quare accuſet. 546
Sodalem pecunia ſpoliare iniquius eſt, quã ciuẽ. 469
Sodales, quos Graeci ἑταίρους vocant. 453
Sodales ſunt pares aetate. 44
Sodalitates expoſitas eſſe querimonijs. 450
Solonis ſententiam perpendit. 49. 147
idem cenſuit, reſp. praemio ac paena eſſe retinendas. 116
cur benignitatem locupletium repudiaret. 193
quos beatos exiſtimauerit, 600
ab Aeſopo vt nimis liber accuſatus. 606
diſceſſit ex vrbe, poſtquam leges ſcripſit. 607
Sollertia eſt coniectatio quaedam. 347
Somnia proborum virorum meliora, quam improborum. 66
Sophiſtae cupidi pecuniae quid efficere cogitur 498
Sophiſtae pollicentur praecepta ciuilis facultatis. pag. 612
Sophiſtarum quale ingenium, 613
Sophiſtas vti rationibus fallacibus. 375
Sophiſtas exagitatos a Platone, & a doctiſſimis viris. 613
Species corporis quando interit, amicitia iucunda diſſoluitur. 448
Spes lucri quibus voluptatem gignat, 443
Speuſippus Platonis auditor videtur anteposuiſſe Pythagoreorum ſententiam opinioni ſui doctoris. 21
heres diſciplinae Platonis. 422
iudicium illius circa voluptatem. 422
Sponte geſtum & ab inuito definire qui debet. 116
Sponte geſtum quid, & quis dicitur ſpõte facere. 126
Sponte gerere non ſolum homines dicuntur, ſed ceterae etiam animantes, 126
Sponte facta diuidit. 198
Sponte facere quis dicitur. 308
Status optimorum virorum altera ſpecies rerump. pag. 471
Status, in quo cenſus attenduntur, tertia ſpecies rerump. 472
Status optimorum quando in dominatum paucorum tranſit. 472
Status multitudinis, & timocratia finitimi ſunt. pag. 473
ſtatus multitudinis minime prauus. 473
Status multitudinis quibus in domibus ſit, 475
Status licentiae plenus. 475
Stobaeum memoria feſellit, 84
Stoici extiterunt multo poſt aetatem Ariſtotelis. pag. 82
quomodo propenſionem ad virtutem appellarent. pag. 335
Stomachus qui & indignatio. 106
Stratonici vox vrbana. 176
Studia eadem non nullis adferre dolorem, alijs voluptatem. 580
Studioſi viri munus. 32
Studioſi viri iudicium ſemper verum. 43
Studioſi viri mores atque ingenium. 532
Studioſum virum non falli in iudicio faciendo de ſingulis. 144
Studioſum eſſe amicum iucundum, & vtilem. 458
Studioſus vir amicorum cauſa & patriae multa agit

nullam curam vitae gerens. 532
Studioſus vir in publica pecunia diuidenda quomodo ſe gerit. 532
Studioſus vir malus bonum ſibi ſumit, & quod. 532
Studioſus vir amico permittit, vt verſetur in publicis factis, atque honores adipiſcatur. 533
Studioſus laetatur factis honeſtis. 527
Stupidus qui. 106
Sumptus magnifici viri magni eſſe debent. 207. 208
Sumptus quos omnino non probat. 208
Supplicij genus, quo improbi caſtigari debent. 606
Syllogiſmum ab inductione diſcrepare. 327

T

TACTVS eſt ſenſus maxime communis omnium. 178
Talio a Pythagoreis iuſtum arbitrabatur. 179
Talio a quibus generibus iuſtitiae diſcrepet, & in quibus locum habeat. 280
Talionis poena. 279
Tellurem exareſactam expetere pluuiam. 418
Temperans qui dicatur. 80. 183. 400. 407. 596
Temperans circa quas res iucundas verſetur, & quomodo. 183
Temperans a continente ſeiungit. 374. 41
Temperantem non dolere abſentia voluptatum. 181
Temperanter viuere maiori parti mortalium non eſt iucundum. 605
Temperantis quomodo fiant. 79
Temperantes atque intemperantes qui vocentur. pag. 175
Temperantes non eſſe, neque intemperantes, qui coloribus delectantur. 174
Temperantes non eſſe, qui ſuauitatibus aurium capiuntur, vel reliquis. 174
Temperantes aut intemperantes parum, aut nihil vti guſtatu. 177
Temperantia circa quales voluptates occupetur. pag. 174. 175
Temperantiae non eſſe neque plus, neque minus. pag. 99
Temperantiae mediocritatem eſſe circa voluptatem corporis ac dolorem. 100. 174
Temperantiae vitium alterum non eſſe nomen nactum. 182
Temperantiae nomen quare σωφροσύνη a Graecis dicitur. 333
Temperantiam non verſari circa cunctas corporis voluptates. 175
Temperantiam & intemperantiam circa voluptates eas manere, quarum participes ſunt caetera animantes. 177
Temperantiam & intemperantiam manere in tactu. 178
Temperantiam non eſſe ſine electione, ac ratione. pag. 398
Tempora conſideranda ad aliquid recte adminiſtrandum. 501
Temporis & occaſionis ad aliquam rem gerendam ſunt plures ſcientiae. 40
Temporis longitudo non reddit res meliores. 10
Tempus inuenire res atque perfectiores reddere. pag. 14
Tempus paulatim res delere. 14
Tempus cuſtodire debent, qui aliquid aggrediuntur, exemplis oſtendit. 77
Tempus efficere vſuris. 344
Teneri & mollis animi eſſe, non poſſe ferre res duras. 163
Temulentos & ebrios videri fortes. 170
Temulentus non dicitur agere per ignorantiã. 123
Terentius an tribuerit recte morem magnanimi perſonae humili. 222
Terminorum non redditur ratio. 345
Teſtimonijs vtendum in rebus obſcuris vti oportet. 72
Textor non fit melior cognitione ideae. 25
Thales ſapiens, non prudens dictus. 339
Themiſtocles. 209. 332. 342. 571
Theodectes poeta. 402
Theodorus Syracuſanus. 418
Theognidis ſententia. 537. 552
Theſeus. 344
Thetim non commemoraſſe Ioui beneficia in ipſum collata. 218
D. Thomas nullas aut paucas quaeſtiones in ſuas elucubrationes in hos libros inſeruit. 7
eiuſdem ſingulare ingenium & doctrina. 72. 97. 1346
Thiaſotarum communio. 470
Thiaſus qui foret. 470
Thyaſum qui ſcribunt, & non thiaſum, peruerſe ſcribunt. 470
Timiditas magis opponitur fortitudini. 110
Timiditatem confert cum factis, proprijs timiditatis. 184
Timidos potius appellari eos, quam fortes, qui ſibi manus adferunt. 163
Timidum appellari fortem ab audace. 108
Timidum verſari in iiſdem rebus & audacem, & fortem, ſed diuerſo modo. 162
Timidum non pudere arma abijcere. 184
Timidus qui appelletur. 161
Timidus a forti in quo diſcrepet. 162
Timocratia eſt peſſima omnium rerum. 471
Timocratia & ſtatus multitudinis ſunt finitimi. pag. 473
Timocratiam in ſtatum multitudinis tranſire. pag. 473
Timoleon Corinthius fratrem necauit & cur manſit in agro ſpatio xx. annorum. ibidem
Tranſlationes vbi locum non habent. 517
Tres opiniones de via, qua homines probi fiunt. pag. 605
Tria eſſe, quae homines expetunt, & quae fugiunt. pag. 83
Tria requiri, vt quis virtutis compos dicatur. 86
Tria ſunt, quae in animo noſtro gignuntur. 88
Tria ſunt, ob quae homines impelluntur ad aliquid eligendum. 440

Triangu-

Triangulum in mathematicis eſſe vltimum. 545
Tribules ſuam vtilitatem ſectari. 470
Tribulibus & cognatis honorem proprium conferendum eſſe. 505
Triglypha, ornatus ſuperioris partis aedificiorum. pag. 567
Triſtes ac ſeueros non eſſe factos ad amicitiam. 453. 455
Turcae verſantur in continuis bellis. 403
Turcarum reges molliter viuere. 403
Turpia opinione, non ſunt attingenda a probo viro. 252
Tyrannidem eſſe regni corruptelam. 471. 472
Tyrannis & regnum in quibus conueniant. 477
Tyrannum ante oculos habere ſuam vtilitatem. 472
Tyrannus omnibus ſuis factis contrario modo ſe gerit, ac rex. 473

V

Valetudo corrumpitur a nimiis cibis. 78
Vanus homo maiora ſua bona efficiens, eſt ſimilis improbo. 243
Varietas noſtri iudicij quid efficiat. 114
Vbertas rerum impedit contemplationem. 596
Velle videri praeſtare ceteris, eſt odioſum. 242
Venerem neceſſariam eſſe modice. 427
Veneris ardor quid gignat. 381
Veneris vſum nefarium ortus duos habere. 392
Veneris proprium, dolos, ac fraudes texere. pag. 397
Verax medius inter vanos & mentientes. 241
Verax quomodo capitur. 242
Veracem eſſe virum probum. 242
Veracem verſus minus potius declinare. 242
Veratrum album bilem eijcere. 380
Verba quos valent ad virtutem hortari. 602
Verberibus qui coercendi. 603. 606
Verbis minus credi, quam operibus. 555
Verbum non eodem pacto ab hominibus capi. 527
Verecundia. 250
Verecundiam non eſſe virtutem, & in ipſa inueniuntur tria, vt in virtutibus. 106
Verecundus medius in ſtupido, & in inuerecundo. pag. 106
Verecundus appellatur, qui metuit infamiam. 155
Verecundus qui laudetur. 251
Veritas a philoſopho eſt amplexanda. 18
Veritas in omni quaeſtione ſeruanda. 555
Veritas ex quibus ſpectetur. 108
Veritatem mediocritatem eſſe. 105. 113
Veritatem ſectantes, aut vanitatem, quales ſint, demonſtrat. 240
Verſus Ennij. 470
Veteres non conſueſſe magnas ciuitates aedificare. pag. 542
Vetus tralatio vertit φρόνιμον pro σοφόν. 97. 469
Vi aut ignoratione videtur aliquis quippiam feciſſe, aut tui ſe inuitus. 116
Viae conficiendae pecuniae humiles, & illiberales. pag. 200
Vtilitas corporis voluptatum. 587
Vim cogendi lex habet. 606
Victoriam facilem non magnam laudem gignere. pag. 222
Victum tenuem amaſſe Lacedaemonios. 608
Vincere ac reſiſtere eſſe diuerſum. 401
Vinum quomodo Graeci ſibi pararent in bello Troiano. 284
Vinum quare non nulli amant. 440
Violenta quae vocari debent. 120
Violentum quid. 116
Violentum vnum ſimpliciter, alterum mixtum. 120
Vir, probus caſus fortunae pulcherrime fert. 53
Vir probus appellari non poteſt, qui non gaudeat honeſtis factis. 42
Vir ſtudioſus appellatur ab auctore κακῶς verbo tranſlato. 144
Vir probus ſolus honore dignus. 219
Vir probus non debet attingere, quae turpia ſunt opinione. 252
Vir probus minus boni ſibi ſumere ſolet. 305
Vir bonus quare acceptus. 454
Vir bonus ac moderatus eſt pronus ad ignoſcendum. 353
Vir varijs modis appellatur, conſideratis dotibus, quibus ornatus eſt. 354
Vir probus quomodo ſit affectus erga ſemet ipſum. pag. 510. 511
Vir probus ex quibus rebus voluptatem ſentiat. 511
Vir probus abundat copia honeſtarum cogitationum. 511
Vir probus rebus malis angitur, & bonis laetatur. pag. 511
Vir ſtudioſus amicorum cauſa & patriae multa facit, neque curam vllam vitae gerit. 532
Vir beatus an egeat amicis. 533
Vir probus carus probo viro. 536
Vir ſtudioſus affectus eſt erga amicum, vt erga ſemet ipſum. 540
Vir probus vt aliquis fiat, quid requiratur. 607
Vires magnas in ciuitate habent leges. 609
Virgilius ſenſit eodem pacto de ijs, qui ſe interficerent, atque Ariſtoteles. 163
Viri & vxoris imperium eſſe imaginem ſtatus optimatum. 474. 476
Viri & vxoris imperium quomodo corrumpatur. pag. 474
Viri & vxoris amicitiam eſſe naturalem. 484
Viri & vxoris munera in gubernanda domo, diuerſa. 484
Viros illuſtres leuibus curis, ac ſtudijs ſe aliquando oblectaſſe. 586
Virtus gignitur a diuturna conſuetudine. 13
Virtus rationis a quibus oriatur, & augeatur. pag. 71
Virtus moralis conſuetudine fit. 71
Virtus ex quibus rebus gignatur, & conſeruetur. pag. 78
Virtus eſt cum electione, vel non ſine electione.

pag. 90
Virtus quarum rerum mediocritas ſit. 97
Virtus moralis quae. 323
Virtus finem rectum ſibi proponit. 359
Virtus naturalis quando praeſtat in agendo. 362
Virtus moralis initium huius operis. 364
Virtus, & vir illi deditus, eſt menſura omnium factorum. 510. 581
Virtus morum eget prudentia. 594
Virtutem tyrannis periculoſam eſſe Salluſtius affirmauit. 7
Virtutem nullam moralem natura in nobis innatam, neque repugnante natura. 72. 73
Virtutem labefactari, ſi ſtudia fuerint praua. 74
Virtutem moralem verſari circa voluptatem, & dolorem. 80. 85. 414
Virtutem creſcere atque interire e quibus oritur. 85
Virtutem & artem verſari circa difficilius. 84
Virtutem non eſſe permotionem 89. probat quatuor rationibus. 90
Virtutem non eſſe poteſtatem duabus rationibus confirmat. 90
Virtutem eſſe habitum, vi cuius homo probus efficitur. 91. 154
Virtutem omni arte exquiſitiorem. 94
Virtutem, medij coniectatricem. 94. 171
Virtutem moralem eſſe circa perturbationes & actiones. 95
Virtutem collocatam eſſe in medio duorum extremorum vitio affinium. 95
Virtutem & vitium in noſtra poteſtate eſſe. 145. 154
Virtutem & vitium a nobis ſponte tractari. 153
Virtutem aliquam definire volentes, habitu expoſito, quid addunt. 363
Virtutem eſſe habitum cum recta ratione iunctum. pag. 364
Virtutem heroicam oppoſitam eſſe immanitati. pag. 368
Virtutem efficere hominem beatum. 588
Virtutes non eſſe ſcientias. 70
Virtutes natura in nobis non eſſe inſitas exemplis probat. 73
Virtutes obtineri, cum prius in ipſarum muneribus verſati fuerimus, vt in artibus. 73
Virtutes eſſe tranquillitates animi quaſdam, & requietes non nulli dixerunt. 82
Virtutem morum non ſunt ἀπαθείας. 82
Virtutes non eſſe poteſtates. 90
Virtutes morum ſine prudentia non eſſe perfectas. pag. 341. 367
Virtutes non nullas quibuſdam natura praebitas eſſe, non tamen integras. 555
Virtutes morum ineſſe natura hominibus aliquo modo. 362
Virtutes inchoatas incommodi aliquid ſaepe adferre. 362
Virtutes omnes eſſe prudentias non nulli dicebant. pag. 363
Virtutes eſſe rationes, & ſcientiae Socrates putabat. 364
Virtutis definitio plena, & perfecta. 96. 97
Virtutis magis proprium eſſe, beneficia conferre, quam accipere. 190
Virtutis proprium. 376. 534
Virtutum plura genera. 63
Virtutum quaſdam rationis, ſiue intellectus, quaſdam vero morum dici. 69. 418
Virtutum moris falſa, indigna & tenuia Deos. pag. 597
Vita, quae in agendo verſatur propria hominis. pag. 32
Vita beata per ſe iucunda. 42
Vita beata collocata eſt in obeundo aliquo honeſto munere. 40
Vita aſperata dura eius, qui in agro viuit. 538
Vita eſt functio quaedam alicuius muneris. 573
Vita, quae verſatur in rep. non eſt vacua ab otio. pag. 591
Vita iucundiſſima. 593
Vita beatiſſima. ibid.
Y
Vita beata, quae a moribus proficiſcitur. 593
Vitae beatae principes, & quaſi reginae ſunt actiones cum virtute. 52
Vitae beatae ſtabilitas. 52
Vitae beatae duo genera. 587
Vitam eorum, qui ſectantur voluptates corporis omnibus contumelijs vexat. 34
Vitam expetendam quid efficiat. 39
Vitam beatam an res bonae poſteriorum iuuent, ſiue malae minuant. 50
Vitam beatam frangi in medio curſu, exemplis oſtendit. 51
Vitam beatam non labefactari penitus a caſibus humanis. 51
Vitam effici beatiorem a rebus bonis crebris. 53
Vitam beatam non labefactari a leuibus rebus. pag. 55
Vitam refertam omnibus bonis nemo ſolus optaret viuere. 534
Vitam beati viri oportere eſſe iucundam. 537
Vitam vna cum probis quis degens fit melior. 527
Vitam viuere probos viros maxime expetendam. pag. 540
Vitam beatam non manere in luſionibus. 584. 585
Vitam poſitam in contemplando laudat. 592
Vitia animi ſponte a nobis ſuſcipi, & corporis etiam. 150
Vitia oppoſita liberalitati. 588
Vitij ac feritatis diſcrimen oſtendit. 398
Vitiorum quae naturae repugnant ortus. 390
Vitium oppoſitum intemperantiae nomen nactum non eſſe. 182
Vituperari qui nullam ob honeſtatem, aut exilem paſſus ſit rem turpem. 118
Viuere expetendum atque amabile. 523
Viuere quid. 538. 539
Viuere eſt bonum & iucundum. 538
Viuere quibus in primis expetendum. 540
Viuere vna cum amicis arduum eſt. 543

Vltima

Vltima ac ſingularia eſſe, quae ab hominibus gerun tur. 354
Vltimi non eſt ſcientia. 345
Vlyſſes exhortatus eſt remiges. 112
quare ſe deridendum praebuit procis vxoris. pag. 118
Neoptolemo quid perſuaſerit. 375
Vnguentarij habent ſuas artes ad voluptates efficiendas. 420
Vni non eſſe cuncta tribuenda. 501
Vnus dies non efficit hominem beatum, 33
Vocem peruulgatam apud Graecos ad nos perueniſſe, cum opus aliquod laudamus. 94
Vocem Biantis, quam alij Solonis fuiſſe volunt, laudas. 262
Voces & opiniones quorum hominum non debent deſpici. 356
Vox Laconis. 476
Volatus motus auium. 568
Volumnius Eutrapelus dictus. 247
Voluntarium, ac ſponte factum, quid. 296
Voluntas extenditur ad ea, quae a nobis fieri nullo pacto poſſunt. 131
Voluntatem eſſe de rebus, quae fieri non poſſunt. pag. 130
Voluntatem in amicitijs, quae virtutem ſpectant, eſſe remunerationem beneficij. 491
Voluptas quid frangat, 333
Voluptas, quae capitur e praeſenti, eſt maior. 524
Voluptas quaedam optimum. 422. 423
Voluptas corporis putatur medicamentum doloris. pag. 428
Voluptas per ſe expetenda. 557
Voluptas admota alicui bono reddit ipſum magis expetendum. 557
Voluptas non corporis affectus, ſed animi. 563
Voluptas non omnis expetenda. 566
Voluptas quid. 566. 569
Voluptas ſimilis viſui. 566
Voluptas non eſt motus. 567. 568. 569
Voluptas eſt quiddam perfectorum. 568
Voluptas non eſt generatio. 569
Voluptas exiſtit in omni ſenſu. 570
Voluptas perficit functionem. 570. 571
Voluptas maior vnde exiſtat. 571
Voluptas vſquequo permanet. 572
Voluptas tamquam condimentum vitae. 573
Voluptas eſt affinis functioni, quam perficit. 575. 577
Voluptate nihil praeſtantius. 419
Voluptatem magnam vim habere ad gignendam virtutem, atque interimendam, 80
Voluptatem eſſe communem cunctis animantibus. pag. 83
Voluptatem penitus delere, eſſe arduum. 83
Voluptatem fallere multos. 145
Voluptatem maiorem capi ab illis, qui beneficium dederunt, quam ab ijs, qui ipſum acceperunt. pag. 523. 524
Voluptatem capi e tribus temporibus. 524
Voluptatem ac dolorem contemplari aggreditur pag. 414
Voluptatem non eſſe generationem ſenſilem. 419. 562
Voluptatem propriam nihil impedimenti adferre vlli habitui, 420
Voluptatem bonum eſſe a contrario probat. 422. 426
Voluptatem omnes non eandem proſequuntur. pag. 425
Voluptatem ornare vitam beatam. 426
Voluptatem exiſtere potius in requiete, quam in motione. 432
Voluptatem accommodatam eſſe vitae noſtrae. pag. 553
Voluptatem ac dolorem comitari nobis in vita. pag. 554
Voluptatem quare non nulli accuſant. 554
Voluptatem mortales, vt bonum, perſequuntur. pag. 559
Voluptatem non eſſe motum. 562
Voluptatem non eſſe repletionem. 563
Voluptatem qui criminabantur, quid dicerent. 564
Voluptatem non eſſe per ſe bonum. 565
Voluptatem non eſſe ſummum bonum. 566
Voluptatem gigni vi ſenſuum omnium. 571
Voluptatem parem non omnia adferre: 571
Voluptatem comitari functioni. 572
Voluptatem reddere facta alicuius abſolutiora. pag. 575
Voluptatem maiorem frangere minorem. 576
Voluptatem non eſſe rationem ac ſenſum. 579
Voluptatem eſſe admixtam cum beatitudine. 588
Voluptates multitudinis pugnare inter ſe, & quare. 42
Voluptates ſtudioſorum dignitatis non variari, & quare. 42
Voluptates corporis amplexari, beluis conuenire. pag. 178
Voluptates quae a morbo, aut inſania naſcuntur. pag. 391. 392
Voluptates non eſſe cunctas probas. 416
Voluptates cum dolore & paena, quae. 417
Voluptates ex accidenti iucundas. 418
Voluptates habere eandem rationem, quam res efficientes voluptates. 418
Voluptates malae abſolute non poſſunt appellari. pag. 420
Voluptates corporis quae nomen hoc adeptae ſunt. pag. 425
Voluptates quaſdam expetendas, & quae ſint. pag. 426. 427
Voluptates corporis quae videntur non nullis magis expetendae. 427. 428
Voluptates corporis cur homines potius ſectētur 419
Voluptates arte comparatae. 429
Voluptates corporis qui ſectentur - 430
Voluptates, quibus non antecedit dolor. 563
Voluptates ſpecie inter ſe diſcrepare. 574. 577 579. 580

Voluptates alienas eſſe impedimento proprijs voluptatibus. 576
Voluptates alienae efficiunt, quod proprij dolores. 577. non eodem modo. ibid.
Voluptates propriae quae. 577
Voluptates comitari functionibus. 578
Voluptates magis affines eſſe functionibus, quam appetitiones. 578
Voluptates rationis a voluptatibus ſenſuum diſcrepare. 579
Voluptates variari, variatis muneribus. 580
Voluptates animalium diſcrepare. 580
Voluptates quae dignae hoc nomine. 581
Voluptates turpes e factis foedis. 582
Voluptatis efficientia quae neceſſaria, & quae minime. 385
Voluptatis ortus. 563
Voluptatis remiſſio vide. 572
Voluptatum diſtinctio. 175
Voluptatum quaedam a primo ortu, quaedam a conſuetudine. 429
Voluptatum duo fontes. 579
Voluptatum corporis vilitas. 587
Votorum petendorum vera ratio. 259
Vſus & periculum malorum ſaepe factum videri fortitudinem. 166
Vſuum diuiſio. 583
Vſum iuuare eos, qui in rep. verſantur. 613
Vſu opus eſſe ad plene intelligendam ciuilem facultatem. 613
Vtilitas publica anteponenda omnibus inimicitijs. pag. 501
Vtrum quae agimus cupiditate incenſi, ſiue ira commoti, agamus inuiti. 127
Vtrum opinio, & electio idem ſint. 134
Vtrum omnis qui iniuſtum patitur, iniuriam accipiat. pag. 302
Vtrum aliquis ſponte ſua iniuriam accipiat. 303
Vtrum aliquis ab alio accipiat iniuriam volens. 303
Vtrum amicitia in cunctis hominibus locum habet. pag. 439
Vtrum amicitiae genus vnum tantum ſit. 439
Vtrum homines bonum ipſum diligant, an quod ſibi tale. 440
Vtrum iniuriam faciat qui plus alteri tribuit, an qui plus ſibi ſumit. 305
Vtrum conſultatio recta ſit ſcientia, ſiue opinio aut ſollertia. 347
Vtrum ille, qui dedit; an qui accepit beneficium aeſtimare debet. 498
Vtrum filius patri omnia tribuere debet. 501
Vtrum amico potius, quam probo viro pecunia ſubueniendum. 501
Vtrum beneficium reddendum potius, quam ſodali dandum. 501
Vtrum pecuniam reddere potius, quam patrem redimere e praedonum manibus. 502
Vtrum amicitiae frangendae. 506
Vtrum ſemet ipſum ſupra ceteros diligere oportet. pag. 525
Vtrum amici expetantur in rebus aduerſis, ſiue in ſecundis. 534
Vtrum in rebus bonis, ſiue in malis opus eſt amicis. pag. 545
Vtrum amici oneris partem in ſe ſuſcipiant. 546
Vtrum incontinentes quod faciunt improbe, faciant ſcientes, & quomodo ſcientes. 377
Vtrum continens & incontinens diſcrepent inter ſe in materia. 377
Vtrum continentia, & incontinentia dilatant ſe per omnia ſtrata. 378
Vtrum incontinens quis ſimpliciter ſit. 384. 385
Vxores quando interdum dominentur in aliquibus domibus. 474

X

XENOCRATES exiguam partem pecuniae, miſſae ab Alexandro, quare accepit. 190. 549
Xenophantus. 402
Xenophon quo nomine intemperantiam vocauit. pag. 185
eiuſdem indicem libri interpretatus eſt M. Cicero de tuenda re familiari. 3

Z

ZENO Eleata. 118
Zopyri Perſis exemplum. 118

INDEX GRAECORVM VERBORVM.

Ἀ ΓΑΘΑ. 121
Ἀγχίνοια. 347
Ἀγωγὴ παιδῶν. pag. 608
Ἀδικεῖσθαι. 123
Ἀδίκημα. 295
Ἄδοξον. 295
Ἀδιάβλητος. 450
Ἀθαυμαστία. 224
Αἰδοῖος. 269
Αἰσχρόν. 118
Αἰσχροκέρδεια. 203
Ἀκολασία. 100.185
Ἀκούσιον. 123.297
Ἄκουσμα. 571
Ἀκρόαμα. 571
Ἀκρότης. 99
Ἀκρόχολος. 233
Ἀκροχειρίζεσθαι. 125
Ἀλήθεια. 247
Ἀλαζόνεια. 105
Ἀλαζών. 105.161.240
Ἀμαχεία. 248
Ἁμάρτημα. 298
Ἀμουσία. 224
Ἀναγκάζεσθαι. 120
Ἀναισθησία. 110
Ἀναίσχυντον. 150
Ἀνακυκλοῦσθαι. 51
Ἀνταπόδοσις. 385
Ἀνδρεία. 310
Ἀνδραποδώδης. 232
Ἀνδρεῖον. 156
Ἀνδρίζεσθαι. 158
Ἀνελευθερία. 197
Ἀνθρωπικόν. 301
Ἄνισος. 258
Ἀνόητον. 232
Ἀντιθέσεις. 303
Ἀντίθετον. 146
Ἀντιπαρασκευή. 421
Ἀντιπεπονθός. 279
Ἀντιφίλησις. 440
Ἀξίωμα. 503
Ἀοργησία. 104
Ἀόργητος. 104.232
Ἀπαιδευσία. 81
Ἀπαιδευτόν. 504
Ἀπαγρυπνία. 245
Ἄπειρον. 96
Ἀπειροκαλία. 102
Ἀπήρχετο. 491
Ἁπλῶς. 22
Ἀποβαίνοντα. 239
Ἀποβολή. 187
Ἀπόγονοι. 56
Ἀπόφθεγμα. 262
Ἀπόστασις κατὰ φύσιν. 108
Ἀργία. 516
Ἀργὸς λόγος. 516
Ἀρεταί. 106.239
Ἀρίστιππος. 544
Ἀρετῆς. 560
Ἀριστεῖα. 3.39
Ἀρχαία. 248
Ἀρχεῖον. 516
Ἀρχιθεωρεῖν. 205
Ἀσκεῖν. 46
Ἀσκητέον. 46
Ἀσιτία. 213
Ἀσωτεύεσθαι. 351
Ἀσωτία. 189.197
Ἄσωτος. 188.189
Ἀπέραντος. 251
Ἀτύχημα. 298
Αὐθυπέρβατον. 20
Αὐτάρκεια. 589
Αὐτάρκειαν. 28
Αὐτάρκης. 137
Αὐταρκές. 28
Αὐτάρκη. 28
Αὐτοποιία. 20
Αὐτοῖς. 125
Αὐτούς. 125
Ἀφοσιοῦσθαι. 150
Ἄφιλον. 56
Ἀφιλότιμον. 203

B

Βαναυσία. 102
Βαλεῖν. 150
Βέλος. 234
Βέλτιον. 142
Βελτίων. 331
Βέλτιον. 142
Βελτίω. 145
Βελτιωτικόν. 321
Βέλτιστον. 135

Γ

Γάλακτος φύσιν. 67
Γαργαλίζειν. 404
Γαργαλισμόν. 404
Γαστρίμαργοι. 180
Γεννητικὸν τῆς πράξεως. 139
Γέλως. 291
Γηρᾶν. 297
Γλίσχρος. 202
Γλυκύπικρον. 550
Γνώμη. 353.518

Δ

Δαπάνη. 361
Δεινός. 412
Δεινότης. 412
Δαπάνημα. 361
Δέρματος φύσιν. 67
Διαβάλλειν. 450
Διανοητικά. 107.319
Διαιρετή. 92
Διαπίπτειν. 204
Δικάζειν. 188
Δικαιοπράγημα. 295.296
Δικαίωμα. 295.296
Δίχα. 277
Διχῶς. 277
Διωθεῖσθαι. 494
Δοκεῖ. 343
Δόξαν. 518
Δόσιν. 187
Δυσανακόμιστοι. 111
Δύναμιν. 5
Δυσειδεῖς. 237
Δύσκολος. 237

E

Ἔγκλημα. 297
Ἐγκαλεῖν. 297

Ἐγκώμιον. 61
Ἐθικαὶ θέσεις. 295
Ἔθισιν. 12
Ἔθη. 435
Ἔθος. 72
τὸ Εἶναι. 483
Εἰρωνεία. 105.241
Εἰρωνείας. 105.245
Εἰρωνικῶς. 22
Ἐκ μακροῦ. 85
Ἐκ νεότητος. 83
Ἐκ τῶν λεγομένων. 37
Ἑκατόμπολιν. 543
Ἐκστατικός. 407
Ἐκστατικούς. 405
Ἑκοῦσαν. 301
Ἐλαττωτικόν. 305
Ἐμβλέποντα. 573
Ἐμμενετικός. 407
Ἐναγής. 146
Ἐν ἐλαχίστῃ. 272
Ἐνεργείας. 22
Ἐνδείας. 78
Ἔνδοξοι ὄντες. 418
Ἐνδόξους. 418
Ἐνέργεια. 2
Ἐνεργείας. 22
Ἐνεργοῦντες ὄντες. 418
Ἐντάφιον. 297
Ἔνστασις. 421
Ἑξῆς. 560
Ἔνιοι. 230
Ἔπαινον. 61.244
Ἐπεί. 27.76.329
Ἐπέτυχον. 491
Ἐπήρατο. 491
Ἐπιδεικτικός. 355
Ἐπιδέξιος. 249
Ἐπιδεξιότης. 247
Ἐπιδικαζόμενος. 303
Ἐπιδικάζονται. 303
Ἐπιζητούμενα. 39
[illegible] 504
Ἐπίλυπον. 172
Ἐπίλυπος. 130
Ἐπιλύπου. 130
Ἐπιμελής. 195
Ἐπιπολάζειν. 11.247
Ἐπιστήμας. 137.560
Ἐπιστήμη. 2.94
Ἐπιστημονικόν. 321
Ἐπιφανεῖς. 195
Ἐπιχαιρέκακον. 107
Ἔργα. 2.80.526
Ἐρᾶν ἐκείνου. 449
Ἐρωτικά. 445
Ἐρωτικοί. 445
Ἐσφαιρωμένα. 135
Ἐτυμολογία. 72.277
Εὖ. 352
Εὖ πράττειν. 38
Εὐγνώμονας. 353
Εὐδαίμονα. 415
Εὐδαιμονία. 10.48
Εὐδαιμονιζόμενοι. 61
Εὐδαιμονισμός. 61.244
Εὐπορία. 39
Εὔνοιαν. 440
Εὐσχήμων. 347
Εὐσωπεῖς. 352
Εὐτραπελίας. 106.247
Εὐτράπελον. 106
Εὐτράπελοι. 247
Εὐτρόπως. 247
Εὐτυχεῖ. 30
Εὐτυχία. 10.45.48
Εὐφυής. 152
Εὐφυΐα. 152
Ἐφθείρατο. 491
Ἔφυ. 152
Ἔχω. 68

Z.

Ζῆν πρὸς ἄλλον. 324
Ζητούμενον. 52

H

Ἡ τῆς δόξης. 137
Ἡδύ. 547
Ἤδη. 367
Ἠθικόν. 12
Ἠθικά. 72
Ἦθος. 72
Ἡλικία. 232
Ἡνίκα. 146
Ἡμίονος. 82
Ἥρως. 367

Θ

Θ Εἴτερον. 8
Φίλαυτος. 301
Θεωρεῖν. 329
Θεώρημα. 92.333
Θεωρία. 205
Θεωροί. 208
Θεωρός. 205
Θρασύδειλοι. 161

I

Ἰσοδυναμοῦντα. 312
Ἴσον. 109
Ἰσόρροπος. 499
Ἰσχυρογνώμονας. 409

K

Καθ' αὑτό. 154
Κακηγορεῖν. 261
Κακίας. 373
Κακοπαθεῖς. 586
Κακῶς. 49
Καλά. 321
Καλοκαγαθίας. 217
Καλῶς. 49.352
Καμπύλος. 65
Κανόνα. 144
Καταπλήξ. 106
Κατὰ τὸν πόλεμον. 166
Κενώτερον. 100
Κήδευς. 275
Κῆδος. 504
Κίμβικα. 202
Κινήσεις. 66
Κλείς. 258
Κοῖλον. 65
Κάτοπτρον. 100
Κάτοπτρον. 8
Κοινωνίας ἀλλακτικῆς. 283
Κομίζων δόξαν. 19
Κρίνειν. 188
Κρίσις. 188
Κτήματα. 336
Κτῆσιν. 187
Κτῆσις. 190
Κυμινοπρίστης. 202
Κύμινον. 202
Κυρίως. 329
Κωμῳδίας καινῆς. 248

Λ

Λαθεῖν. 150
Λαίμαργοι. 380
Λέγειν. 352
Λέγοντας. 124
Λῆψις. 187
Λογίζεσθαι. 321
Λογικόν. 321

M

Μακαριζόμενοι. 61
Μακάριον. 415
Μακαρισμός. 61
Μανθάνειν. 352
Μανίας. 285
Μεγαλοπρέπεια. 102
Μεγαλοψυχίας. 102
Μιλησίῳ. 222
Μεσίδιος. 276
Μεταβαίνειν. 26
Μετάβασις. 26
Μεταριθμήσαι. 604
Μεταφορικῶς. 108.234.385
Μηνίων. 61
Μηνύσει. 81
Μιαιφόνον. 591
Μικροψύχους. 227
Μνησικακοῦσι. 224
Μοιχεία. 98
Μοιχός. 98
Μονήμοι. 29.557
Μορφή. 604
Μοχθηρίας. 123.273

Νίκ.

Index

N

Νέα. 248
Νηρεύς. 227
Νεαρώτερον. 227
Νόμισμα. 283
Νομίσματος φύσις. 67
Νόμον. 604
Νεωτέρων. 227

Ξ

Ξενικόν. 445
Ξηρανθῆναι. 343

O

Ὄγκος. 354
Οἰκεῖος. 577
[illegible] 8
Οἶον. 217
Οἷος κινεῖσθαι. 225
Οἷος δὲ ποιῆν. 225
Ὀνομαστί. 227
Ὅλα. 22
Ὁμοιότης. 435
Ὁμόθεος. 449
Ὁμωνυμίᾳ. 258
Ὀξέως. 162
Ὀξύνειν. 162
Ὀξύχολος. 233
Ὅπλα. 329
Ὀργῇ. 231
Ὀργιλότης. 104.231
Ὀργίλος. 233
Ὀρέξεις. 68
Ὀρῶν ἐκεῖνον. 449
Οὐκ ἀλόγως. 526
Οὐσίαν. 67
Ὀχληρόν. 234

Π

Πάθη. 88 98
Παθητικῶς. 88
Παλαιός. 39
Παλινλογούμενος λόγος. 51
Παντός. 22
Παράμιλλος. 206
Παρακέκληνται. 573
Παρακέκλιται. 573
Παράλυσις. 67
Παρασάται. 421
Περιπατής. 265
Πέρυσιν. 212
Πέρας. 12
Πιπρασκομένων. 96
Πίστεις. 57.81.159.181.231
Πόλις. 335
Πολιτεία. 65
Πεφυκέναι. 152
Πλάτων. 234
Πολλά. 269
Πλάσμα. 269
Πικρός. 234
Πλῆθος. 109
Πλεῖν. 109
Ποιῆσαι σημεῖον. 80
Ποιοῦσιν ὑγίειαν. 344
Ποιοῦσιν ἐμπειρίαν. 344
Πολιτεύεσθαι. 342
Πολιτικός. 544
Ποιεῖν. 507
Πόνος. 146
Πραγματεύεσθαι. 586
Πράξεις. 2.31.80.98.546
Πρᾶον. 104
Πρᾳότης. 231
Πρεπόμενα. 267
Πρέπει. 209
Προβολαί. 205
Προαίρεσις. 129
Προαιρετικά. 145
Προαιρετικόν. 134
Προβεβλημένος. 298
Προδιηγεῖσθαι. 605
Πρέπον. 101
Πρακτικός. 101
Πρόκλησιν. 503
Προπετείας. 162
Προπηλακίζειν. 269
Προσηλούμενα. 267
Προσφέρειν. 330
Προχείρως. 82
Πυκνότητα σαρκός. 257

Ρ

Ῥαθυμία. 567
Ῥίπτειν. 554
Ῥυθμοί. 604
Ῥυθμόν. 604
Ῥῶμαι. 507

Σ

Σκοπός. 319
Σοφός. 197
Σπουδαῖοι. 121
Σπουδαῖον. 310
Στρατιῶται. 166
Στρυφνοί. 453
Συγγένεια. 353
Συγκεχυμένως. 22
Συμβλητόν. 282
Συμμετρία. 313
Σῶμα. 575
Σωκράτης. 548
Σχήματα. 269
Συμπεφυρμένοι. 29
Συνάξειν. 215
Συνάξεται. 198
Συνδυάζεται. 298
Σύνεσις. 351
Συνουσίαι. 352
Συστρέψαι. 548
Σύστοιχα. 21
Συστοιχίαι. 21
Σωφροσύνη. 100

T

Ταραχαί. 231
Ταύτῃ. 446
Τελέως πεπαιδευμένον. 217
Ταχυτῆτα. 379
Τεχνικῶς. 437
Τέχνη. 94
Τεχνῶν. 137
Τιμή. 291
Τιμοκρατικῶς. 471
Τρόπαια. 608
Τροχαῖοι μέτρον. 424
Τόπος. 64.154.174

Y

Ὕβρις. 225.226
Ὑπάρχει. 536
Ὑπάρχοντα. 536
Ὑπερβάλλουσι. 181
Ὑπερβολαί. 464
Ὑπερθέσεις. 496
Ὑπεροχή. 29
Ὑπερποιεῖ. 496
Ὑπερφιλεῖν. 496
Ὑπερουσίαι. 456
Ὑποβολαῖς. 464
Ὑπόκρισις. 226
Ὑπολοίπου. 418
Ὑπολύπου. 418
Ὑπόνοια. 248

Φ

Φαίνεται. 559
Φαινόμενον. 1
Φαῦλα. 559
Φιλανθρώπως. 435
Φιλαρέτῳ. 41
Φιλαυτία. 15
Φιλεῖν. 440
Φιλικά. 447
Φίλιππος. 41
Φιλοθέωρον. 41
Φιλόνικος. 41
Φιλοτιμία. 103
Φιλότιμον. 203.229
Φιλοτοιοῦτον. 41.181
Φορτικὰ πλοῖα. 15

Φορτιο

Φορτικῶς.	14	X		Χρήσιμα.	508
Φρόνησιν.	39	Χαίρειν.	415	Χρόνου.	190
ἡ Φρόνησις.	346	Χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.	38	Ψ	
ἡ Φρόνησις.	346	Χαλεπῶς.	254	Ψυχῆς.	69
Φρόνιμος.	97	Χαῦνος.	214.222	Ω	
Φαῦλος.	152	Χαυνότητα.	302	Ὥρα.	578
Φύσιν.	67	Χειροτέχνας.	342		
Φυτικόν.	65.68	Χρημάτων.	188		

Nos Fr. Dionyſius Conſtacciarius Hæreticæ prauitatis Inquiſitor Generalis Florentię, & Florentini Dominij facultatem imprimendi concedimus. Die 2. Octob. 1583.

CHARTARVM SERIES.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii.

Omnes ſunt Terniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FLORENTIAE
Ex Typographia Philippi, & Iacobi Iunctae, & Fratrum, CIƆ IƆ LXXXIV.

D - 60

638




NIL·CANDIDIVS·
F

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA 1969